



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:


- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

B

940,350





1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities related to the business.

2.

3.

4.

5.

6.

LEIPZIGER STUDIEN
ZUR
CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. BIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

VIERZEHNTER BAND

Erstes Heft.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1891.



DE
HECATAEI MILESII FRAGMENTIS
QUAE AD HISPANIAM ET GALLIAM PERTINENT.
SCRIPSIT
FELIX ATENSTAEDT.

Hecataei Milesii fragmenta num omnia genuinae originis speciem prae se ferant, adhuc lis est inter viros doctos. Etenim cum putarent iam ipsos antiquos eosque eruditissimos illos grammaticos, qui solent Alexandrini nominari, de hac re dissen- sisse — Callimachi enim sententiam, qui Nesioten quendam auctorem esse periodi aut totius aut alicuius saltem partis tra- didisset (cf. Hec. fr. 172 ap. Athen. II 70 B. fr. 329 ap. Athen. IX 410 E. fr. 279 ap. Arr. anab. V 6), refutatam esse ab Erato- sthene teste Strabone I 7 — consentaneum erat illam dissen- sionem etiam in recentiora et recentissima tempora transferri. Nec defuerunt, qui Eratosthenem imitati reliquias logographi in universum examinandas susciperent eaque ratione ad idem iudi- cium deducerentur, quod Eratosthenes ex integri operis examine elicuerat. Dico inprimis Ukertum. Nimirum in universum tan- tummodo quaestio tractata est; in universum iudicium prolatum. Attamen quod attinet ad singula, sane nonnulli inter Hecataei fragmenta quaedam indagasse sibi visi sunt, quae haudquaquam a logographi vetusti manu essent profecta. Ac postquam iam Odofredus Müller in eiusmodi suspicionem incidit, Carolus Müller hanc exprompsit sententiam „Alexandrinorum aetate et genuina exstitisse et supposita Hecataei operis exempla; priora tem- porum decursu aliquoties interpolata esse et ad praesentem tunc rerum statum et orbis terrarum cognitionem adaptata; verum posteriora praeter nomen cum logographo nil commune habuisse ex Herodoto aliisque in fraudem hominum conscripta.“ Fuerunt posthac, qui ad similem opinionem inclinarent, sive totam periegesin Alexandrinorum aetate interpolatam fuisse iudicarunt, sive secundum librum, qui inscribitur *Λοίη*, sive partem tantum, quae Aegypti res continebat, sive denique

1*

altius ascendentes cum audacissima confidentia contenderunt totum omnino opus Hecataei fuisse *ψευδεπιγραφοι*. Contra alii veram reliquiarum originem acriter tenuerunt accurateque defenderunt, in his insignissimus vir Gutschmid. Fragmenta, quae suspecta aut visa sunt aut videntur, sunt potissimum haec: 27. 29. 58. 135. 187 cl. 278. 265. 279. 284. 289. 290. 292—294. fr. ap. Cram. Anecd. Oxon. I 287, 30. fr. ap. Harp. s. v. *ῥοδωνιά*. Vertitur autem quaestio

1. in ratione, quae inter Hecatacum et Herodotum videtur intercessisse.

2. in Argonautarum navigatione.

3. in Stephano Byzantio.

4. in singulis quibusdam fragmentis.

Nolo in praesens totam peragere controversiam, qualis a principio usque ad hoc tempus perducta est; recentium virorum doctorum libros, qui praecipue aduendi sunt, sive in hanc sive in illam partem disputaverunt, attulisse sat habeo.

Sevin, *recherches sur Hécatée de Milet. Mémoires de l'acad. des inscr.* VI p. 472 sqq.

Creuzer, hist. Graec. fragm. p. 19 sqq. — *Die histor. Kunst der Griechen** p. 254 sq

Ukert, *Untersuchungen über die Geographie des Hecataeus und Damastes. Weimar* 1814.

Klausen, Hecataei Milesii fragm. praef. p. 22 sq.

O. Müller, *Gesch. d. griech. Litt.* I p. 475 n. — Müller-Deecke, *Etrusker* I p. 167 n. 30.

C. Müller FHG I p. XII sqq.

Mure, *history of the lang. and lit. of anc. Greece* IV p. 149 sq. 532 sq.

Bähr ad Herod. vol. IV p. 435 sqq.

Gutschmid, de rerum Aegyptiacarum scriptoribus Graecis. Philol. X p. 531 sqq. = *Kl. Schr.* I p. 47 sqq.

Hollander, de Hecataei Milesii descriptione terrae quaestio critica Bonnæ 1861.

Röper, *Über einige Schriftsteller mit Namen Hecataeus. Danzig* 1877. 1878¹⁾.

1) Cf. Hiller Burs. annal. 1879. vol. XIX p. 161 sq. Schwartz, *Hecataeus von Teos.* Mus. Rhen. XL p. 234 n. 4.

Cobet Mnemos. XI p. 3 sqq. XII p. 81 sq.

Schenkl Burs. annal. 1883. vol. XXXIV p. 232 sq.

Nissen, *Ital. Landeskunde* I p. 7 n. 1. p. 89 n. 5. p. 91 n. 6.

Bergk, *Gesch. d. griech. Litt.* II p. 406 sqq. IV p. 270

Sittl, *Gesch. d. griech. Litt.* I p. 347 sqq.

Wiedemann, *Agypt. Geschichte* I p. 104 sqq. — *Herodots 2. Buch mit sachl. Erläuterungen* p. 23 sqq.

Heil, *logographis num Herodotus usus esse videatur.* Marpurg. 1884. p. 10 sqq.

Niese *Gött. Gel. Anz.* 1885. I p. 240 sq. 244 n. 1.

Berger, *Gesch. d. wissenschaftl. Erdkunde bei den Griechen* I p. 7.

Lipsius, *quaestiones logographicae.* Lips. 1887. p. 15 sqq.

Max Schmidt, *Zur Geschichte der geographischen Litteratur bei Griechen und Römern.* Berlin 1887. p. 10 sqq.

Diels, *Herodot und Hecataeus.* Hermes XXII p. 411 sqq

Multa hi viri docti docte et copiose dissertaverunt, ac removerunt sane alteri nonnullos scrupulos, qui alteros subierant. At etiamnunc gliscit scintilla non penitus exstincta. Quid? quod ipse Berger in exponenda geographiae apud Graccos historia cum cautione et iudicio adhibenda esse dicit Hecataei fragmenta; reliquum esse, ut accurate omnes reliquiae tractentur examinentur comparentur cum aliis aliorum vetustioris aetatis scriptorum testimoniis? Hac nempe via, qua inita praeter singula illa suspecta fragmenta, quae viris doctis materiam dederunt et offendendi et disputandi, etiam de ceteris adhuc intactis singillatim quaeritur, dilucidum fit, num omnino alia et quot vestigia in reliquiarum numero occulte lateant, quae demonstrent aperte hoc illud fragmentum ut a prisca terrarum notitia ita ab Hecataeo esse alienum. Quae quaestio si ad finem perducta erit, tum denuo erit accedendum ad Athenaei illud de Callimacho testimonium; tum denuo disserendum de loco Porphyrii apud Euseb. praep. evang. X 3 (Hec. fr. 292—294), qui tantas difficultates de ratione inter Hecataeum et Herodotum intercedente excitavit; tum demum apparebit, utrum in tota logographi periodo interpolatio statuenda sit aut in quibusdam partibus an omnino nulla.

Sat latus patet campus pervestigandi; sat lubricum solum; sat crassae prohibent nebulae liberum oculorum prospectum.

Huc illuc deverticula; difficile iter et impeditum. Vix poteris quae conspexeris, libello comprehensa aliis narrare. Initium tantum laboris suscepi duce Klauseno, qui de colligendis et explicandis fragmentis bene meritus est, Hispaniam ac Galliam perlustrare contentus. Atque in campi exiguitate tamen id utique spero manifestum fore, qualem omnino speciem Hecataei reliquiae plerumque tam exiles ostentent. Sed de ipsis illis terris, de Hispania potissimum, vel maxime difficultatibus obstructa est via explorandi, quippe cum quidquid lucis de rerum condicione, qualis vetustis temporibus erat comparata, ex aliorum auctorum libris effunditur, admodum tenue sit ac pusillum; de eo autem scriptore, qui praeter Hecataeum subtilissimam veteris Iberiae notitiam nobis suppeditat, ne ipso quidem quaestio tam prospero eventu est absoluta, ut omnia certa sint et ab omni dubitatione exempta. Ut igitur res ipsa feret, nonnunquam ad digressiones aberrabo, quae partim vix potest fieri quin in disputationem inserantur, partim aliquantum conferunt ad illustranda ea, quae sive Hecataeus sive alius quis scriptor de vetere Hispaniae rerum statu memoriae prodidit. Quae postquam praefatus sum, veniam velim petitam, si quando longius a proposito discedere videar quam par est.

Sed priusquam ad ipsum Hecataeum accedamus, satius est ad alium auctorem animum intendere, cui plurima logographi fragmenta debemus: Stephanum dico Byzantium. Nam qui in Hecataeum est inquisiturus, eius permagni interest novisse rationem et consuetudinem, qua ethnicographus ille fontes suos adhibuerit atque excerpserit. Hanc igitur studeamus quam optime perspicere.

De Stephano Byzantio.

Primus quantum scio hanc quaestionem attigit ipsa ea, quae ad Hecataeum spectat, controversia adductus Hollander l. I. p. 11 sqq. Multa porro, quae huc faciunt magnique sunt momenti, reperiuntur in dissertatione, quam scripsit Niese de Stephani Byzantii auctoribus (Kiliae 1873). Nec tamen vereor

ne denuo perscrutandi munere suscepto operam et oleum perdam, praesertim cum nonnulla exempla a Niesio minus recte allata esse mihi persuaserim. Sunt praeterea conferendi idem Niese, *Der Text des Thucydides bei Stephanus von Byzanz*. Hermes XIV p. 423 sqq. Frick, qui censor eius dissertatiunculae exstitit in Burs. annal. 1880 vol. XXIII p. 577 sqq. Lipsius, quaeest. logogr. p. 16.

Ac constat abunde epitomatores Stephani opus miserrime circumcidisse et ad circuitum multo breviorum reduxisse. Tamen vix errabit, si quis statuerit explicationes, quascumque vides in ipso singularum sectionum initio nominibus statim appictas — Iemmata dicere consuevimus —, plerumque ¹⁾ saltem integri esse Stephani. Nam omnino est epitomatorum prima quaeque verba transscribere; ex sequentibus autem pro taedio et pigritia haec praetermittere, illa conservare — cuius rationis non est magis propinquum magisque idoneum exemplum quam ipsa tota epitome ex Stephani ethnicis facta —; nec poteris negare augeri hanc suspicionem, si epitomae frustra contuleris cum copia earum sectionum, quas forte fortuna plenas et incolumes habemus servatas. Itaque ut firmiore quodam fundamento nitamur, praestat quaestionem in primis explicationum verbis continere; mediis in tmematis nimis est metuendum, ne brevioris iniquitate neglecta a iusta via deflectamus. Porro mittenda erunt ea tmemata, in quibus nomina probantur poetarum testimoniis, velut Homeri Lycophronis Apollonii; nam in haec cadit coniectura — idque potissimum valet de Iliadis navium catalogo — Iemmata fluxisse ex commentariis, ut in Homero ex Apollodoro per Epaphroditum ²⁾, in Lycophrone ex Theone.³⁾ Qua ex re consequitur, ut, ne praepropere iudicemus, etiam tum caveamus, cum ad nomen aliquod confirmandum, quod

1) Excipienda exempli gratia ea tmemata, ubi nomini terrae sat notae inanem tritissimamque interpretationem appositam deprehendis, veluti s. v. *Σικελία ἡ χώρα καὶ ἡ νῆσος*. cf. quae Meineke ad h. l. annotavit.

2) Cf. Niese Mus. Rhen. XXXII p. 276.

3) Cf. Hiller Annal. philol. CIII p. 527. Giese, de Theone grammatico eiusque reliquiis p. 51.

quidem exstet in navium catalogo, non subinde Homeri auctoritatem excitatam invenimus, sed alius cuiusvis scriptoris. Mirum ni aptissime certi quid potest enucleari de lemmatis ex eis auctoribus sumptis, quorum libri integri aetatem tulerunt. Quocirca ego quoque Herodotum Thucydidem Polybium Strabonem perquisivi, quibus examinandis Hollander et Niese operam dedere; adicere libitum est Pausaniam. Quattuor illos scriptores ipso a Stephano ad usum conversos esse probavit Niese felicissima argumentatione; similem equidem conclusionem vel ex indole quorundam lemmatum elici puto et hanc quoque rem pro argumento posse adhiberi.

Ad rem ipsam accedamus. Atque ita prosperrima spero via nos esse progressuros, ut duo lemmatum genera distinguantur: altera, quae vulgareur speciem ostentant, ita ut non constant nisi ex appellativo (*πόλις*, *ἔθνος*) et notissimae terrae gentisve nomine; altera, quae proprietate quadam indolis enitent. Ab his quidem oriatur inquisitio, quae cum ob ipsam propriam indolem etiam originem propriam redoleant, ut certiore gradu incedamus, permittunt.

Atque ut clarius rem aperiam, ea lemmata hoc genere comprehendere velim, in quibus ad explicandum nomen, de quo agitur, vicinia alicuius loci adhibetur sive omnino situs definitur ampliore verborum copia ne dicam ambage sive aliud nomen proprium affertur minus usitatum notumque sive peculiare quoddam appellativum, ut *μητροπόλις*, *ἐκτινειον*, positum sive adiectivum aliquod singulare annexum deprehenditur. Pauca rem illustrent exempla.

Χομφῶ νῆσος ἐν τῷ Νεῖλῳ μέση Αἰθιοπίας καὶ Αἰγύπτου.
Her. II 29: καὶ ἔπειτα ἀπίξεται ἐς πεδῖον λεῖον, ἐν τῷ νήσῳ περιρρέει ὁ Νεῖλος· Ταχομφῶ ὄνομα αὐτῇ ἐστὶ. οἰκέουσι δὲ τὰ ἀπὸ Ἐλεφαντίνης ἄνω Αἰθίοιτες ἤδη καὶ τῆς νήσου τὸ ἥμισυ, τὸ δὲ ἥμισυ Αἰγύπτιοι.

Ἄζωρος πόλις Πελαγονίας τῆς λεγομένης Τριπολίτιδος.
Strab. VII 327: τριπολις γοῦν ἡ Πελαγονία ἐλέγετο, ἧς καὶ Ἄζωρος ἦν.

Κοτιάειον πόλις τῆς ἐπικλήτου Φρυγίας.

Strab. XII 576: *τῆς δ' ἐλικτήτου Φρυγίας Ἰζανολί τε εἰσι καὶ Νακολία καὶ Κοτιάειον καὶ Μιδάειον κτλ.*

Πιτυεῖα πόλις μεταξὺ Παρίου καὶ Πριάπου.

Strab. XIII 588: *Πιτυά δ' ἐστὶν ἐν Πιτυοῦντι τῆς Παριανῆς ὑπερκείμενον ἔχουσα πιτυῶδες ὄρος· μεταξὺ δὲ κεῖται Παρίου καὶ Πριάπου κατὰ Λίνον χωρίον ἐπὶ Θαλάττη.*

Γρῦνοι πολίχμιον Μυριναίων.

Strab. XIII 622: *... εἶτα πολίχμιον Μυριναίων Γρῦνιον καὶ ἱερὸν κτλ.*

Καβαλὶς πόλις πλησίον Κιβύρας πρὸς νότον Μαιάνδρου.

Strab. XIII 630: *τὰ δ' ἐξῆς ἐστὶ τὰ μὲν πρὸς δύσιν ἢ τῶν Ἀντιοχέων πόλις τῶν ἐπὶ Μαιάνδρῳ, τῆς Καρίας ἦδη· τὰ δὲ πρὸς νότον ἢ Κιβύρα ἐστὶν ἢ μεγάλη καὶ ἢ Σίνδα καὶ ἢ Καβαλὶς μέχρι τοῦ Ταύρου καὶ τῆς Ἀνκίας.*

Μαρίαβα μητρόπολις Σαβαίων πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ Θαλάσσει.

Strab. XVI 768: *... Μιναῖοι μὲν ἐν τῷ πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν μέρει, πόλις δ' αὐτῶν ἢ μεγίστη Κάρανα ἢ Κάρανα· ἐχόμενοι δὲ τούτων Σαβαῖοι, μητρόπολις δ' αὐτῶν Μαρίαβα.*

Denique affero exempla, quae erratum excerptentis sat dilucide detegunt ideoque ipsos scriptoris locos a Stephano esse inspectos demonstrant:

Ἀρτεᾶται γένος Περσικόν — Her. I 125. Niese p. 16sq.

Μακεδόνων χωρίον ἐν Πίνδῳ — Her. I 56.

Quas explicationes omnes, si cum auctorum locis comparantur, in aperto est ipsis ex verbis eorum profectas et a Stephano partim simpliciter translatas partim sive cum iudicio sive cum temeritate esse conformatas. Iniuria negavit Niese item esse de his:

Κανύσιον μεγίστη τῶν Ἰταλιωτίδων πόλεων. Contulit (p. 22. 48) Strab. VI 282; at debebat conferre VI 283 extr.: *οὐ πολὺ γὰρ δὴ τῆς Θαλάττης ὑπέρκεινται δύο πόλεις . . . , μέγιστα τῶν Ἰταλιωτίδων γεγονυῖα πρότερον, ὡς ἐκ τῶν περιβόλων δῆλον, τό τε Κανύσιον καὶ ἡ Ἀργυρίππα.*

Θεοδοσία Ταυρικὴ πόλις παραλία. Respicitur sane hercle, quem Niese p. 49 attulit, Strabonis locus VII 309 (falso 305); sed legis (cap. 4, 3): *μέχρι Θεοδοσίας πόλεως ἢ Ταυρικῆ πα-*

ραλία — ecce significanter illustrata ratio, qua usus est Stephanus in lemmatis componendis.

Alia id genus ut proponam, sumpta sunt lemmata ex Herodoto:

s. v. *Ἀλλαλία* (I 165). *Θυέλα* (I 167). *Θαμναῖοι* (III 117). *Ἄμπι*, (VI 20). *Ἄσσα* (VII 122). *Ψιττάλεια* (VIII 76).

ex Thucydide:

Σόλλιον (II 30, 1). *Ἀταλάντη*, (II 32). *Αἰαῖοι* (II 96, 3). *Δελγίνιον* (VIII 35, 2. 40, 3).

ex Strabone:

Τάναϊς (VII 310). *Ζυγοί* (XI 492). *Ἀπάτουρον* (XI 495). *Ἀσπουργιανοί* (XI 495). *Ἀρριχοί* (XI 495). *Αἰγάσιοι* (XI 513). *Ἀμαρδοί* (XI 514). *Μάσιον* (XI 527). *Σωγιγῆ* (XI 527). *Ἀμόριον* (XII 576). *Ἑκατόννησοι* (XIII 618). *Αἰδαία* (XIV 651). *Δῶρα* (XVI 767). *Κάρνα* (XVI 768). *Λειρή* (XVI 769).

ex Pausania:

Ζάριξ (I 38, 4). *Σκάνθεια* (III 23, 1). *Κῆνος* (X 1, 2).

Age vero consideremus lemmata, quae Niese p. 49 ex Strabonis loco VII 319 hausta esse infititur:

Κάλλατις πόλις ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου. Στράβων ἑβδόμη.

Τομεῖς πόλις πρὸς τῇ Ὀδησσῶ. Στράβων ἑβδόμη.

Attamen initio capitis sexti, in quo Callatis memoratur, habes ipsa verba *ἡ Ποντικὴ παραλία* (p. 315) et paulo infra incitur etiam Odessi mentio.

Planum autem est Stephani vitium in hisce articulis:

Νικωνία πόλις ἐν τῷ Πόντῳ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἰστρου. Στράβων ἑβδόμη.

Quae urbs non Istri ostiis adiacebat, sed Tyrae fluvio teste ipso Strabone VII 306 (cap. 3, 16). Idoneum videtur Niese p. 48 exemplum, quod probet explicationem Stephani multum a Strabonis verbis recedere. Sed quomodo factum est quae, ut falsum illud in lemmate scriberet? Conferas initium § 15 eiusdem capitis (p. 305): iam concedes verba *πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἰστρου* aptum habere explicatum et hoc ipso evinci ex geographo esse lemma confectum.

Ταυροπόλιον ἐν Σάμῳ Ἀρτέμιδος ἱερὸν. Στράβων ἰδ'.

Non de Samo agitur, sed de Icaria. cf. Strab. XIV 639 (cap. 1, 19). At pronum est rem expedire. Legebat Stephanus *Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ*; opus erat pro voce *νήσος* nomen proprium substitui; incipit § 19 a verbis: *παράκειται δὲ τῇ Σάμῳ νήσος Ἰκαρία*: hinc illud *ἐν Σάμῳ Ἀρτέμιδος ἱερὸν*.

Adde denique duo exempla iam a Niesio p. 17sq. allata s. v. *Ἰπανα* et *Μυτιστρατος* collato Polybii loco I 24, 10 sq.: nemo non perspicit, quam falso Stephanus illud *περὶ Καρχηδόνα* ex *Καρχηδονίων* voce exciverit.

Elucet opinor affatim Stephanum in excerptis auctoribus non solum ea verba, quae cum nomine proxime coniuncta reperiebat, sed etiam totum loci contextum ad usum suum ascivisse. Ac quid mirum? cum apud scriptorem quemlibet in continua descriptione aut relatione perpetua nomen aliquod breviter generatimque (*ἐν τῇ νήσῳ*, *ἐνταῦθα*) definitum legebat — cuius rei exemplum modo attulimus —, non potuit omnino facere, quin accurata uteretur explanatione propriaque nomina, quibus indigebat, ex nexu et continuatione loci repeteret. Qua in re cum haud diligenter curaret, num lemmatis verba probe ad mentem scriptoris adaptaret, accidit nonnunquam, ut gravissimis erroribus implicaretur et in lemmate poneret, quae auctoris loco aut non subessent aut prorsus repugnarent. Magnopere igitur cavendum est, ne lemma, quotiescumque de re ipsa a scriptoris verbis abhorret, praecipiti cursu negemus ex eo esse derivatum. Namque dummodo adsint nomina et lemmati et fonti aliquo modo communia, ex licentia et negligentia Stephani natum est mendum ac discrepantia rei ipsa quoque demonstrat lemma non aliunde trahere originem.

Similiter etiam ex proximis scriptoris verbis nomen aliquod proprium non recte depromptum esse sat doceat hoc exemplum:

Κορυφάσιον χωρίον Λακωνικὸν πλησίον Πύλου. Θουκυδίδης τετάρτη.

Refert Thucydides IV 3, 2 Coryphasium a Lacedaemoniis vocari Pylum: *ἀπέχει γὰρ σταδίους μάλιστα ἢ Πύλος τῆς*

Σπάρτης τετρακοσίους καὶ ἔστιν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ ποτὲ οὔσι γῆ, καλοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι Κορυφάσιον. Videtur Stephani explicatio inde non manavisse (cf. Frick p. 579). Sed quid illud *Λακωνικόν*, cum de Messenia agi nemo ignoret? Id ipsum arguit ex Thucydide ethnicographum lemma esse mutuatum. Nempe ortum est *Λακωνικόν* ex voce *Λακεδαιμόνιοι*; *πλησίον Πύλου* autem suo Marte scripsit Stephanus, quia in eius loci conexu modo Pyli nomen legerat, quod cum usurparet ad Coryphasii nomen definiendum, id plane neglexit, qualem tandem scriptor inter duo nomina rationem intercedere significavisset. Ergo adhibuit ipsum hunc locum Thucydidis; nec astipulor omnino Frickio neganti illum scriptorem a Stephano ipso inspectum esse. Exempla s. v. *Κροκύλειον* et *Μέρονος* alia via oportet expediantur nec potest Niesii argumentatio de hac re instituta everti.

Ceterum quam late circumspexerit Stephanus, ut cognoscas, conferas exempli causa tmcata a Niesio p. 19 sq. scite ex Polybio III 13 sq. repetita.

Sunt autem lemmata ex contextu loci scriptoris aliquo pacto composita:

Herodoti:

Ἴνυσσός (III 5). Ἴρασα (IV 158). Σίνθος (VII 123). Ἀλληῖροι (VII 176).

Thucydidis:

Ὀλπαι (III 105, 1 cf. Niese Hermes XIV p. 428. Frick l. l. p. 578). Σολέγεια (IV 42, 2. 43, 1). Λαιστργόνες (VI 2, 1). Ἐπιτολαί (VI 96, 1). Λάβδαλον (VI 97, 5).

Polybii:

Ἰπτανα (IV 77, 9). Ἐπιτάλιον (IV 80, 13).

Strabonis:

Χώνη (VI 254 sq.). Στρογγύλη (VI 276). Λάγονσα et Σίκινος (X 484). Ἀναριάκη (XI 508). Ἀπασιάκαι (XI 513). Φιλομήλειον (XII 577). Δράκονον (XIV 639). Ἀμαξία (XIV 669). Ὀλμοι (XIV 670). Ὠρίται (XV 720). Κατταβανία (XVI 768). Ζῆλος (XVII 527).

Pausaniae:

Κορυθαῖον (II 28, 2). *Χάρμυς* (X 17, 9).

Venio ad aliud genus lemmatum, quae ex auctore aliquo ducta esse indicat peculiaris condicio; tamen vulgarem quandam significationem et generalem veluti terrae, de qua agitur, adiectam videmus, cuius anceps est origo.

Μένδης πόλις Αἰγύπτου παρὰ τὴν Λύκων πόλιν. Quae explicatio certe debetur Straboni XVII 802. Sed illud *Αἰγύπτου* quis poterit diiudicare, sitne elicitum ex verbis geographi *τοῖς δ' Αἰγυπτίους ἐλέγχουσαι* an a Stephano additum iccirco, ut iudicium faceret omnino, quanam in terra duo oppida *Μένδης* et *Λύκων πόλις* essent sita? Haud scilicet ignorabat illum exsequi res Aegypti.

Νύμφαιον πόλις Ταυρικῆ μεταξὺ Παντικαπαίου μητροπόλεως καὶ Θεοδοσίας. Excerpsit Strabonem VII 309. *Ταυρικῆ* vero adiectivum cum poneret, respexitne verba, quae ibi leguntur: *Ταύρων γῆς*?

Cuius generis exempla priusquam enumeremus, praestat alia expromere.

Λαγαρία φρούριον Σικελίας πλησίον Θουρίων τοῦ Ἐπειοῦ καὶ Φωκίων πτόσμα, ὡς Στράβων. Quae non scripsisset, nisi rationem habuisset Strabonis VI 263. Quaeris Siciliae mentionem. At frustra es. Immo Italiae est locus. Ipsius Stephani esse hunc Siciliae vocis usum annotat Meineke ad v. *Σινόεσσα*: ergo ethnicographus lemma singulari natura conspiciendum ex scriptoris verbis conformavit; vulgarem tamen terrae significationem addidit de suo.

Eiusdem Stephani manum agnoscere si non aequè certum attamen admodum verè simile est in his sectionibus:

Σκηναὶ πόλις ἀξιόλογος Περσικῆ, ὡς Στράβων ις'. Ubi cum epitheton *ἀξιόλογος* digito monstret locum Strabonis XVI 748, *Περσικῆ* videtur Stephano tribuendum; nam contorta profecto et artificiosa uteris ratione interpretandi, si ex verbis *ἐπὶ Περσῶν*, quae sunt in cap. 1 § 25 (p. 747), peteres originem. cf. de v. *Ἰς* infra p. 25.

Ἰππόλα πόλις ἀρχαία Λακωνικῆ. Πανσανίας τρίτη. Ad-

iectivum ἀρχαία quin ex Pausaniae (III 25, 9) verbis πόλεως ἐρείπια Ἰππόλας profectum sit, vix dubitaveris. At vero Stephani additamentum est Λακωνική, haud ignari nimirum de Laconica eo loco agi, non secus atque s. v.

Καοῦς κόμη, τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ Τελχοῦσίας γῆς. ὁ πολίτης Καοῖσιος· ἐκεῖ γὰρ οὕτως Ἀσκληπιὸς τιμᾶται Καοῖσιος. ὡς Πανσαρίας ὀρθόφ. Ubi etiam ipsa nominis interpretatio debetur Pausaniae VIII 25, 1.

Quod cum videatur constare Stephanum nonnunquam in lemmatis componendis vulgare ac notum terrae gentisque nomen ceteris, quae certe ex auctore quodam desumpsit, ipsum annexuisse, eo magis ambigitur, num pariter egerit incertis illis locis, quibus aliquod saltem exstet vestigium, quo ductus nomen illud potuerit conformare. Quod nobis quidem discernere non iam est licitum. Ac sunt mehercule exempla, ubi inter nomina in lemmatis memorata et scriptorum locos conexum interesse nequit contendi nisi artificiosa inita ratione. Duo tam dubiae notae exempla attuli; habes praeterea haec:

Herod.

Κροκοδείλων πόλις (II 145). Γινδᾶνες (IV 176 sq.). Κίραυις (IV 195).

Thucyd.

Δραξήσκος (I 100, 3. cf. IV 102, 2). Ἰστώνη (III 55, 4. cf. IV 46, 1). Ἀφροδιτία et Κοτίρτα (IV 56, 1. cf. Niese Herm. XIV p. 425). Κύψελα (V 33, 1).

Polyb.

Ἰνσόβαρες (II 17, 4. 32, 2. 34, 3 sqq.). Ἀλθαία, Ἐλευντινή, Καρτίσιοι, Ὀλκάδες (III 13 sq. cf. Niese p. 19 sq.). Μοτιυή (III 40, 8. cf. Niese p. 15). Κυνὸς κρηαλαί (XVIII 22, 9).

Strab.

Ἀρδέα (V 232). Ἀβυδών (VII 330 fr. 20). Παρθέου ἱερόν (VII 308). Μόψιον (IX 443. 441). Κάριστος (X 446). Ἀραχωσία (XI 516). Αἶνον (XIII 588). Αἰγά (XIII 615). Κράμβουσα (XIV 670 extr.). Νιτρίαι (XVII 803). Ζοῖχης (XVII 835).

Paus.

Καλλίαί (VIII 27, 4). Ἄρμα (IX 19, 4). Χαράδρα (X 33, 6).

Possunt quidem huc referri etiam nonnulla lemmata sic comparata:

Ὀγκειον χωρίον Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ὀγκου δυναστεύσαντος, ὡς Πausανίας δηλοῖ ὀγδόῳ (VIII 25, 4).

Quanquam de his qui dicit scriptoris laudati testimonium non pertinere nisi ad verba proxime praecedentia, quae originationem nominis continent, ei non obloquor. Nam ipsam explicationem ex alio fonte interdum haustam esse intellegitur ex articulo s. v. *Ἀνάφλυστος* (Paus. II 30, 9). Tamen cum in hoc ipso exemplo s. v. *Ὀγκειον* valde veri simile etiam vocem *χωρίον* ex Pausania esse transcriptam, assumo licentiam adiungendi haec:

Ὀλυωνες (Paus. IX 24, 3. cf. 34, 10) et ea, quae Pausaniae loco VIII 3, 1 sqq.¹⁾ debentur: *Ὀρεσθάσιον. Ἀκακήσιον. Θώκρεια. Μελαιναί. Χαρισίαι.*

His exemplis ad ea denique lemmata perducimur, quae nullo modo ex scriptore, qui in testimonium vocatur, manavere. Habes s. v.

Ἐὔβοια νῆσος μία τῶν ἑπτὰ, παραμῆκης, ἣ καὶ Μάκρης, ἀπὸ Εὔβοίας. Ἡρόδοτος. — cf. Niese p. 48. Hollander p. 11 n. 1.

Non sequitur necessario totam verborum copiam ex Herodoto esse derivatam; at ne extrema quidem verba *ἀπὸ Εὔβοίας*, quae ut probarentur, scriptoris auctoritas accita videtur, habent quicquam rei cum locis Herodoteis. Quod recte Hollander monuit, procul dubio omisit quaedam brevior ante Herodoti nomen, quod cum apponeret, id egerat Stephanus, ut apud eum quoque insulae mentionem legenti obviam dari notaret; quae nunc antecedunt, sunt alius vel aliorum, quorum memoria intercidit. Ipsa enim indoles lemmatis ea est, ut epitomator varia quaedam videatur consarcinavisse. Prodit epitheton *παραμῆκης* excerptum Strabonem X 444; septem insulas enumerat Alexis ap. Steph. Byz. s. v. *Σικελία.*

Duo alia exempla attulit Hollander p. 11 n. 1:

1) Hunc locum Stephanum ante oculos habuisse elucet ex sectionibus s. v. *Χαρισίαι Τεγέα Τραπεζοῦς.*

Προδοίης τωτς Αργείοις, ἢ ἴστωεν Ἄστις ὁ Ἥλιος
καὶ Πόλις. Προδοίος δεύτερη (II 3, 1 sqq.).

*Κούριος τωτς Κίτρον, ἢ καὶ Κούριος τοῦ Κίτρον ται-
 ος. Προδοίος τριττὴ* (V 113). Tibi haud scio an agatur
 de auctore, qui *περὶ τῶν* scripserat, cuius vestigia vires
 multa etiam sectionibus β, γ, Κίτρος, Μεγίον, *Παρθός*.

Quod etiam certius cadit in hunc locum:

Μικροίος καὶ τοῦ Κιζαδόου, ἢ τοῦ Μικροῦ τοῦ Μίον
καὶ Κιζαδόου καὶ Ἰστιάς τῆς Σαγίνας. Ἰσθιαστίδης τεττὴ,
 cf. Thesol. p. 569.

Est series enumerata apud Stephanum notabilis verbis
καὶ τοῦ Κιζαδόου vel similibus et insuper etymologicis
 omnium et aetymosis, ut sequitur, sive referuntur ad
 Iacobi sive Itraei sive Nicanori sive alii scriptori. *Ἰσθια-
 στίδης* una ad memata *καὶ τῆς Ἰσθίας*.

ad Ἰσθιαστίδης spectat

Ἰσθιαστίδης Ἰσθιαστίδης, ἢ τοῦ Ἰσθιαστίδου καὶ Ἰσθιαστίδου
καὶ Ἰσθιαστίδου. Ἰσθιαστίδης πέμπτη (V 3, 1, 2).

De orum enumeratum singulares Iacobi admodum *Ἰσθιαστίδης*
 aquidem derivationes quoque omnium agnoscere auct. non
 tantum videri cupiam, sed et videri. Tamen iam eae
 videntur omnes scriptorem, ut *Ἰσθιαστίδης* videntur
 ἢ *Ἰσθιαστίδης* ἢ *Ἰσθιαστίδης* sive pronominalem, quod etiam
 ἢ *Ἰσθιαστίδης* ἢ *Ἰσθιαστίδης*. Exemplum ἢ *Ἰσθιαστίδης*
 ἢ *Ἰσθιαστίδης* videntur etiam: *Ἰσθιαστίδης*.

Ἰσθιαστίδης καὶ Ἰσθιαστίδης. Ἰσθιαστίδης Ἰσθιαστίδης
 non videtur, ut *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* ἢ *Ἰσθιαστίδης*
 se capiam, *Ἰσθιαστίδης* sive *Ἰσθιαστίδης*, *Ἰσθιαστίδης*
 ἢ *Ἰσθιαστίδης* videtur, *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης*
 se videntur *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης*
 ἢ *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης*
 ἢ *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης*
 ἢ *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης*
 ἢ *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης*

videtur *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης*
 XIV. ad hanc oppositum et *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης* *Ἰσθιαστίδης*
 membra *Ἰσθιαστίδης*.

τίας Pausaniae nomen a breviatore esse praetermissum? Unde lepida confirmatio exsisteret Meinekii coniecturae: ἐν μεσογείᾳ. Verba, quibus etymologia nominis exponitur, inveniuntur apud eundem alio loco IX 19, 4.

Transeo ad alterum genus lemmatum, quae vulgarem quandam speciem prae se ferunt, ut πόλις Ἰταλλίας, ἔθνος Θράκης, similia. De quibus nos quaesituros eis videlicet niti convenit, quae adhuc de lemmatis peculiari indole insignibus habemus explorata.

Ac primum quidem non dubium, quin haec quoque saepe numero ex ipso scriptore, quisquis erat, mutuatus sit Stephanus; etenim non raro illie ipsam nominis reperiebat explicationem, aut ita erat locus comparatus, ut facillimo negotio definitionem, qua egebat, inde posset desumere. Exemplo sunt:

Μερόη πόλις Αἰθιοπίων.

Herod. II 29: καὶ ἔπειτα ἤξεις ἐς πόλιν μεγάλην, τῇ οὐνομά ἐστι Μερόη· λέγεται δὲ αὕτη ἢ πόλις εἶναι μητρόπολις τῶν ἄλλων Αἰθιοπίων.

Κάλυτις πόλις Συρίας.

Her. II 159: Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίας ἐοῦσαν μεγάλην εἶλε. Ἀγραῖοι ἔθνος Ἀράβιον.

Strab. XVI 767: . . . διὰ δὲ τῶν παρακειμένων Ἀραβίων ἐθνῶν Ναβαταίων τε καὶ Χαυλοταίων καὶ Ἀγραίων.

Ματιανὴ μοῖρα τῆς Μηδίας.

Strab. XI 509: τοῦτο δὲ γίνεταί καὶ τῆς Μηδίας ἐν τῇ Ματιανῇ.

Ὀμόλη ὄρος Θετταλίας.

Paus. IX 8, 6: . . . καταλαμβάνουσιν Ὀμόλην, ὄρων τῶν Θεσσαλικῶν καὶ εὐγεωὶν μάλιστα καὶ ὕδασιν ἐπιρροεμένην.

Φανοτεὺς πόλις Φωκίδος.

Thuc. IV 89, 1: . . . ἀπρακτος γίνεταί μινυθέντος τοῦ ἐπιβουλεύματος ὑπὸ Νικομάχου, ἀνδρὸς Φωκέως ἐκ Φανοτέως.

Alia id genus suppeditaverunt

Herodotus:

s. v. Βούσαι (I 101). Δηρούσιοι (I 125). Βούσιρις (II 59).

Καλάσιρις (II 164). *Ἀγβάτανα* (III 62. 64). *Ἄξος* (IV 154).
Ἄδρυμαχίδαι (IV 168). *Ζαύηρες* (IV 193). *Ἄνανα* (VII 30).

Thucydides:

᾽Οδόμαντοι (II 101, 3). *Οἰνειών* (III 95, 3. 98, 3).

Polybius:

Δοῦρα (V 48, 16).

Strabo:

Ἐλιμία (VII 326). *Τριταία* (VIII 341). *Ναυπλία* (VIII 368).
Αἰδηψος (IX 425). *Φύλλος* (IX 435). *Ἀργάξατα* (XI 527).
Ἄμβλαδα (XII 570). *Ἄζανοί, Νακόλεια, Κάδοι* (XII 576).

Pausanias:

Μάσης (II 36, 2). *Ἄμφεια* (IV 5, 9). *Βιθύνιον* (VIII 9, 7).
Ἄλαι (IX 24, 5).

Iam vero convenisse spero inter nos de lemmatis proprietate quadam exornatis Stephanum in excerpto etiam totum loci contextum respexisse ex eoque nomen aliquod exemptum ad interpretandum usurpavisse suomet prorsus arbitrio indulgentem: idem hic valere est aequum. Atque exstat indicium, quod rem certe demonstret: id dico, quod lemmatis verba interdum ad proprium auctoris loci argumentum non plane sunt accommodata. Velut s. v.

Αἰγίνιον πόλις Ἰλλυριῶν — Strab. VII 327.

Καρμανία χώρα τῆς Ἰνδικῆς — Strab. XV 720. 726.

Κοσσαία μέρος Περσίδος — Strab. XVI 744.

Ἀσπληθῶν πόλις Φωκίδος. Πανσανίας ἐνάτω (IX 38, 9).

Ubi cum Aspledon non Phocidis, sed Boeotiae fuerit, — ne cogitet quis ductum esse lemma ex Apollodori commentario (II. B 511), impedimento sunt ipsius Stephani verba — vix poteris, nisi forte loci Straboniani IX 415 sq. contagio statuenda, infitias ire genitivum *Φωκίδος* pro negligentia ac temeritate excerpti a Stephano erutum esse ex voce *Φωκείς*, quae est apud Pausaniam IX 39, 1.

Μυονία πόλις Φωκίδος. Πανσανίας ε΄. At Locrorum Ozolarum urbs perhibetur apud Paus. X 38, 8. Ac nisi Stephanus finxit decimo libro Pausaniam Phocidas res exponere, videtur

in errorem raptus esse eiusdem capituli paragrapho prima. cf. etiam VI 19, 5.

Attamen haud paucorum lemmatum non magis certa est ratio, quam supra in nonnullis lemmatis invenimus. Nam cum pro certo sit Stephanum nonnunquam, quae ex scriptoris cuiusvis loco delibaverat, suis additamentis locupletasse idque ita, ut nota tritaque terrae vel gentis nomina aspergeret, nonne id concedamus oportet potuisse quidem Stephanum haec lemmata vulgari specie induta plena suo Marte componere? Neque enim tam imprudentem rudemque eum licet existimare rerum geographicarum, ut nesciret Herodotum exempli gratia de Libya verba facere vel Strabonem de Iberia vel de Boeotia Pausaniam. Itaque quod legimus:

Κύρτωνες πόλις Βοιωτίας. Πανσανίας ἐνάτω (IX 24, 4) — quem locum ipsos Stephani oculos non latuisse docent et allatum *ἀρχαῖον ὄνομα Κυρτώνη* et tmemata s. v. *Ἄλαί* et *Χορσία* ex § 5 deprompta —: num re vera Stephanus nomen Boeotiae, quod in lemmate legitur, extricavit ex verbis, quae sunt *οἱ Βοιωτοί* (§ 2) et *Βοιωτῶν ἔσχατοι* (§ 5)? Agebatur de Boeotia: potuit sane ipse de suo ponere. Disceptatio nempe denegata.

Idem valet de multis aliis lemmatis. Sunt, quae facillime ex nexu scriptoris loci potuerint transferri; sunt quoque, quae idem iudicium non sine aculeata ratione admittant multoque veri similis prodant auctorem Stephanum. Id tamen certe tenendum vulgaria tantum esse ac nota nomina, non singularia, antiqua, rara. Huc pertinent exempla haec:

Herod.

Φώκαια (I 142. 152). *Ἀυτόμολοι* (II 30). *Χέμμεις* (II 91). *Ἄνθυλλα* et *Ἀρχανδρούπολις* (II 97 sq.). *Ἐρυνθὰ βῶλος* (II 111). *Μώμεμφις* (II 163. 169). *Ἀλαρόδιοι* (III 94). *Ἡραιον* (IV 90). *Γιλιγάμαι* (IV 169). *Γαράμαντες* (IV 174. 183 sq.). *Ἄτλαντες* (IV 184 sq.). *Καλλάτηβος* (VII 31). *Καρήνη* (VII 42). *Δαδίκαι* (VII 66. cf. III 91). *Φυλλίς* (VII 113) ¹⁾. *Ἰχναί* (VII 123. cf. 127) ¹⁾. *Κασμένη* (VII 155). *Νεών* (VIII 32 sq.).

1) Cf. Hollander p. 12.

Thucyd.

Τιλαταῖοι (II 96, 4). *Εἰδομενή* (II 100, 3). *Κόροντα* (II 102, 1). *Ἀποδωτοί* (III 94, 5). *Φάκιον* (IV 78, 5). *Λρυμοῦσσα* (VIII 31, 3). *Τεύτλονσα* (VIII 42, 4).

Polyb.

Ἀρβών (II 11, 15). *Θερσαῖται* (III 33, 9). *Νουκερίνοι* et *Σενοεσσανοί* (III 91, 4). *Θέρμος* (V 7, 6. 8 et alibi).

Strab.

Αἶβουρα (III 140). *Ἀκούτεια* (III 152). *Ἀκυλῆια* (IV 206 sqq. V 214 sq.). *Λύγκος* (VII 326). *Κορπίλοι* et *Ὀδρῦσαι* (VII 331 fr. 48). *Δάραψα* (XI 516. cf. XV 725). *Ζαρίασπα* (XI 516. cf. 514)¹). *Μελιτηνή* (XI 521). *Καστάβαλα* (XII 535. 537). *Σύμη* (XIV 656). *Τάξιλα* (XV 691. 698). *Μενέλαος* (XVII 803). *Σίγαθα* (XVII 829). *Λρύμη* et *Θάψος* (XVII 834).

Paus.

Βρασιαί (III 21, 7. 24, 3). *Γεράνθραι* (III 2, 6. cf. 21, 7. 22, 6). *Ἄμιλος* (VIII 13, 5). *Ζοῦπειον* (VIII 27, 3). *Σιριτώνιον* (VIII 27, 4). *Θεισόα* (VIII 27, 4). *Βάσιλις* (VIII 29, 5). *Νυμφάς* (VIII 34, 6). *Λυκόα* (VIII 36, 7). *Χορσία* (IX 24, 5). *Ἀμφικαία* (X 33, 9). *Λρυμία* (X 33, 12).

Poteram his alia pauca annumerare; sed nimis ambigua res videbatur. Velut de Strabone. Quem ab ipso Stephano ad usum esse conversum quamvis certissimum sit, tamen eis locis, qui ad Iliadis navium catalogum spectant, non semper patet, utrum Strabo explicationes Stephano subministraverit an Eraphroditus.

Ἀμφιγένεια πόλις Μεσσηνιακή. Στράβων ὀγδόη. ἔστι δὲ κατὰ μὲν Ἀπολλόδωρον τῆς Μακιστίας, κατὰ δὲ Ἀντίμαχον τῆς Μεσσηνίας (fr. 32 Kinkel). — Non Messeniae assignat Strabo VIII 349 Amphigeniam urbem, sed Macistiae Apollodorum ut solet (ad II. B 593) secutus (cf. Niese Mus. Rhen. XXXII p. 269). Magnae rursus incuriae obnoxius esset Stephanus, si illud *Μεσσηνιακή* excudisset ex geographi verbis, quae paulo ante leguntur: *ἄλλη δ' ἐστὶν ἡ Μεσσηνιακή Κυπαρισσία*. At

1) An excidit memoria Polybii (X 49)?

ne id quidem abnuendum, quod mihi multo probabilius videtur, Apollodorum in commentario Homérico epicum poetam laudavisse, Stephanum autem in lemmate non grammatici mentem expressisse, sed Antimachi, quem ille attulerat. Itidem s. v. *Κάδοι* nonnullos illos sequitur, qui Mysiae urbem esse dicant, non Strabonem, qui in Phrygia eam sitam esse pronuntiat (XII 576). Quod postea ipsum Antimachum excitatum deprendimus, non mirum; videtur horum verborum ea ratio, tanquam si Stephanus, quod lemmate indicasset, contra Apollodori sententiam antiqui scriptoris testimonio voluerit firmare, quanquam ipsum hoc ex grammatici commentario sumpserat.

Μελίβοια πόλις Θετταλίας — Strab. IX 436. 443. cf. II. B 717.

Μακύνεια } πόλις Αίτωλλίας — Strab. X 451. 460.
Μολυκρία }

Σίγειον πόλις Τρωάδος — Strab. XIII 599. 595—602.

Ἀμαξιτὸς πολίχμιον τῆς Τρωάδος. Στράβων γ' (XIII 604—606. 612). Legitur nomen etiam p. 620, quem locum a Stephano ipso lectum esse bene perspicitur ex tmematis s. v. *Λάρισαι* et *Καῦστριον πεδίον*. Enumerantur diversae urbes Larisae nomine nobiles: ad Apollodori commentarium (II. B 841) hanc doctrinam redire certum est (cf. Niese Mus. Rhen. XXXII p. 296). Ac mirum! Altero loco, ubi de eisdem urbibus disseritur (IX 440), statim ante Larisae illius Ephesiae mentionem habes haec: *ἢ κατὰ Ἀμαξιτὸν τῆς Τρωάδος*. Quod cum libri laudati numerum corruptum esse vix cuiquam persuadeas, Stephanus fortasse etiam noni libri locum ascivit aut lemma omnino debetur Apollodoro sive Epaphrodito.

Hoc extremum exemplum eam quoque viam monstrat, ut dicamus lemma nonnunquam ex alio eiusdem scriptoris libro petitum esse; nam aut optime cum eo concinit aut multo facilius, quomodo ortum sit, intellegitur. Stephanus enim interdum duos pluresve eiusdem auctoris locos laudavit ad unum idemque nomen comprobandum, ita ut diceret *καὶ πάλιν* vel *καὶ ἐν τῷ ἡ'* vel similia. Epitomatori nimirum hic quoque

munda omnino libris. Quamquam certe haec in se aguntur opus est.

Βασιλιανῶν Ἀνατολῶν. Περὶ τῶν ἰσθμῶν VIII 15, 3 sqq.
Possit fortitan quem scribere suspicio illius *Ἀνατολῶν* dictum esse ex vocibus, quae ibi leguntur. *Μεταδουναίων* et *Λαζδαίωνων*. Tamen nescio an incidat in dubitationem, si contulerit locum libri III 21, 3.

Cuiusmodi est aliud lemma, nisi quod singulari indole insignitur, s. v. *Βονδοῶν ἀγορῶν γὰρ καὶ Σαλαμῶν. Γορξιδῶν γὰρ* III 51, 2. At cf. II 93, 4. 94, 3.

Superest ut tractemus vulgaria lemmata ea, quae ex auctoris loco laudato prompta esse aut certe negandum aut cum nonnisi obiter eum attingant, admodum difficile est credere.

Hoc utitur Niese p. 47 sqq. praeter alia argumenta admiuiculis sententiae de Stephano propositae, quem putat non modo scriptores historicos et geographicos excerptisse, verum etiam aliquos memata ex trobium indice laussisse ei simili, quem edidit Müller FHG V p. LXVI sqq. quae cum variis rebus tum scriptorum testimoniis ornauerit et exacterit. Quare perspicuum fieri lemmata apud Stephanum inveniri a fonte, unde fluxisse simulentur, plane aliena: perspicuum porro explicationi alicui auctorem appictum esse, ex quo ob chronologicas vel geographicas causas nullo modo prorsus potuerit proficisci. Attulit exempla, quorum nonnulla ei supra detraxisse mihi videor, ut non parvam iacturam faciant, quae p. 48 de septimo Strabonis libro ab Stephano perlecto contendit. Atque omnino id haesitaverim, num iure liceat lemmata tam peculiari specie illustris ad indicem revocare; quae cum propter indolem ipsam alienam propriamque originem respiciant, ad vulgaria potius lemmata Niesii sententia est referenda. En cur discrimen illud statuendum susceperim. Ac profecto maximam quidem partem haec est ratio anonymi illius indicis, quem Niese ipse comparavit. Auctorem autem eius *ἀραγαγῆς*, ex qua aliquid materiae Stephano *accrevisset*, pro sua parte antiquos scriptores ita *excerptasse*, ut *explicationes* eorum proprias transcriberet, nec probatum est a Niesio nec si statuitur, multum lucri re-

dundat. Ceterum quod coniecit, solis de urbibus valere habet persuasum; de populis terris locis fluminibus aliam esse quaestionem. Atqui comparent inter exempla etiam tria lemmata, quae ad insulas spectant: *Εὔβοια*, *Κροκύλειον*, *Βούρχανις*. Haec igitur nihil ad rem. Unum s. v. *Εὔβοια* iam tractavi: est lemma procul dubio ex alio auctore confectum, cuius memoria excidit, sive unus est sive plures. Quod si in insulis res ita expedienda est, item potest credo expediri in urbibus. Atque etiam certo spero exemplo me probavisse s. v. *Μικαλησσός* peculiare illud lemma Pausaniae potius esse quam Thucydidis: hic negabis in vulgaribus lemmatis, sive de oppidis sive de aliis agitur, eandem posse excogitari rationem? scriptori igitur alii cum liceat divinando tribuere explicationem, quid est quod cogat ex catalogo eam sumptam existimare? Hoc censeo certissime Hollandero concedendum breviorum saepius ethnicographi verbis nos fraudavisse. Dein ex omnibus, quae adhuc disputata sunt, apparet, cum lemma et scriptoris locus non inter se conveniunt, sic quoque nodum posse dissolvi, ut Stephani licentiam arbitriumque agnoscas.

Loquantur exempla lemmatum. Quorum suo quodque auctori vindicare non meum est nec magis, num Stephani sit explicatio, disceptare. Quod plerumque omnino fieri nequit: multo certe copiosiore ac propria quaestione opus est. Id volui ostendere, quasnam rationes possis comminisci. Index autem urbium num re vera caput fuerit, unde quidam rivuli in Stephani opus manaverint, nunc equidem non ausim discernere. Atque etiamsi vir doctissimus recte iudicasset, sane nonnunquam forsitan hoc quoque modo lemmatis dissimilitudo explicaretur; tamen nego rursus hoc argumento vere fulciri Niesii coniecturam, quandoquidem sunt duae aliae viae solvendae difficultatis, quae exemplis a singularibus lemmatis repetitis firmatae haudquaquam possint removeri.

Ac videtur epitomator amputavisse hanc sectionem:

Κροκύλειον νῆσος Ἰθάκης. Θουκυδίδης τρίτη.

cf. Hollander p. 11. Niese p. 48. Frick p. 579. — Aetoliae urbs est Crocylium apud Thucydidem III 96, 1 sq. Certissime

autem lemma *νησος Ἰθάκης* cohaeret cum loco Iliadis *B* 633, ex quo ipso dubito an derivatum sit — ex commentario quominus haustum existimes, videtur obstare Strabo VIII 376. X 452 sq.; nec abs re conicies Stephanum, postquam fortasse Homericum versum laudavit, cum Crocylium, cuius meminit Thucydides, vix pro eadem, quae apud Homerum est, habuerit, orationem continuasse verbis *ἔστι καὶ* vel *ἄλλη ἐστὶν* vel similibus.

At Stephani manum certe prodit hoc tmema:

Ἡῶν πόλις ἐν χερρονήσῳ, ὡς Θουκυδίδης.

De cherroneso nihil locis Thucydideis (I 98. IV 50. 102 sqq. V 6. 10. [IV 7]). Sed ipsius est Stephani *‘χερρόνησον* de Chalcidice dicere.’ cf. Meineke ad h. l. et ad v. *Σάνη*. Adice exemplum s. v. *Μεσημβρία* *ἔστι καὶ Θράκης Μεσημβρία πρὸς τῷ τέλει τῆς χερρονήσου, ὡς Ἡρόδοτος ἐβδόμη*. Ecce peculiaris explicatio repetita ex Herodoto VII 108: respondent voci *ἑσχάτη*, quae ibi legitur, verba *πρὸς τῷ τέλει*. Addidit *τῆς χερρονήσου* Stephanus.

Iam vero attendamus tria lemmata maxime idonea ad illustrandum fragmentum illud Hecataei, quo Capuae urbis Italiae mentio continetur (27), quod quondam praeter alia in causa erat, cur offenderent viri docti:

Κυρτώνιος πόλις Ἰταλίας. Πολύβιος τρίτῳ (III 82, 9).

Λουκερία πόλις Ἰταλίας. Πολύβιος τρίτῳ (III 88, 5. 100, 1 et 3).

Σιγνία πόλις Ἰταλίας, ὡς Στράβων πέμπτῃ (V 237).

At Polybius altero loco de Tyrrenia verba facit, altero de Iapygia et Daunia, Strabo autem de Latio. Quid vero vi necessitatis coarguit lemmata illa, in quibus Italiae nomen est, ex indice aliquo originem trahere? An quisquam est, qui inducat animum pro explorato venditare Stephanum interdum non suoapte arbitratu in vicem singularum paeninsulae partium huius ipsius nomen substituuisse, haud credo inscium Tyrreniam et Latium ad Italiam pertinere? Accedit quod nomen *Κυρτώνιος* propter raram formam vix alii debetur atque Polybio — altera forma, quae est *Κρότων* (cf. Dion. Hal. I 26),

aliunde petita est — iam si affirmes auctorem illius catalogi, ex quo Stephanus fortasse hanc sectionem desumpserit, ipsum quoque lemmata ex scriptoribus composuisse (cf. Niese Hermes XIV p. 424): quomodo expedies rem, cum eandem licentiam nomina usurpandi et mutandi auctori illi anonymo tribuas, deneges Stephano? Quam ab hoc alienam esse Niese non probavit nec magis Hollander p. 10. Atqui nos exemplis confirmatum vidimus eum aliquoties quaedam aut posuisse aut addidisse: et negabimus eum interdum quaedam mutavisse, quae tam facili modo sine ullo vitio potuerunt mutari?

Denique ut ex ordine eiusmodi lemmata, quae restant, enumerem eis, quae iam allata sunt, alia annectens, spectant ad Herodotum:

Μυκάλη πόλις Καρίας. Ἡρόδοτος πρώτη (I 148).

Hollander p. 11. Lenschau, de rebus Priensium. Stud. Lips. XII p. 157 n. 2. — Videntur et fontis, unde lemma fluxit, memoria et verba, quae locum Herodoteum cum praecedentibus coniungebant (ἔστι καὶ ἄκρα vel simile quid), intercidisse.

Ἴς πόλις Περσική. Ἡρόδοτος πρώτη (I 179).

Περσική fortasse Stephani est.

Βρίγες ἔθνος Θρακικόν. Ἡρόδοτος ἑβδόμη (VII 73).

Hollander p. 11. — Θρακικόν illud non ex voce Θρήκες, quae legitur cap. 75 init., extricatum esse quisvis largietur; itaque aut a Stephano suppositum est pro eis, quae sunt apud Herodotum: *Ἐνρωπήιοι ἔόντες σύνοικοι ἦσαν Μακεδόσι*, aut omissa est, quae egregie convenit, auctoritas Strabonis VII p. 295. 330 fr. 25.

Δᾶτον πόλις Θράκης. Ἡρόδοτος ἑνάτη (IX 75).

Lemma alienum ab Herodoto. cf. exempli gratia Strab. VII 331 fr. 33. 36.

ad Thucydidem:

Σπάρτωλος πόλις Μακεδονίας, ὡς Θουκυδίδης ἐν δευτέρῳ (II 79, 2 sqq.). Hollander p. 12.

Οἰσύμη πόλις Μακεδονίας. Θουκυδίδης τετάρτη (IV 107, 3). Hollander p. 11. cf. Scymn. 656 sqq. et Müller ad h. l.

ad Polybium¹⁾:

Ταρσηῖον πόλις πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Πολύβιος τρίτω (III 24). Quod ad mema infra redibimus.

ad Strabonem:¹⁾

Ἐνεργέται Σκυθικὸν ἔθνος. Στράβων (XV 724).

Aut Stephani est illud *Σκυθικόν* aut, quod veri similis, auctoris excidit nomen (Arriani? cf. *anab.* III 27, 4).

Peracta re quasi appendicis loco pauca adiciam, quae inquirenti in Stephani lemmata componendi rationem non plane sunt neglegenda. Magna licentia eum in hac re usum esse variisque modis explicationes ex scriptorum locis elicuisse sive recte sive falso, docuerunt satis exempla. At etiam tum, cum in universum accuratius auctorum verba exprimeret, libuit ei singula quaedam mutare:

primum in appellativorum usu, ita ut scriberet in lemmate pro γῆ — χώρα (s. v. *Φυλλίς*), χῶρος — τόπος (*Ἰρασα*), τεῖχος — φρούριον (*Ὀλπαι*), ἄκρα — ὄρος (*Ἀράκονον*), γένος — ἔθνος (*Βοῦσαι*); et omnino idem valent apud eum πόλις πόλισμα πολισμάτιον πολίχνιον (cf. v. *Ἄμφεια, Κάλλατις, Τομεύς, Δειρή, Σόλλιον* etc.).

Ceterum nonnunquam, cum apud scriptorem nomina tantum allata erant, appellativo in lemmate carere non potuit; quare accidit, ut interdum, cum ad terram nomen spectaret, perperam πόλις voce uteretur (cf. exempli causa v. *Ἀραχωσία, Ἐλιμία, Χερρόνησος*).

deinde, quod multo gravius est, in usu nominum priorum. Veluti substituit loco gentis nominis

1) Attulit Niese p. 48

Κανώπη πόλις Ἀκαρναντίας. Πολύβιος πέμπτω.

Potuit praeterea afferre

Μέταπα πόλις Ἀκαρναντίας. Πολύβιος πέμπτω.

Ad Aetoliam potius pertinent duo nomina; quod cum apud utrumque eadem explicatio inveniatur, non agitur nisi de locis, qui leguntur V 7, 7 sq. 13, 8 sq. Habes tamen *Ἀκαρναντίας* V 6, 1 et 13, 1.

Attulit ibidem

Βούρχανις νῆσος ἐν τῇ Κελτικῇ, ὡς Στράβων (VII 291).

An Celticae mentio derivata est ex p. 290 (init.) vel 292?

aut ethnicum (s. v. Ἀρτεᾶται, Ἀηρούσιοι, Ἀδουρμαχίδαι)
 aut terrae nomen (Ἀρτάξιστα, Ἀμβλαδα, Ἄνανα, Ἄλαλ)
 aut urbis significationem (Σόλλιον, Σολύγεια, Χαλκίς, Κῦνος).

Haec hactenus. Ad Hecataeum transeamus.

I. Iberia.

1. Mastieni — Elbestii.

fr. 6 ap. Steph. Byz. s. v. *Μαστιανοὶ ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. εἴρηται δὲ ἀπὸ Μαστίας πόλεως.*

fr. (6a) ap. Steph. Byz. s. v. *Ἐλβεῖστοι ἔθνος Λιβύης. Φίλιστος ἢ "περὶ δὲ τοὺς Λιβυᾶς . . ." Ἐκαταῖος Εὐρώπη "Ἐλβεῖστοι καὶ Μαστιηνοί."*

Mastienos — nam Hecataeus haud dubie Ionica forma usus est, id quod dilucide demonstrat alterum fragmentum (6 a), cf. Meineke ad Steph. Byz. s. v. *Μάκη* p. 426, 5 — Hispaniae gentem fuisse apparet et ex aliorum scriptorum testimoniis et ex eo, quod in ipsa 'Europe' Hecataei commemorati sunt eisque ab ipso Hecataeo Hispaniae oppida attribuuntur (fr. 8—10). De his infra copiosius disputandum erit; nunc ea ita tantum velim respici, ut quam latos fines logographus genti assignaverit, cognoscatur. *Μαινόβωρα* (fr. 8) sine dubio est Maenoba, quam alii dicunt; *Σίξος* (fr. 9) est Sex; de Molybdine oppido (fr. 10) nihil scimus; fragmentum 7 denique num Hecataei sit, videtur omnino incertum. Sed hoc nequit dubitari, quin oppida sita fuerint in orientali Hispaniae ora, in sinu potissimum Malacitano. Lemma Stephani *πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις* si re vera ipsum quoque ex fonte promptum est, gens illa non longe a Calpe afuit; certe secundum fr. 6a Elbestiis erat vicina. Quatenus autem ultra Sex oppidum septentrionem versus pertinuerint, ex Hecataeo non comperimus. Cf. Ukert, *Geogr. d. Griechen u. Römer* II 1 p. 244 sq.

Iam circumspicientibus, num quid alii de ea gente memoriae prodiderint, obveniunt sane pristinae aetatis scriptores, quorum non exstant nisi hic illic dispersae reliquiae. Nam ut omnino Hannibalicum bellum et Romanorum dominatio eo adepta totum Hispaniae et gentium et oppidorum statum mutavit atque subvertit, ita postea ne de Mastienis quidem quicquam accipimus notitiae, sed succedunt in locum Bastuli et Bastetani, qui quin illorum nomini respondeant, minime dubium. Itaque forma *Μαστιανοί*, quae in Stephani tmemate est, si non Hecataei est propter dialectum nec Stephanus Ionismum delevit — nam fieri potuit, ut post verba *Ἡρακλείαις στήλαις* alius scriptoris memoria a Stephani epitomatore omitteretur —, certissime prisco cuidam debetur auctori.

Ac primus post Hecataeum existit testis Herodorus mythographus, qui de Hercule et Argonautis libros condidit. Cuius filius Bryso sophista (cf. Aristot. hist. an. 6, 5 p. 563 a 7. 9, 11 p. 615 a 10) cum Aristippo et Antisthene Socratis discipulis componitur a Theopompo (fr. 279) ap. Athen. XI 508 CD (cf. Müller FHG II p. 27); nec tam Ol. 80. 460 eum floruisse statuendum erit, ut statuit Klautzsch, *Herodor von Heraclea* (*Brandenburg* 1853) p. 5, quam eo temporis intervallo, quod interest inter annos 450 et 430. Qui in libro decimo de Hercule Geryonis armenta arcessente fabulans scripserat haec (fr. 20 ap. Const. Porph. de admin. imp. 23 = Steph. Byz. s. v. *Ἰβηρία*): τὸ δὲ Ἰβηρικὸν γένος τοῦτο, ὅπερ φημὶ οἰκεῖν τὰ παράλια τοῦ διάπλου, διώρισται ὀνόμασιν ἐν γένος ἔδῳ κατὰ φῆλα. πρῶτον μὲν οἱ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις οἰκοῦντες τὰ πρὸς δυσμέων Κύνητες ὀνομάζονται, ἀπ' ἐκείνων δὲ ἤδη πρὸς βορέαν ἴοντι Γλῆτες, μετὰ δὲ Ταρτήσιοι, μετὰ δὲ Ἐλβυσίνοι, μετὰ δὲ Μαστιηνοί, μετὰ δὲ Κελκιανοί, ἔπειτα δὲ ἴδι ὁ Ῥοδανός. Quibuscum conferendus Stephanus s. v. *Κυνητικόν* et *Γλῆτες*. Noverat igitur colentes in ora Hispaniae inter Elbysinios et Celcianos (quo nomine quid faciendum sit, nondum planum) Mastienos — Ionico enim nomine et ipse eos appellavit: aperte vel hinc confirmatur Hecataei notitia.

Quarti deinde saeculi auctor exstat Theopompus, qui in libro 43¹⁾ Massianos memoravit. cf. Steph. Byz. s. v. *Μασσία* (fr. 224) *χώρα παρακειμένη τοῖς Ταρτησίοις, τοῖς Ἰβησίοις Μασσιανός*. Quos Massianos non diversos esse ab Mastienis sexti quintive saeculi et *Μασσία* voce eorum fines significat luce est clarius.

Ex hoc testimonio Stephani, cuius lemma debetur, apparet opinor etiam *Μασσία* nomen, cuius mentio fit in instrumento secundi foederis inter Romanos et Carthaginienses inito, quod memoriae prodidit Polyb. III 24, ad Hispaniam agrumque Mastienorum spectare. Sane urbem Mastiam memorat Stephanus in sectione illa s. v. *Μαστιανοί* ex Hecataeo deprompta; post auctoris memoriam adiungit: *εἴρηται δὲ ἀπὸ Μασσίας πόλιος*. Quod scilicet non in logographi periegesi invenit; merito Unger Mus. Rhen. XXXVII p. 198 n. monuit illud additamentum niti conclusionem tantum ex ethnico facta; grammatici hominis doctrinam redolet et rationem prudenter sive imprudenter colligendi. Ac Müllenhoff, *Deutsche Altertumskunde* I p. 153 recte docuit derivationem, quae apud Stephanum exstat, a Theopompo in dubium vocari. Similius autem esse veri ex terrae nominatione et gentis et praecipuae urbis nomina orta esse quam vice versa ex uno urbis capite et totius tractus ethnicolarum significationes manavisse. Nullum igitur Stephanus testimonium; ideoque removenda opinio eorum, qui a Polybio Mastiam urbem aliquam Mastienorum dicant cogitaverunt³⁾.

Postremo Polybius III 33 recenset Mastianos in

1) Ex eodem libro aliud fragmentum ad Hispaniam pertinet Steph. s. v. *Σήρα* (fr. 225); *Τάρτες* (fr. 242) ex libro Wichers animadvers. in fragm. p. 200 locit *ταρταρῶν* habente Ungero Mus. Rhen. XXXV Müller anti-

2) Sic Müller emendavit

3) Unger

gentes, quas Hannibal ex Hispania in Africam transvexerit. Summo autem iure miraberis, quod Klausen ad fr. 6, postquam Polybii locum attulit, propterea Philistum (fr. 30) ap. Steph. Byz. s. v. Ἐλβέστιοι utrumque populum in Libya collocasse profert!

Sed quid sibi volunt Philisti illa verba a Stephano partim servata? Num re vera Mastienos Elbestiosque Libyae gentes sibi finxerat? Libri Stephani habent haec: Ἐλβέστιοι ἔθνος Λιβύης. Φίλιστος ἢ περὶ δὲ τοὺς Λίβυας ἐκτ** Εὐρώπης Ἐλβέστιοι καὶ Μαστιηνοί. Berkel scripsit ἐκτὸς Εὐρώπης, nec sane difficile est intellectu, quomodo quis eo potuerit deduci: clamare videntur cum lemma ipsum quod legitur ἔθνος Λιβύης, tum verba Polybii III 24, 2, quo loco Mastiam Tarseium contendat adiacere Pulchro promunturio, quod ipse (III 23, 1) haud procul a Carthagine affirmat abesse. Quid? quod etiam clarissimus vir Meineke ad Steph. s. v. Ταρσίον ex Polybii loco Ταρσίον in ora Libyca situm fuisse vult concludi? At qui primus de Polybii loco recte intellegendo bene meritus est, Heynium dico (opusc. acad. III 61), quanquam mira sunt, quae protulit de Libycis oppidis Mastia et Tarseio deque coloniis cognominibus inde in Hispaniam deductis, tamen id suo iure contendit apud Polybium verbum προσκείσθαι non de loco posse accipi, ut esset 'adiacere', sed hoc valere: 'adduntur' Pulchro promunturio, qui in primo foedere solus terminus constitutus erat (cf. Polyb. III 22), Μαστία Ταρσίον; nec posse de ea re dubitari demonstrant satis verba ipsa instrumenti τοῦ Καλοῦ ἀρωτηρίου Μαστίας Ταρσηίου μὴ λήζεσθαι ἐπέκεινα κτλ. (Pol. III 24, 4) et Polybii explicatio (§ 1): ἐν αἷς προσπεριελήφασι. Ac mirum est, quod etiam is, qui Polybii rem geographicam tractavit (Magdeburg, de Polybii re geographica. Halis 1873. p. 32), scriptorem dicit Tarseium Mastiam ad Africae Pulchrum promunturium transposuisse.

De Stephani vero articulo quid iudicabimus? Cuius vulnerei sat validam medelam attulit palmaris Holstenii coniectura Ἐκαταῖος Εὐρώπη. Quam alii aut probavere aut quasi novam

denuo protulere ¹⁾. Sunt autem hi Elbestii eidem atque Herodori Elbysinii; Hecataeus igitur hanc quoque gentem Mastienis vicinam in Europe recensuit itaque Stephani membra a Klauseno et Müllero omissum in Hecataei fragmentorum numerum recipiendum. Quod autem Philistus Elbestios auctore Stephano gentem Libyae dixit, statuamus necesse est aliquid falsi subesse Stephani sectioni; ac meo quidem iudicio optime Müllenhoff p. 145 — laudatus in hac re a Meltzero *Gesch. der Karthager* I p. 510 — collegit in Sicilia etiam Elbestios fuisse Agrigenti expugnandi anno a. Chr. n. 406 participes; sed quod putat vir doctus inde perspicuum esse, quomodo eo errore implicitus sit Philistus, ut Elbestios Libycam gentem aperte indicaret aut saltem, cum verba non integra apud Stephanum exstent — nam Holstenii coniectura accepta lacuna post vocem *Λιβυας* statuatur necesse est —, in Libycorum numero duceret, mihi quidem multo veri similius videtur erroris insimulandum esse Stephanum, quem maximos errores commisisse satis superque constat. Qui cum apud scriptorem historicum, quem facile eodem modo quo Hecataei Herodoti Polybii Strabonis aliorum opera potuit inspicere, legeret in Carthaginiensium exercitu anno 406 in Sicilia res gerente Elbestios praeter Libyos fuisse — mercenarios ex Iberia arcessitos Libyosque milites conscriptos esse testatur Diod. XIII 80 —, lemma illud *ἔθνος Λιβύης* ad contextum loci neglegentius animum attendens ipse usitato more ex verbis Philisti composuit, quanquam hic illi genti Libycam originem haudquaquam attribuerat. Quam sententiam eo maiore confidentia credo nos amplectemur, cum supra haud paucis exemplis viderimus probatam. Quae cum ita sint, puto et omne indicium, quod Mastienos vel Elbestios ante Hannibalis aetatem ad Africam spectavisse indicaret, evanuisse et refutata esse aliorum Stephanei loci sanandi conamina ²⁾.

1) Cf. Schubart *Zeitschr. f. Alt.-Wiss.* 1843. p. 212. Meineke in ed. Steph. Stiehle Philol. VIII p. 591. Movers, *Phönizier* II 2 p. 630 n. 112. Müllenhoff p. 111 n.; 145. Christ, *Avien. Abhandl. d. bayer. Akad.* XI (1868) p. 137 sq. Unger Philol. suppl. IV p. 198. Müller ad Dion. Per. 338.

2) *ἔθνος Ἰβηρίας* Heyne l. l. — *ἔθνος Λιβύης* Ukert II 1 p. 244 n. 7.

Ac quoniam iam nunc de Elbestiis utpote artissimo vinculo cum Mastienis coniunctis tot verba feci, liceat mihi statim addere aliam sectionem eiusdem Stephani s. v. Ὀλβύσιοι ἔθνος ἐπὶ 1) Ἡρακλείων σπηλῶν. καὶ Ὀλβυσίνιοι ἄλλο. Etenim ne hi quidem diversi sunt, ut dudum cognitum est, ab Herodori Elbysiniis, Hecataei Elbestiis; quos unde ethnicographus hauserit, quanquam nescimus, id tamen certum est etiam hos prisco alicui scriptori deberi, si modo integra nominis forma. ἄλλο quin falsum sit, minime est dubium; mutavit Holstenius in ἄλλοις. Fortasse littera O omnino ex genuinae litterae E corruptela orta.

Ad finem pervenissemus, nisi accederet gravissimus testis, quem minime omnium exspectaveris — Avienus. Nam affatim manifestum est eum in poemate, quod inscribitur Ora maritima, cuius nescio quo pacto primus liber solus tulit aetatem, fontem sat antiquum secutum esse et quaecumque ad geographiam pertinentia ibi Probo amico exposuit, ut 'petita longe' (v. 79) ad explendam et illustrandam notitiam Hispaniae et Galliae orae a priscis Graecorum scriptoribus conceptam summi esse momenti. Quam enim C. Müller (Philol. XXXII p. 106 sqq. *Phil. Anz.* III p. 456 sqq.) de eo libello protulit sententiam Orae maritimae descriptionem ab insulso stolidoque compilatore confectam esse, qui opiniones geographicas iam pridem depositas cum scientia temporum melius eruditorum perperam miscuisset (l. l. p. 116), ea perversa est; paucis, quantum nostra interest, hanc opinionem infra perstringemus. Immo fontem Avieni esse periplum veterem rectissime perspexit Müllenhoff, *Deutsche Altertumskunde* I p. 73 sqq., qui multa de eo disputavit; atque etiam Christ, qui primus, quantum auctoritatis illi libello tribuendum esset, exposuit (*Abhandl. d. bayer. Akad.* XI (1868) p. 113 sqq.), fontem autem Pytheam Massiliensem esse suspicatus erat, postea (*Annal. philol.* CIII p. 714) Müllenhoffii sententiam saltem de paeninsulae regionibus, quae non ad oram occidentalem pertinerent, veram esse concessit.

1) Libri male ἀπό.

Conferendi sunt praeterea Gutschmid *Lit. Centralbl.* 1871. p. 523 sqq. Meltzer, *Gesch. d. Karthager* I p. 479 sqq. Unger *Philol. suppl.* IV p. 189 sqq. *Mus. Rhen.* XXXVIII p. 157 sqq. Sonny, de Massiliensium rebus quaestiones p. 21 sqq.

Quo autem tempore periplus ille videatur conscriptus esse, non consentiunt viri docti; quae quaestio siquidem ad Hecataei fragmenta recte intellegenda et aestimanda maximi est ponderis, mox copiosius tractanda erit. Sed alia iuvat praemonere, priusquam ad carmen ipsum accedamus. Müllenhoff enim coniecturam in medium protulerat periplus sexto saeculo exeunte a Phoenice quodam compositum sequente saeculo a Massiliensi homine in Graecum sermonem translatum et postea initio saeculi a. Chr. n. secundi ab inepto homine rerum antiquarum studioso interpolatum esse. Quae sententia postquam satis superque redarguta est ab eis, qui Müllenhoffii librum recensuere, Gutschmid quidem interpolatoris manum in Avieni carmine tenendam esse censuit; contra Unger copiose totum carmen recognoscens demonstrare conatur nullam eius sententiae esse causam, sed quaecumque peripli verbis addita sint — ac sunt quaedam addita —, proderet manum solius Avieni. Rursus Sonny nonnunquam in Ungerum vehementius invehens quibusdam locis interpolationem certe statuendam arbitratus est. Equidem num Unger omnibus locis recte iudicavit, nunc in suspenso relinquo, quoniam sunt, qui accuratius examinentur necesse sit; sed id mihi persuasi numerum eorum, quos Müllenhoff et Sonny interpolatos esse duxerunt, praesertim inde ab Ana fluvio (v. 205 sqq.) certe aliquanto imminutum iri secundis curis huic quaestioni adhibitis. Sed utut est — haec quaestio ubi valet ad id, quod nos agimus, conabor ostendere, nam singuli loci examinandi sunt, nullo modo interpolationem necessario esse agnoscendam —, multo gravioris momenti est lex a Müllenhoffio optimo iure constituta et probata ceteris interpretibus Gutschmidio Ungerō Sonnio. Etenim cum Avienus multa, quae ad peripli tempus pertinent, ad suam aetatem ita revocaverit, ut, cum in periplus praesens tempus usurpatum erat utpote de rebus tunc ipsum vigentibus, saepius praeterito uteretur,

autem lemma *νησος Ἰθάκης* cohaeret cum loco Iiadis *B* 633, ex quo ipso dubito an derivatum sit — ex commentario quominus haustum existimes, videtur obstare Strabo VIII 376. X 452 sq.; nec abs re conicies Stephanum, postquam fortasse Homericum versum laudavit, cum Crocylium, cuius meminit Thucydides, vix pro eadem, quae apud Homerum est, habuerit, orationem continuasse verbis *ἔστι καὶ* vel *ἄλλη ἐστὶν* vel similibus.

At Stephani manum certe prodit hoc tmema:

Ἡῶν πόλις ἐν χερρονήσῳ, ὡς Θουκυδίδης.

De cherroneso nihil locis Thucydideis (I 98. IV 50. 102 sqq. V 6. 10. [IV 7]). Sed ipsius est Stephani *‘χερρόνησον* de Chalcidice dicere.’ cf. Meineke ad h. l. et ad v. *Σάνη*. Adice exemplum s. v. *Μεσημβρία* *ἔστι καὶ Θράκης Μεσημβρία πρὸς τῷ τέλει τῆς χερρονήσου, ὡς Ἡρόδοτος ἐβδόμη*. Ecce peculiaris explicatio repetita ex Herodoto VII 108: respondent voci *ἑσχάτη*, quae ibi legitur, verba *πρὸς τῷ τέλει*. Addidit *τῆς χερρονήσου* Stephanus.

Iam vero attendamus tria lemmata maxime idonea ad illustrandum fragmentum illud Hecataei, quo Capuae urbis Italiae mentio continetur (27), quod quondam praeter alia in causa erat, cur offenderent viri docti:

Κυρτώνιος πόλις Ἰταλίας. Πολύβιος τρίτῳ (III 82, 9).

Λουκερία πόλις Ἰταλίας. Πολύβιος τρίτῳ (III 88, 5. 100, 1 et 3).

Σιγνία πόλις Ἰταλίας, ὡς Στράβων πέμπτῳ (V 237).

At Polybius altero loco de Tyrrhenia verba facit, altero de Iapygia et Daunna, Strabo autem de Latio. Quid vero vi necessitatis coarguit lemmata illa, in quibus Italiae nomen est, ex indice aliquo originem trahere? An quisquam est, qui inducat animum pro explorato venditare Stephanum interdum non suoapte arbitrato in vicem singularum paeninsulae partium huius ipsius nomen substituuisse, haud credo inscium Tyrrheniam et Latium ad Italiam pertinere? Accedit quod nomen *Κυρτώνιος* propter raram formam vix alii debetur atque Polybio — altera forma, quae est *Κρότων* (cf. Dion. Hal. I 26),

aliunde petita est —: iam si affirmes auctorem illius catalogi, ex quo Stephanus fortasse hanc sectionem desumpserit, ipsum quoque lemmata ex scriptoribus composuisse (cf. Niese Hermes XIV p. 424): quomodo expedies rem, cum eandem licentiam nomina usurpandi et mutandi auctori illi anonymo tribuas, deneges Stephano? Quam ab hoc alienam esse Niese non probavit nec magis Hollander p. 10. Atqui nos exemplis confirmatum vidimus eum aliquoties quaedam aut posuisse aut addidisse: et negabimus eum interdum quaedam mutavisse, quae tam facili modo sine ullo vitio potuerunt mutari?

Denique ut ex ordine eiusmodi lemmata, quae restant, enumerem eis, quae iam allata sunt, alia annectens, spectant ad Herodotum:

Μυκάλη πόλις Καρίας. Ἡρόδοτος πρώτη (I 148).

Hollander p. 11. Lenschau, de rebus Priensium. Stud. Lips. XII p. 157 n. 2. — Videntur et fontis, unde lemma fluxit, memoria et verba, quae locum Herodoteum cum praecedentibus coniungebant (ἔστι καὶ ἄκρα vel simile quid), intercidisse.

Ἰς πόλις Περσική. Ἡρόδοτος πρώτη (I 179).

Περσική fortasse Stephani est.

Βρίγες ἔθνος Θρακικόν. Ἡρόδοτος ἑβδόμη (VII 73).

Hollander p. 11. — Θρακικόν illud non ex voce Θρήκες, quae legitur cap. 75 init., extricatum esse quis largietur; itaque aut a Stephano suppositum est pro eis, quae sunt apud Herodotum: *Εὐρωπήιοι ἔόντες σύνοικοι ἦσαν Μακεδόσι*, aut omissa est, quae egregie convenit, auctoritas Strabonis VII p. 295. 330 fr. 25.

Δᾶτον πόλις Θράκης. Ἡρόδοτος ἑνάτη (IX 75).

Lemma alienum ab Herodoto. cf. exempli gratia Strab. VII 331 fr. 33. 36.

ad Thucydidem:

Σπάρταλος πόλις Μακεδονίας, ὡς Θουκυδίδης ἐν δευτέρῳ (II 79, 2 sqq.). Hollander p. 12.

Ολοῦμη πόλις Μακεδονίας. Θουκυδίδης τετάρτη (IV 107, 3). Hollander p. 11. cf. Scymn. 656 sqq. et Müller ad h. l.

ad Polybium¹⁾:

Ταρχίον πόλις πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Πολύβιος τρίτω (III 24). Quod ad mema infra redibimus.

ad Strabonem:¹⁾

Ἐνεργέται Σκυθικὸν ἔθνος. Στράβων (XV 724).

Aut Stephani est illud *Σκυθικόν* aut, quod veri similis, auctoris excidit nomen (Arriani? cf. *anab.* III 27, 4).

Peracta re quasi appendicis loco pauca adiciam, quae inquirenti in Stephani lemmata componendi rationem non plane sunt neglegenda. Magna licentia eum in hac re usum esse variisque modis explicationes ex scriptorum locis elicuisse sive recte sive falso, docuerunt satis exempla. At etiam tum, cum in universum accuratius auctorum verba exprimeret, libuit ei singula quaedam mutare:

primum in appellativorum usu, ita ut scriberet in lemmate pro γῆ — χῶρα (s. v. *Φυλλίς*), χῶρος — τόπος (*Ἰρασα*), τεῖχος — φρούριον (*Ὀλπαι*), ἄκρα — ὄρος (*Ἀράκονον*), γένος — ἔθνος (*Βοῦσαι*); et omnino idem valent apud eum πόλις πόλισμα πολισμάτιον πολίχμιον (cf. v. *Ἄμφεια, Κάλλατις, Τομεύς, Δειρή, Σόλλιον* etc.).

Ceterum nonnunquam, cum apud scriptorem nomina tantum allata erant, appellativo in lemmate carere non potuit; quare accidit, ut interdum, cum ad terram nomen spectaret, perperam πόλις voce uteretur (cf. exempli causa v. *Ἀραχωσία, Ἐλιμία, Χερρόνησος*).

deinde, quod multo gravius est, in usu nominum priorum. Veluti substituit loco gentis nominis

1) Attulit Niese p. 49

Κωνώπη πόλις Ἀκαρνανίας. Πολύβιος πέμπτω.

Potuit praeterea afferre

Μέταπα πόλις Ἀκαρνανίας. Πολύβιος πέμπτω.

Ad Aetoliam potius pertinent duo nomina; quod cum apud utrumque eadem explicatio inveniatur, non agitur nisi de locis, qui leguntur V 7, 7 sq. 13, 8 sq. Habes tamen *Ἀκαρνανίας* V 6. 1 et 13, 1.

Attulit ibidem

Βούρχανις νῆσος ἐν τῇ Κελτικῇ, ὡς Στράβων (VII 291).

An Celticae mentio derivata est ex p. 290 (init.) vel 292?

aut ethnicum (s. v. Ἀρτεᾶται, Ἀηρούσιοι, Ἀδυρμαχίδαι)
 aut terrae nomen (Ἀρτάξιστα, Ἀμβλαδα, Ἄνανα, Ἄλαλ)
 aut urbis significationem (Σόλλιον, Σολύγεια, Χαλκίς, Κῦνος).

Haec hactenus. Ad Hecataeum transeamus.

I. Iberia.

1. Mastieni — Elbestii.

fr. 6 ap. Steph. Byz. s. v. *Μαστιανοὶ ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Ἐκαταῖος Εὐρώπῃ. εἴρηται δὲ ἀπὸ Μαστίας πόλεως.*

fr. (6a) ap. Steph. Byz. s. v. *Ἐλβέστιοι ἔθνος Λιβύης. Φίλιστος ἢ "περὶ δὲ τοὺς Λιβύας . . ." Ἐκαταῖος Εὐρώπῃ "Ἐλβέστιοι καὶ Μαστιηνοί."*

Mastienos — nam Hecataeus haud dubie Ionica forma usus est, id quod dilucide demonstrat alterum fragmentum (6 a), cf. Meineke ad Steph. Byz. s. v. *Μάκη* p. 426, 5 — Hispaniae gentem fuisse apparet et ex aliorum scriptorum testimoniis et ex eo, quod in ipsa 'Europe' Hecataei commemorati sunt eisque ab ipso Hecataeo Hispaniae oppida attribuuntur (fr. 8—10). De his infra copiosius disputandum erit; nunc ea ita tantum velim respici, ut quam latos fines logographus genti assignaverit, cognoscatur. *Μαινόβωρα* (fr. 8) sine dubio est Maenoba, quam alii dicunt; *Σίξος* (fr. 9) est Sex; de Molybdine oppido (fr. 10) nihil scimus; fragmentum 7 denique num Hecataei sit, videtur omnino incertum. Sed hoc nequit dubitari, quin oppida sita fuerint in orientali Hispaniae ora, in sinu potissimum Malacitano. Lemma Stephani *πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις* si re vera ipsum quoque ex fonte promptum est, gens illa non longe a Calpe afuit; certe secundum fr. 6a Elbestiis erat vicina. Quatenus autem ultra Sex oppidum septentrionem versus pertinuerint, ex Hecataeo non comperimus. Cf. Ukert, *Geogr. d. Griechen u. Römer* II 1 p. 244 sq.

Iam circumspectantibus, num quid alii de ea gente memoriae prodiderint, obveniunt sane pristinae aetatis scriptores, quorum non exstant nisi hic illic dispersae reliquiae. Nam ut omnino Hannibalicum bellum et Romanorum dominatio eo adepta totum Hispaniae et gentium et oppidorum statum mutavit atque subvertit, ita postea ne de Mastienis quidem quicquam accipimus notitiae, sed succedunt in locum Bastuli et Bastetani, qui quin illorum nomini respondeant, minime dubium. Itaque forma *Μαστιανοί*, quae in Stephani tmemate est, si non Hecataei est propter dialectum nec Stephanus Ionismum deleuit — nam fieri potuit, ut post verba *Ἡρακλείαις στήλαις* alius scriptoris memoria a Stephani epitomatore ommitteretur —, certissime prisco cuidam debetur auctori.

Ac primus post Hecataeum existit testis Herodorus mythographus, qui de Hercule et Argonautis libros condidit. Cuius filius Bryso sophista (cf. Aristot. hist. an. 6, 5 p. 563 a 7. 9, 11 p. 615 a 10) cum Aristippo et Antisthene Socratis discipulis componitur a Theopompo (fr. 279) ap. Athen. XI 508 CD (cf. Müller FHG II p. 27); nec tam Ol. 80. 460 eum floruisse statuendum erit, ut statuit Klautzsch, *Herodor von Heraclea (Brandenburg 1853)* p. 5, quam eo temporis intervallo, quod interest inter annos 450 et 430. Qui in libro decimo de Hercule Geryonis armenta arcessente fabulans scripserat haec (fr. 20) ap. Const. Porph. de admin. imp. 23 = Steph. Byz. s. v. *Ἰβηριαί*): τὸ δὲ Ἰβηρικὸν γένος τοῦτο, ὅπερ φημὶ οἰκεῖν τὰ παράλια τοῦ διαπλου, διώρισται ὀνόμασιν ἐν γένος ἕκαστον κατὰ φύλα. πρῶτον μὲν οἱ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις οἰκοῦντες τὰ πρὸς δυσμέων *Κύνητες* ὀνομάζονται, ἀπ' ἐκείνων δὲ ἤδη πρὸς βορέαν ἰόντι *Γληῆτες*, μετὰ δὲ *Ταρτήσιοι*, μετὰ δὲ *Ἐλβυστινοί*, μετὰ δὲ *Μαστιανοί*, μετὰ δὲ *Κελκιανοί*, ἔπειτα δὲ ἤδη ὁ *Ῥοδανός*. Quibuscum conferendus Stephanus s. v. *Κυνητικόν* et *Γληῆτες*. Noverat igitur colentes in ora Hispaniae inter Elbysinos et Celcianos (quo nomine quid faciendum sit, nondum planum) Mastienos — Ionico enim nomine et ipse eos appellavit: aperte vel hinc confirmatur Hecataei notitia.

Quarti deinde saeculi auctor exstat Theopompus, qui in libro 43 ¹⁾ Massianos memoravit. cf. Steph. Byz. s. v. *Μασσία* (fr. 224) *χώρα παρακειμένη* ²⁾ *τοῖς Ταρτησίοις. τὸ ἔθνικὸν Μασσιανός*. Quos Massianos non diversos esse ab Mastienis sexti quintive saeculi et *Μασσία* voce eorum fines significari luce est clarius.

Ex hoc testimonio Stephani, cuius lemma debetur, apparet opinor etiam *Μασσία* nomen, cuius mentio fit in instrumento secundi foederis inter Romanos et Carthaginienses initi, quod memoriae prodidit Polyb. III 24, ad Hispaniam agrumque Mastienorum spectare. Sane urbem Mastiam memorat Stephanus in sectione illa s. v. *Μαστιανοί* ex Hecataeo deprompta: post auctoris memoriam adiungit: *εἴρηται δὲ ἀπὸ Μαστίας πόλεως*. Quod scilicet non in logographi periegesi invenit; merito Unger Mus. Rhen. XXXVII p. 198 n. monuit illud additamentum niti conclusione tantum ex ethnico facta: grammatici hominis doctrinam redolet et rationem prudenter sive imprudenter colligendi. Ac Müllenhoff, *Deutsche Altertumskunde* I p. 153 recte dicit derivationem, quae apud Stephanum exstat, a Theopompo(?) in dubium vocari. Similius autem esse veri ex terrae nominatione et gentis et praecipuae urbis nomina orta esse quam vice versa ex uno urbis capite et totius tractus et incolarum significationes manavisse. Nullum igitur Stephani testimonium; ideoque removenda opinio eorum, qui apud Polybium Mastiam urbem aliquam Mastienorum dictam esse cogitaverunt³⁾.

Postremo Polybius III 33 recenset Mastianos inter eas

1) Ex eodem libro aliud fragmentum ad Hispaniam pertinens servavit Steph. s. v. *Ξήρα* (fr. 225); *Τλήτες* (fr. 242) ex libro 45 afferuntur. Wichers animadvers. in fragm. p. 250 coniecit *τεσσαρακοστῶ τρίτω* probante Ungero Mus. Rhen. XXXVIII p. 182. Müller annotat 'sine causa'.

2) Sic Meineke emendavit; libri *ἀποκειμένη*, quod corruptum.

3) Unger, quanquam in illa annotatione de 'Mastia Hispaniae oppido' verum assecutus est, nihilominus apud Polybium nomen ad urbem pertinere existimat eamque non Hispaniae sed Corsicae insulae. Quam sententiam ut ab omni probabilitate alienam vix cuiquam placituras esse spero.

gentes, quas Hannibal ex Hispania in Africam transvexerit. Summo autem iure miraberis, quod Klausen ad fr. 6, postquam Polybii locum attulit, propterea Philistum (fr. 30) ap. Steph. Byz. s. v. Ἐλβεῖοι utrumque populum in Libya collocavisse profert!

Sed quid sibi volunt Philisti illa verba a Stephano partim servata? Num re vera Mastienos Elbestiosque Libyae gentes sibi finxerat? Libri Stephani habent haec: Ἐλβεῖοι ἔθνος Λιβύης. Φιλιστος ἢ περὶ δὲ τοὺς Λίβυας ἐκτ** Εὐρώπης Ἐλβεῖοι καὶ Μαστιηνοί. Berkel scripsit ἐκτὸς Εὐρώπης, nec sane difficile est intellectu, quomodo quis eo potuerit deduci: clamare videntur cum lemma ipsum quod legitur ἔθνος Λιβύης, tum verba Polybii III 24, 2, quo loco Mastiam Tarseium contendat adiacere Pulchro promunturio, quod ipse (III 23, 1) haud procul a Carthagine affirmat abesse. Quid? quod etiam clarissimus vir Meineke ad Steph. s. v. Ταρσήιον ex Polybii loco Ταρσήιον in ora Libyca situm fuisse vult concludi? At qui primus de Polybii loco recte intellegendo bene meritus est, Heynium dico (opusc. acad. III 61), quanquam mira sunt, quae protulit de Libycis oppidis Mastia et Tarseio deque coloniis cognominibus inde in Hispaniam deductis, tamen id suo iure contendit apud Polybium verbum προσκείσθαι non de loco posse accipi, ut esset 'adiacere', sed hoc valere: 'adduntur' Pulchro promunturio, qui in primo foedere solus terminus constitutus erat (cf. Polyb. III 22), Μαστία Ταρσήιον; nec posse de ea re dubitari demonstrant satis verba ipsa instrumenti τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου Μαστίας Ταρσηίου μὴ λήζεσθαι ἐπέκεινα κτλ. (Pol. III 24, 4) et Polybii explicatio (§ 1): ἐν αἷς προσπεριελήφασιν. Ac mirum est, quod etiam is, qui Polybii rem geographicam tractavit (Magdeburg, de Polybii re geographica. Halis 1873. p. 32), scriptorem dicit Tarseium Mastiam ad Africae Pulchrum promunturium transposuisse.

De Stephani vero articulo quid iudicabimus? Cuius vulneri sat validam medelam attulit palmaris Holstenii coniectura Ἐκαταῖος Εὐρώπη. Quam alii aut probavere aut quasi novam

denuo protulere ¹⁾. Sunt autem hi Elbestii eidem atque Herodori Elbysinii; Hecataeus igitur hanc quoque gentem Mastienis vicinam in Europe recensuit itaque Stephani tmema a Klauseno et Müllero omissum in Hecataei fragmentorum numerum recipiendum. Quod autem Philistus Elbestios auctore Stephano gentem Libyae dixit, statuamus necesse est aliquid falsi subesse Stephani sectioni; ac meo quidem iudicio optime Müllenhoff p. 145 — laudatus in hac re a Meltzero *Gesch. der Karthager* I p. 510 — collegit in Sicilia etiam Elbestios fuisse Agrigenti expugnandi anno a. Chr. n. 406 participes; sed quod putat vir doctus inde perspicuum esse, quomodo eo errore implicitus sit Philistus, ut Elbestios Libycam gentem aperte indicaret aut saltem, cum verba non integra apud Stephanum exstant — nam Holstenii coniectura accepta lacuna post vocem *Αιβας* statuatur necesse est —, in Libycorum numero duceret, mihi quidem multo veri similis videtur erroris insimulandum esse Stephanum, quem maximos errores commisisse satis superque constat. Qui cum apud scriptorem historicum, quem facile eodem modo quo Hecataei Herodoti Polybii Strabonis aliorum opera potuit inspicere, legeret in Carthaginiensium exercitu anno 406 in Sicilia res gerente Elbestios praeter Libyes fuisse — mercenarios ex Iberia arcessitos Libycosque milites conscriptos esse testatur Diod. XIII 80 —, lemma illud *ἔθνος Αιβύης* ad contextum loci neglegentius animum attendens ipse usitato more ex verbis Philisti composuit, quanquam hic illi genti Libycam originem haudquaquam attribuerat. Quam sententiam eo maiore confidentia credo nos amplectemur, cum supra haud paucis exemplis viderimus probatam. Quae cum ita sint, puto et omne indicium, quod Mastienos vel Elbestios ante Hannibalis aetatem ad Africam spectavisse indicaret, evanuisse et refutata esse aliorum Stephanei loci sanandi conamina ²⁾.

1) Cf. Schubart *Zeitschr. f. Alt.-Wiss.* 1843. p. 212. Meineke in ed. Steph. Stiehle Philol. VIII p. 591. Movers, *Phönizier* II 2 p. 630 n. 112. Müllenhoff p. 111 n.; 145. Christ, *Avien. Abhandl. d. bayer. Akad.* XI (1868) p. 137 sq. Unger Philol. suppl. IV p. 198. Müller ad Dion. Per. 338.

2) *ἔθνος Ἰβητίας* Heyne l. l. — *ἔθνος Αιβύης* Ukert II 1 p. 244 n. 7.

Ac quoniam iam nunc de Elbestiis utpote artissimo vinculo cum Mastienis coniunctis tot verba feci, liceat mihi statim addere aliam sectionem eiusdem Stephani s. v. Ὀλβύσιοι ἔθνος ἐπὶ Ἡρακλείων σπηλῶν. καὶ Ὀλβυστινοὶ ἄλλο. Etenim ne hi quidem diversi sunt, ut dudum cognitum est, ab Herodori Elbysiniis, Hecataei Elbestiis; quos unde ethnicographus hauserit, quanquam nescimus, id tamen certum est etiam hos prisco alicui scriptori deberi, si modo integra nominis forma. ἄλλο quin falsum sit, minime est dubium; mutavit Holstenius in ἄλλοις. Fortasse littera O omnino ex genuinae litterae E corruptela orta.

Ad finem pervenissemus, nisi accederet gravissimus testis, quem minime omnium exspectaveris — Avienus. Nam affatium manifestum est eum in poemate, quod inscribitur Ora maritima, cuius nescio quo pacto primus liber solus tulit aetatem, fontem sat antiquum secutum esse et quaecumque ad geographiam pertinentia ibi Probo amico exposuit, ut 'petita longe' (v. 79) ad explendam et illustrandam notitiam Hispaniae et Galliae orae a prisca Graecorum scriptoribus conceptam summi esse momenti. Quam enim C. Müller (Philol. XXXII p. 106 sqq. Phil. Anz. III p. 456 sqq.) de eo libello protulit sententiam Orae maritimae descriptionem ab insulso stolidoque compilatore confectam esse, qui opiniones geographicas iam pridem depositas cum scientia temporum melius eruditorum perperam miscuisset (l. l. p. 116), ea perversa est; paucis, quantum nostra interest, hanc opinionem infra perstringemus. Immo fontem Avieni esse periplum veterem rectissime perspexit Müllenhoff, *Deutsche Altertumskunde* I p. 73 sqq., qui multa de eo disputavit; atque etiam Christ, qui primus, quantum auctoritatis illi libello tribuendum esset, exposuit (*Abhandl. d. bayer. Akad.* XI (1868) p. 113 sqq.), fontem autem Pytheam Massiliensem esse suspicatus erat, postea (*Annal. philol.* CIII p. 714) Müllenhoffii sententiam saltem de paeninsulae regionibus, quae non ad oram occidentalem pertinerent, veram esse concessit.

1) Libri male ἀπό.

Conferendi sunt praeterea Gutschmid *Lit. Centralbl.* 1871. p. 523 sqq. Meltzer, *Gesch. d. Karthager* I p. 479 sqq. Unger *Philol. suppl.* IV p. 189 sqq. *Mus. Rhen.* XXXVIII p. 157 sqq. Sonny, de *Massiliensium rebus quaestiones* p. 21 sqq.

Quo autem tempore periplus ille videatur conscriptus esse, non consentiunt viri docti; quae quaestio siquidem ad Hecataei fragmenta recte intellegenda et aestimanda maximi est ponderis, mox copiosius tractanda erit. Sed alia iuvat praemonere, priusquam ad carmen ipsum accedamus. Müllenhoff enim coniecturam in medium protulerat periplus sexto saeculo exeunte a Phoenice quodam compositum sequente saeculo a Massiliensi homine in Graecum sermonem translatum et postea initio saeculi a. Chr. n. secundi ab inepto homine rerum antiquarum studioso interpolatum esse. Quae sententia postquam satis superque redarguta est ab eis, qui Müllenhoffii librum recensuere, Gutschmid quidem interpolatoris manum in Avieni carmine tenendam esse censuit; contra Unger copiose totum carmen recognoscens demonstrare conatur nullam eius sententiae esse causam, sed quaecumque peripli verbis addita sint — ac sunt quaedam addita —, proderet manum solius Avieni. Rursus Sonny nonnunquam in Ungerum vehementius invehens quibusdam locis interpolationem certe statuendam arbitratus est. Equidem num Unger omnibus locis recte iudicavit, nunc in suspensio relinquo, quoniam sunt, qui accuratius examinentur necesse sit; sed id mihi persuasi numerum eorum, quos Müllenhoff et Sonny interpolatos esse duxerunt, praesertim inde ab Ana fluvio (v. 205 sqq.) certe aliquanto imminutum iri secundis curis huic quaestioni adhibitis. Sed utut est — haec quaestio ubi valet ad id, quod nos agimus, conabor ostendere, nam singuli loci examinandi sunt, nullo modo interpolationem necessario esse agnoscendam —, multo gravioris momenti est lex a Müllenhoffio optimo iure constituta et probata ceteris interpretibus Gutschmidio Ungerō Sonnio. Etenim cum Avienus multa, quae ad peripli tempus pertinent, ad suam aetatem ita revocaverit, ut, cum in periplus praesens tempus usurpatum erat utpote de rebus tunc ipsum vigentibus, saepius praeterito uteretur,

proinde ac si proficisceretur ex suis ipsius temporibus, et interdum condicionem regionis cuiusdam, qualem ipse noverat, pristino illi statui geographico opponeret, efficitur haec lex, ut omnia, quae Avienus tanquam praeterita describit, peripli aevo floruisse ac viguisse putanda sint (Müllenhoff p. 88). Avienum autem nonnulla de suo adiunxisse peripli descriptioni complures demonstrant loci. Quanquam ne ipse quidem Müllenhoff ea, qua par erat, constantia sua lege usus est in explicando carmine, id quod Gutschmid recte monuit.

Quod quoniam periplus ille antiquus nautae ipsius notitiam de istis regionibus suis oculis conceptam continebat, maxime nostra refert Avieni descriptionem accuratius contemplari; nam optime logographus antiquissimus per poetam illum inferioris aetatis illustratur.

Ac de Mastienis quidem prior est locus v. 419 sqq.:

Hic Chrysus amnis intrat altum gurgitem:

420 Ultra citraque quattuor gentes colunt.

Nam sunt feroces hoc Libyphoenices loco;

Sunt Massieni; regna Selbyssina sunt

Feracis agri et divites Tartessii,

Qui porriguntur in Calacticum sinum.

Chrysus fluvius quin Romanorum Barbesula sit (hodie *Guardiario*), dubitari nequit ¹⁾. Ac licet omittere Müllenhoffii sententiam utpote suspensam ex falsa opinione de Libyphoenicibus, quos putat communi nomine et Massienos et Selbyssinos esse complexos, cum Tartessii urbium Phoenicii incolae fuerint. Libyphoenices haud dubie, cum in Hispania commemorantur, sunt coloni Carthagine eo deducti teste Ephoro, quem complavit Scymnus qui fertur v. 197. Quod cum Herodorus eadem via atque periplus in enumerandis gentibus progrediens — ab occidente orientem versus — Mastienos post Elbysinios recenset atque ipsum apud Hecataeum Elbestiis finitimi sint Mastieni urbesque in sinu Malacitano sitas ut videtur inde ab Suel oppido incolant, dilucidum fit Selbyssinos peripli aetate

1) Cf. Ukert II 1 p. 295. 482. Müllenhoff p. 144. Unger p. 233.

in Chrysi fluvii occidentali, Mastienos in orientali ripa habitasse ¹⁾).

Carthaginiensium autem colonias existimat Unger a Chryso in occasum sitas usque ad fluvium ipsum tantum pertinuisse, inde Tartessios. Sed cum citra fluvium et trans eum quattuor gentes habitare dicantur, facile quivis concedat non necessario sequi, ut ab utroque fluminis latere binae gentes coluerint. Quid? nonne possumus quidem statuere etiam in orientem Chrysum proximos accoluisse Libyphoenices? Qui fere totam illam oram meridiei orientique adversam ad sinum Ilicitanum usque occupaverunt. Testis est imprimis ipse periplus, qui v. 375 sqq. Carthaginienses ultra columnas occidentem versus ²⁾ vicos habere refert et urbes — nam hos versus perperam Müllenhoff Euctemoni Atheniensi vindicaverat ³⁾; qui etiam Gades Carthaginis colonis attribuit (v. 311) — nam de hoc loco Unger p. 228 non recte indicavit ⁴⁾; qui v. 440 et 459 Phoenices in ora maritima colentes novit — nam hic Phoenices non sunt nisi Poeni Carthagine advecti; qui denique v. 447 plurimas urbes illic stetisse prodit — nam non abs re Phoenicum (i. e. Poenorum) eas fuisse coniecit Sonny p. 48. Nec vero illos locos interpolatori tribuimus cum Müllenhoffo, qui suae legi recte constitutae contradixit; quid? quod ipsi, qui interpolationis vestigia Avieni carmini impressa adhuc agnoscunt, ipsos eos locos de finibus a Carthaginiensibus in Hispania occupatis periplo ut genuinos relinquunt? Testis est dein Scylax (1), qui ultra columnas novit *πολλὰ Καρχηδονίων ἐμπόρια*. Testis est Ephorus, qui secundum Scymnum v. 196 Libyphoenices in ora Hispaniensi Sardoo mari adiacente enumeravit; quanquam num iam inde a columnis Herculis istos Libyphoenices in litore consedissee significarit, non tam manifestum.

1) Cf. Unger p. 233 sq. Sonny p. 45.

2) Num usque ad promunturium, quod hodie vocant *Cap Trafalgar*, ut Unger conclusit ex v. 329, incertum est, quandoquidem verba 'iure sub Libyci soli' plane alio modo interpretanda.

3) Cf. Unger p. 232 n. 40. Sonny p. 45 n. 1.

4) Cf. Gutschmid p. 524 sq. Sonny p. 42 et infra p. 50.

Testis est demique Agrippa (fr. 2 Riese, geogr. lat. min. p. 2) ap. Plin. III 6¹⁾.

De Tartessiiis divitibus, qui in sinum Calacticum porrigi dicuntur, infra exponam; satis est interim praemomissae haec verba de colonia eorum in sinu Malacitano sita esse intelligenda. Sed de tribus reliquis gentibus ut accuratorem imaginem exprimamus, primum luce est claritas Libyphoenices ut ex alia terra advectos in ipsis locis maritimis habitavisse. Constat autem ut omnino in anstrali litore Hispaniae, sic in ea potissimum parte, de qua agimus, Phoenices vel Tyrios antiquissimis temporibus condidisse colonias veluti Abderam Six Malacam Suel.²⁾ Sed postquam Tyri metropolis divitiae opesque Assyriorum bellis saeculo septimo valde sunt attritae atque afflictae, ipsius rei eventu accidit, ut etiam coloniis utique tam longe remotis quam Hispaniensibus Tyrii orbarentur, praesertim cum Graecorum manus alacri animo occidentem appeterent ac medias inter colonos et metropolin proprias colonias constituerent easque maxime efflorescentes.³⁾ Quid mirum, quod Tyriae urbes gentium indigenarum fiebant? quod Suel Six Abdera aliae in Mastienorum veniebant dicionem? quos illum litoris tractum suum fecisse tuo inre ex Hecataei et Herodori testimoniis colliges. Sed ne omnia Phoenicum potestatis vestigia exstinguerentur, Carthago exstitit ut potentissima inter Tyriorum colonias atque etiam in Hispania indigenis repulsis veteres Tyrias urbes ita in posterum vigere passa est, ut eas suo imperio subiungeret, agris videlicet circumiacentibus insuper occupatis. Quodsi periplus ille Avieni Carthaginenses, quos Libyphoenices dicit, iam in Hispaniam transvectos cognovit, sequitur, ut ipsae maritimae potissimum urbes id temporis sub Poenorum potestate fuerint, quas Hecataeus indigenarum Mastienorum esse dixerat, atque omnino totum propemodum litus inde a columnis vel potius a loco amplius in occasum provecto usque ad sinum Ilicitanum. Superest, ut Mastienis et Selbys-

1) Cf. Müllenhoff p. 149. Meltzer p. 466.

2) Cf. Movers II 2 p. 632 sq. Meyer, *Gesch. d. Altertums* I p. 339 sq.

3) Cf. Movers p. 655 sqq. Meltzer p. 142 sqq. Meyer p. 490 sqq.

sinis regiones magis a mari remotae assignentur, quas quidem scilicet peripli aetate incoluerint; his in occidentali, illis in orientali Chrysi fluminis ripa.

Quanquam non plane Mastienos ex ora maritima Carthaginienses demovere. Testatur Avienus v. 449 sqq.:

Nam natius inde portus oppidum prope
 450 Se Massienum curvat alto ab aequore
 Sinuque in imo surgit altis moenibus
 Urbs Massiena: post iugum Traete eminet
 Brevisque iuxta Strongyle stat insula.

Est ille sinus, qui pertinet a Veneris iugo (v. 437. 443) = *Cap de Gata*¹⁾ usque ad iugum Traete vel Trete²⁾ = *Cap de Palos*.³⁾ Quo vero loco Massiena urbs, de qua loquitur poeta, posita fuerit, certum non habemus. Sunt qui ibidem eam fuisse dicant ac postea Carthaginem Novam (cf. Polyb. X 10). Quam sententiam fortasse rectam esse concedendum; nec valent quicquam, quae Unger aliam sententiam amplexus opposuit. Conferas Hansenum *Philol. Rundschau* 1884. p. 1429. Qui recte negat ex Herodori illo fragmento supra allato effici eodem loco, quo postea Carthago Nova exstructa fuerit, Celcianos sedes habuisse. Concedo offensionem illud fragmentum praebere propterea, quod inter Mastienos et Rhodanum flumen — nam Berkelium recte sat leni mutatione ex traditis litteris *ἔπειτα δὲ ἡ διορδάνος* restituisse *ἔπειτα δὲ ἡδὴ ὁ Ῥοδανός* mihi quidem certum videtur, ut respiciam coniecturam Ungerii p. 198 n. 9: *ἡδὴ Σαρδόνιος* scil. *πόντος* — soli isti Celciani interpositi sunt; sed fortasse eius rei explicationem poterimus infra invenire. Herodorum autem orae usque ad promunturium, quod dicunt *Cap de Palos*, tantum porrectae populos voluisse enumerare plane suo arbitrio statuit Unger. Ac quod idem

1) Ex sententia Ungerii p. 241 magis in septentrionem et orientem solem spectat. Sed cf. Sonny p. 48 cum n. 1 et Hansen *Philol. Rundschau* 1884. p. 1429.

2) Sic scribi voluit Müllenhoff p. 152 n.

3) Cf. Unger p. 244. Ukert p. 482. Forbiger, *Handbuch d. alten Geogr.* III² p. 17.

vir doctus ex geographica posteriorum temporum condicione aliquid argumenti repetivit, recta quidem videntur, quae de Bastulis et Bastetanis distinguendis disseruit¹⁾; sed eiusmodi posterioris aevi rationes non adhibere licet ad pristinum statum explorandum nisi in universum; adhibere igitur, ubi de totis terris gentibusque agitur, non de parvulis tractibus aut de singulis locis oppidisque. Non certa est et necessaria argumentatio. Itaque cum nihil certi sciamus de Massiena urbe Avieni, in Massieno sinu eam sitam fuisse dixisse sufficiat; quapropter ne eam quidem quaestionem, quem ad modum genuinus versus 449 Avieno restituatur, ausim disceptare.²⁾ — Quatenus autem Massieni in mediterraneis ad septentrionem pertinuerint, non indicat periplus; qua de re non accipimus nisi aliquod notitiae frustulum quamvis tenue atque dubium ex eis, quae de Bastetanis comperta habemus; cf. Strab. III 162 sq. Ptol. II 6, 61 [60].³⁾

Haec de peripli Massienis. Sed quoniam, ut res ipsa fert, Elbysinios cum eis coniunxi, pauca de his statim annectam. Vidimus eos, quos periplus Selbyssinos videtur vocare, in occidentem a Chryso flumine habitavisse. Unde tamen oriuntur secundum periplus? Non est, quod indicet. Unger p. 234 putat a promunturio, quod nuncupant *Cap Trafalgar*, initium eos cepisse priscis temporibus, Hecataei igitur et Herodori; peripli aetate item ac Mastienos litore fuisse detrusos. Num vere iudicaverit, videant alii. Legimus apud Avienum v. 254

1) Nam cum Movers II 2 p. 626 sqq. quem sequitur Müller ad Seymu. 187 et ad Marc. Heracl. II 9 p. 545. falso haud dubie Elbestios cum Bastulis composuisset, rectius affinitatis rationem, quae intercederet inter Bastulos Bastetanosque et Mastienos, statuerunt Aem. Müller *Verhandly. d. 29. Philol. Versammlung. Frankfurt* 1861. p. 59 et Müllenhoff p. 145 n. 153 sqq.; hic tamen in eo lapsus, quod Bastulos et Bastetanos plane eodem duxit; sed Strabonis, qui huc spectant, locis remotis, qui certe utrumque nomen confudit (cf. Unger p. 231 n. 39), ex ceteris testimoniis elucet sane discrimen, quod Unger significavit, tenendum esse.

2) 'Aetius' Müller ad Ptol. p. 150. 'Namnatus' Müllenhoff et Sonny. 'Nam notius' Unger, quod Holder recepit in textum

3) Numeri sunt Nobbianae, uncis inclusi Mülleri editionis.

ab Ibero fluvio, qui quin *Rio Tinto* intellegendus sit, non est dubium, Tartessios habitare et Cilbicenos, scilicet in orientem versus, quae verba necesse est ita accipias, ut Cilbicenos post Tartessios oram accoluisse dicas. Nam repetitur Cilbicenorum memoria 'maritima possidentium' v. 303. Haud inepte Unger p. 229 utramque gentem Besilo amne (v. 320) dividi statuit; Cilbum autem fluvium per Cilbicenos fluere, quorum nomen cum eo manifesto cohaeret; hunc esse, qui hodie appelletur *Salado de Conil*, illum qui *Lirio*.¹⁾ Quod quoniam Carthaginenses etiam ultra columnas vicos et urbes habere ipsius peripli verbis perhibentur (cf. v. 375 sqq. et supra p. 35), fortasse usque ad promunturium, quod est *Cap Trafalgar*, sequitur Cilbicenos maritima possidisse non usque ad Calpen, sed fere ad prominens illud litoris, quod significavimus. Sed num finium is erat terminus? Quid, si priore tempore amplius pertinuerant in ora, a Poenis autem dein ante peripli aetatem ea ipsa regione, quam periplus Carthaginenses obtinere indicat (v. 375 sqq.), erant expulsi ac peripli temporibus solam aliquam partem maritimam (v. 303) servatam tenebant, inde vero a promunturio illo etiam longius in orientem spectabant ab ipso mari remoti? Nonne tum quoque recte se habent peripli verba 'maritima possident'? Ecce similis ratio atque in Massienis. Iam animadvertas neque quatenus Cilbiceni se porrigant neque unde exordium sumant Selbyssini, lectori aperiri; animadvertas deinde apud Avienum — omissis Carthaginensibus advenis — gentium seriem esse hanc: Tartessii Cilbiceni Selbyssini Massieni; apud Herodorum autem hanc: Tartessii Elbysinii Mastieni; animadvertas denique mythographum circa annum a. Chr. 440 librum litteris mandavisse, periplus vero, ut infra videbimus, sub finem saeculi quinti vel initio quarti esse conscriptum. Unde putas subito Herodori seriei Cilbicenos intermixtos esse²⁾?

1) Cf. etiam Sonny p. 42.

2) Müller ad Dion. Per. 338 apud Herodorum pro tradita voce *Κελικανοί* scribi voluit *Κελβεανοί*, quod nomen peripli Cilbicenis v. 422 responderet; quanquam ne ipsi quidem videtur persuasum fuisse rectam esse coniecturam, cum adiciat Cilbicenorum potius fines quam Tartessiorum

Quid? nonne maxime est veri simile Avieni Cilbicenos omnino non differre ab Elbysiniis? Nonne contra parum credibile duas gentes tam simili nomine indutas atque utrasque inter se finitimas non fuisse easdem? Sequeretur v. 422, ubi 'regna Selbyssina' traditum est, eiusdem gentis mentionem iterari, quo loco simul terminus, nimirum Chrysus, commemoraretur. Unger p. 234 dicit Müllenhoffium (p. 145) traditam scripturam 'Selbyssina' sagaciter et evidenter defendisse, postquam Hudson coniecit 'Cilbicena' et Wernsdorf eum secutus est. Sed quod Müllenhoff testes Philistum Herodorum Hecataeum producit, qui Elbestios et Elbysinios noverint, et de forma nominis provocat ad nomina oppidorum, quae sunt Sex et Ἐξιτανῶν πόλις, Salmantica et Ἐλευαντική, perspicuum esse spero ex eis, quae modo disputavi, illorum scriptorum locos, Herodori potissimum, mecum multo melius convenire quam cum ceteris, qui gentem alioquin plane ignotam Herodori continuae seriei immiscent. Ut autem in littera S, quam apud Avienum v. 422 legimus, offendam, tantum abest, ut contra quasi fundamento rationis meae utar. Quanquam concedo ab omni te recedere similitudine veri, si 'Cilbiceni' vocem, cum apud Avienum usurpatur, mutes in 'Selbyssini', praesertim cum Cilbum flumen cum gentis nomine cohaerere eluceat. Simplicius videtur — cum Hudson v. 422 'Cilbicena' scribere nolim — statuere hanc formam eiusdem gentis, quae aliis cluet Elbysinii vel Elbestii (Olbysii, Olbysinii), esse poetae Romani quarti p. Chr. n. saeculi, qui hoc modo Graecam formam in fonte repertam reddidit uno excepto loco (v. 422), ubi eam fortasse negligenter conservavit. Quae si recte disputata sunt, cognoscimus ex Avieno gentem illam, quae Hecataei et Herodori temporibus procul dubio in litore habitaverat, peripli aetate solam orae partem a Besilo fere fluvio usque ad promunturium *Cap Trafalgar* nominatum retinuisse, inde autem in proximis mediterraneis usque ad Chrysum pertinuisse a Carthaginiensibus litore exclusam.

usque ad Galaticum sinum poetae (v. 421 sqq.) fuisse propagandos. Nempe falsum est, quod coniecit. cf. etiam Christ p. 138.

Quae quoniam de peripli Massienis et Selbyssinis comperimus, animam attendamus necesse est ad eam, quae inter periplus et Hecataeum interest, rationem. Vidimus eam ipsam orae maritimae regionem, qua Hecataeus Mastienos indigenas noverat, ex peripli testimonio Carthaginienses coluisse, illos autem mediterranea. Iam audias quaeso, quid viri docti de peripli aetate iudicaverint. Atque ut omittam Müllenhoffii opinionem certe perperam conceptam de Phoenicio quodam auctore ac de interprete et interpolatore Massiliensibus — compositum autem esse fere sexto saeculo exeunte periplus, non multo post in Graecum versus sermonem, secundo denique saeculo interpolatum —, Gutschmid quidem praeclarissimus vir, cui Meltzer astipulatur, eodem ipso tempore conscriptum censuit periplus, quo Hecataeus vixit, nimirum propter magnum, qui inveniretur inter eum et logographi fragmenta, consensum. Quod si recte iudicatum est, nonne tum in hac ipsa re, de qua agimus, non modo non concordant peripli auctor et logographus aequales, sed etiam maxime inter se dissident? Quid, si Hecataei haec fragmenta — quanquam Gutschmidii coniectura ipso dumtaxat Hecataeo innititur — tamen, si recta illa est, non possunt consociari cum prisci illius temporis rationibus praesertim traditis a nauta ex notitia ipsius oculis percepta? Ansamne ideo dant ad offendendum?

Simplicissimum est ita solvere discrepantiam, ut periplus post Hecataeum scriptum esse dicas. Sed forsan cuiquam aliud quid libeat excogitare et re vera excogitavit Sonny. Qui licet ipse quoque periplus post Hecataeum sub finem saeculi quinti exaratum esse contendat — qua re dissensio illa penitus dissoluta esset —, tamen aliis causis commotus Carthaginienses iam ante Hecataei tempora in Hispaniam penetravisse existimat; et cum etiamtum Hecataei fragmenta, quae tractamus, sententiae repugnare videantur, hanc discrepantiam nullam esse ea ipsa ratione, quam leniter attigi, conatur demonstrare. Quae si recta esset, sequeretur, ut ex eo tantummodo, quod in periplo iam Carthaginienses Hispaniae oram tenentes commemorantur, ne minima quidem offensio ullius dissensionis cum

Hecataeo posset repeti; sequeretur, ut eo tantum argumento nixi ne minimo quidem iure periplum logographi aetate recentiore esse stateremus.

Sic ratione ac via tota quaestio tractanda: perlustremus agendum Sonnii placitum. Qui postquam (p. 12 sq.) sententiam de Poenis iam vetustissimis temporibus Hispaniam ingressis argumentis studuit sustentare, in annotatione (1) Müllenhoffium impugnat, qui (p. 111) ipsis ex Hecataei fragmentis Carthaginienses logographi aetate nondum in paeninsula fuisse concluderit. 'Ut alia omittam' inquit vir doctus — quae re vera sint, quae omittit, doleo me nescire — 'id pro certo contendere non licet urbes illas *Σάαλις Μαινόβωρα Σίξος Μολυβδίνη* Hecataei temporibus Poenis non subditas fuisse. A Stephano enim saepius urbis nomini nomen gentis, cuius in finibus sita erat, adiungitur, non quo, qui eam teneant, significetur, sed ut situs urbis accuratius definiatur'. Exempli causa affert tme-mata Stephani s. v. *Ἀγάθη*, et *Ἡμεροσκοπείον*. Sed nos, qui supra diligentius in hanc rem inquisivimus, num annuamus? Ipse permulta lemmata ex verbis scriptoris, quem suis oculis inspexit, aut transcripsit aut licentius composuit. Nec secus in altero articulo a Sonnio allato s. v. *Ἡμεροσκοπείον πόλις Κελτιβήρων, Φωκαέων ἄποικος. Ἀρτεμίδωρος δευτέρῳ λόγῳ γεωγραφουμένων* (= fr. 19 ap. Stiehlum, *Artemidoros von Ephesos*. Philol. XI p. 193 sq.): probabile est haec extrema ipsi Artemidoro deberi, qui fortasse de origine Massiliensi verba fecit; cf. fr. 3—6 (Stiehle l. l. p. 199) ap. Steph. Byz. s. v. *Ταιρόεις, Καβέλλιόν, Ἄλωνίς, Σηχοανός*, nisi quid ei discrimini malis tribuere, quod quattuor illis locis Massiliotae nominantur, hic Phocaenses. Ad *Κελτιβήρων πόλις* autem verba quod attinet, num eiusmodi Hemeroscopii oppidi significatio certe falsa ex sola Stephani libidine potuit proficisci nulla alia re comprobata? Immo ex scriptore manavit, qui in ipsius loci, quem respexit Stephanus, contextu aliquo modo Celtiberos aut Celtiberiam commemoraverat, sive ex Artemidoro sive, si statueris Artemidori testimonium non spectare nisi ad verba, quae Massiliensem originem significant, ex alio quodam vetere

scriptore. Non tam certa est res s. v. *Ἀγάθη*, ubi statim post lemma scriptoris memoria omissa est.

At enim nonnullis in lemmatis proprium arbitrium Stephano minime abnegandum, sive addidit quaedam sive omnino de suo posuit. Ac ne nos quidem abnegamus. Sed quaenam est eiusmodi lemmatum condicio? Vulgaria tantummodo terrae gentisve nomina satisque nota agi haud ambigue supra monui. Mastienorum vero nomen num putas quinto post Chr. n. saeculo a Stephano ad 'situm accuratius definiendum' adhibitum esse, quos sciamus post Hannibalicum bellum nemini omnino tanquam Hispaniae gentem innotuisse? At scimus Hecataeum gentem ipsam memorasse (fr. 6); scimus a Stephano ipso inspectum esse¹⁾: et recusabis concedere Mastienorum memoriam ex logographi periodo in Stephani opus transiisse? Unum est Sonnio refugium: non assignavit Hecataeus urbes Mastienis, sed obiter intulit mentionem gentis ei loco, quo singulas recensebat: mentitus est hic quoque excerptor Stephanus. Sed desperantis potius est haec coniectura, quae num ob ipsam rem necessaria aut omnino hoc quidem loco sit veri similis, admodum videatur dubium, quicumque solute ingenueque iudicat. Contempleris autem simplicem illam simplicis logographi rationem gentes urbes fluvios montes enumerandi: qui cum haec fere scripserit: *μετὰ δὲ Ἐλβέστιοι καὶ Μαστιηνοί* (fr. 6a), *ἐν δὲ Μαινόβωρα πόλις, μετὰ δὲ Σίξος πόλις* (fr. 9) etc. (cf. exempli gratia fr. 83), nonne evidentissime efficitur Hecataei temporibus istas urbes re vera in Mastienorum manibus fuisse? Simplicissima est ratio, si modo non praeoccupatus est animus, et mihi quidem certissima.

Itaque quoniam quae Sonnio placuerunt, admitti nequeunt, haec necesse est statui:

Si periplus re vera eodem tempore, quo Hecataeus vixit, conscriptus est et Carthaginienses iam ante Hecataeum Hispaniae ora sunt potiti, logographi fragmenta non conveniunt

1) Cf. Niese l. l. p. 12 sqq.

aut

Si fragmenta Hecataei recte se habent, statuendum est necessario post Hecataei tempora et periplus compositum et Cartaginenses Hispaniam esse aggressos.

Sequitur ut duae hae quaestiones tractentur: quando Cartaginenses in Hispania conseribant? quando periplus Avieni videatur esse confectus? Quae quaestiones cum arctissimo inter se vinculo sint copulatae, una tractandae erunt ita, ut illam huius subinungam. Ac quamquam primo dicitur ad Hecataeo prociū videtur adfuit, tamen maximi momenti esse arbitror hanc quaestionem copiosius tractare, praesertim cum adfuit ex viris doctis. Hec unumquodque multa recte diffundaverit, tamen neminem eam ita absolvisse mihi persuaserim, in cuiusquam sententia plena et integra mihi videretur praesentia.

Quo tempore Avieni periplus videatur confectus esse quaeritur.

Ac primum? quod Gutschmidii periplus antecum et Hecataeum aequales fuisse dixit propter magnam inter eos concordiam nominum, iam Unger p. 174 et Sisy p. 42 recte contra dixerunt periplus cum aliis quoque scriptoribus quibus quatuorque saeculi ut Egeoro potissimum congruere. Quis? quod Millenhoff p. 292 illi nominum conspirantia Erasmodis tempora tanquam finem terminantque posuit? Qua re sane Gutschmidii argumentum per se solum nec ita validum etiam magis debilitatur.

Aliquanto post periplus conscriptum esse existimat Unger ac Sisy: Ille temporis spatio inter annos 320 et 370 interposito, hie erante saeculo quinto. Quod siquidem Ungero id laudi commendandum est, quod primus rectius ceteris indicavit, eundem ex eius argumentatione proficiscar quasi fundamento sequentis dissertationis.

San. M. Senotti argumentum inde repetitum, quod periplus Celtas in Hispania habitantes nec noverit, omnino licet. cf. Unger p. 174 sq.

1.

Gravissimum et me quidem iudice certissimum est tertium Ungerii argumentum — nam quod alio ordine argumentationis utor, spero fore ut facile mihi condonetur — a Carthaginiensibus in Hispaniam ingressis repetitum, qui quibus locis peripli auctori noti fuerint, supra (p. 35) est dictum. Ut autem advenarum invasionis tempus accuratius circumscribat, primum producit testem Hecataeum, optimo sane iure, ut supra exposui; quanquam nobis quidem lex est, ut omittatur logographus, cuius de fragmentis quid recte indicetur, quasi dubia sit res, disceptandum.

Sequitur Herodori testimonium ab Ungero allatum. Namque ne is quidem, qui circa annum 440 floruisse putandus est, noverat in ora Hispaniae Carthaginienses. Ibericae enim nationis singulas gentes τὰ παράλια τοῦ διάπλου colentes percenset ex ordine Cynetes Gletes Tartessios Elbysinios Mastienos Celcianos illos dubios, denique Rhodanum fluvium. Desunt Libyphoenices. Ergo post eum in paeninsula consederunt. An minus idoneum illud fragmentum videtur ad rem demonstrandam? Nam fac aliquem sic disputare: Herodorus cum solas Ibericae nationis gentes esset enumeraturus, quid ad eum Poeni aliena ex terra advecti? Immo erant mittendi! Quid respondes? Primum verba Herodori talem sententiam vetant admitti. Etenim cum dicat: τὸ δὲ Ἰβηρικὸν γένος τοῦτο (de quo antea verba fecerat), ὅπερ φημὶ οἰκεῖν τὰ παράλια τοῦ διάπλου, necessario sequitur ei non innotuisse gentes in ora habitantes nisi quos Iberos ipse ducebat. Aliter dicendum erat οἱ δὲ Ἰβηρὲς εἰσι τούτων, οἱ οἰκοῦσι τὰ παράλια τοῦ διάπλου vel simile quid. Age vero fingas animo reapse iam Herodori temporibus condicionem illius orae eandem fuisse, qualem ex Avieno cognovimus; fingas Carthaginienses totum fere litus obtinuisse usque ad sinum Illicitanum exceptis parvo tractu Massienorum mare attingentium (Av. 449 sqq.) et Tartessiorum coloniis (Av. 419 sqq. 428. 462 sq.); fingas Mastienos paene, Elbysinios autem, nisi eosdem ac Cilbicenos statuis,

totos in mediterraneorum recessu incoluisse. Num credis Herodorum hos recensuisse tanquam τὰ παράλια οἰκούντας, Libyphoenices autem proprios litoris incolas consulto, cum non eiusdem originis essent, praetermisisse? Videtur incredibile. Ac quamvis concedam non exilem eius regionis scientiam mythographi illius propriam fuisse ¹⁾, quid ei, qui fabularum narrationem potissimum spectabat geographicasque digressiones aptissimo quoque loco intexebat, quid ei omnino id discrimen inter Libyphoenices et Mastienos ceterosque indigenas erat statuendum, ut, cum de incolis terrae ageret, hos memoraret, illos praeteriret? Quid? quod etiam Mastienos Elbysios Tartessios, quos ceteri omnes strictissime ab Iberis discernebant, tamen eodem communi Iberorum nomine amplexus est, quippe cum totam terram a Rhodano in occidentem sitam Iberiam novisset?

Adde aliud idque non minus gravis momenti. Herodorus inter Cynetes et Tartessios maritima solum peragens interponit Gletes. Ubi sunt in periplo? Subsequuntur Cynetes statim Tartessii (Av. 223). Gletes autem Herodori procul dubio apud Avienum audire Ileates (v. 302) iam pridem viri docti cognoverunt. Infra etiam de his fusius disputandum erit. Pauca iam nunc praemisisse satis est. Cum enim apud mythographum Gletes mare attingant, in periplo autem mediterranei dicantur, Cynetes vero et Tartessii alteri alteris acclinent, facili ratione efficitur Gletes post Herodorum a litore ipso introrsum deturbatos esse, nimirum, ut Unger p. 223 lepide coniecit, per Tartessios, qui secundum periplum eos fines possident, quos Herodori aetate Gletes in ora possederant. Nec non veri est simile hanc Tartessiorum propagationem cohaesisse cum invasione Carthaginiensium, quibuscum videntur si non foedere aliquo iuncti, at certe amicitiae necessitudine quadam fuisse conciliati, quoniam mediis in Poenorum finibus habent colonias ante fortasse non conditas. Ut igitur Carthaginienses orientales praecipue orae partes sub imperium subiunxerunt, Tartessii ad occidentem versus Gletum arripuerunt

1) Cf. Klautzsch l. l. p. 7 sq.

fines in interiora terrae fugatorum, ubi quarto adhuc saeculo habitabant teste Theopompo ap. Steph. Byz. s. v. *Τλη̄τες*. Unde apparet, quae antea de Mastienis ex Herodoro et periplo collatis elicita erant, ea optime confirmari; apparet Poenos post Herodorum Hispaniae ora potitos, apparet periplum post Herodorum esse compositum. Quae cum de Herodoro valeant, item videlicet valent de Hecataeo. En aspice, quam egregie logographus per mythographum tegatur defendaturque.

Hucusque sequor Ungerum; sed quod ex Diodoro XIII 80 vir doctus p. 199 (cf. etiam Mus. Rhen. XXXVII p. 169) recte colligere sibi visus est anno a. Chr. n. 406 Poenos, cum inter mercennarios Iberi ac Baleares fuissent, ibi non conscripsisse milites ideoque nondum eo anno regionem Hispaniae ullam obtinuisse, mihi quidem recte collegisse non visus est nec aliter Sonnio p. 13 n. 1. Etenim quominus fingamus Ibericos stipendiarios, quos commemorat rerum scriptor, ex paeninsulae partibus longius ab aequore distantibus necdum a peregrinis subiectis advenisse a Carthaginiensibus mercede conductos, hos autem nihilominus regiones maritimas redactas habuisse sub potestatem, quid est quod impediat? Qua de re conferas quae, quae simili argumentationi ab eodem Ungero de alia quaestione initae (Mus. Rhen. XXXVII p. 168 sq.) opposuit Meltzer *Annal. philol.* CXXVII p. 57 sqq.¹⁾ Itaque ne ex illo quidem loco, qui legitur apud Diodorum XI 1, licet concludi anno a. Chr. n. 480, cum pugna apud Himeram committeretur, Poenos, qui quidem *μισθοφόρους* cum ex aliis terris tum ex Iberia excivisse narrentur, nondum eo penetravisse; quanquam annectendum re vera ita tum fuisse propter Herodori testimonium ac — si locus est addendi — Hecataei.

Quibus auctoribus confisi quoniam Poenorum invasionem alteri demum dimidio saeculi quinti probabiliter tribui vidimus, consideremus, quibus argumentis nixi ceteri eam priori tempori assignent.

1) Cf. etiam Matzat, *Röm. Chronol.* I p. 313. Holzapfel, *Röm. Chronol.* p. 346 sq. Soltau *Philol.* XLVIII p. 283 n. 12.

Atque Müllenhoff p. 111 sq. Herodotum testem attulit, qui cum referret (VII 165) in pugna Himerensi Carthaginiensium exercitum constitisse ex Phoenicibus Libycis Iberis Liguribus Elisycis Sardis Corsis, indicaret quodammodo eodem tempore, quo Hecataeus scripsit, exeunte sexto vel quinto ineunte saeculo Carthaginem omnium Phoenicum coloniarum in occidente sitarum quasi patronam exstitisse eisque praeesse coepisse, cum ipse suo iure largiatur Hecataeum Mastienorum illas urbes dominationi Poenorum nondum putasse obtemperantes. Sed quivis credo perspiciet optime de mercennariis Ibericis aliarumque gentium verba Herodoti posse intellegi. Viden ipsum Diodorum XI 1, qui Ephorum sequitur, *μισθοφόροι* voce usum?

Altera vero causa a Müllenhoffio ex Euctemone Atheniensi quinti saeculi scriptore repetita, quem putat ex Avieni testimonio (v. 375 sqq.) Carthaginienses ultra columnas in Hispania vicos et urbes habentes fecisse, cum versus illos perperam Euctemoni ascriptos ipsius potius peripli esse cognosceretur (cf. supra p. 35), e medio est sublata ¹⁾.

At enim anno a. Chr. 654—160 annis post conditam Carthaginem — in Pityusas insulas coloniam deduxisse Poenos auctor est Diodorus V 16. Ergo etiam prius quam quando Meltzer existimavit, Hispaniam adierunt. Haec argumentatio Sonnii p. 12 sq. Diffidere nolim Diodoro vel potius Timaeo: sed coloniae in insula fundamenta iacere num idem est atque suae facere dicionis? Non nego fortasse Hispaniae quoque oram hic illic tentasse colonos Punicos; non nego iam ab antiquis temporibus Carthaginienses commercium habuisse cum Iberia et Liguria: immo clariore luce inde circumfunditur locus Herodoteus; nam ut aliqua saltem Müllenhoffio fiat concessio, facilius intellectu est, quomodo mercennaria illarum gentium auxilia in unum congesta compareant. At ex Avieni descriptione id credo manifestissimum est: non rarae dispersaeque exstant Poenorum coloniae, sed paucis tractibus exceptis con-

¹⁾ Totus in hac re ex Müllenhoffio pendet Vollmer Mus. Rhen. XXXII p. 619.

inua fere ora usque ad Ilicitanum sinum in eorum manibus est, armis ut videtur belloque domita — haud secus atque Ephori temporibus et secundi foederis cum Romanis pacti. Itaque cum quarto saeculo illi Hispaniae orae partem habeant acquisitam, circa annum autem 500 atque etiam medio fere quinto saeculo eam certe Mastieni indigenae obtinuerint: num quaeso septimo saeculo Poenis ista regio fuit subiecta? An Hecataei atque Herodori certa testimonia conclusione tam ambigua ab insulis quamvis proximis ad ipsam paeninsulam translata diluuntur et infringuntur? Minime gentium.

Transeo ad occidentalem orae Ibericae plagam, quae ultra columnas patescit. Etenim idem Sonny p. 13 Gadium expugnationem, post quam Carthaginenses teste Iustino XLIV 5, 1 sqq. Hispaniae partis imperium sibi peperissent, ad priscam vetustatem revocari voluit, quia Athenaeus *περὶ μηχαν.* p. 9 (Wescher) et Vitruv. X 19 tum arietis usum inventum esse narrant, cum ab aliis (Plin. VII 202) ea machina ad Troiam oppugnandam primum adhibita esse ferretur. At eiusmodi heurématographica memoria, si modo appellare licet memoriam, minime licet uti ad fulciendam chronologicam sententiam de Poenorum invasione. Nihil de tempore inde merito concluditur.

Sed quando tandem putas hanc expugnationem Gadium factam esse? Ex Iustini narrationis conexu accuratius nequit definiri. Accedamus propius ad ea, quae ex Trogo Pompeio tradit excerpta! Cum Gaditani a gentibus propinquis bello lacesiti, ut opem sibi ferrent, petiissent, Poeni ab iniuria eos vindicaverunt; deinde partem Hispaniae imperio suo adiecerunt. Nam 'provinciae' vocem malo cum Sonnio p. 13 sic interpretari quam Müllenhoffium p. 109 et Meltzerum p. 164. 486 secutus ad Gaditanorum fines referre; cf. exempli causa Iustini verba § 1: 'imperium provinciae occupavere'. Num vero Gaditanorum angustiae cum Celtarum in Hispaniam irruptione et propagatione cohaeserint, ut arbitratur Müllenhoff p. 109, incertum est; nec enim quicquam impedit, ne statuas etiam Gades, antiquissimam Tyrriorum coloniam, item ut ceteras ab indigenis gentibus advenarum viciniam indignatis pressam esse cumque

causa, quae in illo impetu hostili rectiliter periculum esset, ne si verum minus incidere et hoc exanimi gratia in Malesiorum Helonem, Carthaginenses accessivisse, et minus sustinerent tutela. hoc necesse est, subvevum Poem et ad occasionem sanguineo protogum. Quod moniam apud Atheniensem et Virgilium L. L. scriptum invenimus Gades impudens a Carthaginensibus oppugnatus et expugnatus esse. ex altero se se habuerit nisi su. et aut gentes venias, quae iam oppidum ipsum tenebant, expellerent aut, quod magis videtur verum simile, et Gaudianus illos pudent ad hostium incursu etiamque noxia oppugnatum merentur antiquam adhaerere detestantemque, et vera vitam non existerent nisi tamini non modo urbis, sed ultra etiam terrae partes multos insula L. L. Cognoscant illi spem sese tralisse iure libere videtur, utamen regna minorum dominatum auditis: videntur viderent regumque exera veris impudentibusque impudentum, sed auram, quod veritas nimis graves succumbunt, Pient autem capunt veram summam hanc. Eius explicatur, quod adiam peripus et illi qui, Legatum usum Poemis antiocham detinet, sed ignis erat Caperi p. 108. Antea videtur servitium iustitiam in tempore, quo illi Hispaniae vram viderentur, su veris Gades insula. Non vram cum etiam vram interpretatum esse iam super p. 108. Antea sunt argumenta et veris intentione et veritas primo significavit p. 108. Quod veris in matricula Gaudiana expeditione iustitiam adiam Pientia partem Hispaniae videtur, non magis vram viderent iam terra et vram erat meridionalis vram vram. Elipantium pudentem et Malesiorum regis quidem vram peripus vram hanc Gaudiana et Aviana: non magis vram vram Pientia, et hanc regnum adiam, expeditione Gaudiana peripus vram vram adiam esse vel, et hanc vram vram vram vram. Gades prius incidisse ac

1. *U. Mendel* p. 108

2. *U. Gaudiana* p. 124 et *Socry* p. 42

3. *U. Socry* p. 42 L. 7.

deinceps etiam in orientales litoris partes extendisse imperium. Atqui Herodorus nec ultra columnas nec cis eas noverat Carthaginienses; sequitur post Herodorum et Gaditanam expeditionem et Mastienorum expulsionem factam esse, extremis igitur saeculi quinti decenniis; periplus autem, cum et Gades et totum fere litus in eorum potestate esse indicet, postea videlicet est conscriptus, sub finem igitur ipsum quinti aut iam initio quarti saeculi.

Quae cum ita sint, ne Himilconis quidem expeditio praebet quicquam propugnaculi (cf. Müllenhoff p. 111 sq.), quam temporis spatio annis 480 et 450 a. Chr. n. interposito susceptam esse statuit Meltzer p. 238¹⁾, praesertim cum eius servatae sint maxime tenues tantummodo reliquiae apud Avienum v. 117 sqq. 380 sqq. 406 sqq. nec alia propemodum nisi quaedam de maris externi tranquillitate, de nebulis, de monstribus marinis²⁾ itaque incertis tantum nitamur argumentis ex simili Hannonis periplo translatis. Sed consentaneum est Himilconem, cum extremas illas regiones appeteret, id potissimum egisse, ut veteres Tyrionum colonias, si modo multae ibi exstabant, ex oblivionis imminente periculo eriperet et quasi redintegraret, aut, si re vera novas condidit, haec non fuisse nisi singula ac dispersa horrea commercii et mercaturae causa constituta, minime autem perpetuum litoris tractum Punicae factum esse dicionis, nedum iam antea Poeni illuc arma tulerint.

Rediens ad orientalem Ibericae orae partem accedo ad argumenta, quae multo graviora videntur, Meltzeri p. 142 sqq. 479 sqq., cuius vestigiis totus fere insistit Busolt, *Griech. Gesch.* II p. 221 sqq. Contextuit enim cum hac, quam tractamus, de Carthaginiensibus in Hispaniam ingressis quaestione duas alias, quarum una spectat ad rationem, quae intercessit antiquis temporibus inter Poenos Massaliosque, altera ad primum foedus, quod inter Romanos atque Carthaginienses convenit-

1) Aliter Unger *Mus. Rhen.* XXXVIII p. 182 sq. eam plane eidem temporis cui Avieni periplum attribuit.

2) Cf. Meltzer p. 246 sqq.

Unum statim praemonendum est praecipuum sententiae fundamentum Meltzero eo detrahi, quod, quo tempore Avieni periplus compositus sit, quasi prorsus insciis nobis est disceptandum. Ille nimirum ex periplo, quem initio saeculi quinti (inde ab anno 500 usque ad 475) vindicat, antea Poenos in Iberiam irrupisse concludit, saeculo igitur sexto. Qua ex ratione argumentandi valde pendere eius sententiam ne Sonnum quidem p. 14 n. 1 fugit. Quam nos certe mittamus oportet. Iam audias virum doctum (p. 181. 341. 480): Quoniam in instrumento primi illius foederis, quod anno a. Chr. n. 509 initum esse censet secutus Nissenum (Annal. philol. LXXXV p. 321 sqq.), Romani vetentur trans Pulchrum promunturium in Africae litore situm navibus occidentem petere ¹⁾ (Pol. III 22 sq.); quoniam porro, cum primum foedus ferirent, in Iberica ora terminus Romanis progredientibus non constitutus sit, sed in altero demum foedere, Mastiam dicit oppidum (Pol. III 24), — probabili effici coniectura primi foederis tempore a. 509 Carthaginenses in parte occidentali aliquid habuisse, quod studerent defendere, cumque in Hispania Tyrias veteres urbes dominationi suae adiungerent, hunc laborem susceptum nondum ad finem perduxisse; postea autem, cum iterum paciscerentur, rerum Ibericarum ita fuisse mutatam condicionem, ut ibi quoque terminum Romanorum navigationi ponerent. Periplum vero ineunte saeculo quinto compositum id, quod usque ad annum 509 nondum perfecerint, tanquam perfectum denotare et absolutum.

Videtur huic rationi primo aspectu magna subesse veri species. Tamen me quidem iudice scrupulus inhaeret. Habes ipsius verba (p. 341): *„Wenn im ersten Vertrag hier (in Spanien) ein Grenzpunkt nicht angegeben war — qua de causa non factum esse putet, significavi —, so hatten sich eben seit einer übrigen augenscheinlich nicht zu lange danach anzu-*

1) Sic enim recte intellegit locum contra ipsius Polybii explicationem. cf. etiam p. 488 et Comment. Fleckeisen. p. 265. Aem. Müller l. l. p. 99. Unger Mus. Rhen. XXXVII p. 164. Soltau Philol. XLVIII p. 278.

setzenden Zeit die Verhältnisse dort geändert, und es wurde diesem Umstand nunmehr Rechnung getragen.“ Vellem ipse accuratius definivisset, quot annos illud spatium intercedens continuisse sibi fingeret! Primum foedus factum est secundum Nissenum Meltzerum alios anno a. Chr. 509, alterum 348. Intercedunt fere 160 anni. Num voluit Meltzer hos 160 annos intervallum illud non ita longum intellegi? An si summum triginta annorum spatium sumpseris, Carthaginenses per 130 annos, qui restant, praetermisisse existimas etiam in Iberia finem aliorum navigationi collocare? Reliquum est, ut, si re vera primum foedus anno 509 ictum est, Meltzeri illam sententiam deponamus et quomodo, ut terminus navigandi non pangeretur, acciderit, sic explicemus, ut tum, ipsius Hecataei aetate, Poenos nondum in Iberia fuisse dicamus. Nec profecto secus rem se habuisse supra aliunde eruimus. Hecataeum vero et Herodorum Meltzer nihil curavit. Sed notum est, quanta ex clarissima disputatione Mommseni (*Röm. Chronol.*² p. 320 sqq.), num primum foedus recte antiquo illi temporis tribuatur, controversia sit inter viros doctos. Quae nimis aliena ab eis, quae nos agimus: sat habeo dixisse probabiliorem mihi videri rationem eorum, qui cum Diodoro XVI 69 primum foedus anno a. Chr. 348 factum esse statuunt¹). Id utique credo manifestum primi foederis instrumento de Carthaginensibus in Hispaniam transgressis nihil vere evinci, cui cedat Herodori Hecataeique auctoritas.

Longe gravissimum argumentum ideoque uberius tractandum acriusque impugnandum a Meltzero derivatur ex ratione, quae inter Carthaginenses ac Massilienses aliquando intercedebat. Bellum autem inter utrumque populum gestum esse narrat Iustinus XLIII 5, 2, quo loco Massiliae res inde a condita urbe exponuntur; quam relationem Trogum ex Ti-

1) Cf. praeter eos, quos Meltzer p. 487 sq. laudavit, de hac re: Unger Mus. Rhen. XXXVII p. 153 sqq. Matzat, *Röm. Chronol.* I p. 296 sqq. Holzapfel, *Röm. Chronol.* p. 345 sqq. Soltau, *Röm. Chronol.* p. 474 n. 3. Philol. XLVIII p. 131 sqq. (Müllenhoff p. 111; aliter in addendis p. 499; Sonny p. 13 n. 1).

maeo deprompsisse non incommode posuit Sonny p. 1 sq.¹⁾ Ad idem bellum rettulit Sonny p. 11 sq. locos Strabonis IV 180 et Pausaniae X 18, 7; contra Paus. X 6, 6 ad pugnam apud Alalam anno a. Chr. 537 commissam spectat (cf. Sonny p. 6). Thucydidis vero locum I 13, de quo multa multi inter se certantes disputaverunt viri docti, satius duco omittere²⁾.

Iam quaeritur, quonam tempore hoc bellum gestum sit. Quod cum alii non accurate definiant³⁾, alii quinto saeculo bellum ascribant⁴⁾, diserte hanc quaestionem tractavit Meltzer p. 163 sqq., ex quo pendet Busolt, *Griech. Gesch.* I 287 sq. II 221 sqq., arbitratus, quin sexto saeculo belligeratum esset, non posse dubitari. Nam cum paene certum esset Massilienses iam medio sexto saeculo seriem coloniarum in Galliae et Iberiae ora orientali conditam habuisse, altera dimidia eiusdem saeculi parte exstitisse Carthaginienses adversus eos dimicantes; ac quanquam Iustinus, qui nihil traderet nisi res gestas ad urbis potestatem auctoritatemque amplificandam accommodatas et immutatas, victorias Massiliensium de Poenorum exercitibus partas praedicaret, tamen in ipso eo bello his contigisse, ut totam oram usque ad promunturium, cui hodie nomen est *Cap de la Nao*, deleta Maenaca urbe Massiliensibus eriperent sibi que redderent obnoxiam.

Hoc extremum, ut statim moneam, rectissime mihi videtur statuuisse nec minus periplus Avieni, cum statum Punicarum rerum bello illo perfectum iam nosset, post bellum esse com-

1) Cf. etiam Wilsdorf, *Beitr. zur Gesch. von Massilia im Altertum. Zwickau* 1889. p. 3 sq.

2) Post Sonnum p. 5 sqq. de hoc loco disputavit Habel *Wochenschr. f. klass. Philol.* 1885. p. 1283 sq.

3) Niebuhr, *Fortr. über Länder- u. Völkerkunde* p. 639. Mommsen, *Röm. Gesch.* I⁷ p. 492. Duncker, *Gesch. des Altertums* VI² p. 299 sq. qui tamen de sexto saeculo videtur cogitare.

4) Völkerling, de rebus Siculis ab Atheniensium expeditione usque ad prioris belli Punici finem gestis. Vratislav. 1868. p. 39. Müllenhoff p. 177 sqq. Hirschfeld, *Gallische Studien. Sitzgsber. d. Wiener Akad.* vol. CIII (1863) p. 274. Sonny p. 12 sqq. eumque fere totus secutus Wilsdorf p. 25 sq.

positum vel potius vice versa propter ea, quae ex Avieno cognoscerentur, ante scriptum periplus utrumque populum inter se bellavisse. At sexto saeculo id factum esse nequam evincitur, proinde ac si ineunte quinto periplus ortus sit: qui cui tempori recte assignetur, nescimus et hac demum disputatione speramus nos esse enucleaturos.

Age vero consideres, num profecto tam certum videatur Massilienses subinde post urbem anno a. Chr. n. 600 auctore Timaeo (fr. 40) ap. Ps. Scymnum v. 211 sqq. conditam ¹⁾ adeo audaci praecipitique impetu orientalem Iberiae oram coloniis horreisve implevisse. Demonstrat potissimum Phocaeensium rerum imago, qualem de eo tempore adumbravit Herodotus. Sic Meltzer p. 151 sq. Quod cum Phocaea anno 542 per Harpagum capta et proelio ad Alaliam anno 537 commisso Graecis in posterum amplius in occidentis maribus progrediendi finis positus esset, Maenacam, extremum oppidum Phocaeorum secundum Strabonem III 156, ante Alaliensem pugnam esse conditum. Sed suo iure Sonny p. 2 (cf. n. 5) exposuit urbes Galliae Hispaniaeque litoris, quae Phocaeensium appellarentur, certioribus ex testimoniis esse Massiliotarum; a scriptoribus igitur nonnullis illos parum accurate horum in locum esse substitutos. Namque contrarium minus facile usu venisse concedes. Conferas, quae Sonny l. l. congescit exempla. Sic Maenacae Massiliensem originem testatur Ephorus (cf. Scymn. 146); et quod Strabo III 156 eam vocat *ἰστιάτην τῶν Φωκαϊκῶν πόλεων πρὸς δύσει κειμένην*, in promptu est eum his Phocaeicis urbibus etiam eas una comprehendisse, quas Massilitanas fuisse ne ipse quidem negavit (cf. III 159. IV 180. 182) ²⁾. Quae cum Meltzerum fugerent, iccirco accidisse, ut etiam de Massiliensium rebus et crescentibus et adultis non plane verum assequeretur, recte perspexit Sonny p. 14 n. 1. Iam fac Maenacam quoque ut alias Massiliensem fuisse coloniam: quid est, cur abnuas Massiliam urbem,

1) Cf. Sonny p. 4 sqq.

2) Ad alteram sententiam etiamnunc inclinat Wilsdorf p. 26 n. 5.

postquam res a parvis initiis magis magisque prosperae pollentesque factae sunt, ex suis ipsam moenibus potuisse colonos emitte, etsi capta metropolis, etsi ad Alaliam erat proeliatum, cum praesertim, postquam illi Phocaenae Massiliam se contulerunt, vires urbis auctas et amplificatas esse ipse Meltzer concedat (p. 163)?

Sed quo tandem tempore colonias in Iberica ora, Hemo-roscoptium, Maenacam, alias constitutas esse probabile est? Eone spatio, quod interest inter ipsius urbis initium et medium fere saeculum sextum? Num adeo Massilienses iam tum processisse statues, ut paene in columnarum vicinia Maenacam aedificarent? Immo ab omni veri similitudine abhorret. Quod optimo iure aut dixerunt aut exposuerunt viri docti Aemilius Müller (l. l. p. 89; Müllenhoff (p. 177) Unger (p. 197 sq.) Sonny (p. 12 sqq.). Quod nonnulli ex his, dico Müllenhoffium et Ungerum, Hecataeo nullam in Iberia Massiliensium coloniam innotuisse suspicati sunt propterea, quod inter logographi fragmenta nullius exstaret memoria, Stephanus Byzantius potius s. v. *Αίλωνις* et *Ημεροσκοπεῖον* Artemidorum testem ascisceret, equidem huic argumento tantam vim non attribuerim, ut solo ex eo eliciam conclusionem. At rectissime Sonny, cui in hac quidem re subscribo, exponit, quam duris urbs Massilia usa sit initiis; quot quantaque Ligures novis advenis facessiverint negotia; quantopere id primum spectandum eis fuerit, ut fines admodum exiguos angustosque ab impetu gentium finitimarum prohiberent, priusquam res ita se corroboraverint, ut alienas quoque regiones susciperent appetendas. Quo accedere, ut usque ad saeculi quinti initium maris Tyrheni et Iberici principatus fuerit penes Carthaginenses et Etruscos, quem illi anno 480 pugna Himerensi, hi proelio ad Cumas (anno 474 conserto) perdiderint. Quapropter cum Maenaca post annum 474 demum condita esse videatur, ne bellum quidem, in quo Maenaca expugnabatur, sexto saeculo gestum est. An veri est simile, quorum vires nondum ita adauctae erant, eos de hostibus, qui permultum in mari valebant, triumphos reportasse? Quos certe poterant tum demum repor-

tare, posteaquam clade apud Himeram accepta Poenorum imperium maritimum admodum est afflictum. Adde Poenos, id quod monuit Müllenhoff p. 180, post annum 480 diuturnis gravibusque bellis in Libya ipsa gerendis distentos esse teste Iustino XIX 2¹): nonne eo latior et expeditior patuit campus Massiliensibus in Iberica ora sui propagandi? Hoc igitur temporis spatio, nempe altera ex tribus saeculi quinti partibus, Hemeroscopii, Maenacae, aliarum urbium moenia videntur surrexisse. Iam scimus aliunde — Avienum nunc non curo — quarto saeculo Poenos Ibericam oram usque ad sinum Ilicitanum tenuisse. Quam ipso bello Massiliensi ab eis occupatam esse paene certum est nec minus tum ipsum Maenacam hostilem urbem, quam Strabo III 156 aliquando deletam esse tradit, captam soloque esse aequatam. Quod optime statuit Meltzer p. 167. 481 sq.²). Sequitur, ut bellum non modo post conditam Maenacam, sed, siquidem istam urbem aliquot saltem annos viguisse et floruisse non abs re iudicaveris, etiam aliquanto spatio post a Carthaginiensibus gestum esse dicas, fortasse igitur ipsis tribus extremis saeculi quinti decenniis. Vides me ad Müllenhoffii de hac re sententiam (p. 180) accedere.

Iam vero in animum revoco, quae de Gaditana supra (p. 49 sqq.) disserui expeditione, quam eidem fere tempori ascribi volui. Quam probe alterum alteri convenit! Corroborati sunt rursus Carthaginienses, postquam per medium saeculum bella in Libya prospere confecerunt; bene res gerunt in Sicilia; Gaditanis denique auxilium ferunt et partem Hispaniae imperio subiciunt: huic tempestati nonne maxime idoneum est bellum Massiliense? nonne arte cum expeditione Gaditana aptum? quae cum bene eis successisset, ipsum illum Elbysiniorum et Mastienorum tractum, in quo Maenaca sita erat, arripuerunt. Aegre ferebant, quod Massiliae incolae tam longe processerant;

1) Ex Trogo Timaeum secuto (cf. Enmann, *Untersuchg. über d. Quellen d. Pomp. Trog. f. d. griech. u. sicil. Gesch.* p. 149 sq.).

2) Cf. etiam Aem. Müller l. l. Busolt I p. 289 n. 1. Sonny p. 74.

quod periculum erat, ne illi iam tum in mari praepotentes damnum suis rebus inferrent. Ob piscatum ea regio, de qua agitur, maximi erat momenti (cf. Strab. III 156. 155 sq.). Ob piscatorum naves captas bellum conflatum esse Iustinus memoriae prodidit. Quid autem mirum, quod Poeni Maenacam exstinxerunt, unam eius litoris coloniam ac longe a ceteris, quas Strabo III 159 prope Sucronem fluvium collocat, remotam, celerique incurso tota fere ora usque ad sinum Ilicitanum potiti sunt propulsis indigenis Elbysiniis et Mastienis? Qui cum Massiliensibus contra communem hostem consilia armaque sociare ut ipsius miseriae cogebantur necessitate, sic etiam narrat Iustinus XLIII 5, 3 Massilienses cum Hispanis amicitiam iunxisse. Quod ipso angustiarum periculique tempore factum esse, non post bellum demum profligatum, res ipsa indicat. Male igitur Sonny p. 12 haec verba interpretatur: 'Iustinus Massilienses post Poenos devictos cum Hispanis societatem iniisse tradit'. An conexus Iustini loci demonstrat? qui cum expromat Massiliae potestatem partim victoriis ex Liguribus Poenisque latis partim foederibus cum Hispanis et Romanis initis increvisse, planum est eum in hac ipsa re non tam chronologicam, quam, quae inter Massilienses externosque populos intercessisset, rationem respexisse, praesertim cum de Romanis locutus addat 'prope ab initio conditae urbis foedus summa fide custodierunt'.

At forsitan quaesiverit quispiam, qui factum sit, ut, cum militia tam secunda Carthaginienses perfuncti sint, triumphos Massiliensibus Iustini auctor vindicaret? ut referret pacem eos dedisse? Quippe cum Maenaca, ut iam dixi, tam procul abesset et a Massilia ipsa et a ceteris coloniis, perfacile potuit evenire, ut Carthaginienses, siquidem non suppetebant copiae ad defendendum, caperent oppidum et ad sinum illum usque dominationem prolatarent — priore igitur belli parte; sed ne inde amplius progredierentur et ceteras quoque colonias, Hemeroscopium et alias, quae trans illud prominens *Cap de la Nao* septentrionem versus sitae erant, tentarent, acerrime obstiterunt Massilienses; et cum in mari Iberico, quod quidem magis ad

septentrionem spectaret, plus possent pollerentque, Poenis navalibus proeliis superatis re vera discesserunt victores — altera belli parte. Quae si posueris, non cum Iustini narratione pugnare concedes, etiamsi, ut amitterent Maenacam, accidit; concedes item non opus esse cum Meltzero Iustini locum sic accipi, quasi non tradiderit nisi ea, quae ex rebus vere gestis omittendo et commutando confecta sint ad Massiliae auctoritatem gloriamque augendam, praesertim si tenes Trogi fontem fuisse Timaeum. Quid vero, quod pacem dedere Massilienses? Haud immerito de pactione inter utrumque populum facta cogitaverunt Movers et Meltzer ¹⁾. Quam inierunt scilicet Poeni cum Massaliois, cum antea ipsis, deinde illis bona belli fortuna obtigisset; inierunt, ne etiam parta amitterentur, sed sua in posterum permanerent. Et quid putabis Massilienses propter victorias ab hostibus in paciscendo impetravisse? Ut in otio ac pace viventes omnem navigationem et mercaturam etiam ultra columnas liberam haberent et expeditam. Veluti Mullenhoff p. 180 ²⁾ conclusit pacem illam Massiliensibus non modo oram meridionalem, verum etiam mare ad occidentem diffusum aperuisse; vix enim aliter potuisse fieri, ut Pythaeae et Euthymenis navigationes quarto saeculo susciperentur et conficerentur. Nam profecto, postquam Gallorum incursio urbi Massiliae feliciter cessit, vires etiam magis augebantur, ita ut quarto saeculo ad ipsum fastigium claritatis potentiaeque pervenisset. Condiciones autem pactionis servatae sunt tempore proximo: postea demum saeculo tertio statum esse mutatum, id pluribus disserere nos longius trahit ab incepto.

Haec sunt, quae de ratione inter Carthaginienses et Massaliois intercedente probabilia mihi videntur. Quae cum eo ordine, quo apud Iustinum singula enarrantur, quam optime posse conciliari Sonny p. 14 satis ostendit. Ut breviter comprehendam, quod adhuc volui demonstrare: Carthaginienses

1) Similiter Barth Mus. Rhen. VII p. 69. 72. Cless PRE vol. IV p. 1625.

2) Cf. Barth l. l. p. 72.

propter Massiliense bellum tanquam sexto saeculo gestum iam eodem saeculo in Hispania consedissee minimo iure contenditur.

Iam vero animos attendamus ad Avieni periplum. Qui cum Carthaginienses iam usque ad sinum Ilicitanum imperium habere indicet, ex omnibus eis, quae supra disputavi, luce fit clarius eum non solum post Gaditanam expeditionem, sed etiam post Massiliensem tumultum, quo Poenorum ora illa facta est, conscriptum esse, sub ipsum igitur finem quinti aut initio quarti saeculi. Vide, quam belle quadrent Scylacis (1) Ephorique (Scymn. 196 sqq.) testimonia et foederis illud identidem allatum instrumentum. Noverat peripli auctor etiam Hemeroscopium Massiliensem coloniam (v. 476); ac Müllenhoffium p. 54. 161 non minus perperam omnium Massiliensium urbium memoriam a periplo genuino abiudicasse quam Carthaginiensium irruptionis vestigia iam pridem a viris doctis atque etiam ab eis, qui adhuc interpolationem in Avieno iubent retineri, monitum est ¹⁾).

At enim memorat periplus Hemeroscopium non ut Massiliensium urbem, immo ut amissum ab eis Iberisque subditum oppidum. Haec Unger p. 197 sq. Nam hic quoque Massiliensium res adhibuit ad peripli tempus definiendum secundo loco — quod argumentum ut solum posset tractari, tantum aberat, ut cum hac de Carthaginiensibus quaestione necessario esset contexendum — quamvis alia prorsus ratione usus ac nos. Nec igitur credo assentimur. Sed audiamus, quae protulerit. Massiliensium enim colonias in Hispaniae ora positas, quarum ullam ante annum 500 exstitisse recte negavit, postea fortassis exeunte saeculo quinto amitti coeptas esse et re vera fuisse amissas medio fere sequente saeculo excepto uno Emporio, cuius mentio fit in Scylacis periplo (2). Quare explicari, quod ne Scymnus quidem, si Maenacam (v. 146 sqq.) removeris, de qua certe error aliqui poetae imputandus esset, ullam Graecorum urbem in regione columnis et Emporio (v. 204)

1) Cf. Gutschmid p. 524.

interiecta enumeraret. Periplum vero, cum accuratius quam illi Maenacam (v. 431) Tartessiis, Hemeroscopium (v. 476) Iberis attribueret, duarum autem urbium, quas Strabo III 159 memoraret, fines aut Iberis aut Gymnetibus, hand dubie post perditas illas colonias esse compositum idque, cum aliquantum temporis floruisse putandae essent, quarto demum saeculo. Non ita difficile fore puto negotium refutandi. Sane loquitur Avienus v. 472 sqq. de Iberis, quorum primum oppidum percensetur Ilerda, dein Hemeroscopium, tum Sicana; sed cum poetae verba haec sint: 'Hemeroscopium quoque habitata pridem hic civitas', id tantum dicitur in Iberum finibus situm esse Hemeroscopium, at secundam Iberum urbem esse non disertim indicatur. Haec nempe fuit Sicana. Facile autem fieri potuit, ut peripli auctor incolarum vel conditorum memoria praetermissa solum urbis situm referret; facile id quoque potuit evenire, ut Avienus, qui hoc loco ex more suae ipsius aetatis condicione respecta aliquid addidit (nunc iam solum vacuum e. q. s.), Massiliensem originem in fonte commemoratam omitteret commemorare. Agedum recognosce mecum Massilienses periculo a Poenis instante cum Hispanis adversus communes hostes iunxisse amicitiam: num putas post victorias illas, quibus colonias a promunturio *Cap de la Nao* ad septentrionem sitas retinuerunt Massaliotae, peripli tempore post illud bellum conscripti in sociorum manibus Hemeroscopium fuisse? Duo vero cetera oppida fortasse post periplum demum compositum condita sunt non aliter atque alia a Scymno v. 202 sqq. nominata, de quibus item tacet Avienus. Sed ut exstiterint peripli aetate: quid mirum, quod regionem Iberis assignavit, singulas autem colonias non omnes auctor memoravit? Improbanda igitur Ungerii opinio. Ad eam, quae inter Scylacem Scymnumque et Avienum de hac re interest, rationem mox erit redeundum (cf. p. 68 sq.).

Superest, ut, quid de Maenaca recte iudicetur, disseram. Memorat Avienus v. 431; incolunt secundum Ungerum Tartessii. At iam belli Massiliensis fluctibus erat absumpta. Non potuit omnino in periplo post bellum scripto eius mentio inferri.

Sed longius mihi repetendum, cum praesertim a viris doctis hanc quaestionem adhuc non recte absolutam esse censeam.

Laudavi supra (p. 57) Meltzerum et alios, qui **Maenacam** in ipso bello Massiliensi eversam esse sumerent¹⁾. Obstat videtur Ephori testimonium (Scymn. 146 sqq.): noverat quarto saeculo urbem illam vigentem. Nec vero ullo modo hoc fieri potuisse ipsius Ephori Libyphoenices (Scymn. 197) testantur. Itaque suo iure Scymni loco falsi aliquid subesse contendunt Meltzer p. 481 sq. et alii; ac videtur Scymnus negligenter Ephorum excerptisse²⁾, qui non potuit non de **Maenaca** verba facere tanquam de prisca urbe et ex hominum conspectu ablata, quam prope columnas aliquando sitam fuisse fortasse ex aliis audiverat. Stephani autem Byzantii locum s. v. *Μάκη* (p. 426, 4) nescio quo pacto mutilatum accepimus; quo cum *Μάκη* ordini litterarum repugnet, non inepte scripsit Meineke: *Μαινάκη Κελτική πόλις. εὔρηται καὶ Μάκη*, ita ut *Μάκη* corruptam eiusdem nominis lectionem intellegas. Quod vero Celtica urbs appellatur **Maenaca**, minus credo cum eis facies, qui ab Massiliensi origine id repetunt³⁾; immo verum perspexit Müller ad Scymn. 147: hausisse Stephanum sectionem ex Ephoro, qui totam Hispaniam ad Celticam regionem rettulisset; praecipue cum **Maenacam** ab eo commemoratam esse ex ipso Scymno sciamus.

Sed ad periplus redeamus. Habes apud Avienum post Tartessorum mentionem modo factam haec v. 425 sqq.:

Hos propter autem mox iugum Barbetium est

Malacaeque flumen urbe cum cognomine,

Maenace priore quae vocata est saeculo.

Tartessorum iuris illic insula

Antistat urbem, Noctilucae ab incolis

430 Sacrata pridem: in insula stagnum quoque

Tutusque portus: oppidum Maenace super.

1) Aliter Müllenhoff p. 180 et Unger p. 236 n. 44 **Maenacam** **Barci-**
norum demum tempore dirutam existimant.

2) Cf. Sonny p. 74 sq.

3) Veluti Holstenius et Meineke ad Steph. l. l. Müllenhoff p. 84 n. 3.

Cui loco eandem sententiam subesse vides atque eorum, qui apud Strabonem III 156 Malacam non aliam urbem nisi Maenacam arbitrati refelluntur. Iam Müllenhoffii et Gutschmidii illa lex postulat, ut, cum omnia, quae a poeta olim fuisse dicantur, peripli aetati ut vigentia ascribi iubeat, Maenacam ipsam in Avieni fonte memoratam esse statuamus. Et profecto legitur nomen v. 431. Haec est sententia Unger (p. 236) Hanseni (p. 1428) Sonnii (p. 46), nisi quod Unger Malacae mentionem Avieno vindicat, Sonny interpolatori. Interpolator igitur ille nescio quis consimili modo ac postea Avienus in periplo ita grassatus est, ut suae aetatis condicionem referret, tum — nimirum per enuntiatum relativum — quae in periplo invenerat, adiceret! Sed hoc remoto: primum quaero, quale tandem nomen, si re vera v. 426 pro Malaca in periplo Maenaca nominata erat, cognomini illi fluvio inditum fuerit? Etiamne Maenaca? Deinde supra vidimus Maenacam omnino in periplo non potuisse recenseri. Itaque falso illi viri docti indicaverunt; immo Malacam in fonte repperit Avienus. At enim Müllenhoffii lex obstat. Sane quidem non convenit; ergo huic loco nequit adhiberi. Nihil aliud restat. Igitur Maenacae mentio (v. 427. 431) interpolatori tribuenda. Sic Müllenhoff p. 84 sq. 147 et Meltzer p. 482. Scilicet ne hi quidem legem illam retinent. Quae cum omnino hoc loco non possit retineri, quid impedit, quominus Maenacae memoriam tribuamus non interpolatori cuidam ignoto, de quo res est admodum dubia, sed interpolanti Avieno? Avienus nimirum, qui non magis quam illi apud Strabonem l. l. de vero urbis deletae situ quicquam sciebat, item ut alii perperam eam pro eadem habuit atque Malacam¹⁾; ac quod Avienus ea ratione, qua Strabonis auctor²⁾ errorem reiecit, verum non expiscatus est, in eo neminem spero esse offensurum.

Quam sententiam ut probabili fulciam exemplo, Tartessus urbs in ipso Tartessi fluvii ostio sita Romanorum aetate iam

1) Strabonis refutationem haud iustam esse Unger p. 236 non probavit.

2) Artemidorus an Posidonius? cf. Ruge, quaestiones Strabonianae.

pridem ex hominum conspectu evolaverat nec Tartessus nuncupabatur istud flumen, sed Baetis. Non poterant ipsi antiqui scriptores nisi coniectura assequi, quemnam fluvium antiquiores Tartessum intellexerint, quo tandem loco urbs fuerit sita. Itaque cum alteri prope ad verum accederent, alteri aut Car-teiam eandem esse ducebant aut Gades. In hoc numero etiam Avienus est, qui ipse Gades obiit (v. 273 sq.). Itaque nonnunquam, cum de Gadibus ageretur, sive iam in fonte repperit sive ipse iniecit urbis illius mentionem, suo arbitrato Tartessi nomen aut addidit aut substituit¹⁾. Velut in ipsius Orae maritimae exordio, quod certe ex poetae manu profectum est²⁾, hunc versum composuit (v. 55):

Hic Gadir urbs est, dicta Tartessus prius.

Quocum conferendi sunt versus 267 sqq. Et Dionysii locum v. 455 sq.:

*καὶ τὴν μὲν ναετῆρες ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων
κλήρομένην Κοίνουσαν ἐφρμίξαντο Γάδειρα*

hoc modo expressit descr. orb. 612 sqq.:

Haec Cotinussa prius fuerat sub nomine prisco,
Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni,
Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat:
Poenus quippe locum Gadir vocat undique saeptum
Aggere praeducto.

Supposuisse autem Avienum pro *Γάδειρα* nomine, quod in fonte exstabat, Tartessi nomen luculente demonstrat or. mar. v. 332 collatus cum Dionysii v. 11. 176.

Quae cum ita sint, nonne admodum dubium est, num eis locis, ubi de Tartesso agitur, Müllenhoffiana lex semper probe conveniat? Qua nostro iure tum utemur, quotiescumque civitates stetisse apud Avienum dicuntur vel similia; sed cum duae urbes inter se plane diversae perperam confusae sunt propterea, quod altera ex eis posteriore aevo non iam exstabat ideoque, quo tandem loco olim sita fuisset, haesitabatur,

1) Cf. Müllenhoff p. 125. 142 sq. Unger p. 224 n. 32.

2) Cf. Müllenhoff p. 98. Sonny p. 22 sq.

tum maxime cavendum est, ne lege illa nisi falsum de Avieno feramus iudicium. Huius enim arbitrium in eiusmodi locis agnoscitur. Vides de Maenaca itidem rem se habere: et dubitabis Maenacae memoriam v. 427 et 431 Avieno tribuere? E medio proinde tollamus interpolatorem. Malaca igitur in fonte Avieni erat, non Maenaca: num residet scrupulus in eo positus, quod Maenacae urbis quamvis bello Massiliensi dirutae tamen in periplo post bellum conscripto mentio facta videatur? Accedit, quod etiam v. 181 Malaca memoratur. Nisi vero hic quoque saeviit interpolator! Adeas, si velis, Sonnum p. 31. Viarum mensura eo loco indicata, in qua offendit, quomodo recte intellexeretur, dudum intellexit Müllenhoff p. 102, quem merito laudavit Unger *Mus. Rhen.* XXXVIII p. 192.

Iam memineris me, cum extrema illa de Massiliensium rebus exponerem, Sonnum missum fecisse. Qui quanquam non pauca rectissime de hac re perspexit, tamen cum ceteroquin propriam protulerit sententiam, reservavi eam continuam continua disputatione tractandam atque impugnandam.

Protulit autem fere haec. Galli circiter annum 400 in Italiam permigravere. Periplus nec in ora Ligustica nec in mediterraneis, quae Rhodani ripas circumiacent, Gallos enumerat. Ergo antea scriptus est. Atqui reperitur apud Avienum in Iberica ora orientali magnus Graecorum nominum numerus. Sequitur Massilienses eam ante peripli aetatem crebro frequentavisse. Quod cum non potuerit fieri nisi post victorias illas de Poenis reportatas, bellum autem Massiliense post Etruscorum demum cladem ad Cumas acceptam gestum sit, apparet bellum paulo post hanc cladem gestum, periplus autem rursus brevi ante Gallorum invasionem esse compositum. Nam victoriis Massilienses navigandi libertatem impetravisse ut per se veri simile est — non enim aliter Carthaginenses, qui iam inde a vetustis temporibus Ibericam oram tenebant, sua sponte eos admisissent —, ita etiam Iustini verba documento sunt, qui post Poenos devictos cum Hispanis amicitiam eos iunxisse narrat. Bello igitur prospere confecto Carthaginenses ex ora usque ad columnas depulerunt; quominus

amplius ultra columnas eos progressos esse arbitreris, obstant Avieni versus 375 sqq., qui Poenos ibi habitavisse aperte demonstrant. Quanquam etiam cis columnas continua ora interrupta fuit Phoenicum et Libyphoenicum aliquot oppidis, nempe colonorum Carthaginiensium et sociorum vel clientium, quae Massaliotis resistere perseverabant. Tum demum temporis Maenaca condita est. Quod cum a Gallis irrudentibus oppressi Ligures ipsi quoque non modo Massiliam, verum etiam colonias in Galliae meridionali ora sitas opprimerent, Massilia quidem perduravit, sed coloniae illae ad defendendum ac resistendum parum validae succubuerunt et interierunt. Quod dilucide edocetur conferendo Avieni periplo cum Scylace et Scymno. Eodem autem tempore — quarti saeculi initio — etiam Carthaginienses contra Massaliotas instauravere inimicitias et orae Hispaniae partem iam prius possessam Maenaca colonia destructa denuo in dicionem redegere. Massilia vero ipsa adeo non afflicta est, ut per Gallos ex periculo erepta nihil antiquius haberet quam ut pro amissis urbibus novarum spargeret fundamenta.

Haec Sonny p. 66sq. At primum eum in eo erravisse, quod Carthaginienses putavit iam antiquissimis temporibus in Hispaniam penetravisse, supra satis superque exposui. Dein bellum feliciter patratum Massiliensibus oram Ibericam reclusisse ex Iustino non licet colligere: plane aliud quid rem ipsam secum tulisse, quod tamen optime cum Iustini verbis potest conciliari, antea (p. 58) dictum est. Ac quod contendit aliter Poenos, ut oram tentarent, eis sponte non permissuros fuisse: idem fere equidem dico quanquam alia ratione. Etenim Poeni cum altera belli parte navalibus pugnis victi essent, ut, quod priore victores impetraverant, servarent, paene sunt coacti in paciscendo Massaliotis ad negotiandum liberam relinquere navigationem. Hoc sane illorum triumphum effecerant.

At Poenis tota ora usque ad columnas decedendum erat. Quid ita? Nihil est, quod confirmet. Immo quam non congruit, quod periplus etiam cis columnas nominat Carthaginienses! Quem post bellum scriptum esse recte non negavit. Ergo 'continuatio imperii vel parapli' nonnullis Phoenicum et Liby-

phoenicum urbibus interrupta erat, quae etiam tum Massaliois obsistebant. Post pacem gloriose conciliatam! Quas peripli auctor Massiliensis natione non nominatim attulit, sed quasi anxio animo tractus ab hostibus habitatos praeternavigans in universum oram depinxit. Metuendum igitur erat ab dispersis oppidis hostium victoribus Massiliensibus: et putas tum in ea ipsa regione Maenacam coloniam tam procul a ceteris condituros eos fuisse? Ceterum descriptio Avieni id reddit perspicuum non de singulis Poenorum urbibus agi, sed de continuato quodam agrorum imperio (cf. p. 48 sq.). Itaque ut de Ephori temporibus concludere licet Carthaginienses oram istam fere totam obtinuisse, idem concludendum est de peripli aetate. Et cum Sonny ex eo, quod periplus ultra columnas Poenos commemorat, coegerit illinc a Massiliensibus eos non esse deturbatos, idem debebat cogere de citeriore ora maritima. An re vera inter Avieni Carthaginienses (v. 311 sq. 375 sqq.) et Phoenices (v. 440. 459) et Libyphoenices (v. 421) quicquam interest? Mirum hercle statuit Sonny discrimen. Phoenices erant socii vel clientes Carthaginiensium, coloni Libyphoenices! Credo Phoenices non alii sunt nisi Poeni ipsi ex poetarum more loquendi in horum vicem substituti ut apud Silium I 33. XIII 730. XVI 25. Nam 'Carthaginienses' vox parum apta est versui iambico; et 'Phoenices' simplicior quam 'incolae Carthaginis' (v. 376) vel 'Carthaginis coloni' (v. 311 sq.). Quid? quod etiam apud scriptorem pedestri oratione usum legimus (Mel. II 6, 96): 'in eoque Carteia, ut quidam putant aliquando Tartessus, et quam transvecti ex Africa Phoenices habitant atque unde nos sumus Tingentera?' Ac mirum profecto esset, si peripli auctor in suae aetatis condicione exsequenda vetustarum coloniarum meminisset, quas olim habuissent veri Phoenices. Ex praeteritis potius temporibus 'habuit' (v. 440) et 'incolabant' (v. 460), quae Avieno debentur, secundum legem Müllenhoffianam praesentia elicienda eaque peripli auctori tribuenda.

Iam amplius audiamus Sonnum. Cum Maenaca semel certe a Carthaginiensibus deleta sit — quod haud dubie recte indicavit —, necesse est statuatur eos iterum hostes ad-

versus Massilienses exstitiisse sub ipsum quarti saeculi initium. Ecce alterum bellum Massiliense mero arbitrio statutum, ex quo Massilienses inferiores discesserint. Pythae navigationem quarto saeculo confectam Sonny videtur non curavisse.

Porro ex longa Graecorum nominum serie, quae Avieni lectori obvenit, apparet ante peripli aetatem Massilienses frequenter oram Ibericam celebravisse. Non incommoda est ratiocinatio. Sed quid? nonne aequae est apta ad nostram sententiam? quippe cum viderimus Massaliotas post detrimentum Etruscorum ad Cumas acceptum oram illam adiisse utpote liberos minimeque impeditos a Poenis, qui eo nondum arma transtulerant, deinde bellum inter utrosque gestum, tum demum periplus esse compositum?

Postremo quid efficitur ex collatis Scylacis periplus Ephorice notitia, quam ex Scymni periegesi haurimus, cum Avieno, cuius periplus aliquanto temporis ante eorum aetatem scriptum esse mox infra noscimus? Ac sane concedendum est, sive cum Christio p. 169 sq. et Ungero p. 260 sq. dicis Emporii mentionem exstitiisse in Avieni fonte sive sequeris Sonnum p. 55 eos impugnantem — quod hoc loco nolim disceptare —, cum Scylax (2) non meminerit nisi Emporii, apud Scymnum v. 202 sq. inde a Pyrenaeis usque ad Rhodanum nominari colonias, quae apud Avienum desiderantur. Sed praeterquam quod, cum desiderantur, nullo modo inde necessario consequitur peripli aetate eas nondum fuisse, siquidem periplus alibi non omnes enumerat urbes idque etiam in eis regionibus, quas non tenent 'Phoenices', praeter hanc verumtamen rem, etiamsi urbes illae a Scymno l. l. recensitae non exstitissent peripli aetate, sane eas posthac conditas esse diceremus nostrae tamen opinioni minime repugnantes, quia ille ad initium saeculi quarti vel finem quinti, Scymni autem notitia ad eum, qualis medio fere quarto saeculo erat, statum esset revocanda. Vides, quam bene hoc concineret cum Massilia post victorias illas extremis saeculi quinti decenniis de Poenis partas sequente saeculo etiam magis efflorescente. Ad Ibericam oram descendamus. Peripli auctor noverat Hemeroscopium. Postea haec colonia per

Carthaginiensium iteratam invasionem interiit itemque ceterae Massiliensium urbes in eadem ora sitae. Nullam enim novit nec Scylax nec Scymnus. Qui scilicet totum integrumque rerum statum memoriae prodiderunt! Apud Scymnum inde a versu 196 ora ita describitur, ut gentes tantummodo usque ad Pyrenaeos saltus enumerentur, omnis autem oppidi mentio praetermittatur. An putas Iberis urbem non fuisse propriam? Adeas Hecataeum et Avienum! Scylaci vero, qui diligenter unumquodque Graecorum oppidum commemorarit, etiam Hemeroscopium fuit commemorandum? Qui oram Hispaniae inde a columnis, nisi omnino quaedam exciderunt, tanquam volando percurrit, ut ne populum quidem nisi Iberos nominet? Adde temporis rationem. Scylacis periplus secundum Ungerum (Philol. XXXIII p. 29 sqq.) circiter annum a. Chr. n. 347 scriptus est; Ephorum post annum 334 opus composuisse Sonny quidem p. 73 collegit ex loco Clem. Alex. Strom. I 21 p. 403: intercederent ad quindecim annos: et his ipsis quindecim annis Massilienses urbes illas, quae sunt apud Scymnum v. 202 sqq., excepto Emporio constituere? Quae si iam anno 347 fuissent, ex Sonni ratione constanter servata ipsae quoque in Scylacis periplo memorandae erant. Sed unum Emporium memoratur. Iam probabile est Ephorum notitiam geographicam itineribus comparavisse, priusquam ad ipsum opus conficiendum accederet: nec igitur intervallum illud quindecim vel plurium annorum stricte premendum, sed, quae ex Scylace et Scymno accepimus, ad unum idemque tempus, nempe medium fere saeculum quartum revocanda. Quid? nonne eodem iure dices Hemeroscopii mentionem ceterarumque orae Ibericae coloniarum et a Scylace et a Scymno simpliciter omissam esse? Quam autem lubrica inde fit conclusio eo temporis intervallo, quod inter Avieni periplum et Scylacem Ephorumque intermissum fuerit, Massaliotas amisisse Hemeroscopium! Num penitus obruta est urbs atque extincta? At Artemidori aetate exstabat (cf. Steph. Byz. s. v. et Strab. III 159). An in indigenarum manus incidit? At hanc sententiam stare non posse ex eis apparet, quae supra (p. 60 sq.) disserui. An denique Carthaginiensium facta est dici-

onis? At renovatum bellum veri similiter statui aequè negavi. Restat, ut dicam ex Avieno cum Scylace Scymnoque comparato non fieri manifestum Massilienses coloniis, quas peripli aetate in Iberiae litore possidebant, post eum conscriptum esse orbatos.

Denique ut de his quoque pauca addam, contendit vir doctus: Gallos periplus in meridiana Galliae parte non memorat. Ac ne Scylax quidem nec Scymnus. Non miram. Nec enim peragrant nisi oram maritimam. Mare Celtæ medio quarto saeculo nondum attigerant. Interest inter eos et Avienum, quod hic mediterraneos quoque prope Rhodanum enumerat incolas: Tylangios Daliternos Clachilos (v. 674 [664] sq.).¹⁾ Celtæ autem Rhodanum transgressi quarto saeculo ineunte in Italiam migraverunt. Ergo periplus antea litteris mandatus est. Sed quid, si una ex illis gentibus ipsa Celticae erat originis vel complures? Ungeris est sententia p. 277 sq. Müllenhoffio sane (I 196 sq. II 239) videntur Ligures. Sed estne res certissima omnisque expers dubitationis? Si certa esset, Unger non potuit contra indicare. Quid vero, si nomen Cimenices regionis (v. 622 [615]) aperte Celticam originem monstrat?²⁾ Ut autem certa esset, cum periplus Celtas non nominatim afferat, num necessario efficitur eius aetate Celtas non eo fuisse progressos, praesertim cum non tam subito Ligures ex sedibus plane sint exterminati? Immo nimium ambigua est talis negantis potius quam probantis argumentatio; nec minus incerte Sonny inde sumpsit brevi post pugnam Cumanam bellum Massiliense esse gestum. Postremo si re vera hoc de Celtis quidem recte esset conclusum, id tantum concederem periplus ipsis extremis saeculi quinti annis esse conscriptum; sententia autem antea de belli Massiliensis tempore pronuntiata ne tum quidem in dubium vocaretur. Haec de Sonny opinionione.

Quibus omnibus perpensis ut brevibus rem complectar:

1) Numeri versuum sunt editionis Holderi inde a versu 575 a Wernsdorffianis diversi, quos uncis inclusi.

2) Cf. Gutschmid p. 526.

propter ea, quae de Massaliorum et Carthaginensium rebus in ora Iberica gestis eruimus, videtur periplus Avieni sub finem quinti aut quarti saeculi initium esse compositus.

2.

Transeo ad primum Ungerii argumentum (p. 196 sq.) ab Iberum sedibus repetitum, quod probatur Sonnio p. 62 sq. Nam vetusta aetate terram, quaecumque a Rhodano ad occidentem patet, Iberiae nomine comprehensam esse testatur Strabo III 166, quacum re convenit Aeschylus Heliad. fr. 73 (Nauck) ap. Plin. XXXVII 32 collatum cum Prom. sol. fr. 199 ap. Strab. IV 183. Huc etiam Herodori illud fragmentum (20) Berkelii coniectura, quam supra (p. 37) collaudavi, accepta cum Christio p. 137 et Müllenhoffio p. 121 referendum.¹⁾ Denique excivit Müllenhoff p. 121 et 187 Ephorum, qui teste Scymno v. 206 sqq. tradidisset Massiliam ipsam a Phocaeensibus in Ligustica ora conditam esse, Agatham autem ac Rhodanusiam in Iberica. Habes locum:

(Βέβρονκες.) ἔπειτα παραθαλάττιοι κάτω
 Αἰγυες ἔχονται καὶ πόλεις Ἑλληνίδες,
 ἃς Μασσαλιῶται Φωκαεῖς ἀπέκτισαν·
 πρώτη μὲν Ἐμπόριον, Ῥόδη δὲ δευτέρα·
 205 ταύτην δὲ πρὶν ναῶν κρατοῦντες ἔκτισαν
 Ῥόδιοι. μεθ' οὓς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν
 οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς
 Ἀγάθην Ῥοδανουσίαν τε, Ῥοδανὸς ἦν μέγας
 ποταμὸς παραρρεῖ. Μασσαλία δ' ἔστ' ἐχομένη,
 210 πόλις μεγίστη, Φωκαέων ἀποικία.
 ἐν τῇ Λιγυστικῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν
 πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Σαλαμῖνι γενομένης
 ἔτεσιν πρότερον ὥς φασιν ἑκατὸν εἴκοσι.
 Τίμαιος οὕτως ἱστορεῖ δὲ τὴν κτίσιν.

1) Quod a Baumstarkio PRE vol. III p. 1392 etiam locus Herodoti VII 165 affertur, ubi de Elisycis agitur, de quibus infra exponendum erit, non video, quid iste hic sibi velit.

Obstat, quod secundum v. 201 Ephorus haud dubie iam inde a Pyrenaeis Ligures habitare cognitum habuit. Quare transponi apud periegetam iubet vir doctus nescio quae. Nam cum non fusius exponat, num mentem eius assecutus sim, ignoro. Sicine fere vult scribi?

ἔπειτα καὶ πόλεις Ἑλληνίδες,
ἄς Μασσαλιῶται

Ῥοδανὸς ἦν μέγας
ποταμὸς παραρρεῖ παραθαλάττιοι κάτω
Λιγυεὲς ἔχονται, Μασσαλία δ' ἐστ' ἐχομένη e. q. s.

Quae transponendi ratio propterea mihi displicet, quia Massiliensium urbium enumeratio male perturbatur. Et eo magis ferat repulsam, quod etiam Scylax (3), cuius periplus eidem fere tempori atque Ephori notitia tribuendus est (cf. p. 69), a Pyrenaeis Ligures Iberis commixtos novit et *παράπλοιν Λιγύων* ab Emporio usque facit pertinentem. Mirum ni item est apud Scymnum. Aliam viam ingressus Unger p. 197 n. 8, cum Pyrenaei montis regionem descripserit, alium fontem secutum esse Scymnum existimat, Timaeum ut videatur ob versum 214. Sic facile solvi discrepantiam. Timaeus igitur Ephoro recentior scriptor Iberiam usque ad Rhodanum putavit patescere. Scilicet Galliae illa ora etiam post Ligures latius diffusos Iberia potuit appellari, cum Iberi non extruderentur, sed mixti cum eis postea quoque permanerent. Credo si Timaeus hoc modo nomen Iberiae potuit usurpare, potuit etiam Ephorus. Non diligenter rem expressit: dicendum erat idem, quod dixit Scylax.¹⁾ Quocirca ne Sonnio quidem p. 73 n. 3 astipulor. Nam contorta est explicatio, si verba *ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν* et *ἔσχον* ad solam Rhodam spectare affirmas; iambographum autem attractione quadam usum pro nominativis v. 208 accusativos adhibuisse. Ceterum Ligures ante Graecas urbes memorantur et apud Scylacem iam ab Emporio exordium sumunt.

Quae postquam praemonui, ad Avienum accedamus. Dissertim v. 612 [606] sqq. Oranis fluvius Iberam tellurem et

1) Cf. Müller ad Scymn. 206.

Ligures intersecare dicitur et v. 629 [622] Fecyena ab arce (cf. ann.) Ligures incipere perhibentur. Oranis autem non Ledum flumen (cf. Mel. II 5, 80 et Apollin. Sid. carm. V 208), quod hodie vocatur *Léz*, cum Müllenhoffio p. 191 intellegendus est, sed, quem ille (ibid. in ann.) iam cogitaverat, Arauris (hodie *Hérault*), cuius meminerunt Strabo IV 182 Mela l. l. Plinius III 32. ¹⁾ Quod si comparatur et cum vetustis illis, Aeschylī potissimum testimoniis et cum Scylace Scymnoque, apparet,

1) Cf. Müller Philol. XXXII p. 119. Unger p. 271. 274. Sonny p. 60. Wilsdorf p. 18 (n. 1). Utrum 'Orani' cum Müllero in 'Arauri' an in 'Aurari' cum Ungerō mutandum sit, non curo. —

Quod Vossius ad Mel. II 5 p. 180 pro 'Orani' nomine 'Rhodani' scribendum esse coniecit, iam pridem falsissimam esse coniecturam intellectum est. Nam satis superque demonstrat illud 'Fecyena ab arce' v. 629 [622]. Cf. Astruc, quem laudat Boudard *Revue archéol.* XIII (1857) p. 356sq., et Müllenhoff p. 190 sq. Non pauci sunt, qui illam perperam receperunt. Sic praeter Hudsonem et Wernsdorfium Ukert II 1 p. 475. Saulcy *Revue archéol.* XV (1867) p. 84sqq. D'Arbois de Jubainville ibid. XXVIII (1874) p. 231. Bertrand ibid. I (III. sér. 1883) p. 32. 37. Lagneau *Acad. des inscr. et belles lettres. Comptes rendus* IX (1881) p. 29. Desjardins, *Géogr. hist. et administr. de la Gaule Romaine* I p. 155. II p. 57. 105. Lenthalic, *Les villes mortes du golfe de Lyon* p. 283sq. Contzen, *Die Wanderungen der Kelten* p. 40. Zeuss, *Die Deutschen und die Nachbarstämme* p. 167. Duncker, *Orig. German.* p. 11. Müller ad Scyl. 3. —

Setius mons (v. 608 [604]) est promunturium, cui nomen est hodie *Cette*. Quod rectissime statuunt Müller ad Ptol. p. 234 et Philol. XXXII p. 119. Unger p. 273. Hansen p. 1430. Wilsdorf p. 17. Forbiger p. 88. Atque ipse Müllenhoff, qui aliter eum esse montem oppido, quod cluet *Agde*, propinquum existimat, concedit tum offensionem inesse in eo, quod periplus montem Setium a promunturio, nempe a vertice cautis (v. 601 [597]) distinxerit. Fecyi autem iugum (v. 609 [605]) tum non idem esse potest ac *Cette*; nec vero recte Ungerum 'Setyi' scripsisse Sonny p. 59 sq. perspexit (cf. etiam Ukert II 2 p. 119 n. 17). Sed etiam Sonnii rationem improbo, cum Müllenhoffium secutus Setium eundem ducat atque Agathaeum montem et in v. 629 [622] scribi velit 'Setiena ab arce' cum Wernsdorfio pro 'Secyena ab arce'. Immo 'Fecyena ab arce' Avieno tribuendum, quod suo iure Müllenhoff contendit — ex minusculis litteris perfacile explices corruptelam (Müllenhoff p. 194) —, et Fecyi iugum intellegendi sunt colles, qui in occidentem secundum Taurum paludem (*étang de Tau*) porriguntur, quos nunc vocant *lou Pié Feguié*. Cf. Ukert II 2 p. 120. Forbiger p. 88 n. 22. Müller l. l. Hansen p. 1430.

cum Ligures meridiem versus ad Pyrenaeum montem descenderent¹⁾, periplum inter Aeschyli aetatem et Scylacis Ephorique conscriptum esse.

Videamus, num recte indicaverint Unger et Sonny. Iberiam vocabant vetusti scriptores omnem terram a Rhodano ad occasum solis spectantem. Sequiturne inde re vera usque ad Rhodanum Iberos priscis temporibus habitavisse? Minime me quidem iudice. Utinam sciremus, utrum res ita se habuisset necne. Num quod Scylax integros et meros Ligures a Rhodano orientem versus recenset, sufficiat ad demonstrandum, valde ambigo. Et quod Herodorus Iberum genti flumen illud videtur pro termino ponere, nihil aliud evincitur nisi eum vulgarem illam de terra Iberica sententiam ad populum ipsum transulisse, quippe quoniam etiam Mastienos Elbysinios Tartessios, quos ceteri a propriis Iberis consueverant internoscere, Ibericae genti, de qua loquitur, annumerat. Celciani autem dubii in Galliae parte, quae Pyrenaeis et Rhodano interiacet, videntur sedes habuisse, post Hecataei aliorumque Iberos. Ceterum hoc Herodori fragmentum, cum sprete Berkellii coniectura aliter interpretetur, Unger omnino non vult huc revocari. Sed fac Iberos vere olim Rhodanum attigisse: quid? posteaquam Ligures ad Oranim processerunt, nonne etiam tum terra usque ad illum pertinens Iberiae nomine potuit comprehendi (cf. Ungerum ipsum l. l. n. 8), sive quia Iberi non a Liguribus erant expulsi sive ex parum accurata istius regionis scientia? Peripli scilicet auctor utpote ἀπόπειρος veram exsecutus est rerum condicionem; peripli auctoris Strabo l. l. nullam rationem habuit; neque id mirum. Ergo non certa est conclusio periplum temporibus Aeschyli non posse tribui. Immo Ephorus, quanquam Ligures iam ad Pyrenaeos saltus descenderant, oram Galliae meridionalem appellavit Iberiam. Unde sequeretur, si constanter teneres Unger rationem, periplum ut Aeschylō sic Ephoro esse

1) Niebuhrii enim coniecturam plane contrarium in modum statuentis Iberos ad septentrionem se propagavisse — cf. *Röm. Gesch.* I^o p. 93. *Vortr. üb. alte Gesch.* III p. 225 sq. *Vortr. üb. Länder- u. Völkerkunde* p. 637 — nunc licet omittere.

recentiorem. Quod cum statui nequeat, vides, quam instabili statueretur Unger argumentatione. Similis est ratio, si Iberi antiquitus omnino non amplius quam ad Oranum se porrigebant. Nam cum periplus ex autopsia rerum statui etiam verba iuste accommodaret, Aeschylus illa de terra Iberica opinio, ut qui subtili rerum scientia careret, facile potuit oriri. ¹⁾

Quae cum ita sint, haud inclinatur animus, ut Ungerum hac argumentatione usum, si sola respicitur, sequar. Sat habeo dixisse comparationem Avieni cum veterum illorum scriptorum testimoniis factam non nisi quadrare ad ea, quae certioribus argumentis nisi eruiamus, non ea stabilire aut confirmare. Sed id procul dubio recte conexuit periplus ante Scylacis Ephorice tempora scriptum esse, quippe qui novissent Ligures iam ad Pyrenaeum diffusos. Itaque medium quartum saeculum certissime terminum ante quem, qui dicitur, licet existimare. Praeterea quae erat causa, cur Ligures sedes dilatarent? Celtarumne irruptio? potestne fortasse fieri, ut hoc quoque adhibeatur ad tempus periplus definiendum? Si Iberum fines re vera olim Rhodani aequor alluisset, sequeretur periplus post Celtarum invasionem esse conditum; sin Oranis agri fuisset antiquitus terminus, postea Celtae in meridionalem Galliae partem essent ingressi. Incerta autem, ut res ipsa fert, ratio.

3.

Postremo plane alius rationis argumentum expromit Unger p. 200 sqq. Nam cum existimet auctores, quos Avienus v. 43 sqq. laudat, iam in periplus citatos inde a poeta in Oram maritimam receptos esse, recentissimus autem inter eos sit Thucydides, veri simile fieri periplus inter annos 390 et 370 conscriptum esse. ²⁾ Auctorem enim periplus, postquam navigationis cursum permensus reverterit, quaecumque suis oculis conspexerit, cum eis, quae sua aetate ab aliis scriptoribus litteris mandata

¹⁾ Simile quid ceterum videtur sensisse Wilsdorf p. 7 n. 3., quanquam non copiosius rem tractavit.

²⁾ Cf. etiam Mus. Rhen. XXXVIII p. 182.

fuert, comparavisse et, si quem alia tradidisse repperit, ea operi inseruisse; ab eius manu etiam ipsam auctorum enumerationem esse profectam. Nolim in hoc campo incedere tam securo gradu, quippe cum solum nimis lubricum sit ac valde periculum, ne labamur. Nec enim puto rem tam evidenter, ut voluit, a viro docto probatam esse aut omnino posse probari. Ac ne opus quidem est argumentatione illa admodum incerta. Etenim ut recte conclusisset: quae ex certioribus causis antea elicuimus, quodammodo confirmarentur; si minus, non irrita fierent. Sic velim de hac quaestione iudicari.

Sane non abs re infitiatur Unger poetam tam recentis aetatis, quae illi *Ἐνδεκα* tradiderint, ex uniuscuiusque libro ipsius oculis inspecto sumpsisse. Quod mihi quoque videtur consentaneum, praesertim cum nonnulli ex eo numero alioquin paene ignoti sint. Sed unde hausit eorum notitiam? Unde quae Himilco memoriae prodiderat, repetivit? Ex Sallustio? (Unger p. 203). An ex Iuba? (Hansen p. 1426). An ex Timaeo in compendium recepta? (Gutschmid p. 524). Unde denique ipse vetus periplus in eius manus incidit? Ex sylloga geographica nescio qua, id quod Sonnio p. 66 in mentem venit? Haud liquet. Ac praestat in hac re acquiescere quam ut mente latius vagati meras coniecturas easque maxime ambiguas in lucem edamus.

Sed hoc saltem licet, si qua edita sunt, quae falsa videntur, impugnare. Res est mihi cum Sonnio, cuius sententiam quin paucis perstringam, vix me contineo. Dicit haec fere: Testatur Avienus v. 36 sqq. sese Hecataeum Hellanicum ceteros adhibuisse ad Sallustii Ponti Euxini descriptionem explendam. Ad ea, quae periplo contineantur, illis enumeratis convertit orationem v. 51 sqq.: 'Hic porro habebis' e. q. s. Dedit enim totius maris interni descriptionem¹⁾: in ea, quae ab occidente ad Massiliam pertinet, parte usus vetere periplo;

1) Re vera eam dedisse Avienum, partem autem tantummodo servatam esse rectissime contra Müllenhoffium a Gutschmidio reliquisque, qui eius librum recensuerunt, demonstratum est.

in reliqua usque ad Pontum Euxinum Hecataeum Hellanicum ceteros secutus. Hausit autem et horum notitiam et ipsum periplum ex sylloga geographica eaque ita comparata, ut unius alicuius auctoris descriptione pro fundamento substituta, quae reliqui prodiderant, variarum lectionum instar essent annotata. Sic ille periplus Massiliam usque pro primario fonte fuit: Eutemonis Scylacis Damastae Phileae, qui nunc apud Avienum memorantur (v. 337. 350. 372. 695 [685]), loci ab eo, qui syllogam confecit, inspersi sunt. Pars syllogae scilicet etiam Pontum Euxinum continebat, qua ad Sallustium explendum usus est Avienus: hac ratione omnino est ductus, ut Ponti descriptioni orae maritimae periegesin adderet.

Multum abest, ut cum eo sentiam. Nam ut hoc prius noneam, quod contendit peripli veteris finem et terminum fuisse Massiliam urbem, mihi non probavit. An re vera elucet ex verbis Avieni (v. 704 [694]): 'Massilia et ipsa'? Credo vicinae regionis descriptioni perfacile urbis ipsius mentio sic potuit adiungi.¹⁾ An ex eo, quod, quo magis nauta urbi appropinquaverit, eo subtilius loca depinxerit? Quod non minus facile ex potestate ac splendore, quo tum Massilia excelebat, explicatur. An ex extremis poetae verbis:

si qua prisca te iuvat

Haec in novella nominum deducere —

de quibus, cum repente abrumpatur oratio, omnino non certum est iudicium? Concedo pronomen 'haec' ad omnia, quae hucusque in Ora maritima obviam se dedere, nomina spectare. Sed nihilominus id summum efficitur, ubi ad Massiliam continua processit oratio, primi libri Orae maritimae finem fecisse poetam, non nautam cursus navigationis. At Massiliensis erat auctor peripli. Nec enim ceteri Graeci post pugnam ad Alaliam pugnatum Hispaniae oras negotiandi causa adibant; nec quinto quartoque saeculo de regionibus trans Gaditanum mare sitis quicquam compertum habebant, quae inscientia post pe-

1) Wilsdorf p. 15 n. 1 haec verba sic explicat, ut Mastrabalam oppidum (v. 701 [691]) fortasse Massaliotharum fuisse dicat (cf. Mel. II 5, 77).

riplum publici iuris factum non potuit perdurare. Haud ita feliciter et evidenter opinor ex Graecorum illa inscientia repetitum sit argumentum. Ac licet quarto saeculo Theopompus, qui Gletes noverat, licet Ephorus, qui secundum Seymnum de Tartesso oppido. de Gadibus, de gentibus orientalem Iberiae oram colentibus quaedam prodidit memoriae, multa ex nautis Massilitanis exaudiverint: Avieni periplum si respexerit, nonne poterit quis suspicari Massiliensium victorias etiam ceteris Graecis, qui quidem cum Massilia commercium haberent, utpote consanguineis aliquam, si vellent, fecisse facultatem Iberiae oras visendi et cognoscendi? Nec igitur hinc necesse est statuatur periplum compositum esse aut a Massiliensi quinto exeunte saeculo aut rursus a Graeco homine Hecataei temporibus. An quicquam eo demonstratur, quod Phoenicum urbibus nomina non induuntur, scilicet quia auctor peripli Massiliensis propter inimicitias nondum exstinctas veloci trepidoque cursu loca illa praeternavigaverit? Quod supra (p. 67) revincere studui. Et illud quidem admodum est dubium, num re vera non exstiterit in periplo mentio Gadum — Phoenicum antiquissimae coloniae tum Poenis subiectae. Gravissimum autem est, quod plane contrarium in modum Müllenhoff p. 201 sq. hac de re ab ipso Gutschmidio p. 525 laudatus peripli auctorem non fuisse Massiliensem sagaciter conclusit ex accurata Massiliae ipsius descriptione. Nisi forte haec Avieni est. Quod cur statuatur cum Sonnio, nulla adest causa ex ipsa re sumpta. Sed oportet credo ita statui, ne quid sententiae de Massiliensi quodam auctore refragetur. Vix habet, quo commendetur haec argumentatio.

Iam pergamus ad ea, quae de vetustis scriptoribus ab Avieno ad usum conversis existimat. Laudantur in Orae maritimae libro adhuc servato, qui ad Hispaniam tantum Galliaeque partem pertinet, quattuor ex undecim illis: Euctemon Scylax Damastes Phileas: re ipsa opinor nos eo ducimur, ut verba multa iunximus (v. 40) ad totum mediterraneum mare referamus et hanc poetae mentem fuisse dicamus: In Maecotici aequoris situ describendo Sallustium secutus sum; addidi totius

maris interni imaginem nixus Hecataei reliquorumque notitia. Non negaverim fortasse etiam de Ponti regionibus aliquid ex vetustis illis fontibus Sallustii descriptioni affluxisse. Cui rationi minime impedimento est particula 'porro' v. 51, quae, ut aliae ab Avieno liberiore usu adhibentur, nihil aliud significat nisi, postquam fontes libelli enumerati sunt, quid libello ipso continetur, indicari. Ac profecto in sequentibus versibus Avienus totum medium mare inde a freto Tartessio usque ad aequor Euxini sali pervolat. De 'porro' particula conferas ex. gr. v. 438. 447. Haec necessaria mihi videtur loci interpretatio. Ceterum fortasse his verbis v. 51 sqq. praecipuum suum fontem, periplus dico, respexit; antea scriptores, quorum testimonia ei intexta sunt. Nam accuratius licet definire, quid sit illud 'multa iungere'. Num putas singulorum fluminum vel gentium vel urbium memoriam singulis auctoribus ita deberi, ut aliud ex alio sit excerptum? Immo praecipuus fons Avieni fuit vetus periplus: Hecataei igitur ceterorumque auctoritas non potuit non sic usurpari, ut, quae illi tradiderant, peripli continuae orationi adderentur vel immiscerentur. Quo autem id factum sit modo, habes luculentum exemplum v. 341 sqq., ubi de Herculis columnis testes excitantur Euctemon Damastes Scylax. Quod cum in ea Orae maritimae parte, quam traditam accepimus, quattuor ex undecim illis afferantur, ubi sunt septem reliqui? In ea scilicet parte mediterranei maris descriptionis fuerunt, quae periit, in qua regiones a Massilia usque ad Pontum Euxinum erant depictae. Ibi igitur fuerunt Hecataeus, Hellanicus, Herodotus, Thucydides, ceteri; fuerunt autem eodem modo quo quattuor illi in ea parte, quae servata est. Periplus enim etiam latius quam ad Massiliam pertinens totum mare internum continebat, cui vetustorum scriptorum testimonia occasione data aliquo modo sunt inserta. Haec mihi cum Avieni verbis tum rei ipsi maxime accommodata videtur ratio; Sonnii autem sententia de his exprompta partim certe falsa partim ab omni veri similitate aliena. Haec hactenus.

Quae extrema disputantes cum tandem aliquando Hecataem, a quo longe aberraveramus, rursus attigerimus, facul-

tate tam bene oblata usus pauca addam de ratione, quae inter Hecataeum et Avienum interest. Ex eis, quae modo exposui, spero apparere Hecataei auctoritatem ab Avieno v. 42 invocatam ad Hispaniam aut omnino ad Oram maritimam, quae quidem aetatem tulerit, non spectare, sed ad eam potius partem, quae volventibus annis intercidit. Itaque falsissima est opinio eorum, Klauseni potissimum¹⁾, qui, si quod nomen inter Hecataeum et Avienum convenit, hunc ex illo mutuatum esse arbitrantur. Immo cum quae nauta quidam ipsius oculis aspectaverat, ab Avieno sint reddita, tantum abest, ut poeta ex logographo pendeat, ut, quae ex illo pernoscamus, eo maioris sint momenti ad Hecataei notitiam clarius illustrandam. Consensus nimirum habet explicatum, quod et logographus et peripli auctor priscae fuerunt aetatis; dissensio vero inde, quod nihilominus unius fere saeculi intervallum inter utrumque fuit interiectum.

Itaque ut redeat oratio, unde digressa est, satis elucet Hecataeo, cum Mastienos urbes in ora habentes induxerit, minime repugnare Avieni periplus, quippe qui saeculo fere post litteris mandatus ipsas eas urbes in Carthaginiensium potestate esse quamvis tacitus indicaverit. Qui intra ipsum illud intervallum atque etiam post Herodorum, a quo maxime logographus defenditur, Ibericam oram insederunt.

Sed etiam longius licet procedere. Etenim cum inde ab extremis saeculi quinti decenniis Carthaginienses eas urbes tenerent, fieri omnino non potuit, ut sequentis saeculi et sequentium scriptor Mastienis easdem vindicaret. Nec igitur in his Hecataei fragmentis modo non inest quicquam, quo offendamur, sed plane genuinam originem probatam habemus et confirmatam. Quocirca si quis contenderit logographi periodum postea, Ptolemaeorum fortasse aetate, a nescio quo ita

1) Christ p. 154 vero suspicatur Avienum epitomam, quam Damastes ex Hecataei libro confecerit Agathemero teste, adhibuisse.

mutatam et interpolatam esse, ut, quae ille tradidisset, ad suae ipsius aetatis statum geographicum adaptaret, ea sententia de his, quae ad Mastienorum gentem urbesque spectant, fragmentis certe non valet. Sane extiterit forsitan quispiam Hecataei obtrektor, qui nimium animo indulgens affirmare audeat posterioris aetatis illum retractatorem vel interpolatorem Hecataei libro quaedam infarsisse ex alius priscorum temporum scriptoris opere derivata. Ridiculum est in eiusmodi nugis versari. Affero autem cum risu quodam verba Wilsdorfii (p. 21 n. 1): „*Dass Stephanus Byzantius ausser über Tarseion auch einen Artikel über Massia (Massianer bei Theopomp) und über Mastianer (angeblich nach Hecataeus, dem aber sonst immer die ionische Form Mastiener entnommen wird), schreibt, kann ebenso wenig beweisen wie (andere) Beispiele*“.

Explicatio denique, quam apud Stephanum legimus: ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις, etsi propius columnas habitabant Elbysinii vel Elbestii, nihil habet offensionis; nam si modo ipsa quoque ex periodo a Stephano petita est, cum Hecataeus duas gentes coniunctim commemoraverit (fr. 6 a), Mastieni autem re vera non longe afuerint a columnis, bonum explicatum habet ipsa ea explicatio.

Haec de ipsa gente. Reliquum est, ut de singulis oppidis disputem. Atque initium capio ab

fr. 9 ap. Steph. Byz. s. v. Σίξος πόλις Μαστιγηῶν. Ἐκαταῖος· “μετὰ δὲ Σίξος πόλις”.

Habes forte fortuna ipsa Hecataei verba, quae ut sat simplicia ad simplicem priscorum logographorum stilum optime conveniunt.

Vix autem Stephano hoc tmema ex Hecataeo derivatum subministravit Herodianus (cf. Theogn. in Cram. Anecd. Oxon. II 69, 15. Lentz praef. ad Herodian. p. CLXXIII). Consulas de hac re Hillerum Annal. philol. CIII p. 524 sqq. et Niesium de Steph. Byz. auctoribus p. 5 sqq. Qui cum certa argumentatione probaverit Hecataei periodum ab ipso Stephano inspectam esse, etiam in Theognosti testimonio tamen probabilius est ethnicographum omnes Mastienorum urbes una manu ex

non peregrinis loco prolepsisse et ad lexici litterarum ordinem direxisse. Id constat Herodianum quoque huius urbis memoriam habuisse ex Hecataeo. Sic de omnibus eiusmodi locis iudicandum.

Urbs autem ipsa sita erat in sinu Malacitano, haud dubie eadem atque *Ἐστιαῖον πόλις* Strabonis III 156. 170 alterum locum laudavit Athen. III 131 A πόλις *Σαξίτιον* eam appellans: Sex Ptolemaei II 4. 7: Ex Meise II 3. 94: Sexi Piniū III 8: Saretanum denique itinerarii Antonini p. 405, 3. A lectivum autem ab urbis nomine ductum invenitur apud Athen. I. l. ex Diphilo Siphonio medico: Galen. de facult. aliment. III 41 (tom. VI p. 747 Kühn: Pfl. XXXVII 146. Martial. VII 75. Quae nomina ab Hecataei non diversa esse recte iam pridem intellexerunt.¹ Alii eandem dicunt urbem, quam Graeci vocant *Motriū*, alii quam *Αἰμαίεον*. Erat vetustissima Phoenicum colonia²: nec igitur quicquam miri in eo, quod Hecataeus in orbis descriptione intulit eius mentionem.

in s. ap. Steph. Byz. s. v. *Μαυροβόγα πόλις Μαστιγῶν. Ἐβόρα: Ἐβόρα, τῆ Ἰβυλῆ Μαυροβόγαιος.*

De hoc nomine coniecturam protulit Vossius ad Mel. II p. 257, quam cum ipse Meineke in apparatus criticum Stephani editionis receperit, ut falsam esse ostendam ac tandem aliquando e medio toliam, paulo longius repetatur necesse est.

Suspiciatus enim est Stephanum ex more suo in depravatam incidisse Hecataei codicem, ubi *Μαυροβόγα* legisset, quamvis ille *Μαυρα*, *Ἐβόγα* duo Mastienorum oppida nominavisset. Hanc Eboram multos commemorare, velut ipsum Stephanum s. v. *Ἐβόγα*. Consentit Berkel ad Steph. Byz. s. v. *Μαυροβόγα*. Ac primum quidem — praeterquam quod Mae-

¹ Quo loco nescio an cum Detlefseno Philol. XXX p. 286 'Sexi cognomine Firmum Iulium' scribendum sit ('Iulium Firmum' Hubler CIL II p. 267).

² Sic Klausen. Movers II 2 p. 602 n. 29. 633. 657. Mullenhoff p. 118. Unger p. 195. Müller ad Ptol. p. 113. Detlefsen l. l. cf. praeterea Ukert II 1 p. 245. 350 sq. Forbiger p. 44.

³ Cf. Movers p. 633. 638.

naca non Mastienorum erat, sed colonia Massiliensium — hanc remotissimam Massaliotarum urbem Hecataei temporibus vix exstitisse supra (p. 55 sqq.) exposui. Ergo paene concidit coniectura. Quod si dixeris tum Hecataei fragmentum non esse genuinum, sed a posteriore quodam interpolatore periodo esse inspersum, num haec est via et ratio? Nonne quicumque argumentandi negotium ad certas probabilesque normas direxit, eius est logographo omnino non tribuere coniectando, quae si tribuerit, metus est, ne ansam dent offensionis?

Sed gravius accedit. Ehora illa ubi sita erat? Compluries idem nomen diversis in paeninsulae regionibus deprehendimus. At non parva est nominum turbatio. Propius ad rem accedamus et singula quaeque dignoscamus.

1) Ehora erat Baeticae oppidum, quod non procul a Baetis fluvii ostio aberat.

cf. Strab. III 140. Steph. Byz. s. v. Ἐβόρα et Ἀἰβούρα.¹⁾ Cram. Anecd. Parisin. IV 100.²⁾ Mel. III 1, 4.³⁾ — cf. Ukert p. 341. Forbiger p. 42.

2) Ehora Cerialis Baeticae inter Baetim et oram maritimam in mediterraneis sita.

Plin. III 10. (Ptol. II 4, 11 [9]).⁴⁾ — cf. Ukert p. 370. Detlefsen Philol. XXX p. 281 sqq.

1) Cf. de his Stephani articulis Hillerum Annal. philol. CIII p. 529 et Niesium p. 21 sq. oblocutos Lentzio praef. p. CLXXVIII sq.

2) Excerptum ex Stephano. cf. Geffcken, de Stephano Byzantio capita duo. Gotting. 1886. p. 10.

3) Melam hoc loco de eadem urbe loqui ac Strabonem recte dicunt Ukert et Forbiger ll. ll. nec non Müllenhoff p. 127 n. Niese p. 22. In iuria contrarium statuit Kiepert *Sitzgsber. d. Berliner Akad.* 1864. p. 150. — Quod praeterea Niese l. l. huc rettulit locum Plinii III 1, 60, falso videtur laudatus. Non repperi. Si dixit Plin. III 10, erravit. Hanc Plinius III 11, ubi debebat, memorare omisit.

4) Quem locum Forbiger et Müller ad Ptol. p. 118 ad alteram Baeticae urbem modo (sub 1.) enumeratam spectare existimant. At non convenit illius situs ad eam, quam Ptolemaeus respicit, regionem (cf. § 9 init.). Aut errorem commisit hic quoque Ptolemaeus — commemoranda ei fuit Strabonis Ehora II 4, 5 [4] — aut, cum comparanti Plinium III 10 perspicuum

3) Eborā urbs in interiore Lusitaniae plaga posita (Liberalitas Iulia), cui hodie nomen est *Evora*.

Ptol. II 5, 8 [6]. Plin. IV 117. itin. Ant. p. 418, 1. 426, 5. geogr. Rav. IV 43 p. 306, 15. CIL II n. 110. 114. 115. 339. 505. — cf. Ukert p. 389. Forbiger p. 30. Detlefsen Philol. XXXVI p. 120.

4) Eborā, quam in Lusitaniae Magno promunturio (*Cap da Roca*) collocat

Mela III 1, 8.¹⁾ (= Eburobrittium Plinii IV 113?)

5) Eborā portus Gallaeciae, qui prope Tamarim fluvium iacebat in Praesamarchis.

Mel. III 1, 11. — cf. Ukert p. 438.

6) Eborā oppidum Hispaniae Tarraconensis mediterraneum, Edetanorum finibus ascriptum.

Ptol. II 6, 63 [62]. — cf. Ukert p. 417.

7) Epora urbs Hispaniae Baeticae non multum distans a Corduba.

Plin. III 10. itin. Ant. p. 403, 6. CIL II n. 2163. — cf. Ukert p. 379. Forbiger p. 49.

8) Aebura oppidum Carpetanorum.

Liv. XL 30. Ptol. II 6, 57 [56] (*Αιβόρα*). geogr. Rav. IV 44 p. 312, 11 (Lebura).²⁾ — cf. Ukert p. 427. Forbiger p. 69. Müller ad Ptol. p. 176.

Quae postquam definivimus, quod tandem oppidum ad Vossii illam Mastienorum Eboram pertineat, videamus. Non veniunt in censum nisi, quas primo et secundo loco enumeravi, urbes: Strabonis Eborā et Plinii Eburā Cerialis. Sed haec

fiat multa nomina utrisque communia esse nimirum eiusdem regionis, fortasse Ptolemaei Eborā non fuit diversa ab ea, quam Plinius vocat Eburam Cerialē. Hübner CIL II p. 301 eandem duxit cum Plinii Epora.

1) Nam ex descriptione Melae haec aliena est ab illa, quae est *μαρόγαιος πόλις* Lusitanorum. Eburobrittium, cuius meminit Plinius IV 113, huc revocandum esse in mentem venit iam Ukerto p. 389 n. 29; nec equidem dissenserim. Haesitat Häbler, *Die Nord- und Westküste Hispaniens*. Leipzig 1856. p. 35.

2) Ad hoc oppidum falsissime Stephani sectionem s. v. rettulerunt Ukert et Forbiger II. II.

erat mediterranea, vix ut Hecataeo omnino fuerit nota, cuius Mastienorum oppida haud scio an omnia non longe ab aequoris undis afuerint. Et quod gravius est, essent Maenaca et Eborae a logographo statim altera post alteram commemoratae: quod qui potuerit fieri, cum illa in Malacitano sinu esset condita, non video. Immo est Strabonis Eborae ex ipsius Vossii mente. Quae cum ultra columnas prope Baetis ostia sita esset, eadem credo obstat causa. Interiacebant enim aliae urbes, quarum unam certe videtur memorasse Hecataeus: Suel. Denique quod gravissimum est, Hecataei temporibus circa Eboram illam Mastieni omnino non habitabant; immo habitabant Tartessii, quos ipsos quoque noverat logographus. Et inter eos Mastienosque medii intercedebant Elbestii vel Elbysinii. Quae cum ita sint, ne cum discrepantia etiam scrupulos Hecataei fragmentis obtrudamus, Vossii coniectura certissime missa nobis facienda.

Itaque eorum potius vestigia premo, qui Hecataei Maenoboram intellegunt Maenobam urbem in eadem ora inde a Malaca ad orientem solem versus positam (hodie *Velez Malaga*?).¹⁾ Huc spectant Ptol. II 4, 7. Mel. II 6, 94. Plin. III 8. itin. Ant. p. 405, 5. geogr. Rav. IV 42 p. 305, 5. V 4 p. 343, 17 (Lenubar vel Lennuba cdd.). cf. Guid. 83 p. 515, 23.²⁾ Sed ne sic Hecataei oppidi situm finiret, Vossius adductus est hisce. 'Si est Mastienorum urbs (Maenobora), non est Maenoba; illa

1) Ita iam Pinedo ad Steph. Byz. s. v. Klausen. Ukert p. 245. Movers p. 602 n. 29. Müllenhoff p. 148. Müller ad Ptol. p. 113 et ad Scymn. 147.

2) Sunt qui etiam Strabonis locum III 143 huc referant, qui ipse quoque Maenobam nominat, veluti Klausen et Forbiger p. 44. Perperam certe opinor. Nam merito Ukert p. 349 sq. 268 id pressit geographum p. 142 sq. de ora inter Sacrum promunturium et columnas interposita verba facere: cui cum cetera nomina Asta Nabrisa Onoba Ossoonoba convenient, ne Maenoba quidem ab eadem est aliena. Memoranda fuit Hecataei urbs Straboni p. 156 sq. Quod cum apud Plinium III 11 sq. Maenuba fluvius sit a dextro latere in Baetim infusus, non inepte Ukert et Müller urbem Strabonis eo propemodum loco sitam fuisse censent, quo ille in Baetim influxerit. Quae Unger p. 219 n. 28 opposuit, minime mihi videntur necessaria.

prolata sunt conamina nodi solvendi. Unger illam coniecturam de Corsicae quadam urbe Mastia ab omni probabilitate alienam esse antea (p. 29 n. 3) diximus; quod vero Meltzer p. 520 suspicatur in instrumento tale quid indicatum fuisse, quod Graeci ita exprimant, ut scribant *Μαστια Ταρσητων* (Mastia Tartessorum), propterea improbabile est, quod Mastia non locus quidam erat in Tartessorum finibus situs vel Tartessiis aliquo modo obnoxius, sed tota regio gentis Mastienorum¹⁾. Certi quicquam vix licet statuere: sed id persuasum habeo errorem aliquem Polybii verbis subesse, id quod eidem Meltzero in mentem venit. Ac praestat rem in incerto relinquere²⁾.

Haec postquam de Tartesso Tartessiisque praemonui, ut statim a principio, qualis adumbranda esset imago, illucesceret, iam perscrutemur Hecataeum, num quid in eis fragmentis, quae quidem huc faciant, lateat, quod ab imagine illa adumbrata discordet.

Ac primum quidem propter ipsam rem consentaneum est Hecataeum extremo saeculo sexto Tartessi nomen in periodo afferre potuisse. Etenim vel septimo saeculo regionem, quam Tartessi nomine significabant, attigerant Graeci, qui cum Colaeo Samio vi tempestatum illuc deferebantur (Herod. IV 152). Deinde Phocaeenses cum occidentales regiones tum eam ipsam oram obierunt, quos ab Arganthonio Tartessi rege liberaliter

1) Mastiam urbem accipiunt praeter Meltzerum Ukert p. 244 cum n. 7. Müller ad Scymn. 199. Christ p. 168. Müllenhoff p. 152 sqq. Vollmer Mus. Rhen. XXXII p. 619. Wilsdorf p. 21 cum n. 1. Magdeburg I. I. p. 32. —

Sero animadverti, quae disputat Rühl, *Vermischte Bemerkungen*. Annal. philol. CXXXVII p. 347 sqq. Illud quidem recte negat *Μαστια* vel *Μασσία* nomen ad urbem spectare; sed minus feliciter eo mihi videtur inclinare, ut *Ταρσητιον* oppidum in Africa situm fuisse dicat. Nec assentior, quod 'Massienae urbis' mentionem, quae fit apud Avienum — nomen ipsum sane reticetur —, in periplo non exstitisse existimat, sed a poeta descriptioni esse insertam, qui hac ratione Carthagini Novae situm significaverit.

2) Cf. Soltau Philol. XLVIII p. 140 n. 14.

receptos esse idem fabulatur Herodotus I 163. Hi nempe erant, qui Adriam et Tyrrheniam, Iberiam et Tartessum in notitiam Graecorum perferrent. Itaque factum est, ut Stesichorus Tartessum fluvium in Geryonidis carmine memoraret (fr. 5 ap. Strab. III 148); ut fabulam de Arganthonio aetatem centum et quinquaginta annorum nactus respiceret Anacreon (fr. 8 ap. Strab. III 151); ut Pherecydes Atheniensis, unus ex recentioribus logographis, qui circa medium quintum saeculum (ol. 81) vixit, Herculem Tartessum narraret pervenisse (fr. 33 ap. schol. Apoll. Rhod. IV 1396); ut Herodorus (fr. 20) Tartessios in meridionali Iberiae ora habitare novisset; ut Herodotus ipse IV 152 *ἐμπόριον τοῦτο* Tartessum vocaret, quasi aetate sua notitia in vulgus esset pervagata; ut denique eodem quinto saeculo Tartessiae mustelae (Herod. IV 192) et Tartessiae muraenae (Aristoph. ran. 475) omnibus essent notae. De quarti saeculi testimoniis conticescere licet, quae quidem ad nomen tantum pertineant. Potuit igitur Tartessum nosse Hecataeus ac noverat.

Sed quale noverat nomen Tartessi? Ibyllam urbem (fr. 5) in praesens omitto. Habemus apud Stephanum s. v. *Ἐλιβύργη πόλις Ταρτηροῦ* (fr. 4). Etiam nomen ipsum 'Elibyrgē' velim nunc removeri: solam curamus explicationem. Ac videtur Moversii Müllenhoffii aliorum sententia quodammodo confirmari. Urbs aliqua Tartessi memoratur: ergo Hecataeus Tartessum in terrae vel regionis loco habebat. Sed ad regionem quoque Tartessi nomen spectavisse ne ipse quidem negavi. Itaque si Hecataeus re vera Elibyrgam Tartessi oppidum appellavit, bene hoc quadrat ad ea, quae supra (p. 93 sqq.) exposui. Attamen ne constat quidem illud de Hecataeo: quem perfacile potes cogitare ita huius urbis mentionem intulisse, ut eam Tartessiorum esse simpliciter diceret, Stephanum autem inde Tartessi nomen ad lemma conformandum adhibuisse. Quod hic quidem valde est veri simile: nam ut Stephani et omnino posterioris aetatis sollemnis erat sententia Tartessum esse urbem, non terram (cf. supra p. 94), sic non inusitatum est Stephano pro gentis nomine, quod apud auctorem erat, supponere urbis significa-

tionem. Exempla nonnulla supra (p. 27) attuli. Ceterum hoc unum est Ungero refugium, quem memineris quaeso contendisse eo tempore, quo Baeti nomen Tartesso fuisset, terram Tartessum non exstitisse. Nam aliter hoc Hecataei fragmentum esset impedimento.

Qualis vero fuit Tartessiarum civitatum status Hecataei aetate? Regnum Tartessi quondam reges habuere. Arganthonium Tartesso imperavisse in fabula est. Quae fabula id certe demonstrat Tartessios sui iuris fuisse nec alii populo subditos. Quod teste Herodoto I 165 tum, cum Phocaea per Harpagum capta est anno a. Chr. n. 542, Arganthonius iam mortuus fuisse fertur, inde nihil evincitur ad eam, quam tractamus, quaestionem collustrandam. Sed Tartessum eo tempore, quo Hecataeus periodum condidisset, libertatem amisisse et Carthaginem omnibus veteribus Phoenicum coloniis, quae in occidentali orbis parte erant, praeesse coepisse a Müllenhoffio p. 111 non recte affirmatum est propter ea, quae antea eruimus et de Carthaginiensium in Hispaniam invasione et de Tartessorum gentis condicione et de ea, quae inter utrosque interessisse videtur, ratione. Inimicitias enim inter utrumque populum Hamilcaris demum temporibus (Diod. XXV 10) exortas esse credideris. Nemini igitur Hecataei aetate obnoxii erant Tartessii nec Carthaginiensibus nec ulli alii nationi. Huic autem libertatis condicione optime convenire hoc Hecataei fragmentum, quod Tartessorum oppidi mentionem continet, apparet.

Iam vero de ipsa urbe Elibyrga quaeramus. Semel praeterea legimus nomen apud Arcadium 105, 12; unde facile est divinando assequi Herodianum nomen illud ex Hecataei periegesi deprompsisse¹⁾. Ac fuerunt²⁾, qui ab Elibyrga non differre putarent liberrim urbem, cuius mentio fit apud Plin. III 10. Ptol. II 4, 11 [9] et in titulis CIL II n. 2069 sqq. Erat oppidum

1) Cf. Lentz praef. p. CLXXIII.

2) Velut Pinedo ad Steph. Byz. l. l. Pauly RE vol. IV p. 110. Boudard *Revue archéol.* XIII (1857) p. 187. Quo inclinant etiam Ukert p. 244. 364 et Forbiger p. 46.

Baeticae, quod hodie vocatur *Granada*¹⁾. Alii²⁾ Elibyrgam pro eadem habent, quae Iiturgi dicitur Livio XXIII 49 (cf. Priscian. VI 13). XXIV 41. XXVI 17. XXVIII 19. 20. 25. XXXIV 10. Plinio III 10. itin. Ant. p. 403, 2; *Ἰλιούργεια* Polybio (XI 24) ap. Steph. Byz. s. v.³⁾; *Ἰλυργία* Appiano Iber. 32; *Ἰλουργίς* Ptolemaeo II 4, 10 [9]. Alii utrum rectum sit, in dubio relinquunt⁴⁾.

Duo exstant tali modo coniectandi fundamenta: alterum nominum similitudo, admodum tenue profecto et lubricum; alterum Stephani explicatio, quod multo sane certius atque firminus. Hanc ad argumentationem adhibere utinam nobis liceret! Namque lemmata, quamvis nonnunquam non ita res se habeat, tamen plerumque ipsa quoque a Stephano ex Hecataeo hausta et ex eius more variis modis conformata habeantur necesse est. Quocirca priusquam lemmatis nitamur, id nobis propositum est, num lemmata plena et integra cum priscae aetatis scriptorum notitia congruant, examinare. En misera ratio, quae intercedit inter nomina ex lemmatis definienda et lemmata nominum examinanda. Proclivis sane patet Klauseno via argumentandi nobis molestis impedimentis obstructa. 'Iliberris urbs neque Tartesso flumini adiacet neque Tartessi urbis vicina est, sed Mastianorum dicioni rectius attribuenda'. Assentitur Müllenhoff p. 111 n. Recte nimirum. Recognosce mecum imaginem, quae Avieni descriptionem intuenti ante oculos obversatur: iam videbis circa Iliberrim non Tartessios neque ipsos neque colonos depictos, sed Mastienos illos a Poenis in mediterranea repulsos. Unde et de Herodori illis, qui sunt *παράλιοι*, Tartessiis et de Tartessiaca urbe Elibyrga, quam Hecataeus memoravit, facile elicitur conclusio. Quod si quis dixerit, cum Iliberris, quae videatur Elibyrga fuisse, Tartessi oppidum appellari non potuerit, fragmentum esse suspectum, primum opinor, quicumque ratione et via argumentatur, cavebit omnino, ne

1) Cf. Hübner CIL II p. 285.

2) Ut Holstenius ad Steph. Byz. l. l. Klausen. Müllenhoff p. 111.

3) Cf. Magdeburg l. l. p. 30.

4) Cf. Hübner l. l. Müller ad Ptol. p. 120.

quid inferat in antiquos scriptores, quod eos reddat suspectos. Deinde si Elibyrge non fuisset diversa ab Iliberri ideoque Hecataei aetate Tartessi vel Tartessorum urbs non potuisset vocari, quo tandem tempore potuit? quando exorta est illa notitia inque Hecataei opus interpolata? Hand dubie post Avieni peripli aetatem. Sed per quartum saeculum vix fuerint res, quales ex Avieno cognoscimus, ita immutatae, ut Tartessii in mediterraneis circa Iliberrim habitarent. Quin etiam tertio saeculo dubito an in eodem fere statu res perseveraverint usque ad Hamilcaris Hannibalisque tempora. Accedit enim posterioris aetatis condicio. Quae hic eo rectius potest adhiberi, quod eam non ad pristini aevi tenebras simpliciter transferimus, sed, quoniam vetustam rerum indolem naturamque clarissime ex Avieno habemus compertam, ex recentiore condicione non cogimus aliquid nisi de tempore, quod medium est interpositum. Habitabant autem Bastetani ad Orospedam ac paene Malacam cum Oretanis attingebant teste Strabone III 156. 162 sq. Bastetaniae ad mare vergenti Plinius III 10 attribuit oppida inter Baetim et oram maritimam interiecta, in his ipsam Iliberrim¹⁾. Quae vestigia indagantes nos eo perducunt, ut etiam quarto tertioque saeculo ibi Mastienos incoluisse arbitremur. Iam ad ipsa Punicorum bellorum tempora pervenimus. Nullo igitur temporis spatio Iliberris potuit dici urbs Tartessorum ac ne ab interpolatore quidem nescio quo.

Reliquum est, ut colligamus Iliberrim non fuisse Elibyrgam, quod Klauseno faciliore sane negotio concludere licebat. Ceterum ut hoc statim addam, singulare illud Elibyrgae nomen optime convenit cum accurata Hecataei notitia. Contra a tertio saeculo alienum videtur; ac mirum foret, si tum, cum Carthaginienses viam extremas occidentis regiones obeundi praecclusam tenerent (cf. Eratosth. fr. I B 9 [Berger p. 49] ap. Strab. XVII 502), Graeculus quidam homo tam bene illas cognitas

1) Ob stare videtur locus Ptolemaei II 4, 9—11 [9], qui eo usque pertinentes facit Turdulos. Attamen hic potest removeri, quippe cum unus ceteris de Turdulorum sedibus testimoniis repugnet. cf. Pol. (XXXIV 9, 1) ap. Strab. III 159. Strab. III 149. 151. Mel. III 1, 4. Plin. III 9. 13. 14.

habuisset, ut Iliberris vel alius Tartessii oppidi memoriam ex Hispaniae mediterraneis expromptam posset afferre et in Hecataei periodum infarcire. Cf. quae de Molybdina supra disserui (p. 87 sqq.).

Altera est opinio Elibyrgam fuisse urbem Iiliturgim. Ac suspicatus est Klausen¹⁾ logographum fortasse scripsisse *Ἐλιβύργη* vel *Ἐλιδύργη*. Utrumque sane ad litterarum ordinem probe quadraret; sed tam ambigua res est, ut ab omni abstineam disceptatione. Illud vero si non certum, at perquam probabile tamen mihi quoque videtur. Erat autem Iiliturgi Baeticae oppidum ad fines fere provinciae prope Baetim situm²⁾. In Hannibalico bello ob defectionem proditionemque a Scipione captum et dirutum est (Liv. XXVIII 19. 20. Pol. et App. ll. ll.). Quodsi haec urbs propter nominis similitudinem Elibyrga fuit, Hecataei temporibus Tartessii secundum ipsum Tartessum flumen inde ab ostio eo usque propemodum videntur pertinuisse, quatenus Romanorum aetate Baeticae provinciae fines patebant. Quod quanquam nullo testimonio confirmatur, tamen, cur statui nequeat, non video. Etenim vel per se consentaneum est Tartessorum regionem fluvio fuisse proximam, praesertim illam agri fertilitate insignem, quae simul praeterea propter metallorum copiam Tartessiis prosperam praebebat potestatem cum alienis populis commercii habendi colendique. Iam vero supra (p. 100 sq.) studui exponere eorum sententiam non esse necessariam, qui apud Avienum Etmaneos prope medium fere Tartessii alveum accoluisse rati ab Iiliturgi vel Elibyrga excluserunt Tartessios. Immo Etmaneorum sedes, quales definivimus, minime impediunt, quominus Avienum interpretantes tam latos fines Tartessiis assignemus, ut fluvium proxime habitantes hoc quoque oppidum, de quo agimus, tenere potuerint. Ex Avieni autem periplo licet optimo iure etiam de Hecataei aetate aliqua coniectare. Atque etiamsi de hac re falsi fuimus, etiamsi Tar-

1) Non Müller, ut putat Hübner l. l., cum fragmentorum historicorum ille editor in Hecataeo plerumque Klauseni notas expresserit.

2) Cf. Ukert p. 380. Forbiger p. 41. Hübner CIL II p. 297. Delfsen Philol. XXX p. 291 sq.

tessii non usque ad Ilturgim pertinebant, tamen potuit logographus, qui fortasse urbem illam prope Tartessum fluvium sitam esse audiverat, facile eam Tartessiis vindicare, quorum sedes non procul a fluminis regione abesse pronum erat conicere. Nam si Iberiam, licet magna fecerit itinera ἀνήρ πολυπλανής (Agathem. I 1), non ipse adiit, tamen multa certe rescivit ex navigatoribus et mercatoribus, qui ad illas regiones comaeaverant. Et quid mirum, quod ei innotuerat etiam urbs tam longe a freto distans? nonne auctore Herodoto I 163 Phocaeenses etiam fluvium Tartessum ad Graecorum scientiam pertulerant? Denique id quoque potest cogitari Hecataeum in conexu loci, quo Elibyrgae meminit, flumen Tartessum, cui adiacebat, commemorasse, Stephanum autem inde Elibyrgam interpretatum esse πόλιν Ταρτησοῦ.

Alterum fragmentum (5), quo Ibyllae Tartessiae oppidi memoria continetur, Hecataeo vindicare ausus est Klausen, quanquam auctoris nomen apud Stephanum nunc quidem non legitur. Ad consensum inclinat Müllenhoff p. 111 n.; cautius antea iudicaverat Movers p. 602 n. 30. Antiquiori certe debetur scriptori; nec, si confertur fr. 4, obstat illud Ταρτησσίας, quod in lemmate est, ne de Hecataeo cogitemus: Stephani solius arbitrium hic quoque prodi mihi videtur. Et quoniam fragmentum a Klauseno in numerum reliquiarum receptum est, etiam in hoc inquiramus: quodsi male res successerit, tamen integer manebit Hecataeus incolumisque.

Nusquam alibi Ibyllae nomen deprehendimus. Atque ut omittam Berkelium, qui suspicatus est eandem urbem fuisse Ibalsam sive Balsam Lusitaniae, alii¹⁾ ad Ibyllam trahi iusserunt Hispalim Baeticae oppidum, quod tam notum est, ut scriptorum locos afferre supersedeam²⁾. Sed multo rectius iam Ortelius huc rettulit Ilipam, cuius meminit Strabo III 141 sq. 174 sq., quippe cum apud Stephanum addantur haec: παρ'

1) Sic Caro ap. Ukertum p. 353. Holsten. ad Steph. Byz. s. v. Movers l. l.

2) Cf. Ukert p. 353. Forbiger p. 39 sq.

οἷς μέταλλα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, Strabo III 142 autem tradat maximam argenti copiam esse ἐν τοῖς κατὰ Ἴλιπιν τόποις. Ecce lepidus consensus, qui nos a suspicando paene ad confidendum perducit. Probaverunt coniecturam Klausen et Müllenhoff p. 111 n. Attamen Klausen in nomine 'Ilipa' aliis exemplis probando lapsus est, cum allato praeterea Livii loco XXXV 1 contendit apud Plinium esse formam Ilipulam. Sunt singula nomina haec:

I. Ilipa.

Oppidum Baeticae Baeti adiacens, quod septingenta ferme stadia a mari aberat.

Polyb. XI 20. Strab. III 141 sq. 174 sq. Ptol. II 4, 13 [10]. Liv. XXXV 1. (Silpia XXVIII 12). Plin. III 11. CIL II n. 1085. 1091.

II. Ilipula.

1) Ilipula Magna sive Laus, oppidum eius Baeticae partis, quae ad orientem vergebat, conventus Cordubensis.

Ptol. II 4, 11 [9]. Plin. III 10.

2) Ilipula Minor, oppidum stipendiarium in eadem Baeticae parte a Baeti ad meridiem et orientem solem sita, conventus Astigitani¹⁾.

Plin. III 12. CIL II n. 1469. 1470 in addend. p. 702.

3) Illipula, oppidum alterius Baeticae partis inter Baetim Anamque interpositum, conventus Hispalensis.

Ptol. II 4, 12 [10]. itin. Ant. p. 432, 1 (Ilipa). geogr. Rav. IV 45 p. 317, 14 (Hilpula). CIL II n. 954.

Tres igitur eiusdem Ilipulae nominis urbes distinguendae sunt et inter se et ab Ilipa, de qua nos agimus²⁾.

Quodsi haec Ilipa est Ibylla, quam memoravit sive Hecataeus sive alius scriptor vetustus, Tartessorum fuit aliquando Ilipa. Qua in re nihil prorsus miri inesse spero libenter mihi

1) Quo revocaverunt Hübner CIL II p. 200 et Müller ad Ptol. p. 119 etiam Ilipam itinerarii Ant. p. 411, 2 et Olipium geogr. Rav. IV 45 p. 316, 15.

2) Cf. de diversis his oppidis Ukert p. 263. 371 sq. 374. Forbiger p. 46 c. n.; 48. Hübner CIL II p. 122. 141. 200. Müller ad Ptol. p. 119. 121. 125. Detlefsen Philol. XXX p. 288 sq. 295. 298.

b. Ilergetes.

Habitabant in sinistra Iberi ripa cum aliis gentibus ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ Ἰβηρος καὶ τῆς Πυρήνης τμήματι (Ptol. II 6, 65 [64]) ac praecipuas tenebant urbes Oscam (hodie *Huesca*) et Ilerdam (hodie *Lerida*) ad Sicorim (*Segre*) fluvium sitam (cf. Strab. III 161. Ptol. II 6, 68 [67]). Secundum Ptolemaeum, quocum Strabo l. l. coll. III 156 conveniret, non erant nisi mediterranei. Tamen teste Plinio III 21 ipsum mare videntur tetigisse, qui oram tantum peragrans post regionem Cessetaniam enumerat regionem Ilergetum, oppidum Subur, flumen Rubricatum, a quo Laetani et Indigetes, cum apud Ptolemaeum II 6, 16 sqq. ordinem habeas hunc: Κοσητανῶν (17) Λαιητανῶν (18) Ἰνδιγετῶν (20 [19]) παράλιοι. Id autem certissimum est hos immane quantum differre ab Ilercaonibus. Ilergetum praeterea mentionem faciunt Polyb. X 18 coll. Liv. XXVI 49; porro Liv. XXI 23. 61. XXII 21. XXVIII 32. XXIX 2. 3. XXXIV 11. 12¹). Ex collatis Livio XXI 23 et Polybio III 35 luculenter elucet ne eos quidem, qui apud hunc Ἰλουργῆται appellantur, diversos esse ab Ilergetibus. Contra supra (p. 111) vidimus nomina, quae sunt Ἰλούργεια (Pol. XI 24) ap. Steph. Byz. s. v.), Ἰλυργία (App. Iber. 32), Ἰλουργίς (Ptol. II 4, 10 [9]), ad Iiliturgim Baeticae oppidum referenda esse²).

Ex his, quae modo de Ilergetibus attuli, testimoniis nullum est vetustius secundi belli Punici temporibus: solus inter antiquiores videtur hic quoque esse Hecataeus. Quanquam exstitit vir doctus, qui in priscorum scriptorum reliquiis vestigia eiusdem gentis indagasse sibi visus est. Scilicet multum valent ad Hecataeum aequalium aut ferme aequalium testimonia. Itaque etiam hanc quaestionem tractaturus sum, quanquam nos longe rursus abstrahit ab Hecataeo.

Ratus est Müller ad Ptol. p. 192 non alios nisi Ilergetes fuisse Igletes vetustiorum auctorum, quos respiceret Strabo

1) Livii loco XXI 22 error videtur subesse (cf. Weissenborn ad h. l. et Schweighäuser ad Pol. III 33 vol. V p. 554 sq.). Apud Polybium III 33, 15 legitur *Λεργητῶν* Iberica origine omissa.

2) Cf. de Ilergetibus Ukert p. 316. 450 sqq. Forbiger p. 76 sq.

III 166, Gletes Herodori (fr. 20), Tletes Theopompi (fr. 242 ap. Steph. Byz. s. v. Τλήτες), Iteates Avieni v. 302¹⁾. Altero autem loco (Philol. XXXII p. 116) credibile reddere conatur Gletum nomen ex Ilergetum exortum esse hac ratione: Ἰλεγῆτες, Ἰληγῆτες, Γληγῆτες. Hoc quidem removeamus; sed, cum Gletes in Iberiae ora meridiei adversa habitarent, ad septentriones spectarent Ilergetes, quemadmodum possunt illi cum his conferri? Videlicet sic: prisci illi geographi mediam paeninsulae partem esse omnino ignorabant; meridionales ideo et septentrionales regiones confundebant; consueverant opinari Pyrenaeum montem et Sicanum Iberumque fluvios in ea Hispaniae parte exstare, quae ad meridiem vergit. Profert nonnulla ad rem illustrandam.

Pauca tantum nunc opponam. Velut de Herodoro, cuius testimonium bene cum Mülleri sententia videtur convenire. Nam apud eum Mastienos excipiunt Celciani et Rhodanus: media pars paeninsulae praetermittitur. Qua de re ad Unger rationem supra (p. 37) commemoratam equidem haudquaquam confugerim: certa videtur Berkelii coniectura. Celciani autem qui fuerint, quis scit? Qui si in Galliae ora incolebant a Rhodano ad occidentem versus, ut simile est veri, inter eos et Mastienos intererant Iberi. Atqui Ibericae nationis (γένος) singulas gentes (φύλα) enumerat ille mythographus: potuitne singularum Ibericae nationis gentium seriei etiam Iberos inserere? Potuit, si accurate rem voluit exprimere; potuit autem altera ex parte eo ipso facile, ut ceterorum illos Iberos omitteret, adduci. Nempe in hac ipsa re a ceteris discrepat. Illi Iberos putabant esse unam gentem Hispaniae, alias Mastienos Elhysinios ceteros: hic omnes Iberum nomine complexus est. Hinc igitur fortasse explicatur hians illa lacuna. Hecataeum vero certissime constat non confudisse meridiem et septentrionem. Quod ex hac ipsa disputationis parte, quae ad Iberos

1) Quod Müller ad Dion. Per. 338 coniecit non diversos fuisse a Gletibus vel Iteatibus Saefes Avieni, qui hos ex alio fonte sumpsisset atque Iteatum nomen, hanc coniecturam omittere licet.

pertinet, affatim spero fore manifestum. Cum Hecataeo conspirat Herodorus de Mastienis et Elbysiniis: et putabis eum, qui gentium illam continuationem enumerans etiam Gletes nominat inter Cynetes et Tartessios, errore deceptum Ilergetes sive Gletes ex septentrione ad meridiem transtulisse? putabis Theopompum, qui eosdem Tartessiis vicinos fuisse refert?

Denique ne nimium commorer, attulit gravissimum testem Avienum. Etenim apud Avienum quoque eiusmodi confusionis vestigia elucescere ut Bebrycum memoriam, Sicani mentionem, Iberi notitiam cuiusdam meridionalis — qua ratione dicendi quod compendiose utor molesti circuitus vitandi causa, veniam peto —, quae ad meridiem spectarent. Quae vestigia ne uno tenore persequar, impedit continuae commentationis cursus, qualis mihi propositus est. Nam de Sicano fluvio et Etmaneorum gente infra suis locis disputandum erit. Quae ad meridionalem illum Iberum pertinet quaestio, artissime cohaeret cum hac, quae est de Gletibus vel Ileatibus. Praemitto interim de his rebus minime probari posse Mülleri sententiam. Restant Bebryces. Sed cum Avienus v. 482 Tyrrium fluvium memoret, qui procul dubio idem est ac Turia Hispaniae Tarraconensis, de Bebrycum sedibus non licet dubitare. A Turio enim ad septentriones habitabant in mediterraneis (v. 483 sqq.); nec igitur tam longe aberant a Pyrenaei radicibus. Quod firmatur evidentissimo consensu Ephori (Scymn. 200 sq.).

Concidit denique Mülleri sententia eo magis, quod iam pridem intellectum est peripli veteris descriptionem Avieni Orae maritimae subesse. Quapropter cum, quae apud Avienum legimus, nauta in navigando suis ipse oculis auribusque perceperit, adeo non manet suspicio intuentibus nobis offerri imaginem rerum turbatam atque confusam, ut potius summam eis, quae conspicimus, fidem habere liceat. Vidimus autem et Avieno et Hecataeo Herodoro Ephoro Theopompo pro horum reliquiarum tenuitate multa esse communia nec inveniri nisi eam discrepantiam, quam ex ratione diversorum temporis spatiorum effici par est. Sequitur scriptores illos eo magis per peripli auctorem confundendi opprobrio liberari. Iam vero recte perspe-

xerunt et Müller et alii Ileates, quos dicit Avienus v. 302, non diversos esse a Gletibus Herodori ac Tletibus Theopompi¹⁾. Quod Müllenhoff p. 129 cavendum esse dicit, ne quis in eam suspicionem incidat, non intellego causam. Certissime igitur constat hanc gentem in meridiana Hispaniae parte habitasse et ex peripli auctoris contemplatione et ex aliorum scriptorum testimoniis. Vides immensum quantum ab Ilergetibus differant Gletes. Ubi vero secundum peripli descriptionem habitavisse putandi sint Ileates sive Gletes, ex eis perspicuum est, quae supra (p. 100 sq.) de Etmaneis exposui. Quos excipiebant, ut videtur, inde ab Iberi superiore alveo et pertinebant in occasum solis usque ad fines Cempsorum. Porro qui fiat, ut apud Avienum mediterranea, oram autem incolant apud Herodorum, id quoque supra (p. 46 sq.) dictum est. Accedit igitur tertius Theopompus, qui fecit teste Stephano Tletes Ἴβηρος Ἰβηρικὸν περιουκῶν τοὺς Ταρτησίους; quo loco quin pro participio περιουκῶν cum Müllero et Ungero παροιουκῶν scribendum sit, vix est in dubio; sed nescio an praestet accusativum τοὺς Ταρτησίους, quem Unger retinuit, in dativum mutare²⁾.

Ad finem huius quaestionis pervenissemus, nisi tota eius summa in dubium videretur vocari loco Strabonis III 166. Unde comperimus inter Iberum et Pyrenaeum testibus quibusdam scriptoribus habitavisse Igletes, qui quin plane eidem sint atque Gletes Herodori, non potest dubitari. Ipsum igitur testimo-

1) Cf. Müller II. II. et ad Dion. Per. 338. Unger Philol. suppl. IV p. 223. Hansen p. 1427. Phillips, *Die Wohnsitze d. Kelten auf d. pyren. Halbinsel. Sitzgsber. d. Wiener Akad.* vol. LXXI (1872) p. 703 n. 11. Ceterum num gentis nomen, quale apud Avienum legitur, cum Ungero in 'Gleates' mutandum sit, quod placuit Genthio Burs. annal. 1883. vol. XXXV p. 276, in dubio relinquo. Sonny autem p. 41 n. 8 utrum coniecturam tantum illam improbandam censeat an etiam Ileates cum Gletibus eosdem fuisse neget, mihi non satis planum fit.

2) Fuerunt, qui Gletes pro Celtis haberent propter similitudinem nominum Γλιτες et Γαλάται. Cf. Movers p. 603. O. Müller, *Etrusker* I p. 145 n. 74 (Deecke). Christ p. 137 n. 3. Forbiger p. 101. Sed haud dubie indigenae erant Gletes, ut, qui O. Mülleri librum retractavit, Deecke recte annotavit.

nium accepimus traditum hanc gentem re vera ad septentriones spectavisse. Quod primo obtutu admodum videatur idoneum, quo quasi praecipuo fundamento nixus aliquis in Mülleri sententiam inclinet. Quocum praeterea alia quaestio cohaeret. Habes apud Iberum septentrionalem Iberiam et Igletes; Gletes Iberiamque apud australem Iberum: quid? interceditne aliqua ratio? Proinde statim ad eum locum animos advertamus, quo exstat Iberi illius meridionalis memoria, Avieni dico versus 248 sqq.:

At Iberus inde manat amnis et locos
 Fecundat unda: plurimi ex ipso ferunt
 250 Dictos Iberos, non ab illo flumine,
 Quod inquietos Vasconas praelabitur.
 Nam quicquid amni gentis huius adiacet
 Occiduum ad axem, Iberiam cognominant.
 Pars porro eoa continet Tartessios
 255 Et Cilbicenos.

Ex nexu descriptionis Iberus is fluvius est, quem hodie vocant *Tinto* (cf. supra p. 98). Ac Müllenhoff p. 120 rectissime ostendit verba v. 252 'amni gentis huius' non spectare nisi ad meridionalem Iberum, quia opponuntur inter se occiduum axis (v. 253) et pars eoa (v. 254), quae Tartessios et Cilbicenos complectitur. Quae igitur ad occidentem ab Ibero sita erat regio, Iberia appellabatur. Iberi autem in hac parte terrae mari illabentis nulla alias fieri videtur mentio. Num Scylax (2) hunc Iberum respiciat, cum prope Gades eum afferat: *τῆς Εὐρώπης εἰςὶ πρῶτοι Ἰβηρες, Ἰβηρίας ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἰβηρ·καὶ νῆσοι ἐνταῦθα ἔπεισι δύο, αἷς ὄνομα Γάδειρα. τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει ἀπέχουσαν ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν κτλ.*, nimium est incertum. Agnoscit sane hoc loco australis Iberi vestigium Sonny p. 37 n. 3 et addit obscura illius Iberi mentione factum esse videri, ut Appianus Iber. 6 et Aethicus Ister p. 17 Iberum in oceanum immitti dicant¹⁾.

Uteumque est — equidem hoc nolim disceptare —, cetero-

1) Contra quae duobus his locis imago obversetur, eam alii inde repetunt, quod, cum Hispania divisa sit in duas partes, quarum altera

quin, ut dixi, non memoratur meridionalis Iberus. Tamen minime faciemus cum Christio p. 174 sqq., qui Avienum putat hunc Iberum esse commentum, nec magis cum Müllero Philol. XXXII p. 108, qui existimat in ea Hispaniae parte, quae ad meridiem vergat, Iberum non fuisse, sed Avienum septentrionalem illum Iberum, quem per quintum quartumque saeculum ad meridiem spectare putarint¹⁾, cum maximo illius orae flumine Ana eundem duxisse, Anaem autem nomen ad alium quemlibet fluvium transtulisse: immo nunc quidem constat peripli veteris descriptionem ab Avieno expressam esse, cuius in continuatione necesse erat flumen tanquam confinium inter Cynetes Tartesiosque commemorari et nomine aliquo significari; cumque plurimi illi, quos dicit poeta v. 249, ad unum illum praecipuumque fontem revocandi sint — ut Gutschmid potissimum monuit (p. 524) —, verba autem, quae cognominis fluvii mentionem contiuent (v. 250 sq.), ipse Avienus — nimirum quod alterum fluvium in fonte memoratum reperit — addiderit²⁾: ex periplo procul dubio hausit poeta Iberi memoriam; peripli igitur aetate re vera ei fluvio, qui a Plinio III 7 Urius, nunc *Tinto* nuncupatur, nomen erat Ibero. Quid autem est, cur in hoc offendamus? Quippe qui etiam alioquin propria ac singularia quaedam ex Avieno cognoscamus, plura autem cognosceremus, nisi prospere accidisset, quod ex ceterorum priscorum scriptorum libris aliquae saltem aetatem tulerunt reliquiae, Hecataei Herodori Ephori aliorum. Et fortasse mihi continget, ut ostendam etiam aliud testimonium exstare, dico eiusdem

intra, altera extra Iberum sita fuerit, venerit usu, ut nonnulli Iberum totam paeninsulam intersecare sibi fingerent. Cf. Forbiger p. 12 n. 45. Pauly RE vol. IV p. 41 sq.

1) Testem affert p. 114 ipsum Scylacem (2), ubi — cum antea in peripli editione verba *καὶ νῆσοι ἐνταῦθα κτλ.* in primam paragraphum ita transposuisset, ut ad Herculis columnas spectarent — continuum, qualis traditus sit, contextum tenendum esse censet. Scylacem scilicet non alium memorasse nisi Iberum illum notissimum, sed finxisse eum in meridiana plaga esse Hispaniae.

2) Cf. Müllenhoff p. 119 sq. Unger p. 212. Sonny p. 38.

Asclepiadis Myrleani, quem de Ibero illo in caligine versatum esse Müllenhoff contendit.

At enim Iberiae Iberumque memoria et nominis ab Ibero facta derivatio interpolata est. Sic iudicant Müllenhoff p. 79. 119 et Sonny p. 37 sq. Scrutemur Müllenhoffii argumenta. Etymologia nominis et plurimorum inaudita auctoritas ostentant interpolationem. Hunc Iberum nemo novit; ac ne Asclepiades quidem in ipsa Turdetania quicquam de eo comperit. At tam simplex tamque propinqua nominis originatio, qualis hoc loco invenitur, nullo modo per se sufficit ad demonstrandum. Non iniuria Müllenhoffio de hac re oblocutus est Unger e. g. p. 225. Quid? quod Sonny, quanquam omnes eiusmodi locos, quibus, unde originem ducant nomina, indicatur, interpolatos esse censet, tamen p. 38 id certe largitur potuisse quidem tales nominum derivationes etiam a peripli auctore proficisci? Porro plurimorum illorum auctoritas, ad quos provocat Avienus et hic et alibi, non demonstrat nisi, quae illis attribuuntur, ea in fonte Avieni exstitisse (cf. Gutschmid p. 524).

Age vero audiamus Sonnum. Hi versus cum v. 223 sqq. de loco, unde exordium habeant Tartessii, evidentissime discrepant; nulla insuper de Iberum gente, quae in hac australi Hispaniae parte sedes habere dicitur, apud ceteros fit mentio. Cognoscitur manus interpolatoris. Sed discrepantia illa, quam sibi fingit vir doctus, plane nulla est, si modo probabili ratione Avienum interpreteris. Multa supra (p. 97 sqq.) de hac re Ungerum secutus exposui. Itaque praecipuum Sonni argumentum a discrepantia repetitum corrui. Et quod ad alterum attinet, certum opinor indicium nobis offertur, quod ostendat Iberiae nomen a meridionali paeninsulae parte non prorsus fuisse alienum. Continetur ipso illo loco Strabonis III 166. Quod si rectum esset, praeberet Avieno Asclepiades non modo optimam confirmationem, sed etiam optimam refutationem eorum, quibus interpolationem eo loco statuendam esse persuasum est.

Ac valde dolendum est non integrum esse locum servatum, sed hiare aliquam lacunam. Sunt verba haec: *ἔπει καὶ Ἰβηρίαν ὑπὸ μὲν τῶν προτέρων καλεῖσθαι πᾶσαν τὴν ἔξω*

τοῦ Ῥοδανοῦ καὶ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ ὑπὸ τῶν Γαλατικῶν κόλπων σφιγγομένοι, οἱ δὲ νῦν ὄριον αὐτῆς τίθενται τὴν Πυρήνην συνωνύμως τε τὴν αὐτὴν Ἰβηρίαν λέγουσι καὶ Ἰσπανίαν (ἄλλοι δ' Ἰβηρίαν) μόνην ἐκάλον τὴν ἐντὸς τοῦ Ἰβηρος· οἱ δ' ἔτι πρότερον αὐτοὺς τούτους Ἰγλήτας, οὐ πολλὴν χώραν νεμομένους, ὡς φησὶν Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν σύμπασαν καλέσαντες συνωνύμως Ἰβηρίαν τε καὶ Ἰσπανίαν τὸ μὲν αὐτῆς μέρος εἶπον τὴν ἐκτός, τὸ δὲ ἕτερον τὴν ἐντός. ἄλλοτε δ' ἄλλως διαιροῦσι πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι.

Loquitur igitur geographus de Iberiae nominis significationibus, quae per saeculorum cursum variaverint. Et ob ipsam hanc rem manifestum est ante vocem μόνην excidisse Ἰβηρίαν, non Ἰσπανίαν: Hispaniae nomen ex sollemni usu non est nisi tota paeninsula, quae a columnis usque ad Pyrenaeos patescit. Itaque minus recte iudicaverunt Kramer et Unger p. 223 n. 31, qui eum secutus est. Praeterea autem simile quid supplendum esse atque οἱ δὲ (Ἰβηρίαν μόνην ἐκάλον κτλ.), quod voluit Casaubonus, vel τινὲς δὲ (cf. Meineke, vindic. Strab. p. 37) vel ἄλλοι δὲ, quod edidit idem vir doctissimus, apparet.

De argumento autem loci nec in Groskurdii ab eo sententiam nec in Müllenhoffii, quas in annotatione appinxi¹⁾. Nam

1) Putat Groskurd (vol. I p. 256 n.) tria diversae consuetudinis tempora esse distinguenda:

- 1) primum idque vetustissimum, quo incolae Iberum septentrionem versus accolentes Igletes appellati sint.
- 2) alterum, quod in duas discesserit partes, quo
 - a) alteri Iberiae nomine totam oram a Rhodano ad occasum pertinentem complexi sint.
 - b) alteri eam tantummodo orae partem, quae inter Pyrenaeum Iberumque interiecta fuerit.
- 3) tertium, quo eadem solita sit Iberia nominari atque Hispania paeninsula Pyrenaeis terminata.

Müllenhoffii (p. 120) opinio est haec: iudice Asclepiade Igletum nomen, quod eius aetate parvulae tantum gentis proprium erat, olim omnes incolas regionis Ibero citerioris comprehendebat. Qui primi appellabantur Iberi; deinde nomen ex vetustiorum Graecorum consuetudine ad totam terram usque ad Rhodanum patentem est translatum; Romanorum denique aetate ad minorem rursus notionis circuitum reductum.

ut vetustissima omnium de Iberiae nomine cogitatio nescio an omnium obscurissima fuerit et incertissima — quod nimirum cadit in Aeschyli illam opinionem, de qua iam supra (p. 71 sqq.) disserui —, sic consentaneum est verba *οἱ δ' ἔτι πρότερον αὐτοὺς τοὺτους Ἰγλήτας* non posse intellegi nisi ita, quasi his scriptoribus ei opponantur, *οἱ Ἰβηρίαν μόνην ἐκάλουν τὴν ἐντὸς τοῦ Ἰβηρος*; qui igitur Igletes memoraverunt, antiquiores erant eis, qui Iberiae nomen ad partem intra Iberum sitam referebant, non illis *πρότεροις*, qui Iberiae nomini latissimum ambitum tribuerant usque ad Rhodanum extendentes. Itaque vetustissima est ea opinio, ex qua Rhodanus Iberiae terminus perhibebatur. Huic opponitur recentissima cum Graecorum — nam hos haud dubie intellegi vult geographus, cum dicit *οἱ δὲ νῦν ὄριον τίθενται τὴν Πυρήνην* — tum Romanorum potissimum: eadem Iberia dicebatur atque Hispania (cf. etiam Artemid. fr. 21 (Stieble l. l. p. 203) ap. Const. Porph. de admin. imp. 23 = Steph. Byz. s. v. *Ἰβηρία*).

Iam tertia inter has media exsisteret sententia eorum, qui terram intra Iberum sitam vocabant Iberiam. Quibus qui erant antiquiores, illius regionis incolas nominabant Igletes. Itaque qui apud Strabonem dicuntur *οἱ δ' ἔτι πρότερον*, possunt recentiores esse quam vetustissimi illi *πρότεροι*, quos primo loco affert geographus; attamen possunt eodem iure illorum aequales haberi atque etiam fortasse plane eidem. Quod mox noscemus.

Haec mihi quidem videtur necessaria loci, qualis traditus est, interpretatio. At quominus integram fidem habeamus, duae gravissimae obstant causae. Nec enim usquam scriptum invenimus Iberiae nomen spectasse ullo tempore ad illam tantum terrae — vel orae — partem, quam Pyrenaeus saltus et Iberus circumcludunt. Quod eius rei comprobandae causa loci Polybii III 37 et Eustathii ad Dion. Per. 281 afferuntur¹⁾, nihil valent. Namque plane aliud quid tradit Polybius: Iberiam appellatam esse oram, quae inter Pyrenaeos columnasque interiacet. Eustathium vero e medio tollamus, quippe qui

1) Cf. Forbiger p. 4. Baumstark PRE vol. III p. 1388.

quemvis concessurum, si, quae de Elibyrge exposui, recta esse sibi persuaserit. Nam quae in illam cadunt, eo magis certiusque cadunt in Ibyllam sive Iipam. Itaque simpliciter ad ea relego. Reliquum est, ut concludam non esse, cur hoc fragmentum Hecataeo abiudicemus, aut ut accuratius loquar, non esse, cur ei non attribuamus.

Haec de Tartesso.

3. Iberi.

Transeo ad Iberos perscrutandos. Pertinent huc Hecataei fragmenta 11—18. Atque ita materiem mihi liceat disponere, ut in praesens eis omissis, quae nimis incerta sunt, primum dicam de gentibus, deinde de oppidis.

Iparaugatae.

fr. 14 ap. Steph. Byz. s. v. Ἰλαραυγᾶται οἱ Ἰβήρες. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. καὶ Ἰλαραυγᾶτης ποταμός.

Hos Iparaugatas affirmat Klausen eosdem fuisse atque Ilercaones sive Ilergetes sive Ilurgetas sive Ilercaonenses sive Illurgavonenses, populum Iberi fluminis ripas tenentem. Falso omnes confudit. Discernuntur recte Ilercaones et Ilergetes.

a. Ilercaones.

Habitabant in orientali Iberiae ora Edetanos excipientes inde a fluvio Uduba vel Udiva, qui a Sagunto oppido septentrionem versus in mare cadebat: patebant usque ad Iberum ipsi excepti a Cessetanis cum Tarracone oppido (cf. Plin. III 20 sq.). Quocum conspirat Ptolemaeus, qui II 6, 16 post Edetanos maritimos enumerat Ilercaones, dein Cosetanos cum Tarracone; altero autem loco II 6, 64 [63] Edetanis mediterraneis, qui Iberum attingunt, in orientem finitimos facit Ilercaones eisque complures tribuit urbes. Non dubium est, quin huc spectent Ilurcaones et Ilercaonia Livii (fr. 19 ex libro XCI vol. IV p. 227 sq. Hertz); Ilurgavonenses eiusdem Livii XXII 21; Illurgavonenses Caesaris bell. civ. I 60.¹⁾

1) Cf. Ukert p. 316. 418 sqq. Forbiger p. 54. Müllenhoff p. 168.

b. Ilergetes.

Habitabant in sinistra Iberi ripa cum aliis gentibus ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ Ἰβηρος καὶ τῆς Πυρήνης τμήματι (Ptol. II 6, 65 [64]) ac praecipuas tenebant urbes Oscam (hodie *Huesca*) et Ilerdam (hodie *Lerida*) ad Sicorim (*Segre*) fluvium sitam (cf. Strab. III 161. Ptol. II 6, 68 [67]). Secundum Ptolemaeum, quocum Strabo l. l. coll. III 156 conveniret, non erant nisi mediterranei. Tamen teste Plinio III 21 ipsum mare videntur tetigisse, qui oram tantum peragrans post regionem Cessetaniam enumerat regionem Ilergetum, oppidum Subur, flumen Rubricatum, a quo Laetani et Indigetes, cum apud Ptolemaeum II 6, 16 sqq. ordinem habeas hunc: Κοσητανῶν (17) Λαιητανῶν (18) Ἰνδιγετῶν (20 [19]) παράλιοι. Id autem certissimum est hos immane quantum differre ab Ilercaonibus. Ilergetum praeterea mentionem faciunt Polyb. X 18 coll. Liv. XXVI 49; porro Liv. XXI 23. 61. XXII 21. XXVIII 32. XXIX 2. 3. XXXIV 11. 12¹⁾. Ex collatis Livio XXI 23 et Polybio III 35 luculenter elucet ne eos quidem, qui apud hunc Ἰλουργῆται appellantur, diversos esse ab Ilergetibus. Contra supra (p. 111) vidimus nomina, quae sunt Ἰλούργεια (Pol. XI 24) ap. Steph. Byz. s. v.), Ἰλυργία (App. Iber. 32), Ἰλουργίς (Ptol. II 4, 10 [9]), ad Iiliturgim Baeticae oppidum referenda esse²⁾.

Ex his, quae modo de Ilergetibus attuli, testimoniis nullum est vetustius secundi belli Punici temporibus: solus inter antiquiores videtur hic quoque esse Hecataeus. Quanquam exstitit vir doctus, qui in priscorum scriptorum reliquiis vestigia eiusdem gentis indagasse sibi visus est. Scilicet multum valent ad Hecataeum aequalium aut ferme aequalium testimonia. Itaque etiam hanc quaestionem tractaturus sum, quanquam nos longe rursus abstrahit ab Hecataeo.

Ratus est Müller ad Ptol. p. 192 non alios nisi Ilergetes fuisse Igletes vetustiorum auctorum, quos respiceret Strabo

1) Livii loco XXI 22 error videtur subesse (cf. Weissenborn ad h. l. et Schweighäuser ad Pol. III 33 vol. V p. 554 sq.). Apud Polybium III 33, 15 legitur Λεργητῶν Iberica origine omissa.

2) Cf. de Ilergetibus Ukert p. 316. 450 sqq. Forbiger p. 76 sq.

III 166, Gletes Herodori (fr. 20), Tletes Theopompi (fr. 242 ap. Steph. Byz. s. v. *Τλητες*), Ieates Avieni v. 302¹). Altero autem loco (Philol. XXXII p. 116) credibile reddere conatur Gletum nomen ex Ilergetum exortum esse hac ratione: *Ἰλεγγητες*, *Ἰληγγητες*, *Γληγγητες*. Hoc quidem removeamus; sed, cum Gletes in Iberiae ora meridiei adversa habitarent, ad septentriones spectarent Ilergetes, quemadmodum possunt illi cum his conferri? Videlicet sic: prisci illi geographi mediam paeninsulae partem esse omnino ignorabant; meridionales ideo et septentrionales regiones confundebant; consueverant opinari Pyrenaeum montem et Sicanum Iberumque fluvios in ea Hispaniae parte exstare, quae ad meridiem vergit. Profert nonnulla ad rem illustrandam.

Pauca tantum nunc opponam. Velut de Herodoro, cuius testimonium bene cum Mülleri sententia videtur convenire. Nam apud eum Mastienos excipiunt Celciani et Rhodanus: media pars paeninsulae praetermittitur. Qua de re ad Ungeri rationem supra (p. 37) commemoratam equidem haudquaquam confugerim: certa videtur Berkelii coniectura. Celciani autem qui fuerint, quis scit? Qui si in Galliae ora incolebant a Rhodano ad occidentem versus, ut simile est veri, inter eos et Mastienos intererant Iberi. Atqui Ibericae nationis (*γένος*) singulas gentes (*φύλα*) enumerat ille mythographus: potuitne singularum Ibericae nationis gentium seriei etiam Iberos inserere? Potuit, si accurate rem voluit exprimere; potuit autem altera ex parte eo ipso facile, ut ceterorum illos Iberos omitteret, adduci. Nempe in hac ipsa re a ceteris discrepat. Illi Iberos putabant esse unam gentem Hispaniae, alias Mastienos Elbysinios ceteros: hic omnes Iberum nomine complexus est. Hinc igitur fortasse explicatur hians illa lacuna. Hecataeum vero certissime constat non confudisse meridiem et septentrionem. Quod ex hac ipsa disputationis parte, quae ad Iberos

1) Quod Müller ad Dion. Per. 338 coniecit non diversos fuisse a Gletibus vel Ieatis Saefes Avieni, qui hos ex alio fonte sumpsisset atque Ieatum nomen, hanc coniecturam omittere licet.

pertinet, affatim spero fore manifestum. Cum Hecataeo conspirat Herodorus de Mastienis et Elbysiniis: et putabis eum, qui gentium illam continuationem enumerans etiam Gletes nominat inter Cynetes et Tartessios, errore deceptum Ilergetes sive Gletes ex septentrione ad meridiem transtulisse? putabis Theopompum, qui eosdem Tartessiis vicinos fuisse refert?

Denique ne nimium commorer, attulit gravissimum testem Avienum. Etenim apud Avienum quoque eiusmodi confusionis vestigia elucescere ut Bebrycum memoriam, Sicani mentionem, Iberi notitiam cuiusdam meridionalis — qua ratione dicendi quod compendiose utor molesti circuitus vitandi causa, veniam peto —, quae ad meridiem spectarent. Quae vestigia ne uno tenore persequar, impedit continuae commentationis cursus, qualis mihi propositus est. Nam de Sicano fluvio et Etmaneorum gente infra suis locis disputandum erit. Quae ad meridionalem illum Iberum pertinet quaestio, artissime cohaeret cum hac, quae est de Gletibus vel Ileatibus. Praemitto interim de his rebus minime probari posse Mülleri sententiam. Restant Bebryces. Sed cum Avienus v. 482 Tyrium fluvium memoret, qui procul dubio idem est ac Turia Hispaniae Tarraconensis, de Bebrycum sedibus non licet dubitare. A Turio enim ad septentriones habitabant in mediterraneis (v. 483 sqq.); nec igitur tam longe aberant a Pyrenaei radicibus. Quod firmatur evidentissimo consensu Ephori (Scymn. 200 sq.).

Concidit denique Mülleri sententia eo magis, quod iam pridem intellectum est peripli veteris descriptionem Avieni Orae maritimae subesse. Quapropter cum, quae apud Avienum legimus, nauta in navigando suis ipse oculis auribusque perceperit, adeo non manet suspicio intuentibus nobis offerri imaginem rerum turbatam atque confusam, ut potius summam eis, quae conspicimus, fidem habere liceat. Vidimus autem et Avieno et Hecataeo Herodoro Ephoro Theopompo pro horum reliquiarum tenuitate multa esse communia nec inveniri nisi eam discrepantiam, quam ex ratione diversorum temporis spatiorum effici par est. Sequitur scriptores illos eo magis per peripli auctorem confundendi opprobrio liberari. Iam vero recte perspe-

xerunt et Müller et alii Ileates, quos dicit Avienus v. 302, non diversos esse a Gletibus Herodori ac Tletibus Theopompi¹⁾. Quod Müllenhoff p. 129 cavendum esse dicit, ne quis in eam suspicionem incidat, non intellego causam. Certissime igitur constat hanc gentem in meridiana Hispaniae parte habitasse et ex peripli auctoris contemplatione et ex aliorum scriptorum testimoniis. Vides immensum quantum ab Ilergetibus differant Gletes. Ubi vero secundum peripli descriptionem habitavisse putandi sint Ileates sive Gletes, ex eis perspicuum est, quae supra (p. 100 sq.) de Etmaneis exposui. Quos excipiebant, ut videtur, inde ab Iberi superiore alveo et pertinebant in occasum solis usque ad fines Cempsorum. Porro qui fiat, ut apud Avienum mediterranea, oram autem incolant apud Herodorum, id quoque supra (p. 46 sq.) dictum est. Accedit igitur tertius Theopompus, qui fecit teste Stephano Tletes ἔθνος Ἰβηρικὸν περιουκῶν τοὺς Ταρτησίους; quo loco quin pro participio περιουκῶν cum Müllero et Ungero παροικῶν scribendum sit, vix est in dubio; sed nescio an praestet accusativum τοὺς Ταρτησίους, quem Unger retinuit, in dativum mutare²⁾.

Ad finem huius quaestionis pervenissemus, nisi tota eius summa in dubium videretur vocari loco Strabonis III 166. Unde comperimus inter Iberum et Pyrenaeum testibus quibusdam scriptoribus habitavisse Igletes, qui quin plane eidem sint atque Gletes Herodori, non potest dubitari. Ipsum igitur testimo-

1) Cf. Müller II. II. et ad Dion. Per. 338. Unger Philol. suppl. IV p. 223. Hansen p. 1427. Phillips, *Die Wohnsitze d. Kelten auf d. pyren. Halbinsel. Sitzgsber. d. Wiener Akad.* vol. LXXI (1872) p. 703 n. 11. Ceterum num gentis nomen, quale apud Avienum legitur, cum Ungero in 'Gleates' mutandum sit, quod placuit Genthio Burs. annal. 1883. vol. XXXV p. 276, in dubio relinquo. Sonny autem p. 41 n. 8 utrum coniecturam tantum illam improbandam censeat an etiam Ileates cum Gletibus eosdem fuisse neget, mihi non satis planum fit.

2) Fuerunt, qui Gletes pro Celtis haberent propter similitudinem nominum Γλήτες et Γαλάται. Cf. Movers p. 603. O. Müller, *Etrusker* I p. 145 n. 74 (Deecke). Christ p. 137 n. 3. Forbiger p. 101. Sed haud dubie indigenae erant Gletes, ut, qui O. Mülleri librum retractavit, Deecke recte annotavit.

nium accepimus traditum hanc gentem re vera ad septentriones spectavisse. Quod primo obtutu admodum videatur idoneum, quo quasi praecipuo fundamento nixus aliquis in Mülleri sententiam inclinet. Quocum praeterea alia quaestio cohaeret. Habes apud Iberum septentrionalem Iberiam et Igletes; Gletes Iberiamque apud australem Iberum: quid? interceditne aliqua ratio? Proinde statim ad eum locum animos advertamus, quo exstat Iberi illius meridionalis memoria, Avieni dico versus 248 sqq.:

At Iberus inde manat amnis et locos
 Fecundat unda: plurimi ex ipso ferunt
 250 Dictos Iberos, non ab illo flumine,
 Quod inquietos Vasconas praelabitur.
 Nam quicquid amni gentis huius adiacet
 Occiduum ad axem, Iberiam cognominant.
 Pars porro eoa continet Tartessios
 255 Et Cilbicenos.

Ex nexu descriptionis Iberus is fluvius est, quem hodie vocant *Tinto* (cf. supra p. 98). Ac Müllenhoff p. 120 rectissime ostendit verba v. 252 'amni gentis huius' non spectare nisi ad meridionalem Iberum, quia opponuntur inter se occiduum axis (v. 253) et pars eoa (v. 254), quae Tartessios et Cilbicenos complectitur. Quae igitur ad occidentem ab Ibero sita erat regio, Iberia appellabatur. Iberi autem in hac parte terrae mari illabentis nulla alias fieri videtur mentio. Num Scylax (2) hunc Iberum respiciat, cum prope Gades eum afferat: τῆς Εὐρώπης εἰςὶ πρώτοι Ἰβηρες, Ἰβηρίας ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἰβηρ· καὶ νῆσοι ἐνταῦθα ἔπεισι δύο, αἷς ὄνομα Γάδειρα. τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει ἀπέχουσαν ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν κτλ., nimium est incertum. Agnoscit sane hoc loco australis Iberi vestigium Sonny p. 37 n. 3 et addit obscura illius Iberi mentione factum esse videri, ut Appianus Iber. 6 et Aethicus Ister p. 17 Iberum in oceanum immitti dicant¹⁾.

Ut cumque est — equidem hoc nolim disceptare —, cetero-

1) Contra quae duobus his locis imago observetur, eam alii inde repetunt, quod, cum Hispania divisa sit in duas partes, quarum altera

quin, ut dixi, non memoratur meridionalis Iberus. Tamen minime faciemus cum Christio p. 174 sqq., qui Avienum putat hunc Iberum esse commentum, nec magis cum Müllero Philol. XXXII p. 108, qui existimat in ea Hispaniae parte, quae ad meridiem vergat, Iberum non fuisse, sed Avienum septentrionalem illum Iberum, quem per quintum quartumque saeculum ad meridiem spectare putarint ¹⁾, cum maximo illius orae flumine Ana eundem duxisse, Anaem autem nomen ad alium quemlibet fluvium transtulisse: immo nunc quidem constat peripli veteris descriptionem ab Avieno expressam esse, cuius in continuatione necesse erat flumen tanquam confinium inter Cynetes Tartesiosque commemorari et nomine aliquo significari; cumque plurimi illi, quos dicit poeta v. 249, ad unum illum praecipuumque fontem revocandi sint — ut Gutschmid potissimum monuit (p. 524) —, verba autem, quae cognominis fluvii mentionem continent (v. 250 sq.), ipse Avienus — nimirum quod alterum fluvium in fonte memoratum repperit — addiderit ²⁾: ex periplotis procul dubio hausit poeta Iberi memoriam; periplotis igitur aetate re vera ei fluvio, qui a Plinio III 7 Urius, nunc *Tinto* nuncupatur, nomen erat Ibero. Quid autem est, cur in hoc offendamus? Quippe qui etiam alioquin propria ac singularia quaedam ex Avieno cognoscamus, plura autem cognosceremus, nisi prospere accidisset, quod ex ceterorum priscorum scriptorum libris aliquae saltem aetatem tulerunt reliquiae, Hecataei Herodori Ephori aliorum. Et fortasse mihi continget, ut ostendam etiam aliud testimonium exstare, dico eiusdem

intra, altera extra Iberum sita fuerit, venerit usu, ut nonnulli Iberum totam paeninsulam intersecare sibi fingerent. Cf. Forbiger p. 12 n. 45. Pauly RE vol. IV p. 41 sq.

1) Testem affert p. 114 ipsum Scylacem (2), ubi — cum antea in periplotis editione verba *καὶ νῆσοι ἐνταῦθα κτλ.* in primam paragraphum ita transposuisset, ut ad Herculis columnas spectarent — continuum, qualis traditus sit, contextum tenendum esse censet. Scylacem scilicet non alium memorasse nisi Iberum illum notissimum, sed finxisse eum in meridiana plaga esse Hispaniae.

2) Cf. Müllenhoff p. 119 sq. Unger p. 212. Sonny p. 38.

Asclepiadis Myrleani, quem de Ibero illo in caligine versatum esse Müllenhoff contendit.

At enim Iberiae Iberumque memoria et nominis ab Ibero facta derivatio interpolata est. Sic iudicant Müllenhoff p. 79. 119 et Sonny p. 37 sq. Scrutemur Müllenhoffi argumenta. Etymologia nominis et plurimorum inaudita auctoritas ostentant interpolationem. Hunc Iberum nemo novit; ac ne Asclepiades quidem in ipsa Turdetania quicquam de eo comperit. At tam simplex tamque propinqua nominis originatio, qualis hoc loco invenitur, nullo modo per se sufficit ad demonstrandum. Non iniuria Müllenhoffio de hac re oblocutus est Unger e. g. p. 225. Quid? quod Sonny, quanquam omnes eiusmodi locos, quibus, unde originem ducant nomina, indicatur, interpolatos esse censet, tamen p. 38 id certe largitur potuisse quidem tales nominum derivationes etiam a peripli auctore proficisci? Porro plurimorum illorum auctoritas, ad quos provocat Avienus et hic et alibi, non demonstrat nisi, quae illis attribuuntur, ea in fonte Avieni exstitisse (cf. Gutschmid p. 524).

Age vero audiamus Sonnum. Hi versus cum v. 223 sqq. de loco, unde exordium habeant Tartessii, evidentissime discrepant; nulla insuper de Iberum gente, quae in hac australi Hispaniae parte sedes habere dicitur, apud ceteros fit mentio. Cognoscitur manus interpolatoris. Sed discrepantia illa, quam sibi fingit vir doctus, plane nulla est, si modo probabili ratione Avienum interpreteris. Multa supra (p. 97 sqq.) de hac re Ungerum secutus exposui. Itaque praecipuum Sonni argumentum a discrepantia repetitum corrui. Et quod ad alterum attinet, certum opinor indicium nobis offertur, quod ostendat Iberiae nomen a meridionali paeninsulae parte non prorsus fuisse alienum. Continetur ipso illo loco Strabonis III 166. Quod si rectum esset, praeberet Avieno Asclepiades non modo optimam confirmationem, sed etiam optimam refutationem eorum, quibus interpolationem eo loco statuendam esse persuasum est.

Ac valde dolendum est non integrum esse locum servatum, sed hiare aliquam lacunam. Sunt verba haec: *ἐπεὶ καὶ Ἰβηρίαν ὑπὸ μὲν τῶν προτέρων καλεῖσθαι πᾶσαν τὴν ἔξω*

τοῦ Ῥοδανοῦ καὶ τοῦ Ἰσθμοῦ τοῦ ἐπὶ τῶν Γαλατικῶν κόλπων σφισσόμενοι. οἱ δὲ νῦν ὄριον αὐτῆς τίθενται τὴν Πυρρήνην συνωνύμως τε τὴν αὐτὴν Ἰβηρίαν λέγουσι καὶ Ἰσπανίαν· (ἄλλοι δ' Ἰβηρίαν) μόνην ἐκάλουν τὴν ἐντὸς τοῦ Ἰβηρος· οἱ δ' ἔτι πρότερον αὐτοῖς τοῖτους Ἰγλήτας, οὐ πολλὴν χώραν νεμομένους, ὡς φησὶν Ἀσκληπιάδης ὁ Μερλεανός. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν σύμπασαν καλέσαντες συνωνύμως Ἰβηρίαν τε καὶ Ἰσπανίαν τὸ μὲν αὐτῆς μέρος εἶπον τὴν ἐκτός, τὸ δὲ ἕτερον τὴν ἐντός. ἄλλοτε δ' ἄλλως διαιροῦσι πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι.

Loquitur igitur geographus de Iberiae nominis significationibus, quae per saeculorum cursum variiaverint. Et ob ipsam hanc rem manifestum est ante vocem μόνην excidisse Ἰβηρίαν, non Ἰσπανίαν: Hispaniae nomen ex sollemni usu non est nisi tota paeninsula, quae a columnis usque ad Pyrenaeos patescit. Itaque minus recte iudicaverunt Kramer et Unger p. 223 n. 31, qui eum secutus est. Praeterea autem simile quid supplendum esse atque οἱ δὲ (Ἰβηρίαν μόνην ἐκάλουν κτλ.), quod voluit Casaubonus, vel τινὲς δὲ (cf. Meineke, vindic. Strab. p. 37) vel ἄλλοι δὲ, quod edidit idem vir doctissimus, apparet.

De argumento autem loci nec in Groskurdii ab eo sententiam nec in Müllenhoffii, quas in annotatione appinxi¹⁾. Nam

1) Putat Groskurd (vol. I p. 266 n.) tria diversae consuetudinis tempora esse distinguenda:

- 1) primum idque vetustissimum, quo incolae Iberum septentrionem versus accolentes Igletes appellati sint.
- 2) alterum, quod in duas discesserit partes, quo
 - a) alteri Iberiae nomine totam oram a Rhodano ad occasum pertinentem complexi sint.
 - b) alteri eam tantummodo orae partem, quae inter Pyrenaeum Iberumque interiecta fuerit.
- 3) tertium, quo eadem solita sit Iberia nominari atque Hispania paeninsula Pyrenaeis terminata.

Müllenhoffii (p. 120) opinio est haec: iudice Asclepiade Igletum nomen, quod eius aetate parvulae tantum gentis proprium erat, olim omnes incolas regionis Ibero citerioris comprehendebat. Qui primi appellabantur Iberi; deinde nomen ex vetustiorum Graecorum consuetudine ad totam terram usque ad Rhodanum patentem est translatum; Romanorum denique aetate ad minorem rursus notionis circuitum reductum.

ut vetustissima omnium de Iberiae nomine cogitatio nescio an omnium obscurissima fuerit et incertissima — quod nimirum cadit in Aeschyli illam opinionem, de qua iam supra (p. 71 sqq.) disserui —, sic consentaneum est verba *οἱ δ' ἔτι πρότερον αὐτοῖς τούτους Ἰγλήτας* non posse intellegi nisi ita, quasi his scriptoribus ei opponantur, *οἱ Ἰβηρίαν μόνην ἐκάλουν τὴν ἐντὸς τοῦ Ἰβηρος*; qui igitur Igletes memoraverunt, antiquiores erant eis, qui Iberiae nomen ad partem intra Iberum sitam referebant, non illis *προτέροις*, qui Iberiae nomini latissimum ambitum tribuerant usque ad Rhodanum extendentes. Itaque vetustissima est ea opinio, ex qua Rhodanus Iberiae terminus perhibebatur. Huic opponitur recentissima cum Graecorum — nam hos haud dubie intellegi vult geographus, cum dicit *οἱ δὲ νῦν ὄριον τίθενται τὴν Πυρήνην* — tum Romanorum potissimum: eadem Iberia dicebatur atque Hispania (cf. etiam Artemid. fr. 21 (Stiehle l. l. p. 203) ap. Const. Porph. de admin. imp. 23 = Steph. Byz. s. v. *Ἰβηρίαι*).

Iam tertia inter has media exsisteret sententia eorum, qui terram intra Iberum sitam vocabant Iberiam. Quibus qui erant antiquiores, illius regionis incolas nominabant Igletes. Itaque qui apud Strabonem dicuntur *οἱ δ' ἔτι πρότερον*, possunt recentiores esse quam vetustissimi illi *πρότεροι*, quos primo loco affert geographus; attamen possunt eodem iure illorum aequales haberi atque etiam fortasse plane eidem. Quod mox noscemus.

Haec mihi quidem videtur necessaria loci, qualis traditus est, interpretatio. At quominus integram fidem habeamus, duae gravissimae obstant causae. Nec enim usquam scriptum invenimus Iberiae nomen spectasse ullo tempore ad illam tantum terrae — vel orae — partem, quam Pyrenaeus saltus et Iberus circumcludunt. Quod eius rei comprobandae causa loci Polybii III 37 et Eustathii ad Dion. Per. 281 afferuntur¹⁾, nihil valent. Namque plane aliud quid tradit Polybius: Iberiam appellatam esse oram, quae inter Pyrenaeos columnasque interiacet. Eustathium vero e medio tollamus, quippe qui

1) Cf. Forbiger p. 4. Baumstark PRE vol. III p. 1388.

non respexerit nisi hunc, quem tractamus, locum Strabonis nec alia legerit ac nos legimus. Quod suo iure Kramer ex eius verbis conclusit. Deinde rursus non modo plane insolita sed etiam diversa est memoria, cum Gletes ad meridiem spectaverint, Igletes aliquando intra Iberum habitavisse¹⁾.

Duae exstant expediendi rationes: altera qua inita corruptum esse statuis nomen Igletum. Atque optio tibi datur, utrum malis: *Ἰνδικήτας* scribendum esse coniecit Unger l. 1., Hansen p. 1427 autem *Ἰλερρήτας*, quod propius abesset. Sed hanc viam si ingressus eris, restabit tamen prior illa offensio repetita ex singulari Iberiae nominis usu. Quod si quis Strabonis locum tanquam unum inauditae rei testimonium, postquam per coniecturam alteram offensionem removit, integrum ceteroquin retinere mavult, non flocci facio: eidem ego diiudicandum relinquo, utra ex coniecturis praeponenda sit, Ungeris an Hansenis. Equidem aliter iudico; ac videamus, num alteram potius viam ingredi praestet.

Proinde Igletum nomen apud Strabonem omni confidentia teneamus: integritatis certe speciem prae se fert. Namque ita commemorantur Igletes, ut accolae sint Iberi notissimi illius fluvii, apud Strabonem: Gletes autem, quos dicunt Herodorus et Theopompus, apud Avienum, qui eos Ileates vocat, a meridionali Ibero proxime absunt: quid? nonne prona est suspicio aliquo modo alterum locum cum altero cohaerere? Audacter in via procedamus. Ecce nos mox in bivio. Huc fert semita, qua Müllero socio utaris et eo denique pervenias, ut dicas Herodorum ceterosque priscos scriptores meridiem et septentriones confudisse; illuc patet altera via, quam permensus ad eam sententiam perductus sis Strabonis loco subesse aliquem errorem. Utram sequamur? Num re vera Asclepiades testatur Gletum sedes in septentrionali Hispaniae parte fuisse? num convincit ideo ab Herodoro aliisque perperam ad meridiem eas esse translatas?

1) Eorum sententiam, qui putaverunt Igletes eosdem fuisse cum Gnetibus sive Ignētibus, qui ex Rhodo insula advecti Rhodam condidissent (cf. Ukert p. 252 n. 86), praetermitto.

At illi οί δ' ἔτι πρότερον, qui Igletes commemoraverunt, sine dubio sunt ipse Herodorus vel alii. Conveniunt temporum rationes. Recentissimo enim Iberiae nominis usui opponitur aliorum vel quorundam opinio, qui antea Iberiam nominaverint (ἐκάλουν) τὴν ἐντὸς τοῦ Ἰβήρος; qui autem his antiquiores erant, αὐτοὺς τοῦτους Ἰγλήτας appellavisse dicuntur; quibus quominus ipse Herodorus annumeretur, nihil impedit. Quod cum Herodorus inter illos προτέρους sit, qui Iberiae notionem usque ad Rhodanum dilatabant, discordia tamen haec re non continetur. Nam, ut ante dictum est, οί δ' ἔτι πρότερον possunt cum vetustissimis illis προτέροις non modo eiusdem fuisse aetatis, verum etiam plane eidem. Habemus igitur Strabonis loco memoriam ex vetustiorum scriptorum libris depromptam, quam etiam Stephanus tradidit, nisi quod angustos fines habuisse Igletes comperimus; at non redundat inde quicquam, quo Mülleri illa sententia firmetur aut coarctatur. Immo vidimus Herodorum Theopompum peripli veteris auctorem Gletes novisse in meridiana parte Hispaniae habitantes: iam facere non poteris, quin statuas etiam Strabonis vel Asclepiadis illos Igletes non spectavisse nisi ad meridiem.

Accedit aliud, quod magni est momenti. Vocat geographus in testimonium Asclepiadem Myrleanum, quem ipse alio loco (III 157) testatur Turdetaniae gentium periegesin condidisse. Qui si de Turdetania quaedam exponenda sibi proposuerat, quid ei rei erat cum Igletibus notissimi illius Iberi accolis? At ex trium scriptorum testimoniis Gletes in ea parte paeninsulae incolebant, quae postea Turdetania nominabatur!

Sed quomodo fit, ut apud Strabonem et Gletum sedes et nomen Iberiae cum septentrionalis Iberi mentione iungantur? Conferas Avienum, qui meridionalis Iberi fluvii meminit! Legimus quicquid Ibero occiduum ad axem adiaceat, Iberiam cognominari: in eadem autem regione Iteates sive Gletes secundum Avieni descriptionem habitavisse supra (p. 101. 120) didicimus. Vix negabis Strabonis loco errorem subesse, qui inde duxerit originem, quod notitia illa de Iberia Gletumque gente, quae ad australem Iberum spectabat, perperam ad septentrionalem

translata est, cum de illo postea nemo iam quicquam sciret. Itaque mihi quidem certa videtur suspicio illa ab Hanseno dubitanter pronuntiata hisce: „Oder sollte bei Strabo (oder seiner Quelle, dem Asclepiades von Myrlea) ein Missverständnis vorliegen, die Verwechslung des Iberus-Ebro mit dem Iberus-Tinto, an welchem nach Avien die Ieates (Igleates) wohnten?“

At accuratius rem persequamur. Haberes verbis ἄλλοι δ' Ἰβηρίαν) μόνην ἐκάλουν τὴν ἐντὸς τοῦ Ἰβηρος eandem expressam imaginem, quae Avienum perlegenti comparet. Sed occiduo axi, quem dicit poeta, nullo modo respondet Strabonis illud ἢ ἐντὸς τοῦ Ἰβηρος, sed ἢ ἐκτὸς. Ergo ἐντὸς in ἐκτὸς necessario mutandum. Deinde verbis οἱ δ' ἔτι πρότερον αὐτοὺς τοῦτους Ἰγλήτας Herodorus aliive respiciuntur. Quod autem apud Herodorum, quia post Cynetes enumerantur, Gletes non ἐκτὸς, sed ἐντὸς τοῦ Ἰβηρος videntur habitasse, inde non opus est discrepantiam repeti cum Asclepiadis testimonio vel, ut accuratius loquar, cum Asclepiadis ipsis verbis a Strabone servatis. Nam illi οἱ δ' ἔτι πρότερον non dicuntur nisi gentem, quae postea peripli aetate ἐκτὸς τοῦ Ἰβηρος colebat in ea regione, quae Iberia cognominabatur, appellavisse Gletes; poterant hi etiamtum ἐντὸς τοῦ Ἰβηρος habitare. Denique ne Theopompi quidem fragmentum ab his, quae modo exposui, discrepat. Commemoraverunt Gletes etiam peripli aetate vetustiores; scilicet Theopompi, cum ad illos ἔτι πρότερον provocaret, non rationem habuit Asclepiades. Ceterum nemo habet compertum, num post Theopompi aetatem Iberiae illa cognominatio non iam permanserit. Vix est, quod addam voculas ἐκτὸς et ἐντὸς perfacile potuisse confundi praesertim hoc loco, ubi mox agitur de Romanorum dividendi usu, qui τὴν ἐκτὸς et τὴν ἐντὸς inter se discernebant. Si exempla desideras, adeas de ipso Ibero fluvio Nesium de Steph. Byz. auct. p. 19 sq.

Si vero ex me quaesiveris, utri errorem imputare malim, Straboni an Asclepiadi, illi responderim. Quae sententia ut possit probari, necesse est ponatur non totam Strabonis disputationem de diversis Iberiae nominis significationibus ex Asclepiade depromptam esse, quod Müllenhoff p. 120 arbitratur.

Sed quid necessario nos eo perducatur, non video. Immo alterum veri est similis. Neque enim in Iberia describenda Asclepiade praecipuo auctore usus est; pauca ex eius libro hausit et descriptioni intexuit. Nota ei fuit — non curo unde — et recentissimorum (cf. Artemid. fr. 21) et vetustissimorum scriptorum consuetudo: iam plane singularem Iberiae nominis usum reperit apud Asclepiadem, ex quo tota terra Ibero exterior nominata erat Iberia. Ille nimirum, qui primo a. Chr. n. saeculo vixit, nec Iberum meridionalem sua aetate ipse noverat nec gentem, cui nomen esset Igletes. Sed illi, quam de Turdetaniae gentibus composuit, periegesi etiam Iberiae illam et Igletem parvulae gentis memoriam inseruit, quae ad praeterita tempora recedebat et a vetustis scriptoribus posteris erat tradita. Hanc singularem Iberiae notitiam, cum de meridionali Ibero ageretur, tamen Strabo perperam intellegens ex eo orationis contextu, qualis erat apud Myrleanum, evellit et duobus illis nomine utendi rationibus admiscuit. Unde eo facilius explicatur confusio ista diversorum eiusdem nominis fluminum.

Quae omnia si recte sunt disputata, ex Strabonis prava opinione triplex Iberiae nominis significatio efficitur haec:

- 1) Ἰβηρία = πᾶσα ἡ ἔξω τοῦ Ῥοδανῶ.
- 2) Ἰβηρία = Ἰσπανία.
- 3) Ἰβηρία = μόνη ἡ ἐκτὸς τοῦ Ἰβηρος.

En ambitus gradatim decrescens! Attamen tertia re vera non spectabat nisi ad meridionalem illum Iberum! Quapropter nescio an manifestum sit non modo Mülleri sententiam esse improbandam, verum etiam Avieni locum, quo Iberi et Iberiae ad meridiem pertinens exstat mentio, per Asclepiadem et claro lumine illustrari et acri defensione liberari ab suspitione eorum, qui interpolationem ibi duxerunt statuendam.

Sed ut redeam, unde digressus sum, quid ex tota hac disputatione sequitur? Sequitur Ilergetum mentionem apud priscos scriptores non fieri a Müllero falso illis tributam. Supra (p. 116 sq.) autem ex posterioris aetatis testimoniis sedes et Iler-

getum et Ilercaonum definivimus: quaestio est, utri genti responderint Ileraugatae vel Ileraugetae — nam sic fortasse eos appellavit Hecataeus. Ac primo obtutu nemo credo infitiabitur Ilergetes probabilius cum eis comparari propter nominum similitudinem. Cui opinioni lepidissime convenit *Ἰλαραυγάτης ποταμός*. Nam etiamsi huius fluvii mentionem post Hecataei auctoritatem allatam infert Stephanus, tamen hoc quidem loco videtur ethnographus etiam illum ex logographi periodo hausisse. Gentem et fluvium Hecataeus nonnunquam una nominavit (cf. e. g. fr. 40). Intellegemus autem *Ἰλαραυγάτην ποταμόν* — a gente duxit fluminis nomen — Sicorim fluvium in Iberum ex sinistra parte infusum, cui Ilergetum urbs Ilerda adiacebat¹⁾. Itaque nonnulli viri docti Ileraugatas eosdem esse duxerunt atque Ilergetes²⁾. Contra Müllenhoff p. 168³⁾ putavit Ileraugatas non differre ab Ilercaonibus, qui oram maritimam incolentes ob hanc ipsam causam potius Hecataeo noti fuissent quam mediterranei Ilergetes, id tamen concedens Ileraugatem amnem bene ad Sicorim quadrare.

Ecce nos iam ad eam quaestionem deducti, num, quae ex Hecataei libro tradita accepimus, tam integra sint, ut dubitatio non possit oriri; ecce rursus infelix illa ratio, quae intercedit inter hanc quaestionem diiudicandam et nomina omnino definienda. Attamen ut eidem fuerint Ileraugatae et Ilergetes — id quod maxime est consentaneum —: num iustus est ille scrupulus, quod logographus Ilergetes mediterraneos prorsus non potuerit novisse? Non constat omnino certo Ilergetes mare non attigisse. Quos oram perlustrans enumerat Plinius III 21 (cf. supra p. 117). Ac plane contraria ratione Müller ad Ptol. p. 153. 192 Hecataei, cui innotuerint maritimae tantum gentes et urbes, testimonium adhibet, ut, quae Plinius tradat, vera esse comprobet. Sed etsi Ptolemaeus recte condicionem descripserit, etsi Ilergetes non fuerint nisi mediterranei: num tandem

1) De Sicori cf. Ukert p. 285. Forbiger p. 12.

2) Holstenius et Berkel ad Steph. Byz. I. I. Ukert p. 245. Forbiger p. 76. Müller ad Ptol. p. 192.

3) Cf. etiam Wilsdorfii nominum tabulam p. 30.

in intimo Hispaniae gremio quasi erant abditi, ut ne fama quidem ad diem lucemque posset emergere? Haud immensum ab ora distabant, quorum Celsa et Ilerda afferuntur oppida; ipsum autem Iberum accolebant, quem per CCLX M pass. a Vareia oppido navium capacem esse refert Plinius III 21. Potuit credo ad Hecataei quoque aures et gentis et fluminis notitia pervenire. Nec igitur est, cur tanquam genuinae originis fragmenti tutandae causa Ileraugatas eosdem esse dicamus ac maritimos Ilercaones, quorum nomen nimium ab illo recedit, nec rursus, cur, si Ilergetes fuerunt Ileraugatae, in hoc fragmento offendamus. Num vero Stephani explicatio conveniat, in praesens non curo; infra, postquam de ipsis nominibus disputavero, etiam lemmata Stephani uno tenore examinabo.

Quod denique ad ipsam nominis formam attinet, utrum Ilergetum gentem re vera Ileraugatas vel Ileraugetas nominaverit Hecataeus an haec forma in depravato illo periodi codice, quem Stephanus adhibuit, iam corrupta exstiterit, nescimus¹⁾.

Hesdetes.

fr. 11 ap. Steph. Byz. s. v. 'Εσδητες ἔθνος Ἰβηρικόν. Ἐκαταῖος Εὐρώπη.

Habent quidem libri *Εἰδητές*, sed obstat ordo litterarum. Praecedit *Ἐρχιά*; sequitur *Ἐσπερία*. Scribendum esse *Ἐσδητες* recte iam Holstenius perspexit, quo nomine significarentur Edetani²⁾.

1) *Ἰλαρδυᾶται* dubitanter Müller ad Ptol. p. 192. An *Ἰλαργᾶται* vel *Ἰλαργᾶται*? Obtusam diphthongum habes etiam in Polybiana forma *Ἰουργῆται*. Ex dittographia nimirum orta esset corruptela. Sed nolo hariolari.

2) Praeter Meinekium probaverunt hanc coniecturam Stiehle Philol. VIII p. 593 et Müllenhoff p. 168.

Klausen quamvis ipse haesitans *Ἐσκητες* scribendum suspicatus est, quod Escum memorarent Plin. III 10 et Ptol. II 4, Ascum Liv. XXIII 27, Hispaniae Baeticae urbem. Sane quidem apud Ptolemaeum II 4, 11 [9] est *Ἐσχονα* oppidum; at Plinius III 10 Oscam — quid huic nomini faciendum sit, nescio; cf. Müller ad Ptol. p. 119. 121 et Detlefsen Philol. XXX p. 290 — et Oscum nominat, oppida sita in regione Baeti et ora

Incolebant autem Edetani vel Sedetani teste Strabone III 156 oram maritimam, quae a Carthagine Nova usque ad Iberum pertinebat, pars autem citra ipsum fluvium. *Τὸ ὄρος τὴν Ὀροσπέδακ καὶ τὴν περὶ τὸν Σούκρωνα χώραν habitare dicuntur* III 163. 162¹⁾. Multo subtilius describunt condicionem locorum Plinius et Ptolemaeus. Ptol. II 6, 14 Contestanos enumerat, qui accolunt sinum Ilicitanum (cf. II 6, 62 [61]); sequitur septentrionem versus a Sucrone fere fluvio § 15 *Ἠδητανῶν παράλιος*, cui tribuit Dianium²⁾ ac fluvios Pallantiam, cui Saguntum adiacet, et Turim; tum § 16 *Ἰλερκαίωνων παράλιος* usque ad Iberum (cf. II 6, 64 [63] et supra p. 116). Sunt autem etiam mediterranei Edetani (II 6, 63 [62]), qui a Contestanis Bastetanis Celtiberis ad orientem colunt et Iberum attingunt; inter urbes eorum est *Ἠδητα ἴ καὶ Λείρια*, quae haud dubie cum gentis nomine cohaeret. Nec aliter Plinius III 20. A Sucrone oritur regio Edetania; patet in ipsa ora usque ad Udubam vel Udivam fluvium; excipit regio Ilergaonum cum Ibero (cf. supra p. 116); sed regio Edetania in mediterranea recedit ad Celtiberos. Edetanos nominat etiam III 23 et 24. Discrepat igitur Strabo eo, quod Edetanis oram usque ad Iberum continuatam attribuit; non novit Contestanos nec Ilercaones. Memorant denique eandem gentem nec tamen quicquam afferunt, quod ad situm cognoscendum gravis sit momenti, Polyb. X 34. App. Iber. 77. Liv. XXVIII 24. XXIX 1. XXXI 49. XXXIV 20, qui 'Sedetani' forma utitur; Silius III 372 ipse Sedetanam dicens cohortem; tituli CIL II n. 3786. 3793. (3874). 3989. 4251, ubi semper Edetani. Haec de gentis sedibus³⁾. Tacitus adhuc sumpsit

maritima cincta, quae Bastetaniae dicit vergentis ad mare. Iam cum non dubium sit, quin Oscua et Escua eadem urbs fuerit, tituli autem duo (CIL II n. 2007. 2030. cf. Hübner p. 275) formam Osquensis praebeant, necessario cum Müllero ad Ptol. p. 119 Ptolemaeo reddendum *Ὀσκωνα* nomen. Qua causa concidit tota Klauseni suspicio. Ascua autem, cuius Livius meminit, Carpetaniae potius videtur fuisse.

1) Male libri *Σόδητανολ* et *Λιττανολ*.

2) Hoc quidem perperam; Contestanis rectius annumerat Plinius. Cf. Müller ad h. l. p. 151 sq.

3) Cf. Ukert p. 315 sq. 413 sqq. Forbiger p. 52 sq.

Edetanos et Sedetanos plane eosdem fuisse ex analogia a nominibus, quae sunt Sex, Salmantica, repetita ¹⁾. Ac teneo etiam nunc hanc sententiam, etsi Hübner CIL II p. 509 contra statuit: Sedetanos sive Sidetanos iuxta Caesaraugustam urbem, Edetanos ad Liriam Saguntumque habitavisse. Quam opinionem ut Müller ad Ptol. p. 185 probandam esse negavit, sic impugnavit Detlefsen Philol. XXXII p. 635 sq. ac me quidem iudice, quae opponenda erant, recte opposuit.

Postremo res est mihi cum Müllero, qui huius quoque gentis mentionem ad priscam aetatem revocavit et vestigium agnosci voluit apud Avienum ²⁾. 'Etmanei' scriptura, qualis legitur v. 300, debetur corruptelae, quam contraxit nomen in Graeco fonte. Litterae *AA* in *M* abiere: 'Εταδαπέων genuina est forma, non 'Ετμανέων. Probat coniecturam Christ p. 159 n. et sagacem appellat. Equidem falsissimam esse iudico. Mitto leviores causas, quas ab forma nominis capias: quae ex ipsa re ducuntur, eo sunt graviores. Coheret enim hoc cum tota illa opinione, quam vir doctus concepit de Avieni Ora maritima: improbabilem eam esse satis supra me puto exposuisse. Etmaneos excipiunt Ileates, Ileates Cempsi. Cempsi accolunt Pyrenaeum. Ileates sunt Ilergetes, Etmanei Edetani. Omnia conveniunt. At Cempsi non Pyrenaeum accolunt, sed occidentale litus Hispaniae Cynetibus finitimi. Ileates vero non esse Ilergetes nolo repetere. Etmaneorum autem sedes quae nam sunt secundum peripli descriptionem? Eam tenent regionem, a qua Edetani alienissimi. Omnia discrepant.

De Hecataeo pauca hic quidem sufficiunt. Secundum ea, quae de sedibus ex posterioribus testimoniis concludi possunt, nihil miri in eo, quod innotuit haec gens logographo. Sed altera ex parte non inutile est animadvertere ipsius nominis formam: est vetusta illa, quae in -ητες exit et ab inferiore illa 'Sedetani' immensum quantum recedit. Habes eandem apud

1) Cf. Kramer ad Strab. II. II. Schweighäuser ad Pol. X 34 vol. VI p. 664. Ukert p. 315 n. 11. Forbiger p. 52. Magdeburg I. I. p. 32.

2) Cf. annotationem ad Dion. Per. 338 et Philol. XXXII p. 116.

Hecataeum in nomine Misgetum (fr. 12) et in Cynetibus Gletibus Gymnetibus, quos memoravere alii prisci scriptores.

Ad oppida transeo.

Sicana.

fr. 15 ap. Steph. Byz. s. v. *Σικάνη πόλις Ἰβηρίας, ὡς Ἐκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἔθνικόν Σικάνιος.*

Una est rursus Avieni Ora maritima, quae lucem edat de Sicanae civitatis situ. Ac tam aptus est locus ad animos lectorum alliciendos, ut non aliena videatur subtilior consideratio eo magis, quod cum novissimo Avieni interprete minime me sentire profiteor.

Excipiunt versus 464 sqq. Tartessorum illorum mentionem, qui sinum Illicitanum accolunt. Supra (p. 106) de his disserui. Legimus autem haec:

- Gymnetes istos gens locos insederant;
 465 Nunc destitutus et diu incolis carens
 Sibi sonorus Alebus amnis effluit.
 Post haec per undas insula est Gymnesia,
 Populo incolarum quae vetus nomen dedit
 Ad usque Cani praefluentis alveum.
 470 Pityussae et inde proferunt sese insulae
 Balarium ac late insularum dorsa sunt.
 Et contra Iberi in usque Pyrenae iugum
 Ius protulere propter interius mare
 Late locati: prima eorum civitas
 475 Ilerda surgit: litus extendit dehinc
 Steriles harenas: Hemeroscopium quoque
 Habitata pridem hic civitas: nunc iam solum
 Vacuum incolarum languido stagno madet.
 Attollit inde se Sicana civitas
 480 Propinquo ab amni sic vocata Ibericis.
 Neque longe ab huius fluminis divortio
 Praestringit amnis Tyrius oppidum Tyrin.

Alebus videtur, ut Unger p. 247 sqq. existimat, inter oppida *Alicante* et *Villajoyosa* (*Castallo* vel *Monnegre*), *Canus*

vero ad promunturium *Cap de la Nao (Gorgos)* in mare se effudisse. Sonnii sententiam mox perlustrabimus.

Iam de Gymnesia insula v. 467, quae populo incolarum vetus nomen dedisse fertur, litigant viri docti. Interpolator hic quoque quaedam dicitur admiscuisse. Etymologiam ex more suo in suspicionem vocat Müllenhoff p. 160 et versus 470 sq., qui Pityussarum et Balearium mentionem continent; Sonny p. 50 etiam Gymnesiae mentionem tribuit interpolatori, v. 470 sq. autem Avieno. De nominum originatione supra (p. 123) diximus. At conexus turbatur Gymnesiae insulae mentione, quae non solum a sensu, sed etiam ab enuntiati structura aliena est. Haec Sonny l. l. Longius repetamus.

Plerumque Baleares insulae solent *Γυμνήσιαι* appellari: hoc quidem loco Unger arbitratur Gymnesiam — singularis exhibetur numerus — diversam esse ab illis eamque significare insulam, quae dicitur *Benidorme*. Sane Sonnio p. 50 n. 1. concedendum est eam opinionem carere fundamento. In singulari numero negat esse, cur haereamus, qui etiam apud Strab. II 123 et geogr. Rav. V 27 p. 414, 11 reperitur. Conferri praeterea iubet Stephani Byzantii tmema s. v. *Γυμνήσιαι*. At pro *μια*, quod illic in libris est, Meineke ex Eustathio ad Dion. Per. 457 restituit *ἑπτά*. Porro num apud Strabonem, qui quinque aliis locis pluralem numerum praebet, uno illo loco singularis non possit ex corruptela exortus esse, equidem non pro certo habuerim. Legitur apud Kramerum pluralis. Quod vero idem Avienus descr. orb. 620 Dionysii versum 457 ita reddidit, ut pro plurali poneret singularem numerum, ex heroici metri iniquitate id explicatum habere quilibet dixerit.

Sed fac Baleares in periplo voce *Γυμνήσιαι* vel *Γυμνήσια* designatas fuisse — hoc enim sane videtur veri similius —, fac igitur Avienum hoc quoque loco, quanquam propter metrum non opus erat, pro plurali singularem substituisse: id mehercle manifestum est versus 470 sq. ansam dare ad offendendum. Non pervertitur geographica ratio Pityussis et Balearibus interpositis — nec enim rectam de continentis locorum situ et ordine Sonny fingit imaginem. Concedo particulam ‘contra’

(v. 472) melius continuata oratione ad Canum fluvium quadrare, ad quem solum omnino potest referri, non ad insulas, quod placet Ungero. Sed gravissima causa est, quod eadem res iterum memoratur. Quo accedit, ut Baleares eae insulae nominentur a Romanis, a Graecis *Γυμνήσιαι*. Müllenhoff eos versus — non probabiliter — interpolatori vindicat, qui Gymnesias et Baleares easdem esse haud certo sciverit. Sonny vero, qui iam insulae Gymnesiae mentionem subditivam esse duxit, non potest Balearium eidem interpolatori attribuere; ab Avieno potius hanc censet esse assutam. At si hoc extremum statueris, removebis gravissimam illam causam, quae posita est in ejusdem rei iteratione: licebit Gymnesiae memoriam peripli auctori concedere. Obsistet haudquaquam geographica rerum condicio. An noles ob enuntiati structuram hunc in modum conformatam: 'insula populo nomen dedit ad usque flumen aliquod'? Quasi eiusmodi breviori dicendi ratione non potuerit uti Avienus poeta! Quod Avienus hisce verbis rem expressit, iccirco periplo demetur Gymnesiae mentio! Itaque sane quamvis alia ratione perductus versus 470 sq. ab Avieno insertos duxerim, sed Gymnesiam insulam ab veteris peripli scriptore commemoratam et a poeta inde esse repetitam ita fortasse, ut similiter atque altero loco pluralem in singularem numerum mutaret. Abeat hinc quoque interpolator.

Ad Canum igitur fluvium, qui ad promunturium *Cap de la Nao* in mare videtur exiisse, pertinent Gymnetes. Ab eo ('contra' v. 472) incipiunt Iberi sedesque habent usque ad Pyrenaeum. Quod nempe sic intellegendum, ut interim tantummodo fines notentur, non terminus extremus definiatur. Primum oppidum eorum est Ilerda, quod hodie est Ungero quidem auctore *Javea*; dein Hemeroscopium (*Denia*), tum Sicana civitas (v. 479) prope Sicanum fluvium, qui quin fuerit Suco (*Xucar*), nullo modo potest dubitari.

Sed magnam commiserunt alii interpretes perturbationem totius loci, cum v. 469, ubi 'ad usque Cani' traditum est, Burmanni coniecturam 'usque ad Sicani' receperunt. Dico non modo Wernsdorfium et Ukertum p. 483: tota Müllenhoffi

disputatio ea nititur atque etiam Sonny p. 51 nescio quo pacto eam probavit. Sane quidem qui Alebum, a quo Gymnetes exordium sumpserint, eundem esse putat, qui nunc *Gorgos* dicitur, ei opus est illa orae parte, quae a promunturio *Cap de la Nao* usque ad Sicanum vel Sucronem patet, cui assignet gentem Gymnetum. Sed audiamus argumentum: 'Quoniam v. 464—473 soli incolae litoris inter Alebum et Pyrenaeos interpositi indicantur, montes fluvii urbes etc. sequentibus afferuntur versibus, Canum flumen in his repetitum iri expectaveris. Quod non solum non fit, sed ad Sicanum amnem (v. 480) denuo mentio infertur Iberum. Quamobrem Burmanni maioris coniectura recipienda est'. Ut removeamus Gymnesiam insulam, cuius mentio suppositicia habetur: si quis deleto hoc interpolamento contendit inde ab Alebo primum percenseri incolas Gymnetes et Iberos (v. 472), dein Gymnetum oppida Ilerdam et Hemeroscopium (v. 475 sq.), tum Iberica oppida (Sicanam) inde a Sicano fluvio, et statuit in ipso utriusque gentis confinio amnem, qui hanc ab illa dividat, Canum repetendum fuisse — quid dices? toti argumentationi non subest pro fundamento nisi sententia praeoccupata Canum fluvium (v. 469) eundem esse necessario atque Sicanum (v. 480). Argumentatur, quasi v. 469 Sicani nomen traditum sit; attamen ex argumentando demum elicit v. 469 'Sicani' esse restituendum. Unde patet quaeso, cum v. 480 Sicana civitas a propinquo amni sic vocata esse Ibericis dicatur, inde demum initium cepisse Iberos? Credo si a priore aliquo flumine oriebantur, habitabant etiam apud Sicanum; et invicem si Iberi Sicanum accolebant potuerunt certe oriri ex loco, qui magis ad meridiem vergebat. Contra si inde profecti erimus, quod secundum traditam versus scripturam Canus et Sicanus flumina inter se diversa habenda sunt: quae efficietur condicio? Gymnetes usque ad Canum pertinent. Apud eos memorantur Alebus et Gymnesia. Urbs nulla nominatim affertur. Peracta res Gymnetum. Sequuntur Iberi inde a Cano fluvio. Quorum oppida Ilerda (Hemeroscopium) Sicana. Iam tene id mirum ducere, quod denuo apud Sicanum mentio fit Iberum? Cum non dicatur

nisi civitatem a Sicano amni vocatam esse scilicet ab hominibus, qui ibi colebant, Ibericis? Canus igitur si Gymnetes ab Iberis disiungebat, ubi de Iberis agebatur, non potuit omnino iterari. Omnia sunt sana et integra.

Et animadvertamus, quantis angustiis premantur Müllenhoff ac Sonny, si coniecturam illam 'Sicani' pro 'Cani' accipiunt. Sicanum vel Sucronem dicunt terminum esse inter Gymnetes Iberosque. Quid tandem, cum deinde singulae urbes Iberum Ilerda (Hemeroscopium) Sicana prope Sicanum sita hoc ipso, quo enumeravi, ordine enumerentur, iam v. 469 sibi vult Sicanus, a quo Iberi incipiant? Itaque pronomen 'eorum', quod propter grammaticam rationem non potest non ad Iberos referri, propter rem ad Gymnetes coguntur revocare. Causa negligentiae nimirum fuit Graecorum pronomen *ἐκεῖνων*! Porro, cum nauta v. 469 ad Sicanum provectus sit, indicant Müllenhoff et Sonny ei, quo exstet, loco non convenire Pityussarum et Balearium mentionem; potuisse eum oculos in illas transmittere potius, cum prope promunturium *Cap de la Nao* navigaret. Sed vanus et fictus est ille Sicanus (v. 469); immo ad Canum processit cursus descriptionis; Canus autem cadit in mare prope illud promunturium. Geographicam igitur rationem non laedunt insulae illae intermixtae. Quanquam sane alias ob causas versus 470 sq. a periplo abiudicandos et Avieno vindicandos esse supra dictum est. His omnibus pensitatis mihi quidem evidentissimum videtur Burmanni illam coniecturam nullo modo posse probari. Quod vel Müller Philol. XXXII p. 117 recte perspexit; et gaudeo, quod etiam Holder in edenda Ora maritima coniecturam istam respuit.

Sicanus igitur fluvius idem est, quem inferioris aetatis scriptores vocant Sucronem veluti Strabo III 158 sq. 163. 167. Ptol. II 6, 14. Mel. II 6, 92. Plin. III 20. 76, qui hodie dicitur *Xucar*¹⁾. Sic cum alii iudicaverunt tum Avieni interpretes de hac quidem re omnes propemodum consentiunt²⁾. Sicana

1) Cf. Ukert p. 294. Forbiger p. 15.

2) Vossius ad Mel. II 6. Pinedo ad Steph. Byz. s. v. *Σικάνη*. Ukert p. 483. Christ p. 167 sq. Müllenhoff p. 161. 165. Unger p. 250. Sonny p. 51.

autem civitas comparanda est cum Sucrone oppido, quod anni cognomini adiacebat. Cf. Strab. III 158. Plut. Sert. 19. Pomp. 19. App. b. civ. I 110. Liv. XXVIII 24. XXIX 19. Flor. III 22. Sen. de benef. V 24. Plin. III 20. itin. Ant. p. 400, 4¹⁾. Etiam de hoc est omnium fere felix concentus. Tyrius denique amnis cum urbe Tyri (v. 482) procul dubio est Turia vel Turium, quem nunc appellant *Guadalaviar* (cf. infra p. 145). Sat certo licet definire situm Sicanae civitatis.

Sed alius quoque quaestionis patet hoc loco campus. Quippe multa facessit negotia iste interpolator. Hemeroscopii mentionem falso loco inseruit; non noverat peripli auctor Massiliensium colonias in Iberica ora conditas; antea scripsit periplum. Cuius sententiae causam eo contineri existimat Müllenhoff p. 161, quod Hemeroscopium (*Denia*) inter litus harenosum, quod ad Ilerdam initium capiat (v. 475 sq.), et Sicanae urbem interponatur, cum re vera steriles harenae ab urbe *Denia* usque ad ipsum Sucronis ostium pertineant. Redarguunt hanc offensionem Unger p. 249 n. 56 et Sonny p. 51; namque Hemeroscopium apud Avienum non tam post litus harenosum quam in ipso litore collocatur.

Improbavit Müllenhoffii sententiam etiam Gutschmid p. 524; at interpolationem tamen hoc ipso loco statuendam esse item censuit. Ilerda hic memoratur (v. 475); brevi post Sicannus flavius (v. 480). Sicannum interpolator ut alii pro Sicori habebat. Sicori adiacebat Ilerda. Perperam igitur etiam in Sucronis viciniam importavit Ilerdam oppidum. Sane non novimus nisi Ilerdam, quam Sicoris alluebat, quae hodie vocatur *Lerida*²⁾. Sane fuerunt, qui Sicannum eundem ducerent atque Sicorim; vide Serv. ad Aen. VIII 328 collato Thuc. VI 2 et Sil. XIV 34 sqq., qui Pyrenaeo monti propinquum facit Sicannum. Sane ingeniosa videtur coniectura viri ingeniosi. Consentit Sonny p. 51. 'Pronomen "eorum" (v. 474) ad Iberes referri apparet. At nondum horum, sed Gymnetum ora describitur. Accedit, quod Ilerdae in his

1) Cf. Ukert p. 413. Forbiger p. 53 sq.

2) Cf. Ukert p. 450. Forbiger p. 76.

getum et Ilercaonum definivimus: quaestio est, utri genti responderint Ileraugatae vel Ileraugetae — nam sic fortasse eos appellavit Hecataeus. Ac primo obtutu nemo credo infitiabitur Ilergetes probabilius cum eis comparari propter nominum similitudinem. Cui opinioni lepidissime convenit *Ἰλαραυγάτης ποταμός*. Nam etiamsi huius fluvii mentionem post Hecataei auctoritatem allatam infert Stephanus, tamen hoc quidem loco videtur ethnicographus etiam illum ex logographi periodo hausisse. Gentem et fluvium Hecataeus nonnunquam una nominavit (cf. e. g. fr. 40). Intellegemus autem *Ἰλαραυγάτην ποταμόν* — a gente duxit fluminis nomen — Sicorim fluvium in Iberum ex sinistra parte infusum, cui Ilergetum urbs Ilerda adiacebat¹⁾. Itaque nonnulli viri docti Ileraugatas eosdem esse duxerunt atque Ilergetes²⁾. Contra Müllenhoff p. 168³⁾ putavit Ileraugatas non differre ab Ilercaonibus, qui oram maritimam incolentes ob hanc ipsam causam potius Hecataeo noti fuissent quam mediterranei Ilergetes, id tamen concedens Ileraugatem amnem bene ad Sicorim quadrare.

Ecce nos iam ad eam quaestionem deducti, num, quae ex Hecataei libro tradita accepimus, tam integra sint, ut dubitatio non possit oriri; ecce rursus infelix illa ratio, quae intercedit inter hanc quaestionem diiudicandam et nomina omnino definienda. Attamen ut eidem fuerint Ileraugatae et Ilergetes — id quod maxime est consentaneum —: num iustus est ille scrupulus, quod logographus Ilergetes mediterraneos prorsus non potuerit novisse? Non constat omnino certo Ilergetes mare non attigisse. Quos oram perlustrans enumerat Plinius III 21 (cf. supra p. 117). Ac plane contraria ratione Müller ad Ptol. p. 153. 192 Hecataei, cui innotuerint maritimae tantum gentes et urbes, testimonium adhibet, ut, quae Plinius tradat, vera esse comprobet. Sed etsi Ptolemaeus recte condicionem descripserit, etsi Ilergetes non fuerint nisi mediterranei: num tandem

1) De Sicori cf. Ukert p. 285. Forbiger p. 12.

2) Holstenius et Berkel ad Steph. Byz. I. I. Ukert p. 245. Forbiger p. 76. Müller ad Ptol. p. 192.

3) Cf. etiam Wilsdorfii nominum tabulam p. 30.

in intimo Hispaniae gremio quasi erant abditi, ut ne fama quidem ad diem lucemque posset emergere? Haud immensum ab ora distabant, quorum Celsa et Ilerda afferuntur oppida; ipsum autem Iberum accolebant, quem per CCLX M pass. a Vareia oppido navium capacem esse refert Plinius III 21. Potuit credo ad Hecataei quoque aures et gentis et fluminis notitia pervenire. Nec igitur est, cur tanquam genuinae originis fragmenti tutandae causa Ileraugatas eosdem esse dicamus ac maritimos Ilercaones, quorum nomen nimium ab illo recedit, nec rursus, cur, si Ilergetes fuerunt Ileraugatae, in hoc fragmento offendamus. Num vero Stephani explicatio conveniat, in praesens non curo; infra, postquam de ipsis nominibus disputavero, etiam lemmata Stephani uno tenore examinabo.

Quod denique ad ipsam nominis formam attinet, utrum Ilergetum gentem re vera Ileraugatas vel Ileraugetas nominaverit Hecataeus an haec forma in depravato illo periodi codice, quem Stephanus adhibuit, iam corrupta exstiterit, nescimus¹⁾.

Hesdetes.

fr. 11 ap. Steph. Byz. s. v. 'Εσδητες ἔθνος Ἰβηρικόν. Ἐκαταίος Εὐρώπη.

Habent quidem libri *Εἰδητές*, sed obstat ordo litterarum. Praecedit *Ἐρχιά*; sequitur *Ἐσπερία*. Scribendum esse *Ἐσδητες* recte iam Holstenius perspexit, quo nomine significarentur Edetani²⁾.

1) *Ἰλαρδνγᾶται* dubitanter Müller ad Ptol. p. 192. An *Ἰλαργᾶται* vel *Ἰλανργᾶται*? Obtusam diphthongum habes etiam in Polybiana forma *Ἰουργῆται*. Ex dittographia nimirum orta esset corruptela. Sed nolo harioolari.

2) Praeter Meinekium probaverunt hanc coniecturam Stiehle Philol. VIII p. 593 et Müllenhoff p. 168.

Klausen quamvis ipse haesitans *Ἐσκητες* scribendum suspicatus est, quod Escuam memorarent Plin. III 10 et Ptol. II 4, Ascnam Liv. XXIII 27, Hispaniae Baeticae urbem. Sane quidem apud Ptolemaeum II 4, 11 [9] est *Ἐσκόνα* oppidum; at Plinius III 10 Oscam — quid huic nomini faciendum sit, nescio; cf. Müller ad Ptol. p. 119. 121 et Detlefsen Philol. XXX p. 290 — et Oscuam nominat, oppida sita in regione Baeti et ora

Incolebant autem Edetani vel Sedetani teste Strabone III 156 oram maritimam, quae a Carthagine Nova usque ad Iberum pertinebat, pars autem citra ipsum fluvium. *Τὸ ὄρος τὴν Ὀροσπέδαν καὶ τὴν περὶ τὸν Σούκρωνα χώραν* habitare dicuntur III 163. 162¹⁾. Multo subtilius describunt condicionem locorum Plinius et Ptolemaeus. Ptol. II 6, 14 Contestanos enumerat, qui accolunt sinum Ilicitanum (cf. II 6, 62 [61]); sequitur septentrionem versus a Sucrone fere fluvio § 15 *Ἡδητανῶν παράλιος*, cui tribuit Dianium²⁾ ac fluvios Pallantium, cui Saguntum adiacet, et Turim; tum § 16 *Ἰλερκαίωνων παράλιος* usque ad Iberum (cf. II 6, 64 [63] et supra p. 116). Sunt autem etiam mediterranei Edetani (II 6, 63 [62]), qui a Contestanis Bastetanis Celtiberis ad orientem colunt et Iberum attingunt; inter urbes eorum est *Ἡδητα ἡ καὶ Λείρια*, quae haud dubie cum gentis nomine cohaeret. Nec aliter Plinius III 20. A Sucrone oritur regio Edetania; patet in ipsa ora usque ad Udubam vel Udivam fluvium; excipit regio Ilergaonum cum Ibero (cf. supra p. 116); sed regio Edetania in mediterranea recedit ad Celtiberos. Edetanos nominat etiam III 23 et 24. Discrepat igitur Strabo eo, quod Edetanis oram usque ad Iberum continuatam attribuit; non novit Contestanos nec Ilercaones. Memorant denique eandem gentem nec tamen quicquam afferunt, quod ad situm cognoscendum gravis sit momenti, Polyb. X 34. App. Iber. 77. Liv. XXVIII 24. XXIX 1. XXXI 49. XXXIV 20, qui 'Sedetani' forma utitur; Silius III 372 ipse Sedetanam dicens cohortem; tituli CIL II n. 3786. 3793. (3874). 3989. 4251, ubi semper Edetani. Haec de gentis sedibus³⁾. Tacitus adhuc sumpsit

maritima cincta, quae Bastetaniae dicit vergentis ad mare. Iam cum non dubium sit, quin Oscua et Escua eadem urbs fuerit, tituli autem duo (CIL II n. 2007. 2030. cf. Hübner p. 275) formam Osquensis praebeant, necessario cum Müllero ad Ptol. p. 119 Ptolemaeo reddendum *Ὀσκωνα* nomen. Qua causa concidit tota Klauseni suspicio. Ascua autem, cuius Livius meminit, Carpetaniae potius videtur fuisse.

1) Male libri *Σιδητανολ* et *Λιττανολ*.

2) Hoc quidem perperam; Contestanis rectius annumerat Plinius. Cf. Müller ad h. l. p. 151 sq.

3) Cf. Ukert p. 315 sq. 413 sqq. Forbiger p. 52 sq.

Edetanos et Sedetanos plane eosdem fuisse ex analogia a nominibus, quae sunt Sex, Salmantica, repetita ¹⁾. Ac teneo etiam nunc hanc sententiam, etsi Hübner CIL II p. 509 contra statuit: Sedetanos sive Sidetanos iuxta Caesarangustam urbem, Edetanos ad Liriam Saguntumque habitavisse. Quam opinionem ut Müller ad Ptol. p. 185 probandam esse negavit, sic impugnavit Detlefsen Philol. XXXII p. 635 sq. ac me quidem iudice, quae opponenda erant, recte opposuit.

Postremo res est mihi cum Müllero, qui huius quoque gentis mentionem ad priscam aetatem revocavit et vestigium agnosci voluit apud Avienum ²⁾. 'Etmanei' scriptura, qualis legitur v. 300, debetur corruptelae, quam contraxit nomen in Graeco fonte. Litterae *ΑΔ* in *Μ* abiere: 'Εταδανέων genuina est forma, non 'Ετμανέων. Probat coniecturam Christ p. 159 n. et sagacem appellat. Equidem falsissimam esse iudico. Mitto leviores causas, quas ab forma nominis capias: quae ex ipsa re ducuntur, eo sunt graviores. Coheret enim hoc cum tota illa opinione, quam vir doctus concepit de Avieni Ora maritima: improbabilem eam esse satis supra me puto exposuisse. Etmaneos excipiunt Ileates, Ileates Cempsii. Cempsii accolunt Pyrenaeum. Ileates sunt Ilergetes, Etmanei Edetani. Omnia conveniunt. At Cempsii non Pyrenaeum accolunt, sed occidentale litus Hispaniae Cynetibus finitimi. Ileates vero non esse Ilergetes nolo repetere. Etmaneorum autem sedes quae nam sunt secundum peripli descriptionem? Eam tenent regionem, a qua Edetani alienissimi. Omnia discrepant.

De Hecataeo pauca hic quidem sufficiunt. Secundum ea, quae de sedibus ex posterioribus testimoniis concludi possunt, nihil miri in eo, quod innotuit haec gens logographo. Sed altera ex parte non inutile est animadvertere ipsius nominis formam: est vetusta illa, quae in -ητες exit et ab inferiore illa 'Sedetani' immensum quantum recedit. Habes eandem apud

1) Cf. Kramer ad Strab. II. II. Schweighäuser ad Pol. X 34 vol. VI p. 664. Ukert p. 315 n. 11. Forbiger p. 52. Magdeburg I. I. p. 32.

2) Cf. annotationem ad Dion. Per. 338 et Philol. XXXII p. 116.

Hecataeum in nomine Misgetum (fr. 12) et in Cynetibus Gletibus Gymnetibus, quos memoravere alii prisca scriptores.

Ad oppida transeo.

Sicana.

fr. 15 ap. Steph. Byz. s. v. *Σικάνη πόλις Ἰβηρίας, ὡς Ἐκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἔθνικόν Σικάνιος.*

Una est rursus Avieni Ora maritima, quae lucem edat de Sicanae civitatis situ. Ac tam aptus est locus ad animos lectorum alliciendos, ut non aliena videatur subtilior consideratio eo magis, quod cum novissimo Avieni interprete minime me sentire profiteor.

Excipiunt versus 464 sqq. Tartessorum illorum mentionem, qui sinum Ilicitanum accolunt. Supra (p. 106) de his disserui. Legimus autem haec:

Gymnetes istos gens locos insederant;
 465 Nunc destitutus et diu incolis carens
 Sibi sonorus Alebus amnis effluit.
 Post haec per undas insula est Gymnesia,
 Populo incolarum quae vetus nomen dedit
 Ad usque Cani praefluentis alveum.
 470 Pityussae et inde proferunt sese insulae
 Baliarium ac late insularum dorsa sunt.
 Et contra Iberi in usque Pyrenae iugum
 Ius protulere propter interius mare
 Late locati: prima eorum civitas
 475 Ilerda surgit: litus extendit dehinc
 Steriles harenas: Hemeroscopium quoque
 Habitata pridem hic civitas: nunc iam solum
 Vacuum incolarum languido stagno madet.
 Attollit inde se Sicana civitas
 480 Propinquo ab amni sic vocata Ibericis.
 Neque longe ab huius fluminis divortio
 Praestringit amnis Tyrius oppidum Tyrin.

Alebus videtur, ut Unger p. 247 sqq. existimat, inter oppida *Alicante* et *Villajoyosa* (*Castallo* vel *Monnegre*), Canus

vero ad promunturium *Cap de la Nao (Gorgos)* in mare se effudisse. Sonnii sententiam mox perlustrabimus.

Iam de Gymnesia insula v. 467, quae populo incolarum vetus nomen dedisse fertur, litigant viri docti. Interpolator hic quoque quaedam dicitur admiscuisse. Etymologiam ex more suo in suspicionem vocat Müllenhoff p. 160 et versus 470 sq., qui Pityussarum et Balearium mentionem continent; Sonny p. 50 etiam Gymnesiae mentionem tribuit interpolatori, v. 470 sq. autem Avieno. De nominum originatione supra (p. 123) diximus. At conexus turbatur Gymnesiae insulae mentione, quae non solum a sensu, sed etiam ab enuntiati structura aliena est. Haec Sonny l. l. Longius repetamus.

Plerumque Baleares insulae solent *Γυμνήσιαι* appellari: hoc quidem loco Unger arbitratur Gymnesiam — singularis exhibetur numerus — diversam esse ab illis eamque significare insulam, quae dicitur *Benidorme*. Sane Sonnio p. 50 n. 1. concedendum est eam opinionem carere fundamento. In singulari numero negat esse, cur haereamus, qui etiam apud Strab. II 123 et geogr. Rav. V 27 p. 414, 11 reperitur. Conferri praeterea iubet Stephani Byzantii tmema s. v. *Γυμνησιαί*. At pro *μία*, quod illic in libris est, Meineke ex Eustathio ad Dion. Per. 457 restituit *ἑπτά*. Porro num apud Strabonem, qui quinque aliis locis pluralem numerum praebet, uno illo loco singularis non possit ex corruptela exortus esse, equidem non pro certo habuerim. Legitur apud Kramerum pluralis. Quod vero idem Avienus descr. orb. 620 Dionysii versum 457 ita reddidit, ut pro plurali poneret singularem numerum, ex heroici metri iniquitate id explicatum habere quilibet dixerit.

Sed fac Baleares in periplo voce *Γυμνήσιαι* vel *Γυμνησιαί* designatas fuisse — hoc enim sane videtur veri similis —, fac igitur Avienum hoc quoque loco, quanquam propter metrum non opus erat, pro plurali singularem substituisse: id mehercle manifestum est versus 470 sq. ansam dare ad offendendum. Non pervertitur geographica ratio Pityussis et Balearibus interpositis — nec enim rectam de continentis locorum situ et ordine Sonny fingit imaginem. Concedo particulam ‘contra’

(v. 472) melius continuata oratione ad Canum fluvium quadrare, ad quem solum omnino potest referri, non ad insulas, quod placet Ungero. Sed gravissima causa est, quod eadem res iterum memoratur. Quo accedit, ut Baleares eae insulae nominentur a Romanis, a Graecis *Γυμνήσιαι*. Müllenhoff eos versus — non probabiliter — interpolatori vindicat, qui Gymnesias et Baleares easdem esse haud certo sciverit. Sonny vero, qui iam insulae Gymnesiae mentionem subditivam esse duxit, non potest Balearium eidem interpolatori attribuere; ab Avieno potius hanc censet esse assutam. At si hoc extremum statueris, removebis gravissimam illam causam, quae posita est in eiusdem rei iteratione: licebit Gymnesiae memoriam peripli auctori concedere. Obsistet haudquaquam geographica rerum condicio. An noles ob enuntiati structuram hunc in modum conformatam: 'insula populo nomen dedit ad usque flumen aliquod'? Quasi eiusmodi breviori dicendi ratione non potuerit uti Avienus poeta! Quod Avienus hisce verbis rem expressit, iccirco periplo demetur Gymnesiae mentio! Itaque sane quamvis alia ratione perductus versus 470 sq. ab Avieno insertos duxerim, sed Gymnesiam insulam ab veteris peripli scriptore commemoratam et a poeta inde esse repetitam ita fortasse, ut similiter atque altero loco pluralem in singularem numerum mutaret. Abeat hinc quoque interpolator.

Ad Canum igitur fluvium, qui ad promunturium *Cap de la Nao* in mare videtur exiisse, pertinent Gymnetes. Ab eo ('contra' v. 472) incipiunt Iberi sedesque habent usque ad Pyrenaeum. Quod nempe sic intellegendum, ut interim tantummodo fines notentur, non terminus extremus definiatur. Primum oppidum eorum est Ilerda, quod hodie est Ungero quidem auctore *Javea*; dein Hemeroscopium (*Denia*), tum Sicanica civitas (v. 479) prope Sicanum fluvium, qui quin fuerit Suero (*Xucar*), nullo modo potest dubitari.

Sed magnam commiserunt alii interpretes perturbationem totius loci, cum v. 469, ubi 'ad usque Cani' traditum est, Burmanni coniecturam 'usque ad Sicani' receperunt. Dico non modo Wernsdorfium et Ukertum p. 483: tota Müllenhoffii

disputatio ea nititur atque etiam Sonny p. 51 nescio quo pacto eam probavit. Sane quidem qui Alebum, a quo Gymnetes exordium sumpserint, eundem esse putat, qui nunc *Gorgos* dicitur, ei opus est illa orae parte, quae a promunturio *Cap de la Nao* usque ad Sicanum vel Sucronem patet, cui assignet gentem Gymnetum. Sed audiamus argumentum: 'Quoniam v. 464—473 soli incolae litoris inter Alebum et Pyrenaeos interpositi indicantur, montes fluvii urbes etc. sequentibus afferuntur versibus, Canum flumen in his repetitum iri exspectaveris. Quod non solum non fit, sed ad Sicanum amnem (v. 480) denuo mentio infertur Iberum. Quamobrem Burmanni maioris coniectura recipienda est'. Ut removeamus Gymnesiam insulam, cuius mentio suppositicia habetur: si quis deleto hoc interpolamento contendit inde ab Alebo primum percenseri incolas Gymnetes et Iberos (v. 472), dein Gymnetum oppida Ilerdam et Hemeroscopium (v. 475 sq.), tum Iberica oppida (Sicanam) inde a Sicano fluvio, et statuit in ipso utriusque gentis confinio amnem, qui hanc ab illa dividat, Canum repetendum fuisse — quid dices? toti argumentationi non subest pro fundamento nisi sententia praeoccupata Canum fluvium (v. 469) eundem esse necessario atque Sicanum (v. 480). Argumentatur, quasi v. 469 Sicani nomen traditum sit; attamen ex argumentando demum elicit v. 469 'Sicani' esse restituendum. Unde patet quaeso, cum v. 480 Sicana civitas a propinquo amni sic vocata esse Ibericis dicatur, inde demum initium cepisse Iberos? Credo si a priore aliquo flumine oriebantur, habitabant etiam apud Sicanum; et invicem si Iberi Sicanum accolebant potuerunt certe oriri ex loco, qui magis ad meridiem vergebat. Contra si inde profecti erimus, quod secundum traditam versuum scripturam Canus et Sicanus flumina inter se diversa habenda sunt: quae efficietur condicio? Gymnetes usque ad Canum pertinent. Apud eos memorantur Alebus et Gymnesia. Urbs nulla nominatim affertur. Peracta res Gymnetum. Sequuntur Iberi inde a Cano fluvio. Quorum oppida Ilerda (Hemeroscopium) Sicana. Iam tene id mirum ducere, quod denuo apud Sicanum mentio fit Iberum? Cum non dicatur

nisi civitatem a Sicano amni vocatam esse scilicet ab hominibus, qui ibi colebant, Ibericis? Canus igitur si Gymnetes ab Iberis disiungebat, ubi de Iberis agebatur, non potuit omnino iterari. Omnia sunt sana et integra.

Et animadvertamus, quantis angustiis premantur Müllenhoff ac Sonny, si coniecturam illam 'Sicani' pro 'Cani' accipiunt. Sicanum vel Sucronem dicunt terminum esse inter Gymnetes Iberosque. Quid tandem, cum deinde singulae urbes Iberum Ilerda (Hemeroscopium) Sicana prope Sicanum sita hoc ipso, quo enumeravi, ordine enumerentur, iam v. 469 sibi vult Sicanus, a quo Iberi incipiant? Itaque pronomen 'eorum', quod propter grammaticam rationem non potest non ad Iberos referri, propter rem ad Gymnetes coguntur revocare. Causa negligentiae nimirum fuit Graecorum pronomen *ἐκεῖνων*! Porro, cum nauta v. 469 ad Sicanum proventus sit, indicant Müllenhoff et Sonny ei, quo exstet, loco non convenire Pityussarum et Balearium mentionem; potuisse eum oculos in illas transmittere potius, cum prope promunturium *Cap de la Nao* navigaret. Sed vanus et fictus est ille Sicanus (v. 469); immo ad Canum processit cursus descriptionis; Canus autem cadit in mare prope illud promunturium. Geographicam igitur rationem non laedunt insulae illae intermixtae. Quanquam sane alias ob causas versus 470 sq. a periplo abiudicandos et Avieno vindicandos esse supra dictum est. His omnibus pensitatis mihi quidem evidentissimum videtur Burmanni illam coniecturam nullo modo posse probari. Quod vel Müller Philol. XXXII p. 117 recte perspexit; et gaudeo, quod etiam Holder in edenda Ora maritima coniecturam istam respuit.

Sicanus igitur fluvius idem est, quem inferioris aetatis scriptores vocant Sucronem veluti Strabo III 158 sq. 163. 167. Ptol. II 6, 14. Mel. II 6, 92. Plin. III 20. 76, qui hodie dicitur *Xucar*¹⁾. Sic cum alii iudicaverunt tum Avieni interpretes de hac quidem re omnes propemodum consentiunt²⁾. Sicana

1) Cf. Ukert p. 294. Forbiger p. 15.

2) Vossius ad Mel. II 6. Pinedo ad Steph. Byz. s. v. *Σικάνη*. Ukert p. 483. Christ p. 167 sq. Müllenhoff p. 161. 165. Unger p. 250. Sonny p. 51.

autem civitas comparanda est cum Sucrone oppido, quod amni cognomini adiacebat. Cf. Strab. III 158. Plut. Sert. 19. Pomp. 19. App. b. civ. I 110. Liv. XXVIII 24. XXIX 19. Flor. III 22. Sen. de benef. V 24. Plin. III 20. itin. Ant. p. 400, 4¹). Etiam de hoc est omnium fere felix concentus. Tyrius denique amnis cum urbe Tyri (v. 482) procul dubio est Turia vel Turium, quem nunc appellant *Guadalaviar* (cf. infra p. 145). Sat certo licet definire situm Sicanae civitatis.

Sed alius quoque quaestionis patet hoc loco campus. Quippe multa facessit negotia iste interpolator. Hemeroscopii mentionem falso loco inseruit; non noverat peripli auctor Massiliensium colonias in Iberica ora conditas; antea scripsit periplum. Cuius sententiae causam eo contineri existimat Müllenhoff p. 161, quod Hemeroscopium (*Denia*) inter litus harenosum, quod ad Ilerdam initium capiat (v. 475 sq.), et Sicanam urbem interponatur, cum re vera steriles harenae ab urbe *Denia* usque ad ipsum Sucronis ostium pertineant. Redarguunt hanc offensionem Unger p. 249 n. 56 et Sonny p. 51; namque Hemeroscopium apud Avienum non tam post litus harenosum quam in ipso litore collocatur.

Improbavit Müllenhoffii sententiam etiam Gutschmid p. 524; at interpolationem tamen hoc ipso loco statuendam esse item censuit. Ilerda hic memoratur (v. 475); brevi post Sicanus fluvius (v. 480). Sicanum interpolator ut alii pro Sicori habebat. Sicori adiacebat Ilerda. Perperam igitur etiam in Sucronis viciniam importavit Ilerdam oppidum. Sane non novimus nisi Ilerdam, quam Sicoris alluebat, quae hodie vocatur *Lerida*²). Sane fuerunt, qui Sicanum eundem ducerent atque Sicorim; vide Serv. ad Aen. VIII 328 collato Thuc. VI 2 et Sil. XIV 34 sqq., qui Pyrenaeo monti propinquum facit Sicanum. Sane ingeniosa videtur coniectura viri ingeniosi. Consentit Sonny p. 51. 'Pronomen "eorum" (v. 474) ad Iberes referri apparet. At nondum horum, sed Gymnetum ora describitur. Accedit, quod Ilerdae in his

1) Cf. Ukert p. 413. Forbiger p. 53 sq.

2) Cf. Ukert p. 450. Forbiger p. 76.

regionibus nusquam fit mentio, notissima est Ilerda ad Sicorim fluvium sita.' Sed prior illa causa apta est ex falsa coniectura 'Sicani' (v. 469). Nihil ergo plane valet. De altero autem argumento quid iudicabis? Num re vera, cum oppidum alioquin ignotum in regione aliqua memoratur, larga autem est memoria cognominis urbis, quae ad aliam terrae partem spectat, num re vera certum est illud omnino non exstitisse, sed ab interpolatore fictum perverseque in scriptoris cuiusvis librum immixtum esse? Vide, quae Unger p. 249, quae ipse Müllenhoff p. 162 dicat, qui satis propensus est ad interpolamenta apud Avienum statuenda. „*Als wenn derselbe iberische Stadtname nicht an zwei verschiedenen Orten vorkommen könnte!*“ Quot vero urbes eiusdem Eborae nominis in ipsa Hispania sitas supra (p. 83 sq.) cognovimus et alias ab aliis seiunximus! In quibus sunt etiam, quae nominentur ab uno tantum scriptore. Et de Ilerda dubitabis praesertim in Avieno, qui vetustum fontem expressit, qui alia quoque nomina solus exhibet¹⁾, qui etiam plura solus exhiberet, nisi opportune accidisset, quod ex Hecataei aliorumque reliquiis hoc et illud rescivimus? Eo magis autem mirandum est hac usum esse Sonnum argumentatione, postquam antea (p. 37 n. 3), ubi agitur de duplici illo Ibero, nihil habere dixit offensionis, quod duobus fluminibus idem nomen inditum fuisset.

Et quid dices, si rem plane in contrarium vertero? An minore iure hoc mihi licebit? Fuerunt, qui Sicanum pro Sicori haberent. Ob nominum similitudinem inquires quamvis exilem. Sed quid? In Sicani vel Sucronis regione erat aliquando Ilerda. De hac aliquid illi compererant nescio unde. Ubi Sicanus fluvius profluxisset, nesciebant. Sciebant Ilerdam prope Sicorim sitam esse. Nonne eo facilius poterant adduci, ut Sicanum putarent eundem ac Sicorim? Quod si rectum esset, etiam confirmaretur Ilerdam fuisse in Sicani sive Sucronis regione. Quam conclusionem nolim ipse elicere; id demonstrare volui eodem iure ita posse quemlibet argumentari.

1) Cf. Unger l. l.

Itaque Ilerdae mentionem interpolatori deberi pro certo non licet affirmare ¹⁾).

Potest quidem alia ratio excogitari et est excogitata: corruptela laborare nomen Ilerdae. Sed cum eo omnino inclinem, ut in singulari Ilerdae mentione merito offendi infitier, nihil moror hanc suspicionem. Ac profecto quae adhuc mendendi conamina prolata sunt, rei non satisfacerent. Quae enumerasse contentus sum. 'Idera' nomen Avieno restitui voluit Vossius ad Mel. II 6 p. 189 collato Stephano Byzantio s. v. *Δηρά* ²⁾; 'Ibera' Christ p. 168 n. respecto Ephori fragmento 39 ³⁾; 'Ilerca' Hansen p. 1430.

Ad clausulam perveni de Avieno quidem: apparet veteris peripli testimonio Sicanae civitatis memoriam, quam Hecataeo vindicat Stephanus, firmissima ratione defendi et comprobari. Nam erraverunt, qui Avienum huius urbis mentionem ex vetusto illo logographo hausisse affirmaverunt ⁴⁾).

1) Müller Philol. XXXII p. 114 contendit Avienum ipsum indicare sese Sicanum pro Sicori habuisse, quippe cum Ilerdam oppidum memoret. Scilicet hanc quoque rem adhibet ad confirmandam opinionem suam de Avieni Ora maritima conceptam.

2) Acceperunt Vossii coniecturam Berkel ad Steph. Byz. s. v. *Δηρά*. Pinedo ad Steph. Byz. s. v. *Σικάνη*. Wernsdorf. Ukert p. 246. 483. Klausen. — Stephani loco, quo in libris haec sunt: *Δηρά γῆς Ἰβηρίας ἣς ὁ Σικανὸς ποταμὸς. οἱ οὐκ ἴσθουσιν Δηράιοι*, vix cum Meinekio scribendum (*πόλις*) *τῆς Ἰβηρίας*, (*δι'*) *ἣς κτλ.*; dubito an recte coniecerit γῆ *Ἰβηρίας* Holstenius, quod arrisit etiam Ungero p. 250. Itaque cum nomen ad regionem potius videatur spectare, non est conexus inter Stephani thema locumque Avieni. Eadem causa obstat suspicioni Mullenhoffii p. 162, qui contrariam viam ingressus vocem *Δηρά*, quae apud Stephanum exstat, fortasse ortam esse cogitavit ex *Ιλερδα* vel *Ιληρδα*. Ceterum quod illud thema ex Hecataeo depromptum esse suspicatus est praeceunte Klauseno ad Hec. fr. 15, res est plane in incerto. Suo vero iure id monuit Indaram urbem, quam *Σικανῶν πόλιν* Stephanus interpretatur laudans Theopompum (fr. 251), non ad Iberiam pertinere, sed ad Sicanos Siciliae insulae incolas. Cf. Holm, *Gesch. Siciliens* I p. 60.

3) Cui fragmento apud Iosephum c. Apion. I 12 servato sane distortio quaedam rei videtur subesse. Sed Christii explanandi rationem improbo.

4) Christ p. 167 sq. Ukert, *Geogr. des Hec. u. Dam.* p. 55. Cf. supra p. 80.

Sed cum Sicana urbe cohaeret fluvius Sicanus¹⁾: nova nascitur quaestio. Conectitur enim Sicani fluminis mentio cum historicorum scriptorum illa narratione, ex qua Sicani, qui in Sicilia sedes habebant et a Siculis ex Italia transvectis magis magisque in meridiem et occasum repulsi ferebantur, ex ipsa Iberia in insulam transmigraverint a Liguribus sedibus eieci. Auctor est gravissimus Thucydides VI 2, quo loco ad exponendum videtur adhibuisse Antiochi Syracusani librum, qui inscribatur *Σικελιώτις συγγραφή*²⁾. Eandem relationem de Sicanis, sed ita, ut sive de Sicano fluvio sive de Liguribus mentio non fiat, exhibent Dion. Hal. I 22; Philist. fr. 3 ap. Diod. V 6; schol. et Eustath. ad Od. ω 307; Sil. XIV 34 sqq. Discrepat Servius ad Aen. VIII 328: Sicani fluminis loco Sicoris memoratur et ad Italiam venisse traduntur Sicani, dein inde pulsi vicinam insulam occupavisse. Nec de Sicano fluvio nec de Liguribus quicquam commemorantes Sicanum regem cum Iberica manu in Siciliam advenisse perhibent Solin. V 7. Mart. Cap. VI 646³⁾. Denique Ephori testimonium laudandum est (fr. 51 ap. Strab. VI 270), ex quo Iberi barbarorum primi

1) Mentio fit praeterea Sicani fluvii apud eundem Stephanum ex Apollodoro — per Herodianum ex mente Lentzii praef. p. CLXII — hausta; cf. fr. 140 ap. Steph. Byz. s. v. *Σικανία ἢ περίχωρος Ἀκραγαγνῶν καὶ ποταμός, ὡς φησὶν Ἀπολλόδωρος*. Vinculum, quod duo diversarum terrarum nomina inter se copulaverit, in hac brevi sectione culpa epitomatoris videtur esse omissum. Quanquam utrum fluvius in grammatici illo libro, qui *χροινικά* inscribatur, commemoratus fuerit, in quo multum valebant res ad geographiam spectantes, an in subditivo opere, cui *περὶ γῆς* titulus erat (cf. Diels Mus. Rhen. XXXI p. 8 sqq.), ambiguum est.

2) Antiochum Thucydidis hac de re fontem fuisse postquam Niebuhr suspicatus est, exposuit argumentis ex sermone potissimum captis Wölfflin, *Antiochus von Syracus und Coelius Antipater*. Winterthur 1872; et quanquam oblocuti sunt Böhm, de Antiocho Syracusano quaestiones (*Grabow* 1875) ac Schöne Burs. annal. 1874/75 vol. III p. 849, tamen, quod Wölfflin eruit, non improbandum aut in controversiam vocandum. Cf. Classen, *Krit. Bemerkungen zum 6. Buche des Thuc.* p. 184 sq. Holm Burs. annal. vol. IV p. 88 sqq. Busolt, *Griech. Gesch.* I p. 224 n. 4.

3) Hic ceterum nominis Sicaniae originatio non a Sicano flumine petita invenitur, sed ab ipso illo rege. Cf. Isid. orig. IX 2, 85. XIV 6, 32.

οικιστάι Siciliae feruntur fuisse ¹⁾. His omnibus testimoniis contraria est et ipsorum Sicanorum propria professio, qui *ἀντόχθονας* sese esse iactabant (Thuc. VI 2), et auctoritas Timaei (fr. 2 ap. Diod. V 6), qui illam gentis opinionem firmiter comprobavit. Quem sequitur Diodorus, qui alio loco (V 2) affirmat hoc quidem referre, qui sint *οἱ νομιμώτατοι τῶν συγγραφέων* ²⁾.

Haec testimonia. Quibus videtur confirmari Antiochi aetate in Iberia Sicanum fluvium exstitisse. At iam pridem illa de Sicanis memoria a viris doctis in dubium est vocata. Non meum est copiosam disputationem hac de quaestione instituire; quam brevissimis finibus eam constringam.

Una est offensio in eo posita, quod per mare perque insulas medias interiectas ex Iberia transvectos esse Iberos, qui navigando nec multum pollebant nec multum studebant, incredibile est. Deinde quod gravius est, Ligures fines propagaverunt usque ad Pyrenaeum montem, non trans Pyrenaeum in ipsius Hispaniae regiones ³⁾. Habitabant autem Iberi ad occidentem a

1) Sunt Strabonis verba haec: . . . ἀλλὰ διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ καὶ Σικανοὶ καὶ Μόργγητες καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον, ὣν ἦσαν καὶ Ἰβηρες, οὕσπερ πρώτους φησὶ τῶν βαρβάρων Ἐφοροῦ λέγεσθαι τῆς Σικελίας οἰκιστάς. Ephorum autem Iberos non a Sicanis distinxisse, sed Strabonem ex negligentia discriminis auctorem fuisse opinatur Marx ad Eph. p. 153. At si confertur Scymnus v. 264 sqq., Ephori compiler, quem haud dubie hoc ipso loco eius doctrinam expressisse dilucide apparet, ut recte annotavit Marx p. 154 (cf. etiam Matthiessen l. l. p. 384) ex versibus 270 sqq. collatis cum Ephori fragmento 52 apud Strab. VI 267, nescio an veri sit simile Ephorum Sicanos non nominatim attulisse, sed locutum esse de solis Iberis. Ibidem legimus insulam ab Iberis Trinacriam esse appellatam, non Sicaniam; deinde Siciliam *Σικελῶν ἀναστεινόντος*.

2) Eo in numero Timaeum esse ex mente Diodori satis est manifestum. Quod autem eis etiam Antiochum annumerari vult Nissen, *Ital. Landeskunde* I p. 547 n. 3 — quod si verum esset, everteretur tota Wölfflini sententia, ex qua Antiochus Thucydidi materiam subministravit — in causis, quas profert, non inest opinor ea vis, ut probent atque demonstrent.

3) Tenet, quod Thucydides alii que narrant, Christ p. 140; et Unger Mus. Rhen. XXXVIII p. 179 confirmare conatur documentis Ligures non

Liguribus: ergo ne id quidem licet cogitare Sicanos — a Liguribus orientem versus propulsos — terrestri itinere ex Iberia in Italiam migravisse. Quae offensiones videntur remotae ab eis, qui Iberiam, quam dicit Thucydides, ex prisca cogitandi ratione totam terram a columnis ad Rhodanum usque pertinentem interpretati Sicanum agnoscunt Sequanam, Galliae notum illum fluvium, Sicanosque, qui eiusdem originis ac Siculi fuerint, a Liguribus Ligeris fluminis accolis sedibus exactos in Italiam descendisse et inde in Siciliam traiecisse statuunt. At huic expediendi rationi certissime repugnat Avieni vetus periplus, ex quo satis elucet Sicanum fluvium non Sicorim nedum Sequanam fuisse, sed Sucronem. Denique omnino non certum est, num in Sicilia unquam Iberi sedes habuerint. Et si habuerunt, diversi videntur fuisse a Sicanis. Namque Sicani ab eadem stirpe oriundi erant ac Siculi; Siculi autem nec Iberi fuere nec Celtae nec Pelasgi nec Ligures, sed Itali. Sicani igitur antiquis temporibus se ab consanguineis seiunxerunt et ex Italia in Siciliam transmigraverunt. Quae cum ita sint, ab omni abhorret veri similitudine ex Iberia sive Gallia in Siciliam pervenisse Sicanos ¹⁾.

Attamen cum de Sicanorum illa migratione falsa sit memoria, nequaquam etiam Sicannus fluvius commenticius est existimandus. Plane in contrarium rem vertamus. Nam fabula illa, quam Thucydides vel, ut altius ascendere audeam, Antiochus protulit, procul dubio in eo posita est, quod ratio quaedam intercedere ficta est inter nomen Sicanorum Siciliae incolarum et nomen Sicani Iberici fluminis. Veluti Busolt, *Griech. Gesch.*

ab Hispania fuisse alienos. Haud recte. Causas petitas et ex lacu Ligustino Avieni v. 284 et ex Stephani tmemate s. v. *Λιγυρίνη* — de quo ceterum conferenda sunt, quae disputat Niese, de Steph. Byz. auctoribus p. 19 — et ex paeninsula tertia, quam *Λιγυρία* appellaverit Eratosthenes (fr. III B 97 ap. Strab. II 92), partim refellit Sonny p. 31 sq. Cf. etiam Wilsdorf p. 6.

1) De virorum doctorum libris, qui hac de re disseruerunt, adeas potissimum Popponem ad Thuc. VI 2 vol. III 4 p. 5 sq. Holmium, *Gesch. Siciliens* I p. 356 sqq. Busoltium, *Griech. Gesch.* I p. 235 sqq.

Ip. 235 dicit fabulam illam originem duxisse ex nominibus ab Hecataeo memoratis. Num Stephani tmema s. v. *Ἀηρά* Hecataeo debeatur, certum non est; sed pronum ei erat sane in periodo cum urbis mentione fluvii memoriam coniungere. Notus igitur erat Antiochi temporibus Hispaniae fluvius Sicanus: inde habet fabula ab eo narrata originem. Quae vix potuit omnino oriri, nisi aliquid saltem fundamenti subfuisset, quo usus quis exstrueret commentum. Hac igitur ratione etiam ex fabula illa confirmatio derivatur auctoritatis Hecataei.

Crabasia.

fr. 13 ap. Steph. Byz. s. v. *Κραβασία πόλις Ἰβήρων. Ἑκαταῖος Εὐρώπη. τὸ ἔθνικόν Κραβάσιος κτλ.*

Urbis nomen aliunde non notum. Sed recte iam Pinedo et Klausen huc rettulerunt iugum Crabrasiae, cuius meminit Avienus v. 489, Avienique interpretes plerumque agnoscunt cum iugō urbem Hecataei cohaerere.

Atque ut imaginem situs adumbremus, memoratur a Sicano sive Sucrone septentrionem versus Tyrius amnis cum oppido Tyri (cf. supra p. 134). Qui quin idem sit atque Turia vel Turium Romanorum (hodie *Guadalaviar*), nequit dubitari¹⁾. Müllerum autem, qui Philol. XXXII p. 117 et ad Ptol. p. 152 eum pro eodem habuit, qui hodie vocatur *Magro*, qui influit in Sucronem (*Xucar*), et *Tuiris* oppidum, quod ei adiacet, cum Tyri Avieni comparavit, satis opinor refutatum esse ab Ungerō p. 250 et Sonnio p. 52. Sequitur v. 483 sqq. Bebrycum mediterraneorum mentio congruens cum Ephoro (Scymn. 200 sq.). Deinde v. 489:

post Crabrasiae iugum

490 Procedit alte ac nuda litorum iacent

Ad usque cassae Cherronesi terminos.

Palus per illa Naccararum extenditur —

Hoc nomen isti nam paludi mos dedit —

1) Cf. Ukert p. 294. 483. Müllenhoff p. 165. Unger p. 250. Sonny p. 52. Leipziger Studien. XIV.

Stagnique medio parva surgit insula
 495 Ferax olivi et hinc Minervae stat sacra.

Quam interpretandi rationem Müller iniit, pendet ex prava Tyrii fluminis explicatione: ergo eam mittamus. Immo cum inde a Turio usque ad Iberum nullum aliud exstet promunturium, nihil restat nisi ut iugum Crabrasiae idem esse arbitremur, quod hodie vocant *Cap Oropesa* ¹⁾. Cassam cherronesum Müllenhoff p. 169 existimat esse planam illam harenosamque lingulam, quae ab Iberi ostio meridiem versus sinum circumcludit, quem dicunt *Puerto de los Alfaques*. Sed rectius videtur Müller Philol. XXXII p. 117 sq. hanc Avieni cherronesum non diversam esse statuere ab urbe, quae *Χερρόνησος* dicitur Straboni III 159 inter Saguntum et Dertosam sita (hodie *Peñíscola*). Consentiant Unger p. 252 et Sonny p. 52. Scilicet tum 'cassae' epitheton non retinendum, sed mutandum cum Heinsio ²⁾ in 'cascae'. Postremo quid paludi Naccararum (v. 492) et insulae in medio stagni sitae faciendum sit, mihi quidem obscurum est. Unger interpretationem verborum 'stagni medio' neutiquam posse admitti censeo. Sed nihil refert hoc ad id, quod agimus.

Est igitur iugum Crabrasiae promunturium *Cap Oropesa*. Nimirum Crabasia oppidum, quod ex Hecataeo traditum accepimus, non ita longe ab illo afuit. Peripli auctor satis habuit iugum memorasse. Müllenhoff vult ex Stephano apud Avienum 'Crabasiae' scribi pro 'Crabrasiae': id utique apertum est alterum nomen cum altero esse comparandum. Videmus autem hic quoque, quam bene Hecataeum et illustret Avieni periplus et confirmet ³⁾.

1) Cf. Müllenhoff p. 169. Unger p. 252. Sonny p. 52.

2) Hanc coniecturam Unger tanquam suam protulit. Cf. Sonny p. 52 n. 4.

3) Mirum in modum Klausen, quanquam ipse Avieni locum attulit, adiungit populum videri eundem atque Carpesios, gentem validissimam in media paeninsula habitantem circa Toletum, quos memorat Polybius III 14 (ex eo Stephanus s. v. *Καρήσιοι*; cf. Niese p. 19 sq.), qui solent alias

Iberi.

Ad lemmata, ut promisso stem, examinanda accedo. Quae si ipsa ex Hecataeo hausta sunt, est inquirendum, num, quae adhuc de singulis nominibus eruimus, convenient cum memoria Iberum.

Gentes paeninsulae, quae postea Hispania vocabatur, initio et ipsarum et terrae communi carebant nomine. Affero ipsa verba Polybii III 37, 10 sq.: τὸ δὲ λοιπὸν μέρος τῆς Εὐρώπης ἀπὸ τῶν προειρημένων ὄρων τὸ συνάπτον πρὸς τε τὰς δύσεις καὶ πρὸς Ἡρακλείου στήλας περιέχεται μὲν ὑπὸ τε τῆς καθ' ἡμᾶς καὶ τῆς ἔξω Θαλάττης, καλεῖται δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἕως Ἡρακλείων στήλων Ἰβηρία, τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην προσαγορευομένην κοινὴν μὲν ὀνομασίαν οὐκ ἔχει διὰ τὸ προσφάτως κατοπτεῦσθαι, κατοικεῖται δὲ πᾶν ὑπὸ βαρβάρων ἔθνων καὶ πολυανθρώπων, ὑπέβων ἡμεῖς μετὰ ταῦτα τὸν κατὰ μέρος λόγον ἀποδώσομεν. Cf. etiam Characis fr. 5 (FHG III p. 637): τὴν δὲ Ἰσπανίαν Ἕλληνες τὰ πρῶτα Ἰβηρίαν ἐκάλουν οὕτω ξύμπαντος τοῦ ἔθνους τὴν προσηγορίαν μεμαθηκότες, ἀλλ' ἀπὸ μέρους τῆς γῆς, ὃ ἔστι πρὸς ποταμὸν Ἰβηρα καὶ ἀπ' ἐκείνου ὀνομάζεται, τὴν πᾶσαν οὕτω καλοῦντες.

Ex priscorum autem Graecorum usu nomen, quod cum Ibero fluvio cohaeret, duas habebat significationes:

1) alteram latiore, quae ad terram potissimum spectabat: Iberia complectebatur regionem a Rhodano ad occasum solis patentem (cf. supra p. 71 sqq.).

2) alteram angustiore, quae ad populum potissimum spectabat: Iberi appellabantur, qui partem paeninsulae orae orientalis apud Iberum flumen obtinebant.

De termino horum Iberum, qui quidem spectet ad septentriones, supra (p. 71 sqq.) verbosius disserui; quatenus autem meridiem versus ex usu scriptorum porrecti fuerint, accura-

Carpetani nominari. Quid haec gens vel maxime mediterranea ad iugum illud in altum prominens? Equidem non intellego.

tissime omnium docet Avienus vel eius periplus: a Cano fluvio, qui prope promunturium *Cap de la Nao* mari illabitur, exordium capiunt (cf. p. 134 sqq.). Quocum optime consentit Ephorus, cum Scymnus v. 199 post Libyphoenices et Tartessios Iberum faciat mentionem. Quo revocanda sunt praeterea Scylacis (2) verba: τῆς Εὐρώπης εἰς πρῶτοι Ἴβηρες Ἰβητίας ἔθνος, ubi singularis Iberum gens latiori terrae significationi opponitur; denique Characis ille locus, quem modo attuli. Contra a ceteris Hispaniae orae partibus a promunturio *Cap de la Nao* ad meridiem et occasum situs excludebatur nomen Iberum; propria potius nomina gentium afferebantur ut Mastienorum Elbysiniorum Tartessiorum. De hac re et de Herodori Iberica natione Avienique illa Iberia, quae cum meridionali Ibero fluvio conec-titur, supra (p. 118 sqq.) dictum est.

Postea cum Ligures usque ad Pyrenaeos sedes prolata-vissent, terrae Iberiae significatio pertinebat ad orientalem oram Pyrenaeo monte et columnis terminatam; quod habes comprobatum iam apud Scylacem (2), qui paraplum Iberiae a columnis usque ad Emporium septem dierum esse indicat (cf. Avien. 562 sqq.), et Polybii illo aperto testimonio III 37 (cf. etiam III 17, 2). Contra interiores paeninsulae partes atque eae potissimum, quae ad occidentem vergebant, attribuebantur Celtis; cf. Ephor. fr. 43 ap. Strab. IV 199. Scymn. 165 sqq. Eratosth. fr. III B 123 ap. Strab. II 107. Romanorum denique dominationis temporibus, ex qua tota terra ex tenebris magis magisque ad lucem evocabatur, Iberiae nomen adhibebatur ad denotandam totam paeninsulam, quae usque ad Pyrenaeum montem patescebat, ut idem valeret atque Hispaniae; cf. Artem. ap. Steph. Byz. s. v. Ἰβηρία. Strab. III 166¹).

Quid haec ad Hecataeum? Iberiae nomine num etiam Hecataeus ita usus sit, ut Rhodanum pro termino haberet et constitueret, nescimus. Permimum sane esset, si gravissimus

1) De diversis his nominis significationibus cf. Baumstark PRE vol. III p. 1388. 1392. Ukert II 1 p. 244 sq. 248 sqq. II 2 p. 14 sq. 52. Forbiger p. 4. Kiepert, *Alte Geographie* p. 481.

ex vetustis geographicarum rerum scriptoribus apud Strabonem III 166, undecumque illa notitia manavit, exclusus aut non respectus esset. Sed cum Mastienos Elbestiosque propriis nominibus afferret, fortasse etiam Tartessios, et certe ab Iberis discerneret, ipse quoque noverat hos Iberos eorumque sedes plane eidem orientalis orae parti assignavit atque alii priscae aetatis scriptores. Quod demonstrant aperte haec ipsa quattuor fragmenta.

Κραβασία πόλις Ἰβήρων (fr. 13) prope promunturium *Cap Oropesa* sita (cf. p. 146) apprime convenit cum sedibus, quas habent Iberi apud Avienum Scymnumque.

Ἰλαραγγᾶται οἱ Ἰβήρες (fr. 14): haec verba nimirum ita intelleges, ut *Paraugas* non tam eosdem atque Iberos ex Hecataei mente fuisse sumas quam — cum haec explanandi ratio procul dubio aut Stephano aut epitomatori imputanda sit — unam ex Iberum gentibus haud secus atque *Edetanos*, de quibus subinde dicam. Recognosce autem, quae supra (p. 117) de *Ilergetum* finibus exposui: iam concedes non abhorere *Paraugas* ab angusta notione, quam alii auctores Iberum nomini indere consueverant.

Ἐσθητες ἔθνος Ἰβηρικόν (fr. 11), qui ex posteriorum scriptorum testimoniis a *Sucrone* fere flumine initium capiebant (cf. p. 132), non minus egregie congruunt, si modo ethnicum illud Stephani *Ἰβηρικόν* — idque admodum mihi videtur veri simile — ad eandem angustiore gentis notionem spectat Iberumque ex mentione, quam in periegesi factam repperit, lemma ita conformavit Stephanus, ut adiectivum *Ἰβηρικόν* substitueret. Avieni vero de *Edetanis* et *Ilergetibus* silentium, quod inde habet explicatum, quod peripli auctor non memoravit nisi commune Iberum nomen, quanquam etiamtum utraque gens certe exstabat vigebatque, et ipsum comprobatur Hecataeum recte et hos et illos Iberis annumeravisse.

Σικάνη πόλις Ἰβηρίας (fr. 15) denique, si terrae Iberiae nomen respicis, utique videlicet quadrat. Attamen hic quoque multo veri esse similis duco hanc lemmatis formam a Stephani manu esse profectam, qui, cum scriptor gentem nomi-

naverit, terrae potius nomine usus est. Quodsi Hecataeus Sicanam urbem in periodo Iberis ascripsit, videas eximum consensum et cum aliis de Iberum sedibus testimoniis et cum Avieno, qui Iberum civitatem fuisse Sicanam Sicanumque fluvium Iberos accoluisse indicat (cf. p. 134).

Quapropter cum haec quattuor fragmenta evidentissime cum ceteris priscae aetatis testimoniis conspirent, sat manifestum est opinor de his quidem nec ob lemmata nec omnino quemquam subire posse dubitationem.

De Iberis disputationem anticipavimus: quae restant, admodum incerta sunt atque ambigua.

Misgetes.

fr. 12 ap. Steph. Byz. s. v. *Μισγητες ἔθνος Ἰβήρων. Ἐκαταίος Εὐρώπη.*

‘Sunt ignoti’ annotat Klausen. Ac ne suspicionem quidem de eis in medium proferri posse dicit Müllenhoff p. 168. De terminatione nominis cf. p. 133 sq.

Hyops. Lesyrus.

fr. 16 ap. Steph. Byz. s. v. *Ἰοψ πόλις ἐν Ἰβηρία χερσονήσου. Ἐκαταίος Εὐρώπη. “μετὰ δὲ Ἰοψ πόλις, μετὰ δὲ Λεσυρὸς ποταμός.” τὸ ἔθνικόν Ἰόπιος ἀπὸ τῆς γενικῆς.*

Prona est primo aspectu suspicio hanc cherronesum Hecataei comparandam esse cum Avieni loco, quem supra (p. 145 sq.) tetigi, v. 491. At iam Müllenhoffio p. 169 illud scrupulum excitavit; nec omnino apud Avienum de cherroneso aliqua agi vidimus, sed de urbe Cherroneso, cuius meminit Strabo ¹⁾.

Suspicari ausus est Unger p. 275 n. 73 huc referendam esse lingulam in ea Galliae orae maritimae parte sitam, quam

1) Quanquam — id quod sero animadverti — Müller ad Ptol. p. 186 existimat Hyopem urbem in paeninsula (ἐν Ἰβηρίας Χερσονήσῳ?) sitam esse ipsam illam urbem Cherronesum (*Peñíscola*), Lesyrum autem eum fluvium, qui hodie dicitur *Miars*. Est vix probabilis coniectura.

describit Avienus v. 614 [610] sqq. Lesyrum fluvium esse Ledum (hodie *Léz*); non alienum videri pagum Lesuram Plinii XI 240, qui distinguendus esset a monte Lesora (*Lozère*). Hac de re ei non astipulor. Nec enim video, cur negetur pagum cum Lesora (monte Apollin. Sidon. carm. 24, 44) cohaerere; immo Plinii loco Gabalici pagi mentio statim annectitur; in Lesorae autem montis regione habitabant Gabali, quos nominant Strabo IV 191. Ptol. II 7, 16 [11]. Caes. bell. Gall. VII 7. 64. 75. Plin. IV 109. Apollin. Sidon. carm. 24, 23 ¹⁾. Condidit haec confirmatio. Ac Lesyri Ledique nominum similitudo tam tenuis est, ut viri docti coniectura paene omni certo fundamento careat.

Attamen in omni obscuritate nominum clarissimum elicitor indicium genuinae originis ex ipsius logographi verbis itidem ut in Sixo oppido a Stephano vel ab epitomatore servatis. Multa huius pressi simplicisque dicendi generis exempla apud Stephanum invenies, si totam logographi fragmentorum seriem vel leviter recognoveris.

Crommyusa. Melusa.

fr. 17 ap. Steph. Byz. s. v. *Κρομμύουσα νῆσος Ἰβηρίας. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. τὸ ἐθνικὸν Κρομμυνοῖσιος.*

fr. 18 ap. Steph. Byz. s. v. *Μήλουσα νῆσος κατὰ Ἰβήρας. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. τὸ ἐθνικὸν Μηλουσαῖος.*

De his fragmentis nihil prorsus potest definiri. Non restat nisi ut bona fide credamus re vera utriusque insulae mentionem in genuino Hecataei opere exstitisse. Mirum in modum Wilsdorf p. 20 dicit Hyops Crommyusa Melusa nomina fortasse Hecataeo esse attribuenda.

4. Calatha.

fr. 3 ap. Steph. Byz. s. v. *Καλάθη πόλις οὐ πόρω τῶν*

¹⁾ Hoc rectius statuunt Ukert II 2 p. 93. 266. Forbiger p. 87. 119 et PRE vol. IV p. 940. Müller ad Ptol. p. 205 sq.

Ἡρακλείων στηλιῶν. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. Ἐφορος δὲ Καλά-
θουσαν ἀπὲρ φησι.

Consentio cum Müllenhoffio p. 145 n.: patet fieri ex hoc fragmento accuratam Hecataei notitiam, tamen quid ei faciendum sit, prorsus esse incertum.

Vetustiores Stephani interpretes ut Pinedo et Berkel quamvis dubitanter, maiore autem confidentia Marx ad Ephor. fr. 42 p. 144 et Unger p. 234 huc rettulerunt insulam Καλάθην Ptolemaei IV 3, 44, quam Galatam nominant Mela II 7, 120 et Plinius III 92. V 42. XXXV 202; cf. etiam Mart. Cap. VI 648 (ex Plinio III 92) et itin. Ant. 494, 7. 495, 1. 514, 4. 7. Sed praeterquam quod hic quoque Stephanus magni erroris magnaeque negligentiae insimulandus est, qui 'ex urbibus insulas, ex insulis urbes regionesque soleat creare', exspectaveris eam insulam, cum inter Sardiniam et Libycam oram sita esset nec ita longe ab hac distaret, potius in Asiae periegesi a logographo memoratam esse ut a Ptolemaeo aut, si modo in eo libro, qui Εὐρώπη inscribatur, in describenda Sicilia vel Sardinia ut apud Plinium: non quadrat lemma οὐ πόρρω τῶν στηλιῶν. Hoc recte monuit Sonny p. 46. Libeat sane cuiquam dicere eo loco, quem Stephanus excerpserit, Herculis columnas obiter commemoratas aut explicationem illam omnino ex mero Stephani arbitrio esse positam. At lubrica haec refugia esse vix potest negari.

Aliam viam ingressus Christ p. 142. 154 sq. 171 huc revocandum esse duxit Avieni illum Calacticum sinum (v. 424), qui nisi per anticipationem quandam iam ad sinum Illicitanum pertinet, videtur esse sinus Malacitanus (cf. supra p. 104 sqq.). Quod ad formam huius nominis attinet, Meinekii quidem coniectura, qui 'Calacticum' in 'Galaticum' mutari voluit, improbabilis est ¹⁾. Quod autem Unger p. 234 et Sonny p. 46 arbitrantur Christium formam 'Calathicum' ex Hecataei Calatha urbe repetitam in ipsum textum Avieni voluisse recipi, me quidem

1) Cf. vindic. Strabon. p. 39 n. — Receptam eam Müller ad Dion. Per. 338, sed refutaverunt praeter Christium etiam Müllenhoff p. 146 et Unger p. 234.

iudice, si recte intellexi virum doctum, id non habuit in animo. Iudicat potius Avienum ex more et consuetudine loco vernaculi vel Phoenicii nominis 'Calathé', ut ad Graecorum sermonem adaptaret, 'Calacté' formam posuisse, qua ipsa effectum sit, ut lectores amoenitatem litoris cogitatione fingerent. Nec igitur opus erat 'coniecturam' illam reici, quia correpta syllaba metro repugnaret; quod vero Unger adiecit, si longa esset syllaba, Hecataeum scripturum fuisse *Καλάθη*, ne debebat quidem sic argumentari; nam *Καλήθη* nomen, quod exhibet Stephanus, non evidenter demonstrat Hecataeum *Καλάθη* formam adhibuisse: delevisset rursus Stephanus Ionismum ut delevit in Mastianis. Potius dicere potuit peripli auctorem, qui *Μασσηνοί* forma usus est, usurum fuisse forma *Καληθικός*. Quanquam ne id quidem, quod placuit Christio, plausum potest ferre, cum eiusmodi de causa Avienum nomina, quae in fonte reperiebat, immutavisse non iam statuere liceat.

Iam affero Sonnii verba: 'Suo iure Unger *καλακτικός* ex *καλός* et *ἀκτή* vocabulis ita, ut (*κόλπος*) *καλὰς ἀκτὰς ἔχων* valeat, recta ratione compositum esse negat. Hoc adiectivum non potest derivari nisi a nomine *Καλακτῆ*. Quae cum ita sint, Punicam illam urbis appellationem, quae est *Καλάθη*, a Graecis commutatam et ad sui sermonis usum accommodatam esse puto'. Sed quid tandem haec appellatio Graecorum propria? Hecataeus certe et Ephorus vel Graeci illi, quibus notitiam debebant, Punicum nomen ad sui sermonis usum non accommodarunt. Statuitur illud, quia sinum cum Hecataei urbe cohaerere item statuitur. Pro certo quidem id non licet venditare. Nescio, quid de forma nominis iudicandum sit. Si iusta est offensio Unger, sane quis potest opinari non veram esse traditam scripturam. Unger coniecit scribendum esse Malaciticum. Locorum quidem natura non obstat, quae obstare videtur Sonnio (cf. supra p. 105 sq.). Forma adiectivi sane est prorsus insolita. Hansen p. 1428 putat fortasse barbaram aliquam vocem in nomine latere paene ad Graecorum linguam aptatam.

Videmur de hoc Hecataei fragmento paene omnis admini-

Liguribus: ergo ne id quidem licet cogitare Sicanos — a Liguribus orientem versus propulsos — terrestri itinere ex Iberia in Italiam migravisse. Quae offensiones videntur remotae ab eis, qui Iberiam, quam dicit Thucydides, ex prisca cogitandi ratione totam terram a columnis ad Rhodanum usque pertinentem interpretati Sicanum agnoscunt Sequanam, Galliae notum illum fluvium, Sicanosque, qui eiusdem originis ac Siculi fuerint, a Liguribus Ligeris fluminis accolis sedibus exactos in Italiam descendisse et inde in Siciliam traiecisse statuunt. At huic expediendi rationi certissime repugnat Avieni vetus periplus, ex quo satis elucet Sicanum fluvium non Sicorim nedum Sequanam fuisse, sed Sucronem. Denique omnino non certum est, num in Sicilia unquam Iberi sedes habuerint. Et si habuerunt, diversi videntur fuisse a Sicanis. Namque Sicani ab eadem stirpe oriundi erant ac Siculi; Siculi autem nec Iberi fuere nec Celtae nec Pelasgi nec Ligures, sed Itali. Sicani igitur antiquis temporibus se ab consanguineis seiunxerunt et ex Italia in Siciliam transmigraverunt. Quae cum ita sint, ab omni abhorret veri similitudine ex Iberia sive Gallia in Siciliam pervenisse Sicanos ¹⁾.

Attamen cum de Sicanorum illa migratione falsa sit memoria, nequaquam etiam Sicanus fluvius commenticius est existimandus. Plane in contrarium rem vertamus. Nam fabula illa, quam Thucydides vel, ut altius ascendere audeam, Antiochus protulit, procul dubio in eo posita est, quod ratio quaedam intercedere ficta est inter nomen Sicanorum Siciliae incolarum et nomen Sicani Iberici fluminis. Veluti Busolt, *Griech. Gesch.*

ab Hispania fuisse alienos. Haud recte. Causas petitas et ex lacu Ligustino Avieni v. 284 et ex Stephani tmemate s. v. *Λιγυστινή* — de quo ceterum conferenda sunt, quae disputat Niese, de Steph. Byz. auctoribus p. 19 — et ex paeninsula tertia, quam *Λιγυστινήν* appellaverit Eratosthenes (fr. III B 97 ap. Strab. II 92), partim refellit Sonny p. 31 sq. Cf. etiam Wilsdorf p. 6.

1) De virorum doctorum libris, qui hac de re disseruerunt, adeas potissimum Popponem ad Thuc. VI 2 vol. III 4 p. 5 sq. Holmium, *Gesch. Siciliens* I p. 356 sqq. Busoltium, *Griech. Gesch.* I p. 235 sqq.

I p. 235 dicit fabulam illam originem duxisse ex nominibus ab Hecataeo memoratis. Num Stephani tmema s. v. *Ἀηρά* Hecataeo debeatur, certum non est; sed pronum ei erat sane in periodo cum urbis mentione fluvii memoriam coniungere. Notus igitur erat Antiochi temporibus Hispaniae fluvius Sicanus: inde habet fabula ab eo narrata originem. Quae vix potuit omnino oriri, nisi aliquid saltem fundamenti subfuisset, quo usus quis exstrueret commentum. Hac igitur ratione etiam ex fabula illa confirmatio derivatur auctoritatis Hecataei.

Crabasia.

fr. 13 ap. Steph. Byz. s. v. *Κραβασία πόλις Ἰβήρων. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. τὸ ἔθνικόν Κραβάσιος κτλ.*

Urbis nomen aliunde non notum. Sed recte iam Pinedo et Klausen huc rettulerunt iugum Crabrasiae, cuius meminit Avienus v. 489, Avienique interpretes plerumque agnoscunt cum iugò urbem Hecataei cohaerere.

Atque ut imaginem situs adumbremus, memoratur a Sicano sive Sucrone septentrionem versus Tyrius amnis cum oppido Tyri (cf. supra p. 134). Qui quin idem sit atque Turia vel Turium Romanorum (hodie *Guadalquivar*), nequit dubitari¹⁾. Müllerum autem, qui Philol. XXXII p. 117 et ad Ptol. p. 152 eum pro eodem habuit, qui hodie vocatur *Magro*, qui influit in Sucronem (*Xucar*), et *Tuiris* oppidum, quod ei adiacet, cum Tyri Avieni comparavit, satis opinor refutatam esse ab Ungerō p. 250 et Sonnio p. 52. Sequitur v. 483 sqq. Bebrycum mediterraneorum mentio congruens cum Ephoro (Scymn. 200 sq.). Deinde v. 489:

post Crabrasiae iugum
 490 Procedit alte ac nuda litorum iacent
 Ad usque cassae Cherronesi terminos.
 Palus per illa Naccararum extenditur —
 Hoc nomen isti nam paludi mos dedit —

1) Cf. Ukert p. 294. 483. Müllenhoff p. 165. Unger p. 250. Sonny p. 52.
 Leipziger Studien. XIV. 10

Stagnique medio parva surgit insula
495 Ferax olivi et hinc Minervae stat sacra.

Quam interpretandi rationem Müller iniit, pendet ex prava Tyrrii fluminis explicatione: ergo eam mittamus. Immo cum inde a Turio usque ad Iberum nullum aliud exstet promunturium, nihil restat nisi ut iugum Crabrasiae idem esse arbitremur, quod hodie vocant *Cap Oropesa*¹⁾. Cassam cherronesum Müllenhoff p. 169 existimat esse planam illam harenosamque lingulam, quae ab Iberi ostio meridiem versus sinum circumcludit, quem dicunt *Puerto de los Alfaques*. Sed rectius videtur Müller Philol. XXXII p. 117 sq. hanc Avieni cherronesum non diversam esse statuere ab urbe, quae *Χερρόνησος* dicitur Straboni III 159 inter Saguntum et Dertosam sita (hodie *Peñiscola*). Consentiant Unger p. 252 et Sonny p. 52. Scilicet tum 'cassae' epitheton non retinendum, sed mutandum cum Heinsio²⁾ in 'cascae'. Postremo quid paludi Naccararum (v. 492) et insulae in medio stagni sitae faciendum sit, mihi quidem obscurum est. Unger interpretationem verborum 'stagni medio' neutiquam posse admitti censeo. Sed nihil refert hoc ad id, quod agimus.

Est igitur iugum Crabrasiae promunturium *Cap Oropesa*. Nimirum Crabasia oppidum, quod ex Hecataeo traditum accepimus, non ita longe ab illo afuit. Periplus auctor satis habuit iugum memorasse. Müllenhoff vult ex Stephano apud Avienum 'Crabasiae' scribi pro 'Crabrasiae': id utique apertum est alterum nomen cum altero esse comparandum. Videmus autem hic quoque, quam bene Hecataeum et illustret Avieni periplus et confirmet³⁾.

1) Cf. Müllenhoff p. 169. Unger p. 252. Sonny p. 52.

2) Hanc coniecturam Unger tanquam suam protulit. Cf. Sonny p. 52 n. 4.

3) Mirum in modum Klausen, quanquam ipse Avieni locum attulit, adiungit populum videri eundem atque Carpesios, gentem validissimam in media paeninsula habitantem circa Toletum, quos memorat Polybius III 14 (ex eo Stephanus s. v. *Καρπησιοί*; cf. Niese p. 19 sq.), qui solent alias

Iberi.

Ad lemmata, ut promisso stem, examinanda accedo. Quae si ipsa ex Hecataeo hausta sunt, est inquirendum, num, quae adhuc de singulis nominibus eruimus, convenient cum memoria Iberum.

Gentes paeninsulae, quae postea Hispania vocabatur, initio et ipsarum et terrae communi carebant nomine. Affero ipsa verba Polybii III 37, 10 sq.: τὸ δὲ λοιπὸν μέρος τῆς Εὐρώπης ἀπὸ τῶν προειρημένων ὄρων τὸ συνάπτον πρὸς τε τὰς δύσεις καὶ πρὸς Ἡρακλείους στήλας περιέχεται μὲν ὑπὸ τε τῆς καθ' ἡμᾶς καὶ τῆς ἔξω Θαλάττης, καλεῖται δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἕως Ἡρακλείων στήλων Ἰβηρία, τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην προσαγορευομένην κοινὴν μὲν ὀνομασίαν οὐκ ἔχει διὰ τὸ προσφάτως καταπτεῦσθαι, κατοικεῖται δὲ πᾶν ὑπὸ βαρβάρων ἔθνων καὶ πολυανθρώπων, ὑπέβων ἡμεῖς μετὰ ταῦτα τὸν κατὰ μέρος λόγον ἀποδώσομεν. Cf. etiam Characis fr. 5 (FHG III p. 637): τὴν δὲ Ἰσπανίαν Ἕλληγες τὰ πρῶτα Ἰβηρίαν ἐκάλουν οὕτω ξύμπαντος τοῦ ἔθνους τὴν προσηγορίαν μεμαθηκότες, ἀλλ' ἀπὸ μέρους τῆς γῆς, ὃ ἔστι πρὸς ποταμὸν Ἰβηρα καὶ ἀπ' ἐκείνου ὀνομάζεται, τὴν πᾶσαν οὕτω καλοῦντες.

Ex priscorum autem Graecorum usu nomen, quod cum Ibero fluvio cohaeret, duas habebat significationes:

1) alteram latiore, quae ad terram potissimum spectabat: Iberia complectebatur regionem a Rhodano ad occasum solis patentem (cf. supra p. 71 sqq.).

2) alteram angustiore, quae ad populum potissimum spectabat: Iberi appellabantur, qui partem paeninsulae orae orientalis apud Iberum flumen obtinebant.

De termino horum Iberum, qui quidem spectet ad septentriones, supra (p. 71 sqq.) verbosius disserui; quatenus autem meridiem versus ex usu scriptorum porrecti fuerint, accura-

Carpetaei nominari. Quid haec gens vel maxime mediterranea ad iugum illud in altum prominens? Equidem non intellego.

tissime omnium docet Avienus vel eius periplus: a Cano fluvio, qui prope promunturium *Cap de la Nao* mari illabitur, exordium capiunt (cf. p. 134 sqq.). Quocum optime consentit Ephorus, cum Scymnus v. 199 post Libyphoenices et Tartessios Iberum faciat mentionem. Quo revocanda sunt praeterea Scylacis (2) verba: τῆς Εὐρώπης εἰς πρῶτοι Ἴβηρες Ἰβητίας ἔθνος, ubi singularis Iberum gens latiori terrae significationi opponitur; denique Characis ille locus, quem modo attuli. Contra a ceteris Hispaniae orae partibus a promunturio *Cap de la Nao* ad meridiem et occasum sitis excludebatur nomen Iberum; propria potius nomina gentium afferebantur ut Mastienorum Elbysiniorum Tartessiorum. De hac re et de Herodori Iberica natione Avienique illa Iberia, quae cum meridionali Ibero fluvio conecitur, supra (p. 118 sqq.) dictum est.

Postea cum Ligures usque ad Pyrenaeos sedes prolata-vissent, terrae Iberiae significatio pertinebat ad orientalem oram Pyrenaeo monte et columnis terminatam; quod habes comprobatum iam apud Scylacem (2), qui paraplum Iberiae a columnis usque ad Emporium septem dierum esse indicat (cf. Avien. 562 sqq.), et Polybii illo aperto testimonio III 37 (cf. etiam III 17, 2). Contra interiores paeninsulae partes atque eae potissimum, quae ad occidentem vergebant, attribuebantur Celtis; cf. Ephor. fr. 43 ap. Strab. IV 199. Scymn. 165 sqq. Eratosth. fr. III B 123 ap. Strab. II 107. Romanorum denique dominationis temporibus, ex qua tota terra ex tenebris magis magisque ad lucem evocabatur, Iberiae nomen adhibebatur ad denotandam totam paeninsulam, quae usque ad Pyrenaeum montem patescebat, ut idem valeret atque Hispaniae; cf. Artem. ap. Steph. Byz. s. v. Ἰβητιαί. Strab. III 166¹⁾).

Quid haec ad Hecataeum? Iberiae nomine num etiam Hecataeus ita usus sit, ut Rhodanum pro termino haberet et constitueret, nescimus. Permirum sane esset, si gravissimus

1) De diversis his nominis significationibus cf. Baumstark PRE vol. III p. 1388. 1392. Ukert II 1 p. 244 sq. 248 sqq. II 2 p. 14 sq. 52. Forbiger p. 4. Kiepert, *Alle Geographie* p. 481.

ex vetustis geographicarum rerum scriptoribus apud Strabonem III 166, undecumque illa notitia manavit, exclusus aut non respectus esset. Sed cum Mastienos Elbestiosque propriis nominibus afferret, fortasse etiam Tartessios, et certe ab Iberis discerneret, ipse quoque noverat hos Iberos eorumque sedes plane eidem orientalis orae parti assignavit atque alii priscae aetatis scriptores. Quod demonstrant aperte haec ipsa quatuor fragmenta.

Κραβασία πόλις Ἰβήρων (fr. 13) prope promunturium *Cap Oropesa* sita (cf. p. 146) apprime convenit cum sedibus, quas habent Iberi apud Avienum Scymnumque.

Ἰλαραυγάται οἱ Ἰβήρες (fr. 14): haec verba nimirum ita intelleges, ut *Paraugatas* non tam eosdem atque Iberos ex Hecataei mente fuisse sumas quam — cum haec explanandi ratio procul dubio aut Stephano aut epitomatori imputanda sit — unam ex Iberum gentibus haud secus atque *Edetanos*, de quibus subinde dicam. Recognosce autem, quae supra (p. 117) de *Ilergetum* finibus exposui: iam concedes non abhorere *Paraugatas* ab angusta notione, quam alii auctores Iberum nomini indere consueverant.

Ἐσθητες ἔθνος Ἰβηρικόν (fr. 11), qui ex posteriorum scriptorum testimoniis a *Sucrone* fere flumine initium capiebant (cf. p. 132), non minus egregie congruunt, si modo ethnicum illud Stephani *Ἰβηρικόν* — idque admodum mihi videtur veri simile — ad eandem angustiore gentis notionem spectat Iberumque ex mentione, quam in periegesi factam repperit, lemma ita conformavit Stephanus, ut adiectivum *Ἰβηρικόν* substitueret. Avieni vero de *Edetanis* et *Ilergetibus* silentium, quod inde habet explicatum, quod peripli auctor non memoravit nisi commune Iberum nomen, quanquam etiamtum utraque gens certe exstabat vigebatque, et ipsum comprobatur Hecataeum recte et hos et illos Iberis annumeravisse.

Σικάνη πόλις Ἰβηρίας (fr. 15) denique, si terrae Iberiae nomen respicis, utique videlicet quadrat. Attamen hic quoque multo veri esse similis duco hanc lemmatis formam a Stephani manu esse profectam, qui, cum scriptor gentem nomi-

naverit, terrae potius nomine usus est. Quodsi Hecataeus Sicanam urbem in periodo Iberis ascripsit, videas eximium consensum et cum aliis de Iberum sedibus testimoniis et cum Avieno, qui Iberum civitatem fuisse Sicanam Sicanumque fluvium Iberos accoluisse indicat (cf. p. 134).

Quapropter cum haec quattuor fragmenta evidentissime cum ceteris priscae aetatis testimoniis conspirent, sat manifestum est opinor de his quidem nec ob lemmata nec omnino quemquam subire posse dubitationem.

De Iberis disputationem anticipavimus: quae restant, admodum incerta sunt atque ambigua.

Misgetes.

fr. 12 ap. Steph. Byz. s. v. *Μίσσητες ἔθνος Ἰβήρων*. *Ἐκαταίος Εὐρώπη*.

'Sunt ignoti' annotat Klausen. Ac ne suspicionem quidem de eis in medium proferri posse dicit Müllenhoff p. 168. De terminatione nominis cf. p. 133 sq.

Hyops. Lesyrus.

fr. 16 ap. Steph. Byz. s. v. *Ἰοψ πόλις ἐν Ἰβηρίᾳ χερρονήσου*. *Ἐκαταίος Εὐρώπη*. "μετὰ δὲ Ἰοψ πόλις, μετὰ δὲ Λεουρὸς ποταμός." τὸ ἐθνικὸν Ἰόπιος ἀπὸ τῆς γενικῆς.

Prona est primo aspectu suspicio hanc cherronesum Hecataei comparandam esse cum Avieni loco, quem supra (p. 145 sq.) tetigi, v. 491. At iam Müllenhoffio p. 169 illud scrupulum excitavit; nec omnino apud Avienum de cherroneso aliqua agi vidimus, sed de urbe Cherroneso, cuius meminit Strabo 1).

Suspicari ausus est Unger p. 275 n. 73 huc referendam esse lingulam in ea Galliae orae maritimae parte sitam, quam

1) Quanquam — id quod sero animadverti — Müller ad Ptol. p. 186 existimat Hyopem urbem in paeninsula (ἐν Ἰβηρίας Χερσονήσῳ?) sitam esse ipsam illam urbem Cherronesum (*Peñiscola*), Lesyrum autem eum fluvium, qui hodie dicitur *Miares*. Est vix probabilis coniectura.

describit Avienus v. 614 [610] sqq. Lesyrum fluvium esse Ledum (hodie *Léz*); non alienum videri pagum Lesuram Plinii XI 240, qui distinguendus esset a monte Lesora (*Lozère*). Hac de re ei non astipulor. Nec enim video, cur negetur pagum cum Lesora (monte Apollin. Sidon. carm. 24, 44) cohaerere; immo Plinii loco Gabalici pagi mentio statim annectitur; in Lesorae autem montis regione habitabant Gabali, quos nominant Strabo IV 191. Ptol. II 7, 16 [11]. Caes. bell. Gall. VII 7. 64. 75. Plin. IV 109. Apollin. Sidon. carm. 24, 23 ¹⁾. Concidit haec confirmatio. Ac Lesyri Ledique nominum similitudo tam tenuis est, ut viri docti coniectura paene omni certo fundamento careat.

Attamen in omni obscuritate nominum clarissimum elicitur indicium genuinae originis ex ipsius logographi verbis itidem ut in Sixo oppido a Stephano vel ab epitomatore servatis. Multa huius pressi simplicisque dicendi generis exempla apud Stephanum invenies, si totam logographi fragmentorum seriem vel leviter recognoveris.

Crommyusa. Melusa.

fr. 17 ap. Steph. Byz. s. v. *Κρομμύουσα νῆσος Ἰβηρίας. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. τὸ ἐθνικὸν Κρομμυούσιος.*

fr. 18 ap. Steph. Byz. s. v. *Μήλουσα νῆσος κατὰ Ἰβηρίας. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. τὸ ἐθνικὸν Μηλουσαῖος.*

De his fragmentis nihil prorsus potest definiri. Non restat nisi ut bona fide credamus re vera utriusque insulae mentionem in genuino Hecataei opere exstitisse. Mirum in modum Wilsdorf p. 20 dicit Hyops Crommyusa Melusa nomina fortasse Hecataeo esse attribuenda.

4. Calatha.

fr. 3 ap. Steph. Byz. s. v. *Καλάθη πόλις οὐ πόρω τῶν*

¹⁾ Hoc rectius statuunt Ukert II 2 p. 93. 266. Forbiger p. 87. 119 et PRE vol. IV p. 940. Müller ad Ptol. p. 205 sq.

Ἡρακλείων στηλιῶν. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. Ἐφορος δὲ Καλάθουσαν ἀντίρρῃσι.

Consentio cum Müllenhoffio p. 145 n.: patefieri ex hoc fragmento accuratam Hecataei notitiam, tamen quid ei faciendum sit, prorsus esse incertum.

Vetustiores Stephani interpretes ut Pinedo et Berkel quamvis dubitanter, maiore autem confidentia Marx ad Ephor. fr. 42 p. 144 et Unger p. 234 huc rettulerunt insulam *Καλάθην* Ptolemaei IV 3, 44, quam Galatam nominant Mela II 7, 120 et Plinius III 92. V 42. XXXV 202; cf. etiam Mart. Cap. VI 648 (ex Plinio III 92) et itin. Ant. 494, 7. 495, 1. 514, 4. 7. Sed praeterquam quod hic quoque Stephanus magni erroris magnaeque neglegentiae insimulandus est, qui 'ex urbibus insulas, ex insulis urbes regionesque soleat creare', expectaveris eam insulam, cum inter Sardiniam et Libycam oram sita esset nec ita longe ab hac distaret, potius in Asiae periegesi a logographo memoratam esse ut a Ptolemaeo aut, si modo in eo libro, qui *Εὐρώπη* inscribatur, in describenda Sicilia vel Sardinia ut apud Plinium: non quadrat lemma *ὁ πόρρω τῶν στηλιῶν*. Hoc recte movuit Sonny p. 46. Libeat sane cuiquam dicere eo loco, quem Stephanus excerpterit, Herculis columnas obiter commemoratas aut explicationem illam omnino ex mero Stephani arbitrio esse positam. At lubrica haec refugia esse vix potest negari.

Aliam viam ingressus Christ p. 142. 154 sq. 171 huc revocandum esse duxit Avieni illum Calacticum sinum (v. 424), qui nisi per anticipationem quandam iam ad sinum Ilicitanum pertinet, videtur esse sinus Malacitanus (cf. supra p. 104 sqq.). Quod ad formam huius nominis attinet, Meinekii quidem coniectura, qui 'Calacticum' in 'Galaticum' mutari voluit, improbabilis est¹⁾. Quod autem Unger p. 234 et Sonny p. 46 arbitrantur Christium formam 'Calathicum' ex Hecataei Calatha urbe repetitam in ipsum textum Avieni voluisse recipi, me quidem

1) Cf. vindic. Strabon. p. 39 n. — Receptam eam Müller ad Dion. Per. 338, sed refutaverunt praeter Christium etiam Müllenhoff p. 146 et Unger p. 234.

indice, si recte intellexi virum doctum, id non habuit in animo. Iudicat potius Avienum ex more et consuetudine loco vernaculi vel Phoenicii nominis 'Calathé', ut ad Graecorum sermonem adaptaret, 'Calacte' formam posuisse, qua ipsa effectum sit, ut lectores amoenitatem litoris cogitatione fingerent. Nec igitur opus erat 'coniecturam' illam reici, quia correpta syllaba metro repugnaret; quod vero Unger adiecit, si longa esset syllaba, Hecataeum scripturum fuisse *Καλάθη*, ne debebat quidem sic argumentari; nam *Καλήθη* nomen, quod exhibet Stephanus, non evidenter demonstrat Hecataeum *Καλάθη* formam adhibuisse: delevisset rursus Stephanus Ionismum ut delevit in Mastianis. Potius dicere potuit peripli auctorem, qui *Μασσιηνοί* forma usus est, usurum fuisse forma *Καληθηικός*. Quanquam ne id quidem, quod placuit Christio, plausum potest ferre, cum eiusmodi de causa Avienum nomina, quae in fonte reperiebat, immutavisse non iam statuere liceat.

Iam affero Sonnii verba: 'Suo iure Unger *καλακτικός* ex *καλός* et *ἀκτή* vocabulis ita, ut (*κόλπος*) *καλὸς ἀκτὰς ἔχων* valeat, recta ratione compositum esse negat. Hoc adiectivum non potest derivari nisi a nomine *Καλακτή*. Quae cum ita sint, Punicam illam urbis appellationem, quae est *Καλάθη*, a Graecis commutatam et ad sui sermonis usum accommodatam esse puto'. Sed quid tandem haec appellatio Graecorum propria? Hecataeus certe et Ephorus vel Graeci illi, quibus notitiam debebant, Punicum nomen ad sui sermonis usum non accommodarunt. Statuitur illud, quia sinum cum Hecataei urbe cohaerere item statuitur. Pro certo quidem id non licet venditare. Nescio, quid de forma nominis iudicandum sit. Si iusta est offensio Unger, sane quis potest opinari non veram esse traditam scripturam. Unger coniecit scribendum esse Malaciticum. Locorum quidem natura non obstat, quae obstare videtur Sonnio (cf. supra p. 105 sq.). Forma adiectivi sane est prorsus insolita. Hansen p. 1428 putat fortasse barbaram aliquam vocem in nomine latere paene ad Graecorum linguam aptatam.

Videmur de hoc Hecataei fragmento paene omnis admini-

culi expertes. Ephorum (fr. 42) hanc urbem novisse et Calathusam appellavisse testatur idem Stephanus. Unum est solacium.

Pauca addenda sunt de Iberia¹⁾. In altero eiusdem Hecataei libro, qui inscribebatur *γενεαλογίαι*, memorata erat ἡ γῆ τῶν Ἰβήρων (cf. fr. 349 ap. Arrian. anab. II 16, 5). Ibidem negasse Hecataeum comperimus Herculem in insulam quandam Erythiam ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης²⁾ profectum esse; abegisse potius boves ex continenti terra, quae patet ad Ambraciam et Amphilochos; eius videlicet regem fuisse Geryonem.

1) Supersedeo disputare de fragmento 2 ap. Strab. VII 299, ubi ex Hecataeo memoratur *Κιμμερίς πόλις*. Quam ad Iberiam occidentemque pertinuisse haudquaquam dilucidum fit ex Strabone. Recte hoc monuit Müllenhoff p. 119. Et Avieni loco v. 241 sqq., quo Klausen nititur, perquam est omnino dubium, num Barthii coniectura 'palus Erebea' et 'Erebi civitas' re vera sit probanda. Müller vero, cum apud Strabonem non allatum sit nisi nomen Ἐκαταίος, hoc fragmentum non Milesio, sed Abderitae vindicavit FHG II p. 388.

Fuerunt ceterum, qui Hecataei fragmentorum numerum augere conarentur. Non nego inter Stephani sectiones ad Iberiam pertinentes etiam nonnullas alias, quae auctoris testimonio carent, ut eas, quas supra (p. 89 sqq. et 114 sqq.) tractavi, fortasse sumptas esse ex Hecataeo. Velut Müllenhoff p. 168 et 177 Hecataeo aut saltem prisco cuidam scriptori ascripsit tmemata s. v. Ἰνδική et Βραχίλη (hoc quidem non sine veri specie; de additamento illo οὐτοὶ δὲ τοῖς Ἰβήρσιν ὁμοροῦσι cf. Hec. fr. 190. 193. 195); Niese vero p. 14 n. tmema s. v. Βῆλος propter verba πρὸς ταῖς Ἡρακλέους στήλαις collatis Hec. fr. 3 et 6. At haec quidem est omnium infirmissima ansa. Laudatur ex. gr. s. v. Ξήρα Theopompus (fr. 225). Nisi forte Hecataei nomen etiam hic omisit epitomator. Tam lubricus est omnino hac de re campus coniectandi, ut equidem in ea quaestione tractanda, num quid in Hecataei reliquiis insit, quod posterioris aetatis speciem prae se ferat, nolim omnia ea examinare, quae sine auctoris nomine traduntur et Hecataeo tribuuntur ex virorum doctorum coniecturis.

2) οὐδὲ ἐπὶ νῆσόν τινα Ἐρύθειαν (τῆς) ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης σταλῆναι Ἡρακλέα coniecit Grundmann, quid in elocutione Arriani Herodoto debeat. Berol. 1884. p. 41 n. 1.

II. Gallia.

Ut in universum pauca praenarrem, sedes habebant in Galliae ora, qua interni aequoris sinus inflectitur, priscis temporibus in Iberum vicinia Ligyes, quorum ager Graecis audiebat *Λιγυστική*. Non mirum, quod et gentis et finium nomen etiam in Hecataei fragmentis offendis (fr. 20. 22—24): memoravit Ligyes tanquam grandem populum Hesiodus fr. 232 (Rzach) ap. Strab. VII 300; Herculem cum eis in campo Massiliae urbi finitimo dimicaturum in fabula induxit Aeschylus Prom. sol. fr. 199 ap. Strab. IV 183 et Dion. Hal. I 41; Sophocles Triptol. fr. 541 ap. Dion. Hal. I 12 praeter Oenotriam et sinum Tyrrenicum nominavit *Λιγυστικήν γῆν*; Circae epitheton *Λιγυστίας* indere libuit Euripidi Troad. 437; Ligyes habitabant *ἄνω ἐπὲρ Μασσαλίας* et Poenorum inter subsidiarios erant auctore Herodoto V 9 et VII 165; profert Thucydides VI 2 protulitque Antiochus fabulam illam confictam, ex qua Ligures Sicanos ex Iberia exturbasse perhibebantur; confirmat denique usum eorum, qui dicuntur *παλαιοί*, Strabo IV 203. Sufficiant haec vetustissima testimonia.

Iam si quaeratur, quibus cancellis eorum sedes ex antiquiorum scriptorum usu fuerint circumclusae, supra (p. 71 sqq.) multis exposui, ubinam Iberos exceperint; quod vero deest nescio quo pacto illustris Avieni descriptio, unde, quatenus in orientem pertinuerint, noscatur, succedit in locum Scylax (4), qui diserte edocet circa medium quartum saeculum Antipolim oppidum terminum fuisse, a quo inceperint Tyrreni. Ad idem fere tempus iure rettuleris (cf. p. 69), quae Scymnus v. 216 sq. exhibet: sequitur, ut idem ibi terminus statuatur. Posteriores scriptores quales eis assignaverint fines, id disserere nos longius avocat a proposito ¹⁾.

Ad singula trauseamus.

fr. 19 ap. Steph. Byz. s. v. *Νάρβων ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική. Στραβῶν τετάρτη. Μαρκιανὸς δὲ Ναρβωνησίαν*

1) Cf. Ukert II 2 p. 275 sqq. Forbiger p. 391 sqq.

αὐτὴν φησι. τὸ ἐθνικὸν Ναρβωνίτης ὡς Ἀσκαλωνίτης. ἔστι καὶ λίμνη Ναρβωνίτις ὡς Ἀσκαλωνίτις. καὶ ποταμὸς Ἄταξ. Ἐκαταῖος καὶ Ναρβαίους αὐτοὺς φησι.

Erratum est, quod apud Klausenum, quem sequitur, ut solet, Müller¹⁾, post verba ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική pro Strabonis auctoritate (cf. IV 181. 186) Hecataeus laudatur²⁾. Nihil est Hecataei nisi ethnicum illud *Ναρβαῖοι*; quod autem Stephanus dicit Ἐκαταῖος καὶ Ναρβαίους αὐτοὺς φησι, vocula καὶ haud dubie ad alteram ethnici formam *Ναρβωνίτης* revocanda est, quae debetur alii fonti — videtur epitomator hoc in memate turbationem movisse —, non ita intellegenda, quasi Hecataeus modo hanc modo illam formam adhibuerit. Quod recte annotavit Unger p. 195 n. 7. Num urbem ipsam commemoraverit, nescimus; si vero commemoravit, videtur Ἐκαταῖος forma usus esse, quod ex ethnico concluderunt viri docti³⁾.

Est autem Narbo, caput Romanorum provinciae, cui nomen indidit, sat notum⁴⁾. Atque exstabat mehercle iam prisco aevo: vetustior quam Polybius (XXXIV 6, 4 sqq. 10, 7), qui ceterum etiam Ataci propinquo flumini nomen urbis imponit (III 37, 8. 38, 2. XXXIV 10, 1), est auctor periplus Avieni (v. 587 [585]). Et miraberis Hecataeum de incolis Narbaeis in periodo verba fecisse?

Locus autem, quem modo attuli, maximi est pretii, cum praeterea aliud Milesii fragmentum detegat:

1) Cf. etiam Ukert II 2 p. 15. Dönniges, tabula orbis terrarum ex opinione Herodoti illustrata. Berol. 1835. p. 31. Contzen, *Die Wanderungen d. Kelten* p. 7. Boudard *Revue archéol.* XIII (1857) p. 354. Lenthéric, *Les villes mortes du golfe de Lyon* p. 87 sq. 194.

2) Monuit illud Müllenhoff p. 96 et Schenkelius Burs. annal. 1863. vol. XXXIV p. 233 teste D'Arbois de Jubainville *Bulletin de la Société nationale des Antiquaires de France*. 1876. p. 112 sq. Cf. *Revue archéol.* XXVIII (1874) p. 232 n. 2.

3) Cf. Müllenhoff p. 96. 186 sq. Unger p. 195. Wilsdorf p. 18.

4) Cf. Ukert II 2 p. 15. 408 sqq. Forbiger p. 127 sq. et PRE vol. V p. 411. Desjardins, *Géogr. hist. et administr. de la Gaule Romaine* II p. 218.

fr. 20 ap. Steph. Byz. s. v. Ἑλλισυκοὶ ἔθνος Λιγύων. Ἐκαταίος Εὐρώπη.

Cuius gentis nomen primum obviam fit intuenti Herodoti illum locum (VII 165), quo, quarum gentium auxiliis Carthaginienses anno 480 adiuti sint, memoriae prodit: enumerantur praeter Iberos et Ligyes Elisyci. Qui locus nimirum ita testimonium de ea gente subministrat, ut minime pendeat ex Hecataeo; quod autem Bergk, *Griech. Literaturgesch.* IV p. 271 n. 91 Herodotum Elisycorum mentionem ex logographi libro sumpsisse statuit, id improbabile est. Nam quomodo tibi finges historicum scriptorem in re gesta enarranda nomen, quod in geographicae descriptionis conexu legebat, deprompsisse et ad suum arbitrium illi gentium numero inseruisse? Idem nomen pro exemplo ab Herodiano usurpatum esse docet Theognost. II 60, 14: Ἑλλισυκος ὄνομα ἔθνους¹⁾. Cf. etiam Zonar. lex. p. 682.

At de sedibus Elisycorum quaeris: hi loci dumtaxat non discutiunt nubila obducta. Ac profecto discessere viri docti in varias mirasque sententias. Quod ne nos quoque commereamus, quam celerrime consulamus Avienum.

Post memoratum Sordum amnem (v. 574), qui hodie dicitur *Agly* vel *Gly*, et post lacunam paucorum versuum, qui continuerunt mentionem promunturii Candidi (*Cap Leucate*), ad quod ipse poeta revolvitur (v. 602 [598]), agitur de septem insulis sitis in stagnis, quae vocant *étang de Sigean* et *étang de Gruissan*. Bene explanavit, quid rei esset, Müllenhoff p. 185²⁾. Iam legimus v. 586 [584] sqq.:

1) Quod exemplum omisit Lentz praef. p. CLXXII sqq.; attulerunt Müller ad Scyl. 3 et Bähr ad Herod. l. l.

2) Cf. Unger p. 266 sq. et Sonny p. 57. — Hoc quoque loco nolim cum Sonnio facere, qui, postquam Gutschmid p. 524 brevissime rem strinxit, exponere nititur quattuor insularum mentionem ab interpolatore inculcatam esse contrariam atque peripli auctore viam ingresso. Acquiescendum est, quod tres illae maximae ante quattuor insulas memorantur nec puto hanc rem sufficere ad interpolationem evidenter demonstrandam. Nihil vero habet offensionis versus 585 [583]: 'At priscus usus dixit has

gens Elesycum prius

Loca haec tenebat atque Narbo civitas

Erat ferocis maximum regni caput.

Hic salsum in aequor amnis Attagus ruit

590 Heliceque rursus hic palus iuxta; dehinc

Besaram stetisse fama casca tradidit.

Colebant igitur illa loca stagnorum Elesyci: ita scilicet, ut Sordos exciperent fere a promunturio Candido. Nobilissimum eorum oppidum dicitur Narbo; sequuntur Attagus vel Atax fluvius (*Aude*), Helice palus (*étang de Vendres*), Besara civitas (*Béziers*), Orobis amnis (*Orb*)¹⁾. Quousque ceterum Elesycorum fines pateant, non est, quod disertim testetur. Orani flumine comperimus Iberos et Ligures intersecari: coniectare licet cum Müllenhoffio p. 191 eundem fluvium terminum fuisse Elesycorum.

Certissimum autem est hos Elesycos, quos dixit Avienus, eosdem esse atque *Ἐλισύκους* Herodoti et Hecataei; ac forsitan recte suspicatus sit Unger p. 268 n. 69 in eo peripli exemplo, quod Avienus adhibuit, *Ἐλησυκοί* pro *Ἐλισυκοί* scriptum fuisse. Longissime igitur ei aberraverunt a via, qui voluerunt nomen mutari. Qua de re conferas Wernsdorfii annotationem. Velut pravissime²⁾ coniecit Cellarius 'gensque Bebrycum prius', quod probavit Sauley *Revue archéol.* XV (1867) p. 84; ansam dedit Tzetz. ad Lycophr. 1305; potuit praeterea afferri Cass. Dio fr. 56, 2 ap. Tzetz. ad Lycophr. 516 coll. Zonar. VIII 21³⁾. At actum est de Bebrycibus: spectabant a Pyrenaeis ad meridiem (v. 485); nec qui Bebryces et Elisycos eosdem fuisse ratus est, dico Boudardium *Revue archéol.* XIII (1857) p. 352 sq., cuiusquam feret opinor assensum.

omnes Piplas'; sic enim, ut traditum est, legendum videtur cum Ungero et Holdero. Nam etiamsi vim 'at' coniunctionis premis, facile est rem explicare: duplex est series insularum; enumerantur seiunctim, nomine omnes septem uno comprehenduntur. Cf. ceterum Unger p. 268 n. 68.

1) Cf. de his Müllenhoff p. 186 sqq. Unger p. 268 sqq.

2) Cf. Ukert II 1 p. 483 n. 93.

3) Cf. Müller ad Scyl. 3. Unger p. 251.

Altera ex parte Avieni locus, quo accurate sedes gentis definiuntur, aptissimus est ad miras quasdam coniecturas removendas, quae de Herodoti et Hecataei Elisycis exromptae sunt. Vide annotationem Bährri ad Herod. l. l. Mitto Wesselingium, quem laudavit Marx ad Ephor. fr. 111 p. 221 n. 12: etiam quod Niebuhr, *Röm. Gesch.* I⁵ p. 41 sq. *Vortr. üb. alte Gesch.* III p. 228 statuit¹⁾ Elisycos esse Volscos, quos Scylax (9) diceret *Ἰλαοί*, ab Avieno ad irritum redigitur²⁾ non secus atque Steinii suspicio fortasse Faliscos Etruriae gentem esse cogitandos.

Porro ne Volcas quidem, qui posteriore aetate in Gallia Narbonensi sedes obtinebant, huc posse revocari recte Müllenhoff p. 187 exposuit. Immo ex luculenta peripli descriptione necessario efficitur Elisycos fuisse gentem Iberum, cum ab Orani fluvio in occidentem habitent et inde demum Ligyes exordium sumant. Quod omni vi teneamus³⁾.

Sed in hac re latere videtur difficultas. Non quin possit conciliari cum Avieno Herodoti locus, ubi Elisyci Iberum gens praeter Iberos nominantur. Etenim ne opus quidem est argutiis Unger p. 269, qui discrimen illud inde duxit exortum, quod, cum Iberi certe a Poenis ipsis mercede conducti essent, Elisyci cum Sardis Corsis Liguribus a Tyrrhenis essent arcessiti, nixus scholio Pind. *pyth.* 2, 3 (Timaeus fr. 89): puto potius omnino non ita magnam excire offensionem, quod una ex universo Ibericarum gentium numero evellitur et tanquam si suae sit potestatis suaeque originis, Iberis apponitur; idque bene convenire cum vi et gravitate, quam peripli auctor — nisi

1) Cf. etiam Bergk l. l. et Kärst Burs. *annal.* 1889. vol. LVIII p. 317.

2) Niebuhrium impugnavit iam Dönniges l. l. p. 33; impugnaverunt etiam Bobrik, *Geogr. des Herodot.* p. 112 et Wheeler, *the geography of Herodotus.* London 1855. p. 176 n. 3, nisi quod Hecataeum cum Avieno confuderunt.

3) Recte illud tenent Müllenhoff p. 187 sq. Unger p. 268. Busolt, *Griech. Gesch.* I p. 288 n. 1. Non recte iudicat D'Arbois de Jubainville *Revue archéol.* XXVIII (1874) p. 232 sq. nec iure pendet animi Desjardins II p. 42 cum n. 1.

forte Avienus — eorum capiti tribueret, lepide monuit Müllenhoff p. 187. Sed multo gravius est, quod cum Avieno non concinit Hecataeus: hic Elisycos dixit Ligyes, Iberi sunt apud illum. Nec levat discrepantiam saeculum, quod inter logographum et peripli auctorem interest: huius aetate pertinebant Ligures usque ad Oranim, postea Scylacis Ephorice temporibus ad Pyrenaeum montem; ergo cum ille periodum conderet, ab ea regione erant alieni, quam secundum Avienum tenent Elisyci. Sequitur, ut Hecataeus falsa tradiderit. At veri est simillimum illud *Λιγύων*, quod in Stephani lemmate deprehenditur, omnino non esse Hecataei. Quod cum recte sentiret Unger p. 268 sq., tamen id mihi non persuasit posteriorem quandam scriptorem ab ethnicographo adhibitum esse, qui totam Galliae oram meridiei obversam Liguriam appellavisset. Neglegentia potius rursus se obstrinxit excerptor ille neglegentissimus. Mentio erat facta apud Hecataeum in eius ipsius loci, quem respexit Stephanus, contextu Ligyum; neque id mirum, cum apud Avienum Ligyes subsequantur Elisycos. Quare accidit, ut Stephanus illis uteretur ad horum nomen definiendum itaque plane aliud lemmate indicaret atque logographus in periodo prodiderat. Ceterum nihil moror, si quis hoc modo rem malit expedire. Testem induxerat Stephanus ante Hecataei auctoritatem Herodotum, qui post Ligyes subinde Elisycos memorat: hinc ementitus erat Stephanus Elisycos esse *ἔθνος Λιγύων*. Herodoti autem nomen omisit breviator.

Haec secum prius reputet velim, quam aliquis hoc fragmentum ab Hecataeo abiudicet assignetque recentiori aetati, qua Elisyci dici potuerint Ligyes: nos opinor cavebimus, ne fragmentum superstitiosi libidini obiciamus condonemusque.

fr. 22 ap. Steph. Byz. s. v. *Μασσαλία πόλις τῆς Λιγυστικῆς κατὰ τὴν Κελτικὴν, ἄποικος Φωκαέων. Ἐκαταῖος Εὐρώπη.*

Massiliam notissimam Ligysticae urbem ¹⁾ anno a. Chr. n. 600

1) Cf. Ukert II 2 p. 15. 422 sqq. Forbiger p. 134 sq. Desjardins II p. 140 sqq.

a Phocaeensibus conditam ab Hecataeo non modo potuisse ut ab Herodoto V 9 et Antiocho fr. 9 apud Strab. VI 252 et aliis prisciis scriptoribus, sed etiam debuisse in continua orbis descriptione utpote clarissimam eius regionis coloniam Graecorum commemorari elucet. Nec minus patet lemma Stephani πόλις τῆς Λιγυστικῆς, si modo, quod sane valde veri simile, ex ipsa logographi periegesi fluxit, cum eis, quae supra (p. 155) de Liguribus disputavi, nequaquam pugnare.

Sed verba κατὰ τὴν Κελτικὴν: quid hoc rei est? Hecataei temporibus Celtarum memoria a meridionali Galliae ora prorsus abhorrebat. Invenimus quidem apud Livium V 34 sq. primum Gallorum transitum Alpium relatum ad idem tempus, quo Massilia fundari coepta sit, nempe ad Tarquinii Prisci aetatem. At aliorum est narratio Gallos fere initio quarti saeculi Alpes transgressos postea deinceps Romam cepisse urbem ¹⁾; quod autem Livius l. l. tradit, ex quo movit dubitationem clarissimus vir Niebuhr, *Röm. Gesch.* II⁴ p. 637 sqq. *Vortr. üb. alte Gesch.* III p. 227 sq., tametsi non deerant, qui existerent defensores ²⁾, suspectum est et incredibile ³⁾. Quod vero Unger *Sitzgsber. der bayer. Akad.* 1876. p. 548 sqq. nixus praecipue loco Plutarchi Cam. 15 Livii relationem ita enodare studuit, ut, cum circa annum 600 Bellovesi manus in meridionalem Galliae plagam migrasset, Alpes autem traiecissent Galli ducentis fere annis post, duas has res Livii loco perperam unius anni cursu comprehensas esse sumeret: impugnavit suo iure virum doctum Sonny p. 15 sqq. Non demonstravit certe

1) Cf. Heracl. Pont. ap. Plut. Cam. 22. Diod. XIV 113. Dion. Hal. XIII 10 sq. App. Celt. 2. Liv. V 33 coll. V 17. Iustin. XX 5. XXIV 4. cf. Plin. XII 5. (Polyb. II 17 sq.).

2) Cf. Lachmann, de font. histor. T. Livii commentatio prior. Gotting. 1822. p. 22 sq. Müller-Deecke, *Etrusker* I p. 141 sqq. Duncker, Orig. German. p. 9 sqq. Nissen, *Ital. Landeskunde* I p. 476 sq.

3) Cf. Zeuss, *Die Deutschen und die Nachbarstämme* p. 165. Contzen, *Die Wanderungen d. Kelten* p. 102 sqq. Mommsen, *Röm. Gesch.* I⁷ p. 326 sqq. Lewis, *Untersuchg. üb. d. Glaubwürdigkeit d. altröm. Gesch.* I p. 154 sqq. II p. 273 sqq. Müllenhoff II p. 247 sqq. Niese *Gött. Gel. Anz.* 1895. I p. 247. Sonny p. 15.

ille anno 600 re vera Gallos eas regiones incoluisse, quas hodie vocant *Provence* et *Dauphiné*. Obstat autem certissime testimonium Herodoti, ex quo Celtæ non habitabant nisi in extrema Hispania (II 33. IV 49), prope Massiliam autem Ligures (V 9); obstat, quod nec apud Aeschylum nec in fabula ipsius regionis propria Hercules cum Celtis certans inducitur. Porro non neglegendum anno 480 in Carthaginiensium copiis Celtas deesse; immo quarto demum saeculo Gallorum mercennarii in alienarum gentium exercitibus comparent militantes. Quin etiam Scylax et Scymnus enumerant non Celtas, sed Ligures. Ergo ab litore etiamtum illi erant remoti idque eo magis Herodoti Hecataei que temporibus ¹⁾).

Itaque consentaneum est Hecataeum de Celtis tanquam maris interni accolis nihil scire potuisse. Quanquam perversum est hoc fragmentum in dubium vocare, quia propter Celticae mentionem inferiorem aetatem resipiat. Prodeat in ius Stephanus: tamen nunc quidem non tam negligentiam quam temeritatem crimini ei vertemus. Recte vidit iam Müllenhoff p. 96, cui assentiuntur Sonny p. 18 n. 2 et Wilsdorf p. 5, ea verba quasi ipsa ostendere accuratioris explicationis causa sese esse annexa. Convictus est credo ille exemplis eiusmodi rationis lemmata conformandi; de vulgari terrae nomine agitur: et dubitabimus eandem hic Stephani licentiam statuere?

fr. 23 ap. Steph. Byz. s. v. *Μόνοικος πόλις Λιγυστική. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. τὸ ἔθνηκὸν Μονοίκιος.*

fr. 24 ap. Steph. Byz. s. v. *Ἀμπελος πόλις τῆς Λιγυστικῆς. Ἐκαταῖος Εὐρώπη.*

Ampelus urbs plane latet tenebris circumfusa. Non potest dubitari de Monoeco: erat oppidum Ligysticae orae portu et templo 'Herculis Monoeci' nobile: dicunt hodie *Monaco*. Vocatur *Μονοίκου λιμὴν* a Strabone IV 201 sq. et Ptolemaeo III 1, 2²⁾); apud Latinos scriptores 'portus Herculis Monoeci'

1) Cf. de his imprimis Müllenhoff I p. 178 sq. 232. II p. 239 sq. Sonny p. 18.

2) Quem perperam distinguere inter *Μονοίκου* et *Ἡρακλέους λιμένα*

(Plin. III 47. Tac. hist. III 42). Cf. etiam Verg. Aen. VI 830 et Servium ad h. l. Lucan. I 405 sqq. Sil. I 586. Val. Max. I 6, 7. Amm. Marc. XV 10, 9. Mamertin. genethl. Maximiani 4. itin. Ant. p. 503, 4. 5.

Liguriae igitur Monoecum Hecataeus tribuit, si Stephani lemma ei debetur. Iam si quid licet ex Scylacis periplo concludere de Hecataei aetate, cum Monoecus ab Antipoli orientem versus sita esset, non quadrare videtur Stephani explicatio. Nec vero multum huic rei tribuendum censeo. Nam etiamsi logographus non de Liguribus tantum verba fecit, sed re vera Monoecum appellavit πόλιν Λιγυστικήν, non ita mirum est, quod is, qui illarum regionum notitiam aliis videtur debuisse, terrae Liguriae ampliores fines ascripsit, praesertim cum auctore Strabone paulo plus ducentis stadiis ab Antipoli distaret Monoecus.

Restat alia quaestio, quam non plane velim praeterire. Habet de Monoeco Strabo IV 202 extr. haec: ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος καὶ μέχρι δεῦρο διατείνειν ὁ Μασσαλιωτικὸς παράπλους. Itaque Monoecum extremam Massiliensium coloniam fuisse cum alii existimavere tum Sonny p. 78 (cf. ann. 1) qui eandem coniecturam propter Graecum nomen de Ampelo oppido amplexus est. Iam deliberemus haec. Antipolim terminum Ligurum fuisse Scylax testatur. Secundum Scymnum (v. 216) autem Ephori aetate Antipolis erat ultima urbs Massiliensium:

ἔτεν μετὰ ταύτην Ταυρόεις καὶ πλησίον
πόλις Ὀλβία ἀντίπολις αὐτῶν ἑσχάτη.

Nam meo quidem iudicio ex toto loci conexu dilucide perspicitur pronomem αὐτῶν necessario de Massaliois intellegendum esse, non de Liguribus¹⁾. In Scylacis periplo post memoratam Massiliam coloniarum mentio excidit, quae perfacili negotio ex Scymno expleta est: Ταυρόεις Ὀλβία Ἀντίπολις sive Ἀντιον: iam cum de ora, quae ad Antipolim usque per-

inducant Forbiger p. 394 n. et Müller ad Ptol. p. 322; aliter Mommsen CIL V p. 908 et Desjardins II p. 181 sqq.

1) Hoc quidem legitur apud Müllerum in interpretatione Latino sermone expressa; sed ne haesitare quidem hac de re licet cum Wilsdorfio p. 10.

tinet, agatur et inde a § 5 demum transitus fiat ad Tyrreniam, apparet etiam in Scylacis descriptione Antipolim extremam Massaliotharum urbem accipiendam esse. Quocirca, cum Monoecus iam Hecataeo innotuisset, coniecit Sonny p. 78 postea Gallici impetus tempestatibus Massaliothas per Ligures ea colonia esse orbatos idemque de Ampelo coniecit, quae urbs omnino a solo videtur ablata. Resolveretur sane sic dubitatio, num Monoecus in Hecataei periegesi potuisset nominari, dummodo ne apud Scylacem Ligurum quoque terminum Antipolim oppidum esse legeremus. Quod non videtur cum Sonni ratione convenire.

Atque etiam amplius procedamus. Etenim cum Monoecus ultima colonia fuisset, concluderunt quidam viri docti quattuor reliquas urbes, quae inter eam Massiliamque ipsam interiectae fuissent, Tauroenta Olbiam Antipolim Nicaeam conditas esse ante Monoecum ¹⁾. Necessaria sane non est haec conclusio. Attamen rursus Sonnio p. 79, quem in hac re fere totus Wilsdorf p. 26 sequitur, id nolim concedere Tauroenta Olbiam Antipolim nondum existitisse Hecataei temporibus, quia Stephanus s. v. *Ταυρόεις* non Hecataeum in testimonium vocaret, sed Artemidorum. Ex silentio ducta est coniectura ob eam ipsam rem admodum fragilis. Quis autem est, qui contendat Stephanum unumquodque oppidum ex Hecataei libro recepisse vel quodvis nomen vetustissimi cuiusque scriptoris auctoritate comprobavisse? Et altera ex parte quis pro certo negabit interdum Hecataei testimonium a breviatore esse praetermissum? Velut ex. gr. s. v. *Ὀλβία πόλις Αἰγυπτιακή*: quod lemma ut optime opinor concinit cum sectionibus, quas tractamus, ita longe recedit ab ea explicatione, quam s. v. *Ταυρόεις* appinxit Stephanus usus teste Artemidoro. Nicaeam veri est simillimum post Ephori Scylacisque demum aetatem a Massiliensibus conditam esse. Quae si reputaveris, num re vera extra dubitationem est Monoecum, quam iam Hecataeus noverat, ab ipsis Massiliensibus esse conditam? Nomen autem illud

1) Velut Duncker, *Gesch. d. Altertums* VI^s p. 300. Müllenhoff p. 177.

Graecum nonne bene explicatur commercio, quod Massilienses cum ora illa colebant? Id certe nulla re indicatur Monoecum oppidum Hecataei aetate non exstitisse.

fr. 21 ap. Steph. Byz. s. v. *Νύραξ πόλις Κελτική. Ἐκαίσιος Εὐρώπη. τὸ ἐθνικὸν Νυράσιος ἄς παρὰ τὴν Νάρκκα Ναρύσιος.*

Cuius oppidi definiendi omni caremus indicio. De lemmate *πόλις Κελτική* nimirum eadem valent, quae supra (p. 161 sq.) de fragmento 22 disputata sunt: hoc loco ambiguum est, utrum Stephano debeat an ante Hecataei nomen quaedam exciderint. Id ipsum disserens ex Hecataei fragmentis non posse concludi logographum Celtas novisse Müllenhoff p. 96 negat nomen *Νύραξ* comparandum esse cum Norici oppido Noreia. Quod quidem recte sine dubio; nec tamen video, quid redundet auxilii ex ea sententia, ad quam vir doctus inclinat: nomen existimat spectare ad Noram urbem ab Norace Ibero in Sardinia exstructam. Quid sibi velit lemma *πόλις Κελτική*, male perapicitur.

Confecimus iter feliciter ut opinor: vidimus partim certam partim admodum probabilem fidem esse testimoniorum, quae Hecataei auctoritatem prae se ferunt: at nullum repperimus indicium, quod vere subditivam originem proderet.

INDEX.

- Abdera 36. 87. 91.
Aeschylus 71 sqq. 125. 155. 162.
Agatha 42 sq. 71.
Agrippa 36.
Alebus 134. 137.
Ampelus 162 sqq.
Anacreon 95. 109.
Anas 97 sqq. 122.
Antiochus Syracusanus 142 sqq. 155.
161.
Antipolis 155. 163 sq.
Apollodorus 7. 20 sq. 142 n. 1.
Arauris 73.
Arcadius 87. 110.
Arganthonius 95. 108 sqq.
Aristophanes 109.
Aristoteles 92. — (95. 106).
Artemidorus 42. 56. 69. 125. 148. 164.
Aryium iugum 99.
Asclepiades Myrleanus 120 sqq.
Atax s. Attagus 156. 158.
Avieni Descriptio orbis 64. 94 sq. 135.
Avieni Orae maritimae fons est ve-
tus periplus 32. qui totius maris
interni descriptionem continebat
76 sqq. cuius auctor num fuerit
Massiliensis natione 67. 77 sq. quo
tempore periplus conditus esse vi-
deatur 44 sqq. quae ratio inter-
cedat inter Avienum vel eius peri-
plum et Sallustum et auctores,
qui in exordio laudantur 75 sqq.
num interpolator quaedam peripli
descriptioni admiscuerit 33. 35. 60.
62 sqq. 97 sqq. 121 sqq. 134 sqq.
139 sqq. 157 n. 2. Avienus non-
nulla ipse addidit 34. 61. 62 sqq.
122. 134 sqq. alia nomina substi-
tuit 62 sqq. Mülleri sententia de
poemate concepta 32. 119 sqq. 122.
126 sqq. 133. 141 n. 1.
Baleares 134 sqq.
Barbetium iugum 104 sq.
Bastetani 28. 38 n. 1. 86. 112.
Bastuli 28. 38 n. 1. 86.
Bebryces 119. 145. 158.
Besara 158.
Besilus 39 sq. 102. 104.
Calacticus sinus 36. 102 sqq. 152 sq.
Calatha insula 152.
Calatha urbs 151 sqq.
Calathusa 152 sqq.
Candidum promuntarium 157 sq.
Canus 134 sqq. 148.
Carteia 64. 93.
Carthaginienses quas Hispaniae re-
giones occupaverint 34 sqq. quando
in Hispaniam arma transtulerint
41 sqq. 45 sqq. eorum Gaditana ex-
peditio 49 sqq. primum foedus cum
Romanis pactum 51 sqq. alterum
foedus 29 sq. 106 sqq. bellum cum

- Massaliotis 53 sqq. 65 sqq. mercen-
 narios ex Iberia asciverunt 31. 47 sq.
 Carthago Nova 37. 108 n. 1.
 Celciani 28. 37. 39 n. 2. 74. 118.
 Celtarum incursio 70. 75. 161 sq.
 quas Hispaniæ regiones obtinuerint
 148. 162. num in Avieni periplo
 memorati fuerint 44 n. 1. 70. non
 ab Hecataeo nominati sunt 156.
 161 sq. 165.
 Celtiberi 42. 132.
 Celtica regio apud Ephorum 62.
 93 n. 1. 148.
 Cempai 96. 100 sq. 133.
 Cherronesus urbs 145 sq. 150.
 Chryseus 34 sqq. 102. 104 sq.
 Cilbici 38 sqq. 102.
 Cilbus 39 sq. 102.
 Cimnice regio 70.
 Cimmeria urbs 154 n. 1.
 Clachili 70.
 Crabasia 145 sq. 149.
 Crabrasiae iugum 145 sq.
 Crommyusa 151.
 Cynetes 29. 46. 97 sqq. 133 sq.
 Cyneticum iugum 97 sqq.
 Daliterni 70.
 Damastes 75 sqq.
 Dera 141 n. 2. 145.
 Diodorus 31. 47 sq. 53. 93. 96. 110.
 142 sq.
 Dionysius Periegetes 64. 94. 135.
 Eboræ 82 sqq.
 Edetani 116. 131 sqq. 149.
 Elbestis. Elbysinii 27. 30 sqq. 34 sqq.
 38 sqq.
 Elesyci 158.
 Elibyrga 110 sqq.
 Elisyci 48. 71 n. 1. 157 sqq.
 Emporium 60. 68 sq. 72. 148.
 Ephorus quid secundum Scymni peri-
 egesin prodiderit de Bebrycibus 119.
 145. de Celtis 62. 93 n. 1. 148. 162.
 de Iberia 71 sqq. de Iberis 96. 148.
 cf. 141 n. 3. — 143 n. 1. de Liby-
 phoenicibus 34 sq. 60. 62. de Li-
 guribus 71 sqq. 155. de Maenaca
 55. 62. de Massiliensium coloniis
 60 sq. 68 sqq. 163. de Tartessiis
 96. 102. 106. de Tartesso 93. cf.
 92 n. 3. alia testimonia 48. 152 sqq.
 Eratosthenes 94. 96. 112. 143 n. 3.
 148.
 Erythia 35. 50. 154.
 Etmanei 100 sq. 113. 120. 133.
 Euctemon 35. 48. 75 sqq.
 Euripides 155.
 Euthymenes 59.
 Ex 82.
 Falisci 159.
 Fecyena arx 73.
 Gabali 151.
 Gades 35. 49 sqq. 64. 78. 93 sqq.
 99 sq. 121.
 Galata 152.
 Gletes 28. 46 sq. 103. 117 sqq. 123 sqq.
 134.
 Gymnesia 134 sqq.
 Gymnetes 61. 134 sqq.
 Hanno 51.
 Hecataeus Abderites 154 n. 1.
 Hecataei Milesii admirabilis notitia
 regionum, quae ad occasum spec-
 tant 87 sqq. quae ratio inter eum
 et Avieni Oram maritimam inter-
 cedat 41 sqq. 75 sqq. 80.
 Helice palus 158.
 Hellanicus 75 sqq.
 Hemeroscopium 42. 56 sqq. 60 sq.
 68 sqq. 134 sqq. 139.
 Herculis Monoeci portus 162 sq.
 Herna 106.

- Herodianus** 81 sq. 86 sq. 110. 142 n. 1. 157.
Herodorus 28. 37. 45 sqq. 71 sqq. 88 sqq. 118 sq. 126 sqq.
Herodotus qualem habeat occidentis regionum notitiam 88. eius testimonia de Celtis 162. de Elisycis 71 n. 1. 157. 159. de Himerensi pugna 48. 155. 157. 159. de Liguribus 155. 162. de Massilia 161 sq. de Phocaeensium rebus 55 sq. 108 sqq. de Tartesso 92 sqq. 108 sqq.
Hesdetes 131 sqq. 149.
Hesiodus 155.
Himilco 51. 76.
Hispalis 101. 114.
Hyops 150 sqq.

Iberi 116 sqq. quos fines habuerint 71 sqq. 134 sqq. 147 sqq. quae opida 61. 134 sqq. quid Herodorus de eis prodiderit 46. 74. 96. 118. a Poenis mercede conducti 31. 47 sq. 157 sqq. in Siciliam transmigravisse feruntur 142 sqq.
Iberiae nomen quas habuerit notiones 71 sqq. 123 sqq. 147 sqq. spectat etiam ad australes Hispaniae regiones 121 sqq.
Iberus fluvius qui ad meridionalem Hispaniae partem spectat 39. 97 sqq. 118 sqq.
Ibylla 114 sqq.
Igles 117. 120. 123 sqq.
Ilaraugatae 116 sq. 129 sqq. 149.
Ilaraugates fluvius 130.
Ileates 46. 100 sq. 118. 120. 126 sqq.
Ilercaones 116 sq. 130 sq. 132.
Ilerda urbs ad Sicorim sita 117. 130 sq. 139 sqq.
Ilerda urbs in Sucronis regione sita 61. 134 sqq. 139 sqq.
Ilergetes 116 sqq. 149.

Iliberris 110 sqq.
Ilipa 114 sqq.
Ilipula 115.
Iliturgi 111. 113 sq. 117.
Iurgia s. Ilurgis 111. 117.
Iuba 76.
Iustinus 49 sqq. 53 sqq. 94.

Ledum 73. 151.
Lesora 151.
Lesura 151.
Lesyrus 150 sqq.
Libyphoenices 34 sqq. 66 sqq.
Ligures 155 sqq. eorum fines 71 sqq. 155. in Poenorum exercitu militantes 48. 155 sqq. Sicanos ex Iberia depulisse traduntur 142 sqq. 155.
Ligustinus lacus 101. 143 n. 3.

Maenaca 54 sqq. 60 sqq. 66 sq. 82 sq.
Maenoba 85 sqq.
Maenobora 82 sqq. 87 sqq.
Malaca 36. 62 sqq. 102 sqq.
Malacitanus sinus 105 sq. 152 sqq.
Massia 29.
Massiani s. Massieni 29. 34 sqq. 37 sqq. cf. 108 n. 1.
Massilia 160 sqq.
Massiliensium res exponuntur 53 sqq. 65 sqq. eorum coloniae ab urbe ad orientem sitae 163 sqq.
Mastia 29 sq. 107 sqq.
Mastiani s. Mastieni 27 sqq. 41 sqq. 80 sqq.
Mastrabala 77 n. 1.
Melusa 151.
Misgetos 134. 150.
Molybdina 86 sqq.
Monoecus 162 sqq.

Naccararum palus 145 sqq.
Narbo fluvius 156.
Narbo oppidum 155 sq. 156.

- Nicæa 164.
 Nyrax 165.

 Olbia 163 sq.
 Olbysii s. Olbysinii 32.
 Ophiusæ prominens 98 sqq.
 Oranis 72 sqq. 158 sqq.
 Orobus 158.

 Pherecydes 95. 109.
 Phileas 75 sqq.
 Philistus 30 sq. 89 sq. 142.
 Phocæenses 55 sq. 88. 108 sq.
 Phoenices 35 sq. 66 sq. 82. 91. 95 sq.
 103.
 Pityussæ 46 sq. 134 sqq.
 Polybius 29 sq. 52. 106 sqq. 111. 117.
 125. 132. 146 n. 3. 147 sq. 156.
 Pulchrum promunturium 30. 52.
 Pyrenæus mons Iberiæ terminus
 123 sqq.
 Pytheas 59. 68.

 Rhoda 71 sq. 126 n. 1.
 Rhodanus Iberiæ terminus 37. 71 sqq.
 118. 123 sqq. 144. 148 sq.
 Rhodanusia 71.

 Saefes 118 n. 1.
 Sallustius 76 sqq.
 Saturni sacra cautes 97 sqq.
 Saxetanum 82.
 Scylax ab Avieno laudatus 75 sqq.
 peripli testimonia de Carthaginien-
 sium emporiis 35. 60. de Emporio
 60. 68 sq. 72. 148. de Iberia 148.
 de Iberis 72. 148. de Ibero fluvio
 121. 122 n. 1. de Liguribus 72 sqq.
 155. 163 sq. de Massaliotarum co-
 loniis 60. 68 sqq. 163 sq. de Vol-
 scis 159.
 Scymnus v. Ephorus.
 Sedetani 132 sq.
 Sel 87. 91.

 Selambina 87. 91.
 Selbyssini 34 sqq. 38 sqq.
 Setius mons 73 n. 1.
 Sex s. Sexi 82.
 Sicana 61. 134 sqq. 149 sq.
 Sicani 141 n. 2. 142 sqq.
 Sicanus fluvius 118 sq. 134 sqq. 141 n. 1
 et 2. 142 sqq.
 Sicoris 117. 130. 139 sqq. 142 sqq.
 Siculi 142 sqq.
 Sixus 81 sq. 87 sqq.
 Sophocles 155.
 Sordi 158.
 Sordus 157.
 Stephanus Byzantius quæ ratione lem-
 mata conformaverit 6 sqq. cf. 31.
 42 sq. 62. 107. 109 sq. 114. 149 sq.
 160. 162. 163. 165.
 Stesichorus 91 sq. 109.
 Strabo quid de nomine Iberiæ pro-
 dat 120 sq. 123 sqq.
 Sucro fluvius 58. 107. 132. 136 sqq.
 144. 149.
 Sucro oppidum 139.
 Suel 34. 85. 87. 90 sq.
 Syalis 89 sqq.

 Tarseium 30. 106 sqq.
 Tarsis 91. 95. 103. 106.
 Tartessii 46. 95 sqq. 109 sqq.
 Tartessus 91 sqq. 108 sqq. fluvius 63 sq.
 91 sq. 100 sq. 113 sq. oppidum 63 sq.
 92 sqq. regio 93 sqq. 109 sq.
 Taurois 163 sq.
 Taurus palus 73 n. 1.
 Theodorus amnis 106.
 Theognostus 81. 86 sq. 157.
 Theopompus 28. 29. 47. 78. 88. 118 sqq.
 141 n. 2. 154 n. 1.
 Thucydides 54. 75. 139. 142 sqq. 155.
 Timæus 48. 53 sq. 55. 57 n. 1. 72.
 76. 143. 159.
 Tletes 29 n. 1. 47. 118.

Traete iugum 37. 106.
 Turdetania 95. 102. 127.
 Turia 119. 139. 145.
 Tylangii 70.
 Tyrus 139. 145.
 Tyrius 119. 139. 145.

Urci 87.
 Urius 122.
 Veneris iugum 37.
 Volcae 159.
 Volsci 159.

HECATAEI

fragmenta tractantur

fr. 2	p. 154 n. 1.	fr. 14	p. 116 sqq.
3	151 sqq.	15	134 sqq.
4	108 sqq.	16	150 sq.
(5)	114 sqq.	17	151.
6	27 sqq.	18	151.
(7)	89 sqq.	19	155 sq.
8	82 sqq.	20	157 sqq.
9	81 sq.	21	165.
10	86 sqq.	22	160 sqq.
11	131 sqq.	23	162 sqq.
12	150.	24	162 sqq.
13	145 sq.		

STEPHANI BYZANTII

temmata exceptis eis quae p. 6 sqq. enumerata sunt laudantur haec:

s. v. <i>Ἀγάθη</i> 42 sq.	s. v. <i>Καρπήσιοι</i> 146 n. 3.
<i>Αἶβουρα</i> 83. 84 n. 2.	<i>Κυνητικόν</i> 28.
<i>Ἄλωνες</i> 56.	<i>Λυγιστίνη</i> 143 n. 3.
<i>Βῆλος</i> 154 n. 1.	<i>Μαινάκη (Μάκη)</i> 62.
<i>Βραχύλη</i> 154 n. 1.	<i>Μασσία</i> 29.
<i>Γλήτες</i> 28.	<i>Ξήρα</i> 29 n. 1. 154 n. 1.
<i>Γυμνησίαι</i> 135.	<i>Ὀλβία</i> 164.
<i>Ἠρά</i> 141 n. 2. 145.	<i>Ὀλβύσιοι</i> 32.
<i>Ἔβουρα</i> 82 sq.	<i>Σικανία</i> 142 n. 1.
<i>Ἡμεροσκοπεῖον</i> 42. 56.	<i>Ταροῦμιον</i> 107.
<i>Ἰβηρίαί</i> 28. 37. 125. 148.	<i>Ταρτησσός</i> 92 sqq.
<i>Ἰλούργεια</i> 111. 117.	<i>Ταυρόεις</i> 164.
<i>Ἰνδάρα</i> 141 n. 2.	<i>Τλήτες</i> 29 n. 1. 47. 118. 120.
<i>Ἰνδική</i> 154 n. 1.	

AVIENI

Orae maritimae explicantur versus

36 sqq.	p. 75 sqq.	425 sqq.	p. 62 sqq. 104 sqq.
160 sqq.	99 sq.	440	35. 67.
181	65.	447	35.
201 sqq.	96 sqq. cf. 123.	449 sqq.	37 sq. cf. 108 n. 1.
248 sqq.	97 sqq. 121 sqq.	459 sq.	35. 67.
254 sq.	39 sq. 102. 121.	460 sqq.	106.
298 sqq.	100 sq. 133. cf. 46 sq.	464 sqq.	134 sqq. cf. 61.
	118 sqq.	481 sq.	119. 139. 145.
303	39 sq.	483 sqq.	119. 145. 158.
309 sqq.	35. 50.	489 sqq.	145 sq. cf. 150.
375 sqq.	35. 48.	574 sqq.	157 sq.
419 sqq.	34 sqq. 38 sqq. 104 sq.	608 [604] sqq.	72 sq.
423 sq.	36. 104 sqq. 152 sq.		

Lipsiae, typis I. B. Hirschfeld.



LEIPZIGER STUDIEN
ZUR
CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

VIERZEHNTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1893.

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

VIERZEHNTER BAND

Zweites Heft.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1893.



INHALT.

	Seite
FELIX ATENSTAEDT, De hecataei milesii fragmentis	1
HUGO JUSATZ, De irrationalitate studia rhythmica	173
O. RIBBECK, I. Zu Plautus' Bacchides	352
II. Zu Aischylos	353



DE IRRATIONALITATE
STUDIA RHYTHMICA.

SCRIPSIT

HUGO JUSATZ.

PROOEMIUM.

CAPUT I.

Hodierna de Graecorum rhythmica arte doctrina adumbratur.

Rhythmicae Graecorum doctrinae principia petenda esse ab Aristoxeno et veteres consensisse videntur (cf. Blass *Kleine Beitr. zur gr. Metrik* in *annal. philol.* CXXXIII p. 451) et eorum, qui nostra aetate ad eam artis musicae partem studia sua contulere, nemo fere est qui neget. At quamquam viri docti hanc pauci operam dedere Tarentini celeberrimi reliquiis interpretandis, tamen adhuc tantum abest, ut quidquid praeceperit rhythmica illius doctrina, denuo construere et ad poetarum metra explicanda adhibere nobis liceat, ut ne imaginem quidem satis certam adumbrare possimus doctrinae universae, quae libris¹⁾ *ῥυθμικὰ στοιχεῖα* inscriptis continebatur. Causae autem talis status, in quali cognitio nostra versatur, me iudice cum aliae sunt, tum ea potissimum, quod a nostrae aetatis usu rationes suas adeo non abstinebant viri docti, ut conceptas

1) An dicam libro? Quae enim Aristoxenus in exordio iam pertractata esse dicit, ea facile possunt delegari ad prooemium, in quo disseruit de musicae doctrinae partibus (cf. Bartels, *Aristoxeni el. rhythm. fragm.* Bonnae 1854, p. 21). Pauciora enim sunt, quam ut librum potuerint explere; Aristides quidem Quintilianus paucis (p. 31 Mb. — p. 47, 5—9 Westph. *Fragm. u. Lehrsätze*) ea absolvit. Quae autem viri docti (Westphal. p. 26 sq. Bartels p. 18 sqq. *Caesar Rh. Mus. N. F. I* p. 627) libro primo tribuunt ex Psello maxime petita, ea pertinent ad τὸν ἐν μουσικῇ ταττόμενον ῥυθμόν, de quo tum demum disputaturum se esse profitetur musicus (p. 268 init. *Mor.*). Itaque excerptis nostris inserenda potius erunt quam proprio libro comprehendenda; cf. infra p. 189.

opiniones in veterum rhythmicam inferrent. Ut enim musicos nostros viderant comprehendere uno tactu, quem compositum appellat, numeros complures spatio aequos, ita in eis pedibus, quos Aristoxenus vocat compositos, pedes aut natura aequos inesse arbitrabantur aut arte exaequandos. Nam quoties dactylum inter trochaeos, inter dactylos trochaemum — de his enim imprimis pedibus est lis — invenisse sibi videbantur, statim ab omni dubitatione tutum ac principii instar illis erat, eos pedes ad communem mensuram esse revocandos.

Quae opinio ita tantum in diversas partes disceptabatur, ut quaeretur, utrum trochaeus dactylis traheretur ad pedes tetrasemos an dactylus sequeretur spatium trisemum. Illud volebant pridem J. H. Vossius, ex recentioribus J. H. H. et Mauriti Schmidti, cum Lehrsio discipuli Bernhard. Brillius et O. Meissnerus, alii; hoc autem praeunte Apelio Bellermannus et ei imprimis, qui circa Rossbachium et Westphalium sunt; illi nostri usus rationem se habere professi sunt, hi vero documenta potius e rhythmicæ et metricæ doctrinae rudibus protraxere et ad usum suum conformavere. A quibus imprimis Dionysii Hal. locus (de comp. verb. c. 17) de anapaesto, qui dicebatur *κύκλος* (sic enim scriptum est in codicibus, non *κύκλιος*) et alius locus (c. 20), qui est de dactylo correpto¹⁾, male tractati (cf. Spiro *Der kykl. Dactylus und die lesb. Lyrik in Hermae* vol. XXIII p. 234 sqq.) et quae apud anonymum de musica a Bellermanno editum de longis temporibusque inanibus disemo longioribus extant, licentius adhibita (cf. Buchholtz in *Philol.* vol. XXXIII p. 461). Tertii autem, velut Christianus,

1) Westphalius nunc tandem (*Metr. ed.* III p. 19) intellexit, locorum illorum auctoritatem non ultra id, quod Dionysius aperte tradidit, patere. Itaque ei libenter adstipulor, ut credam dactylorum thesi correpta utentium usum pertinere ad rhapsodorum declamationem, cum hexametra aut animos excitatura aut motum concitatum verbis imitantia alacrius quam pro solita generis aequi gravitate recitanda erant. In aliis vero hexametris (λ 592) auctore Dionysio insunt *σπονδείοι οἱ μέγιστοι* et *ὄνθμοι ἐν μήκει θεωρούμενοι*, quoties gravitatem quandam atque molem exprimunt. Quaeritur autem, num in qua re vestigia insint irrationalitatis illius, num forte in brevibus in duo verba non arte conexas dispersit.

alteram in alteris metris explicandis viam ingressi sunt, quibus Westphalius est adscribendus ratione recenti nuper (Rhythm. ed. III p. 291 sqq.) instituta.

Quotus autem quisque est, qui secum reputaverit, num praecepta Aristoxenea servasset, aut qui inquisiverit accuratius in naturam temporum hoc modo sive productorum sive correptorum? Metrum enim glyconeum, ut exemplo rem doceam, illis pes est ex quattuor pedibus ita compositus, ut ultima syllaba aut trium aut quattuor morarum esse credita pedis seu tactus vicibus fungatur. At Aristoxenus aperte dixit (p. 288 fin. Mor. = 33, 6 Westph.) pedem ex uno tempore ¹⁾ non posse constare. Itaque glyconeum secundum illorum rationes dispositum non poterit dici tetrapodia, sed tripodia potius ex inaequalibus pedibus composita, qualem Aristides Quintilianus (p. 39 Mb. = 59, 3 W.) descripsit.

Cum autem constet dactyli cyclii, qui in hoc metro inesse creditur, thesin, quam disemo minorem putat rhythmicorum pars, solvi in bina tempora brevi syllaba expressa, sequitur si non utrumque at certe alterum eorum temporum tempore primo esse minus. Quod nullo modo ferri poterit, quoniam tempus primum temporum omnium, quotquot ad rhythmicam spectant, brevissimum esse veteres consentiunt (Aristox. p. 280 Mor. = 31, 5 W.; Psell. § 7; Aristid. Quintil. p. 32 Mb. = 49, 3 W.; Bacchius p. 23 Mb. = 66, 25 W.; frg. Parisin. ap. Vincent. p. 234). Qua difficultate sive neglecta sive subterfugita protraxere illi grammaticorum aliquot locos, quibus probarent, tempus primum non esse minimum, sed extare tempora eius dimidia. Quod cum iam Caesar (Grundzüge der gr. Rhythmik pp. 89. 159 sqq.) refutasset, tamen nequaquam statim abolitum, sed repetitum ac propagatum, donec Westphalius, cum rem hoc modo sustineri non posse sentiret, aliam Aristoxeni doctrinam in usum suum conformavit (Rh. ed. III p. 292 sqq.), in novas difficultates incurrens.

1) Tempus non *χρόνον πρώτον*, verum *χρόνον ποδικόν* hic dici, evicit contra Boeckhium (De metr. Pind. p. 22) Feussnerus (ed. suae pp. 51 et maxime 55) probantibus ceteris.

Solvitur autem glyconeī aliorumque metrorum, quae catalectica esse creduntur, thesis ultima quoque. Neque vero brevibus binis trisemum tetrasemumve spatium expleri posse magis consentaneum est.¹⁾ Quod erant certe, qui inauditum neque ullo veterum testimonio probatum esse concederent (Christ. Metr. ed. II p. 99) nec cur fiat facile intellectu esse confiterentur (id. p. 358), tamen difficultates praeterire quam urgere malebant, cum et exemplorum paucitatem et poetarum artis suae imperitiam atque incuriam excusarent (id. p. 95).

Cui opinioni iure adversatur Blassius (annal. philol. CXXXIII p. 463): rhythmicae enim docendum esse non quomodo poetis carmina componenda fuerint, sed quomodo ab eis composita sint. Alii vero (Fr. Ristschelius apud Brambach. Rh. u. metr.

1) Ultimam illam non ultra spatium disemum productam esse mihi vel eo persuadetur, quod, quoties metrum desinit simul cum verbo, non modo rarissime inveniuntur anceps syllaba et hiatus, sed intercedit etiam ea syllabae positione longae species, in qua vocalis brevis producitur duabus consonantibus, a quibus metri sequentis prima incipit vox. Hunc in modum comparata sunt in Anacreontis glyconeorum reliquiis syllabae anapitae, quae videtur, exempla tria: 1, 1: *γοννοῦμαί σ', ἐλαφιβόλε|ξανθή καὶ Διὸς, ἀγρίων*; 5, 1; 9, 2; adde Pind. Ol. I 1. Py. II 15. Soph. Oed. Col. 684. Eur. Troad. 1063; item in tetrapodiis trochaicis catalecticis, quae videntur: Aesch. Suppl. 796. Ag. 441. Choeph. 801. Quin spatium trisemum parum conveniet cum positione debili, quae inest in verbo binis metris communi, velut Troad. 1064—65:

ἀμύρνης ἀθερίας τε κα|πνὸν καὶ Πέργαμον ἱράν.

Adde Ant. 815—16: *ἐπινύμφειός πώ μέ τις ὕμνος ὕ|μνησεν, ἀλλ' κτλ.* Oed. Col. 685. 687. Eur. El. 445 aliosque locos. Nam si liceret vocalem brevem usque ad trisemum paene spatium producere — consonantibus enim duabus atque adeo mutae cum liquida tantam vim nemo erit qui adscribat —, cur tandem syllaba vel natura brevi disemum maiusve spatium non explere poetae? Exemplis autem supra allatis Christii (Zur Metrik der gr. Lyriker u. Dramatiker in Sitzungsber. d. bayr. Ak. 1869 I p. 448 sqq.) et Reiteri (de syllabarum in trisemam longitudinem productarum usu Aeschyleo et Sophocleo 1877) redarguitur opinio, quasi tempora illa, quae disemo maiora esse putant, syllabis exprimantur praelongis. Omnino autem alienum a veterum Graecorum elegantia cultuque et dicere et canere *χελλεσιν διεῖρρηκόσιν* (Ar. Nub. 873). Euripidem videlicet, cum id novaret studio quodam compulsus res verborum sono reddendi (El. 437: *εἰειμισσόμενος* ~ 447: *Νυμφαλας σκοπιὰς*), comicus carpsit parodia (Ran. 1314).

Messungen praef. p. XI, et B. Brillius Aristox. rh. u. metr. Messungen) poetas liberare, crimen in Aristoxeni doctrinam non iam satis absolutam deferre; omnes autem eadem libidine vexare metra, dummodo tactibus adaptarentur qualibuscunque. Quo saepe factum est, ut metri spatium aliarum syllabarum correptione arbitraria attenuatum productione thesis finalis reficeretur. Hunc in modum venditabant adhuc glyconeum aliaque eiusmodi metra, quibus arsis ultima deesse videtur, furtivo nomine logaoedica appellata, quorum brevissimum dicebant esse choriambum. Quin erant qui choriambi mensurae addendos esse censerent ionicos.¹⁾ Raro autem extitere, qui doctrina ista corrupta ac metra adulterante se abdicarent, ut Guil. Velcke (De metrorum polyschematistorum natura Marbg. 1877 p. 50). Verum derelinquenda tandem prorsus est rhythmica illa doctrina *μυρόγενθμος*, satis commoda ista quidem, sed nec cum praeceptis Aristoxeneis nec cum poetarum usu conveniens.

Ad libidinem autem in rhythmis explicandis et inconstantiam, quae iam inveterascere videntur, illustrandam atque notandam maxime idoneum est, quod dactyli cyclii acerrimus olim propugnator Westphalius nuper (Rh. ed. III p. 292 sqq. et Metr. ed. III p. 26), cum rem eis sustineri non posse sentiret, quibus per plus triginta annos nisus erat, ab irrationalitate confugit ad agogen, per quam dactylus, qui videtur trochaeis esse admixtus in metris pseudologaoedicis, ad par temporis spatium redigeretur. Itaque in glyconeo, eodem scilicet metro, quater mutari credit agogen, temporis autem primi non unam inesse speciem, immo tres. Quid? vir in praeceptis rhythmicis versatissimus nonne meminit loci illius (apud Psell. § 1), quo Aristoxenus exponit, cur syllaba mensurae vicibus fungi non

1) Heimsoethius (De versuum ionicorum mensura p. 3) ionicorum tripartitam (sic!) mensuram et alienam omnino a versuum rhythmo esse contendit et pedum illorum pervertere proprietatem. Quasi vero non ipsius potius mensuris, praesertim cum etiam bacchios dochmiosque iambicis pedibus numerisque admisceret, paene omnes veterum rhythmici ad eundem tactum revocarentur.

possit in re rhythmica: ἡ γὰρ, inquit, συλλαβὴ οὐκ αἰεὶ τὸν αὐτὸν χρόνον κατέχει, τὸ δὲ μέτρον ἡρεμεῖν δεῖ κατὰ τὸ ποσὸν, καὶ ὁ μέτρον ἐστίν. Quo tandem pacto glyconeum dici potest pes dodecasemus, i. e. e duodecim temporibus primis constans, si duo tempora sunt maiora, quattuor autem minora reliquis sex?

Ex mutationibus (μεταβολαῖς) autem κατ' ἀγωγὴν et κατὰ λόγον ποδικὸν inter se oppositis (Aristid. p. 63, 13 W.), tum ex Aristoxeno ipso (el. harm. p. 34, 12 Mor. = 48, 28 Mqd.: καὶ γὰρ μ' ἄνωγτος τοῦ λόγου . . . τὰ μεγέθη κινεῖται τῶν ποδῶν διὰ τὴν τῆς ἀγωγῆς δύναμιν) elucet agogen spectare non ad rhythmpoeiam, immo ad usum canentium saltantiumque ita, ut si mutatur agoge, totius metri vel periodi vel denique totius carminis omnia tempora modo tardius modo alacrius pronuntientur aut saltentur (cf. Aristid. p. 62, 5 W.: ἀγωγὴ δ' ὅτι ἐνθμικῆ χρόνων τάχος ἢ βραδύτης, οἷον ὅταν τῶν λόγων σωζομένων, οὓς αἱ θέσεις ποιοῦνται πρὸς τὰς ἄρσεις, διαφύρωσ ἐκάστου χρόνου τὰ μεγέθη προφερώμεθα). Nihil autem invenire possum, ex quo sequatur agogen valere ad singulos quosdam eiusdem metri pedes ita, ut natura inaequales exaequet; neque vero est, quod pedes proportione diversos, aequos spatio contineri putemus differentia ea, quae dicitur κατὰ σχῆμα, quam loco male correcto perverse interpretatus est Westphalius (Rh.³ p. 280 sq.). Sed de ea re fusius disputare longum est; satis equidem habeo hoc exemplo demonstrasse, quo ducat Westphalii via a Blassio (annal. phil. 133, 453) laudata ac commendata („die Tradition hervorzusuchen und zwar die möglichst alte und von dieser anzunehmen und anzuwenden, was sich irgend annehmen lässt“). Melior vero ac tutior ea mihi videtur, qua a principiis rhythmicae Aristoxeneae certe definitis proficiscamur et rationibus servatis alia praecepta pedetentim indagemus, tum quae cognoverimus, ad poetarum metra conferamus et examinemus ac denique minutius excolamus.

CAPUT II.

*De grammaticorum locis quibusdam, qui sunt de
rhythmicae indole.*

Absolvendum autem iam nunc de grammaticorum locis¹⁾, quibus et in pedum differentia, qualem τὴν κατὰ σχῆμα esse contendit, declaranda nititur Westphalius et alium aliter absum esse iam ante hos triginta annos questus est Caesar (Grundzüge der gr. Rh. ed. a. 1861 p. 96); quin erant, qui eisdem locis freti omnino quidquam de veris rhythmicae mensuris ex poetarum carminibus cognosci posse desperarent (Spiro in Hermae vol. XXIII p. 241 sqq.).

Quorum locorum, qui sunt de longa longioribus et brevi brevioribus (Dionys. Hal. de comp. verb. cc. 11 et 15 et Mar. Victor. p. 39 K.) cum non dubium sit, quin ex bono fonte manaverint: qui de rhythmicae et metricae discrimine sunt, inquinati et corrupti sunt grammaticorum inscitia. Haec autem eis significari mihi persuasi. Metricorum rationes ac principia a rhythmicorum sunt diversa. Metrici enim utuntur eadem semper syllabarum dimensione, quam natura in eis inesse credunt (οἷας φύσει παρελλήγηε, . . . τοιαύτας φυλάττει Dionys. c. 11 = prout cuiusque syllabae longitudo ac brevitates fuerit, ita temporum spatia definiri Mar. Vict. p. 39), ita ut longam esse longae aequam, brevi alterotanto maiorem, brevem autem brevi aequam, longae dimidiam statuunt (Longin. p. 92, 20 W.). Itaque syzygiam trochaicam iambicamve, quae altero pede utitur spondeo, heptasemam esse consentiunt. — Rhythmici vero, cum syllabas rhythmico adaptent (ἀπευθύνοῦσι τοῖς χρόνοις τὰς συλλαβὰς Dionys. c. 11 = temporum arbitrio syllabas commit-

1) Collecti sunt a Westphalio Fragm. u. Lehrsätze p. 42 sq., excepto eo, qui maximam integritatem ac fidem praestare mihi videtur, frg. Ambrosian. ap. Keil. anal. gramm. p. 12 et in Lex. Vindob. ed. Nauck. append. p. 266 et Studemund. anecd. var. I p. 231. Adde praeterea frg. Parisin. Vincentii § 3, p. 78, 11 W., Dionysii Hal. de comp. verb. c. 15, Longini prol. ad Heph. p. 92, 20 ed. Westph. script. metr. gr.

2024-2025



LEIPZIGER STUDIEN
ZUR
CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

VIERZEHNTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1893.

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

VIERZEHNTER BAND

Zweites Heft.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1893.

1

INHALT.

	Seite
FELIX ATENSTAEDT, De hecataei milesii fragmentis	1
HUGO JUSATZ, De irrationalitate studia rhythmica	173
O. RIBBECK, I. Zu Plautus' Bacchides	352
II. Zu Aischylos	353



DE IRRATIONALITATE
STUDIA RHYTHMICA.

SCRIPSIT

HUGO JUSATZ.



PROOEMIUM.

CAPUT I.

Hodierna de Graecorum rhythmica arte doctrina adumbratur.

Rhythmicae Graecorum doctrinae principia petenda esse ab Aristoxeno et veteres consensisse videntur (cf. Blass Kleine Beitr. zur gr. Metrik in annal. philol. CXXXIII p. 451) et eorum, qui nostra aetate ad eam artis musicae partem studia sua contulere, nemo fere est qui neget. At quamquam viri docti haut pauci operam dedere Tarentini celeberrimi reliquiis interpretandis, tamen adhuc tantum abest, ut quidquid praeceperit rhythmica illius doctrina, denuo construere et ad poetarum metra explicanda adhibere nobis liceat, ut ne imaginem quidem satis certam adumbrare possimus doctrinae universae, quae libris¹⁾ *ῥυθμικὰ στοιχεῖα* inscriptis continebatur. Causae autem talis status, in quali cognitio nostra versatur, me iudice cum aliae sunt, tum ea potissimum, quod a nostrae aetatis usu rationes suas adeo non abstinebant viri docti, ut conceptas

1) An dicam libro? Quae enim Aristoxenus in exordio iam pertractata esse dicit, ea facile possunt delegari ad prooemium, in quo disseruit de musicae doctrinae partibus (cf. Bartels, Aristoxeni el. rhythm. fragm. Bonnae 1854, p. 21). Pauciora enim sunt, quam ut librum potuerint explere; Aristides quidem Quintilianus paucis (p. 31 Mb. — p. 47, 5—9 Westph. Fragm. u. Lehrsätze) ea absolvit. Quae autem viri docti (Westphal. p. 26 sq. Bartels p. 18 sqq. Caesar Rh. Mus. N. F. I p. 627) libro primo tribuunt ex Psello maxime petita, ea pertinent ad τὸν ἐν μουσικῇ ταττόμενον ῥυθμόν, de quo tum demum disputaturum se esse profitetur musicus (p. 268 init. Mor.). Itaque excerptis nostris inserenda potius erunt quam proprio libro comprehendenda; cf. infra p. 189.

opiniones in veterum rhythmicam inferrent. Ut enim musicos nostros viderant comprehendere uno tactu, quem compositum appellant, numeros complures spatio aequos, ita in eis pedibus, quos Aristoxenus vocat compositos, pedes aut natura aequos inesse arbitrabantur aut arte exaequandos. Nam quoties dactylum inter trochaeos, inter dactylos trochaicum — de his enim imprimis pedibus est lis — invenisse sibi videbantur, statim ab omni dubitatione tutum ac principii instar illis erat, eos pedes ad communem mensuram esse revocandos.

Quae opinio ita tantum in diversas partes disceptabatur, ut quaereretur, utrum trochaicus dactylis traheretur ad pedes tetrasemos an dactylus sequeretur spatium trisemum. Illud volebant pridem J. H. Vossius, ex recentioribus J. H. H. et Maurit. Schmidtii, cum Lehrsio discipuli Bernhard. Brillius et O. Meissnerus, alii; hoc autem praeunte Apelio Bellermannus et ei imprimis, qui circa Rossbachium et Westphalium sunt; illi nostri usus rationem se habere professi sunt, hi vero documenta potius e rhythmicae et metricae doctrinae rudibus protraxere et ad usum suum conformavere. A quibus imprimis Dionysii Hal. locus (de comp. verb. c. 17) de anapaesto, qui dicebatur κύκλος (sic enim scriptum est in codicibus, non κύκλιος) et alius locus (c. 20), qui est de dactylo correpto¹⁾, male tractati (cf. Spiro Der kykl. Dactylus und die lesb. Lyrik in Hermae vol. XXIII p. 234 sqq.) et quae apud anonymum de musica a Bellermano editum de longis temporibusque inanibus disemo longioribus extant, licentius adhibita (cf. Buchholtz in Philol. vol. XXXIII p. 461). Tertii autem, velut Christianus,

1) Westphalius nunc tandem (Metr. ed. III p. 19) intellexit, locorum illorum auctoritatem non ultra id, quod Dionysius aperte tradidit, patere. Itaque ei libenter adstipulor, ut credam dactylorum thesi correpta utentium usum pertinere ad rhapsodorum declamationem, cum hexametra aut animos excitatura aut motum concitatum verbis imitantia alacrius quam pro solita generis aequi gravitate recitanda erant. In aliis vero hexametris (λ 592) auctore Dionysio insunt σπονδαίοι οἱ μέγιστοι et ὀρθμοὶ ἐν μήκει θεωρούμενοι, quoties gravitatem quandam atque molem exprimunt. Quaeritur autem, num in qua re vestigia insint irrationalitatis illius, num forte in brevibus in duo verba non arte conexas dispertitis.

alteram in alteris metris explicandis viam ingressi sunt, quibus Westphalius est adscribendus ratione recenti nuper (Rhythm. ed. III p. 291 sqq.) instituta.

Quotus autem quisque est, qui secum reputaverit, num praecepta Aristoxenea servasset, aut qui inquisiverit accuratius in naturam temporum hoc modo sive productorum sive correptorum? Metrum enim glyconeum, ut exemplo rem doceam, illis pes est ex quattuor pedibus ita compositus, ut ultima syllaba aut trium aut quattuor morarum esse credita pedis seu tactus vicibus fungatur. At Aristoxenus aperte dixit (p. 288 fin. Mor. = 33, 6 Westph.) pedem ex uno tempore ¹⁾ non posse constare. Itaque glyconeum secundum illorum rationes dispositum non poterit dici tetrapodia, sed tripodia potius ex inaequalibus pedibus composita, qualem Aristides Quintilianus (p. 39 Mb. = 59, 3 W.) discipisit.

Cum autem constet dactyli cyclii, qui in hoc metro inesse creditur, thesin, quam disemo minorem putat rhythmicorum pars, solvi in bina tempora brevi syllaba expressa, sequitur si non utrumque at certe alterum eorum temporum tempore primo esse minus. Quod nullo modo ferri poterit, quoniam tempus primum temporum omnium, quotquot ad rhythmicam spectant, brevissimum esse veteres consentiunt (Aristox. p. 280 Mor. = 31, 5 W.; Psell. § 7; Aristid. Quintil. p. 32 Mb. = 49, 3 W.; Bacchius p. 23 Mb. = 66, 25 W.; frg. Parisin. ap. Vincent. p. 234). Qua difficultate sive neglecta sive subterfugita protraxere illi grammaticorum aliquot locos, quibus probarent, tempus primum non esse minimum, sed extare tempora eius dimidia. Quod cum iam Caesar (Grundzüge der gr. Rhythmik pp. 89. 159 sqq.) refutasset, tamen nequaquam statim abolitum, sed repetitum ac propagatum, donec Westphalius, cum rem hoc modo sustineri non posse sentiret, aliam Aristoxeni doctrinam in usum suum conformavit (Rh. ed. III p. 292 sqq.), in novas difficultates incurrens.

1) Tempus non *χρόνον πρώτον*, verum *χρόνον ποδικόν* hic dici, evicit contra Boeckhium (De metr. Pind. p. 22) Feussnerus (ed. suae pp. 51 et maxime 55) probantibus ceteris.

Solvitur autem glyconeī aliorumque metrorum, quae catalectica esse creduntur, thesis ultima quoque. Neque vero brevibus binis trisemum tetrasemumve spatium expleri posse magis consentaneum est.¹⁾ Quod erant certe, qui inauditum neque ullo veterum testimonio probatum esse concederent (Christ. Metr. ed. II p. 99) nec cur fiat facile intellectu esse confiterentur (id. p. 358), tamen difficultates praeterire quam urgere malebant, cum et exemplorum paucitatem et poetarum artis suae imperitiam atque incuriam excusarent (id. p. 95).

Cui opinioni iure adversatur Blassius (annal. philol. CXXXIII p. 463): rhythmicāe enim docendum esse non quomodo poetis carmina componenda fuerint, sed quomodo ab eis composita sint. Alii vero (Fr. Ristschelius apud Brambach. Rh. u. metr.

1) Ultimam illam non ultra spatium disemum productam esse mihi vel eo persuadetur, quod, quoties metrum desinit simul cum verbo, non modo rarissime inveniuntur anceps syllaba et hiatus, sed intercedit etiam ea syllabae positione longae species, in qua vocalis brevis producitur duabus consonantibus, a quibus metri sequentis prima incipit vox. Hunc in modum comparata sunt in Anacreontis glyconeorum reliquiis syllabae ancipitis, quae videtur, exempla tria: 1, 1: γοννοῦμαλ σ', ἐλαφηβόλε|ξανθὴ καὶ Διὸς, ἀγγλων; 5, 1; 9, 2; adde Pind. Ol. I 1. Py. II 15. Soph. Oed. Col. 684. Eur. Troad. 1063; item in tetrapodiis trochaicis catalecticis, quae videntur: Aesch. Suppl. 796. Ag. 441. Choeph. 801. Quin spatium trisemum parum conveniet cum positione debili, quae inest in verbo binis metris communi, velut Troad. 1064—65:

σμήρονης ἀθερίας τε κα|πνὸν καὶ Πέργαμον ἱράν.

Adde Ant. 815—16: ἐπινύμ|φειός πώ μέ τις ὕμνος ὕ|μνησεν, ἀλλ' κτλ. Oed. Col. 685. 687. Eur. El. 445 aliosque locos. Nam si liceret vocalem brevem usque ad trisemum paene spatium producere — consonantibus enim duabus atque adeo mutae cum liquida tantam vim nemo erit qui adscribat —, cur tandem syllaba vel natura brevi disemum maiusve spatium non explevere poetae? Exemplis autem supra allatis Christii (Zur Metrik der gr. Lyriker u. Dramatiker in Sitzungsber. d. bayr. Ak. 1869 I p. 448 sqq.) et Reiteri (de syllabarum in trisemam longitudinem productarum usu Aeschyleo et Sophocleo 1877) redarguitur opinio, quasi tempora illa, quae disemo maiora esse putant, syllabis exprimantur praelongis. Omnino autem alienum a veterum Graecorum elegantia cultuque et dicere et canere χελλεσιν διε|ρόνηκόςιν (Ar. Nub. 873). Euripidem videlicet, cum id novaret studio quodam compulsus res verborum sono reddendi (El. 437: εἰελλισόμενος ~ 447: Νυμφαίας σκοπιὰς), comicus carpsit parodia (Ran. 1314).

Messungen praef. p. XI, et B. Brillius Aristox. rh. u. metr. Messungen) poetas liberare, crimen in Aristoxeni doctrinam non iam satis absolutam deferre; omnes autem eadem libidine vexare metra, dummodo tactibus adaptarentur qualibuscunque. Quo saepe factum est, ut metri spatium aliarum syllabarum correptione arbitraria attenuatum productione thesis finalis reficeretur. Hunc in modum venditabant adhuc glyconeum aliaque eiusmodi metra, quibus arsis ultima deesse videtur, furtivo nomine logaoedica appellata, quorum brevissimum dicebant esse choriambum. Quin erant qui choriambi mensurae addendos esse censerent ionicos.¹⁾ Raro autem extitere, qui doctrina ista corrupta ac metra adulterante se abdicarent, ut Guil. Velcke (De metrorum polyschematistorum natura Marbg. 1877 p. 50). Verum derelinquenda tandem prorsus est rhythmica illa doctrina *μονόζῆυθμος*, satis commoda ista quidem, sed nec cum praeceptis Aristoxeneis nec cum poetarum usu conveniens.

Ad libidinem autem in rhythmis explicandis et inconstantiam, quae iam inveterascere videntur, illustrandam atque notandam maxime idoneum est, quod dactyli cyclii acerrimus olim propugnator Westphalius nuper (Rh. ed. III p. 292 sqq. et Metr. ed. III p. 26), cum rem eis sustineri non posse sentiret, quibus per plus triginta annos nisus erat, ab irrationalitate confugit ad agogen, per quam dactylus, qui videtur trochaei esse admixtus in metris pseudologaoedicis, ad par temporis spatium redigeretur. Itaque in glycone, eodem scilicet metro, quater mutari credit agogen, temporis autem primi non unam inesse speciem, immo tres. Quid? vir in praeceptis rhythmicis versatissimus nonne meminit loci illius (apud Psell. § 1), quo Aristoxenus exponit, cur syllaba mensurae vicibus fungi non

1) Heimsoethius (De versuum ionicorum mensura p. 3) ionicorum tripartitam (sic!) mensuram et alienam omnino a versuum ritmo esse contendit et pedum illorum pervertere proprietatem. Quasi vero non ipsius potius mensuris, praesertim cum etiam bacchios dochmiosque iambicis pedibus numerisque admisceret, paene omnes veterum rhythmici ad eundem tactum revocarentur.

possit in re rhythmica: ἡ γὰρ, inquit, συλλαβὴ οὐκ αἰεὶ τὸν αὐτὸν χρόνον κατέχει, τὸ δὲ μέτρον ἡρεμεῖν δεῖ κατὰ τὸ ποσὸν, καθὸ μέτρον ἐστίν. Quo tandem pacto glyconeum dici potest pes dodecasemus, i. e. e duodecim temporibus primis constans, si duo tempora sunt maiora, quattuor autem minora reliquis sex?

Ex mutationibus (μεταβολαῖς) autem κατ' ἀγωγὴν et κατὰ λόγον ποδικὸν inter se oppositis (Aristid. p. 63, 13 W.), tum ex Aristoxeno ipso (el. harm. p. 34, 12 Mor. = 48, 28 Mqd.: καὶ γὰρ μ' ἄνοντος τοῦ λόγου . . . τὰ μεγέθη κινεῖται τῶν ποδῶν διὰ τὴν τῆς ἀγωγῆς δύναμιν) elucet agogen spectare non ad rhythmopoesiam, immo ad usum canentium saltantiumque ita, ut si mutatur agoge, totius metri vel periodi vel denique totius carminis omnia tempora modo tardius modo alacrius pronuntientur aut saltentur (cf. Aristid. p. 62, 5 W.: ἀγωγή δ' ἔστι ἐνθμικὴ χρόνων τάχος ἢ βραδείτης, οἷον ὅταν τῶν λόγων σωζομένων, οὓς αἱ θέσεις ποιοῦνται πρὸς τὰς ἄρσεις, διαφόρως ἐκάστου χρόνου τὰ μεγέθη προφερώμεθα). Nihil autem invenire possum, ex quo sequatur agogen valere ad singulos quosdam eiusdem metri pedes ita, ut natura inaequales exaequet; neque vero est, quod pedes proportione diversos, aequos spatio contineri putemus differentia ea, quae dicitur κατὰ σχῆμα, quam loco male correcto perverse interpretatus est Westphalius (Rh.³ p. 280 sq.). Sed de ea re fusius disputare longum est; satis equidem habeo hoc exemplo demonstrasse, quo ducat Westphalii via a Blassio (annal. phil. 133, 453) laudata ac commendata („die Tradition hervorzusuchen und zwar die möglichst alte und von dieser anzunehmen und anzuwenden, was sich irgend annehmen lässt“). Melior vero ac tutior ea mihi videtur, qua a principiis rhythmicae Aristoxeneae certe definitis proficiscamur et rationibus servatis alia praecepta pedetentim indagemus, tum quae cognoverimus, ad poetarum metra conferamus et examinemus ac denique minutius excolamus.

CAPUT II.

*De grammaticorum locis quibusdam, qui sunt de
rhythmicae indole.*

Absolvendum autem iam nunc de grammaticorum locis¹⁾, quibus et in pedum differentia, qualem τὴν κατὰ σχῆμα esse contendit, declaranda nititur Westphalius et alium aliter abusum esse iam ante hos triginta annos questus est Caesar (Grundzüge der gr. Rh. ed. a. 1861 p. 96); quin erant, qui eisdem locis freti omnino quidquam de veris rhythmicae mensuris ex poetarum carminibus cognosci posse desperarent (Spiro in Hermae vol. XXIII p. 241 sqq.).

Quorum locorum, qui sunt de longa longioribus et brevi brevioribus (Dionys. Hal. de comp. verb. cc. 11 et 15 et Mar. Victor. p. 39 K.) cum non dubium sit, quin ex bono fonte manaverint: qui de rhythmicae et metricae discrimine sunt, iniqui et corrupti sunt grammaticorum incititia. Haec autem eis significari mihi persuasi. Metricorum rationes ac principia a rhythmicorum sunt diversa. Metrici enim utuntur eadem semper syllabarum dimensione, quam natura in eis inesse credunt (οἷας φύσει παρελλήγηε, . . . τοιαύτας φυλάττει Dionys. c. 11 = prout cuiusque syllabae longitudo ac brevitudo fuerit, ita temporum spatia definiri Mar. Vict. p. 39), ita ut longam esse longae aequam, brevi alterotanto maiorem, brevem autem brevi aequam, longae dimidiam statuunt (Longin. p. 92, 20 W.). Itaque syzygiam trochaicam iambicamve, quae altero pede utitur spondeo, heptasemam esse consentiunt. — Rhythmici vero, cum syllabas rhythmico adaptent (ἀπευθύνουσι τοῖς χρόνοις τὰς συλλαβὰς Dionys. c. 11 = temporum arbitrio syllabas commit-

1) Collecti sunt a Westphalio Fragm. u. Lehrsätze p. 42 sq., excepto eo, qui maximam integritatem ac fidem praestare mihi videtur, frg. Ambrosian. ap. Keil. anal. gramm. p. 12 et in Lex. Vindob. ed. Nauck. append. p. 266 et Studemund. anecd. var. I p. 231. Adde praeterea frg. Parisin. Vincentii § 3, p. 78, 11 W., Dionysii Hal. de comp. verb. c. 15, Longini prol. ad Heph. p. 92, 20 ed. Westph. script. metr. gr.

tunt Mar. Vict. p. 39) i. e. syllabas, e quibus poetarum carmina composita sunt, ad rhythmorum imagines conferant atque ex temporum spatiis, quae rhythmorum natura postulat, definiant spatia syllabarum, universa illa brevium longarumque mensura et proportione acquiescere non possunt (*μήκους καὶ βραχύτητος συλλαβῶν οὐ μία φύσις* Dionys. c. 15 p. 85 R.), sed eo adducuntur, ut hanc syllabam, quae a metricis dicitur longa, ab illa longa non diversam per se, tamen hoc loco longiorem esse ducant, hanc autem brevem illa brevi minorem (*μακρότεραι τινες εἰσὶ τῶν μακρῶν καὶ βραχύτεραι τῶν βραχειῶν* Dionys. ibid.). Compluria igitur extant et longae et brevis syllabae spatia rhythmica. Quae cum ita se habere cognovisset, Aristoxenus — nam eum esse ultimum locorum auctorem Blassio (d. l. p. 451) non refragabor — syllabam rhythmici mensuram esse posse negavit (apud Psell. § 1), quoniam *οὐκ ἀεὶ τὸν αὐτὸν χρόνον κατέχει*. Cum autem moris haberet rhythmicae harmonicaeve praecepta comparata litterarum compositione non tam probare quam illustrare (cf. el. rh. p. 274 fin. Mor. = 30, 2 sqq. W.; el. harm. p. 52, 26 Mqd.), eodem modo hic praeceptum illud illustrasse videtur (Mar. Vict. p. 39: (musici) afferunt etiam exempla, quae in metricis pedibus secum faciant, adserentes accessione consonantium momenta temporum crescere; Dionys. p. 85 sq. R.).

Ad quae vero spatia temporum rhythmicorum pertineant mutationes illae syllabarum in rhythmis positarum, id docemur altera classe eorum locorum, qui de rhythmicae a metrica in syllabis metiendis discrimine sunt. Quos si recte disponimus atque conferimus, elucet eos concinere in metricorum rationibus describendis:

frg. Ambros. p. 12 Keil: *τὰ μὲν μέτρα πεπηγότας ἔχει τοὺς χρόνους, μακρὸν καὶ βραχὺν καὶ τὸν τούτων κοινόν*.

Longin. prol. p. 84, 19 W.: *τὸ μὲν μέτρον πεπηγότας ἔχει τοὺς χρόνους, μακρὸν τε καὶ βραχὺν καὶ τὸν μεταξὺ τούτων τὸν κοινὸν καλούμενον, ὃς καὶ αὐτὸς πάντως μακρὸς ἐστι καὶ βραχὺς*.

Dionys. de comp. verb. c. 11. p. 64 R.: *ἡ πεζὴ λέξις*

... οἷας παρείληψε τῇ φύσει τὰς συλλαβὰς τὰς τε μακρὰς
καὶ τὰς βραχεῖας, τοιαύτας φυλάττει*

Mar. Vict. p. 39 K.: metrici autem, prout cuiusque syllabae
longitudo ac brevitās fuerit, ita temporum spatia definiri.
discrepare autem in rhythmicorum rationibus:

A.

frg. Ambros. p. 12 K.: ὁ δὲ ῥυθμὸς, ὡς βούλεται, παρέλκει
τοὺς χρόνους,

Longin. p. 84: ὁ δὲ ῥυθμὸς, ὡς βούλεται, ἔλκει τοὺς χρόνους,

Mar. Vict. p. 42, 3 K.: nam (rhythmus), ut volet, protrahit
tempora,

Dionys. c. 11: ἡ δὲ ῥυθμικὴ καὶ μουσικὴ μεταβάλλουσιν αὐτὰς.

Diomedes p. 468 K.: rhythmī pro nostro arbitrio ...

frg. Parisin. Vincentii § 3: ὁ δὲ αὐτὸς ῥυθμὸς ...

B.

frg. Ambros.: τοὺς μὲν μακροὺς συστέλλων καὶ τού-
ναντιον. —

frg. Parisin.: τοὺς μὲν ἐκτείνειν κελεύων, τοὺς δὲ συνάγειν,

Dionys.: μειῶσαι καὶ αὔξουσαι,

Diomed.: nunc brevius arctari, nunc longius provehi possunt. —

C.

frg. Parisin.: τοὺς δὲ ἴσους ποιεῖν ἀλλήλοις. —

Dionys.: ὥστε πολλάκις εἰς τὰναντία μεταχωρεῖν. —

Longin.: πολλάκις γοῦν καὶ τὸν βραχὺν χρόνον ποιεῖ μακρόν. —

Mar. Vict.: ita ut breve tempus plerumque longum efficiat,

D.

Mar. Vict.: longum contrahat. —

Praecepti, quod significavi A littera, sensus aut prorsus
aut paene evanuit in frg. Parisino et apud Diomedem, omissum
autem B a Longino et Mario Victorino, C deest fragmento
Ambrosiano et Diomedi, D solus habet Marius. Ea autem
praecepta, quae postremi illius nomine feruntur, minimae sunt
auctoritatis, quoniam primum quidem verba, quae traduntur
inde a „nam ut volet“, non sunt causae antecedentibus, quibus

non de rationibus metricorum et rhythmicorum, sed de infiniti rhythmici et metri definiti discrimine agitur (cf. Aristid. c. 23. p. 49 fin. Mb.; frg. Parisin. apud Keil. gr. lat. VI 631, 14; Mar. Vict. p. 183, 27; Diomed. p. 512; Charis. p. 281); deinde quia *πολλάκις* illius sensus etiam ampliatus sit, cum redditus sit per „plerumque“ (cf. Westph. Frgg. u. Lehrss. p. 247). Itaque quae solus habet ille sive Marius sive Aphthonius, ea ex praecepto B petita superaddidit, cum suo loco recte se habeant, hic perversa sint. Porro C praeceptum apud eundem et Longinum non idem spectare, quod B in fragmento Ambrosiano, sequitur e Dionysio, quoniam *πολλάκις* (= plerumque) et illis et Dionysio commune est, in C autem ad pristinum sensum proxime accedere frg. Parisinum mihi persuasum est, sed in hoc solo inde aberravit, quod rem ad tertium temporum genus rettulit (*τοῖς δὲ*), cum ex Dionysii loco (C) appareat (*ὥστε*), de duobus tantum temporum generibus agi. Longino enim dicendum erat, tempus breve non longum fieri, i. e. in longum verti, sed longo interdum aequum fieri; neque vero plura significare Dionysium velim, cum dicit: *ὥστε εἰς τὰναντία μεταχωρεῖν*. Nam brevem usque ad disemum spatium, longam ad monosemum corripere unquam posse, ne audacissimus quidem eorum, qui ex hoc loco praeceptorum suorum argumenta petiere, contendit. Marius autem, ne quid praetermisisset videretur, longi temporis mutationem in breve addidit, nimirum deceptus ea praecepti C specie, qualis tradita est a Longino.

Ex fragmenti autem Ambrosiani loco pretiosissimo liquet, qui fiat, ut longa brevi aequa fieri possit; longa enim cum corripitur, ad productae brevis spatium descendit. Quare ad Dionysii *μειοῦσαι* et frg. Parisini *συνάγειν* supplendum est non *τοὺς βραχεῖς*, verum *τοὺς μακροὺς χρόνους*. *Τὸναντίον* autem aut in *συστέλλων* tantum aut in universum illud *τοὺς μακροὺς συστέλλων* conferas, ita ut producantur aut longae aut breves. Illud vero hic intelligi propterea non potest, quod per longae productionem et longae correptionem tempora inter se paria oriri nullo modo possunt, quod tamen fieri cum frg. Parisinum flagitat, tum per productionem et correptionem fieri

Dionysius (*ὥστε*) auctor est. Itaque una illa locorum species Ambrosiana impedit, quominus ex ceteris sumamus rhythmicam illam productionem, de qua agitur, spectare tempora monosemo minora, disemo maiora. Quae cum ita sint, auctorem doctrinae sic fere scripsisse censeo: *ὁ δὲ ῥυθμὸς, ὡς βούλεται, παρέλκει τοὺς χρόνους* (scil. *τῶν συλλαβῶν*), *τοὺς μὲν μακροὺς συστέλλων, τοὺς δὲ βραχεῖς ἐκτείνων, ὥστε πολλάκις τὸν βραχὺν χρόνον ἴσον ποιεῖν τῷ μακρῷ*. Cuius summa haec esse mihi videtur. Syllabarum longitudines naturales, quas metrici solas respiciunt, saepe non conveniunt cum rhythmorum spatiis; nam saepe, ubi rhythmus monosemum tempus postulat, invenimus syllabam longam. Tum autem et rhythmum et lexin ita inter se conciliari rhythmicum aiunt, ut nec monosemum spatium, quod rhythmus legitimus postulat, nec disemum, quod lexis usurpare videtur, sed tertium intermedium occupent et tempus rhythmicum (*ὁ ῥυθμὸς*) et syllaba (*τὸ ῥυθμιζόμενον*). Cf. Aristox. p. 280 Mor. = 28, 20 W.: *ἡ γὰρ αὐτὴ λέξις εἰς χρόνους τεθείσα διαφέροντας ἀλλήλων, λαμβάνει τινὰς διαφορὰς τοιαύτας, αἱ εἰσιν ἴσαι αὐταῖς τῆς τοῦ ῥυθμοῦ φύσεως διαφοραῖς*. Cum autem in rhythmico trisemo per stropharum responsionem saepe trisemus pes respondeat tetrasemo correpto, pes trisemus ad correpti tetrasemi spatium accedat necesse est, ut accurata fiat responsio. Idem accidere cogitandum est, quoties spatium disemum, quod rhythmus legitimus exigit, syllaba expletur brevi, quod usu venit in trimetris iambicis a choriambo incipientibus. Sed in ea accuratius postea inquirendum.

De prioris autem illius classis locis etiam addendum est, ne eos quidem spectare longas in trisemum vel tetrasemum spatium productas, ut non dicam breves monosemo spatio minores. Dionysius enim: *μακρότεραι τινες*, inquit, *εἰσὶ τῶν μακρῶν καὶ βραχύτεραι τῶν βραχειῶν*. Qui si a longa disema et brevi monosema profectus ceteras longas brevesque metiretur, certe eas dixisset *μακροτέρας τῆς μακρᾶς* et *βραχυτέρας τῆς βραχείας*. Quod vero plurali utitur numero, inde sequitur eum sive potius auctorem rhythmicum, ex quo sua petit Dionysius, non ad unam certam quandam longae syllabae men-

(Rh.³ p. 138. Harm.³ p. 54), Marquardius (p. 241) autem duodecimam vel vicesimam quartam toni partem. Qui quidem, quae intervalla sint rationalia, iam perspexisse videtur, item Bartels p. 47 sq., sed argumenta neuter protulit; Westphalius vero solus fusius rem tractavit, sed quae iterum atque iterum protulit (Aristox. v. Tarent p. 288; Harm.³ p. 56 sq.; Rh.³ p. 140), non conveniunt cum eis, quae tradita sunt. Itaque operae pretium facturus sum in hac quoque musicae parte Westphalio obsistere, et quamvis pluribus fortasse quam rhythmicae cognitio postulat, tamen ad notionem vocis *ἄλογος* recte intelligendam eis carere non posse mihi videbar.

Ac primum quidem in Pseudo-Enclidis introductione in mus. (p. 10, 18 Mb.), quam pendere ab Aristoxeni libris harmonicis constat, omnes sex, quae enumerantur, tetrachordi divisiones vocantur *ῥήται καὶ γνώριμοι*. Deinde Aristoxenus ipse p. 72, 18 Mqd.: *τετραχόρδου δὲ εἰσι, διαιρέσεις ἔξαιρετοί τε καὶ γνώριμοι αὐται, αἱ εἰσιν εἰς γνώριμα διαιρούμενα μεγέθη διαστημάτων*. Quibus praemissis statim sonorum mobilium intervalla definiuntur, quae in genere unoquoque et chroa unaquaque insint atque eorundem intervallorum spatia toni partibus designantur, ita ut ex eis intervallis aut systematis quaedam eximenda esse non in mentem veniat lectori incorrupto. Apertis autem verbis ea ipsa intervalla, quae irrationalia duxisse Aristoxenum Westphalius docuit, dico intervalla chromatis mollis et hemiolii, ab Aristide (p. 19 fin. Mb.) dicuntur *ῥήται: τὸ δὲ χρῶμα διαιρίζεται εἰς διαστήματα, ὅσα ἂν ῥήτᾳ μεταξὺ τοῦ τε ἡμιτονίου καὶ τῆς ἑναρμονίου διέσεως εὑρίσκεται, γίνεται τολύνη τοῦ μὲν χρώματος εἶδη γ'.* Quod Aristides sive is, quem sequitur ille, non petere potuit nisi ex doctrina Aristoxenea. Nam alii musici, nisi forte Aristoxenum sequuntur, quamvis rationalium et irrationalium intervallorum notiones mutuaverint ab Aristoxeno, tamen variis numerorum proportionibus tetrachordi intervalla definiunt, alias chroas *ῥήτᾳς καὶ γνωρίμους* esse aiunt numero octo (Ptolem. apud Man. Bryenn. ed. Wallis. opp. math. vol. III p. 387), quibus praeter nomina quaedam cum Aristoxeneis commune est nihil.

portionem intercedere, docuisse Aristoxenum non credo; rhythmicam enim esse doctrinam de temporibus, non de syllabis affirmat (el. rh. p. 268 Mor. = 28, 9 W.; frg. Parisin. § 3: *ὁ δὲ αἰτὸς ῥυθμὸς οὔτε περὶ γραμμάτων οὔτε περὶ συλλαβῶν ποιεῖται τὸν λόγον, ἀλλὰ περὶ τῶν χρόνων*; Longin. p. 92, 24 W.). Invehitur autem illic musicus in technicos aetate antecedentes, qui a Psello dicuntur *οἱ παλαιοὶ ῥυθμικοὶ*, ab Aristoxeno autem eos sive *τοὺς πρὸ ἡμῶν* (cf. el. harm. p. 52, 15. 20; 64, 24 Mqd.) sive *τοὺς ἔμπροσθεν* (el. harm. p. 2, 15; 46, 23) dictos esse suspicor. Quos cum agogen ignorasse non verisimile esset¹⁾, longas inter se iniquas fieri per mutatam agogen certe non negabant, sed longarum ac brevium spatia non per se esse constantia sive absolute definita, verum ita demum sibi constare dicebant, ut eadem semper proportione containerentur vel relative, ut ita dicam, definita esse volebant. Itaque brevem, quam utique semper monosemam esse aiebant, omnium temporum mensuram statuerunt. Praecepta igitur et quod inest in verbis *λόγον μέντοι τὸν αὐτὸν ἀεὶ τῶν μεγεθῶν* et id, quo brevis omnium aliarum syllabarum mensura constituitur, ad eandem rationem redeunt, nimirum eam, qua utebantur metrici. Aristoxenus vero, cum brevem ne relative quidem unius utique spatii esse cognovisset, illorum rationibus abiectis mensuram posuit tempus primum, quocum convenit non brevis cuiuslibet spatium, immo solius brevis rationalis. Quodsi syllabas brevem et longam eadem semper proportione uti voluisset, non omnino habuisset, cur tempus primum in doctrinam suam introduceret. Sed fingamus Aristoxenum ad adversariorum notiones descendisse, tum syllabam eam, quam illi appellabant brevem, plerumque monosemum, longam autem plerumque disemum spatium obtinere et tum eas in omnibus mutationibus per agogen factis eandem inter se rationem servare concedendum ei erat, at semper servare perfecto negavit. Aristoxeni enim, scriptoris in praeceptis con-

1) Nam agogen iam ante Aristoxenum perspectam ac vulgo adhibitam esse constat; cf. Platonis Rempubl. III p. 400 C: *ἀγωγή τοῦ ποδός*, vid. Caesar, Grdzge. p. 241; Aristot. probl. XIX 22; Aristoph. Thesm. 1186: *αἰεὶ οὐ θάττον*; Xen. Conviv. 2, 22: *θάττονα ῥυθμὸν ἐπάγειν*.

cipiendis cautissimi ac diligentissimi, non fuisse credo legem universe edicere, cum violari eam et ipsi statim concedendum sit et Westphalius (Rh.³ p. 63. 287) alique concesserint.

Porro in verbis illis mutilis: *λόγον μέντοι* et qu. seq. non licet subandire *κατέχουσιν αἱ συλλαβαί*. Nam si verba *τῶν μεγεθῶν* ad *λόγον* attributive addita essent, nec tantum ab eo distare et articulo *τὸν* praedita esse posceremus. Quae cum ita sint, et ad sensum et ad verborum compositionem multo aptius erit, si non ex Quintiliano (IX 4, 45) petita *καὶ οἱ παῖδες ἴσασιν* in fine addimus Westphalium (Rh.³ p. 62) sequentes, sed *τῶν μεγεθῶν* praedicative dictum esse rati inserimus post id ipsum sive e Pselli sententia: *εἶναι οἱ παλαιοὶ ἔφασαν ἑυθμικοὶ* sive e sensu Aristoxeni: *εἶναι οἱ πρὸ ἡμῶν ἔφασαν*. Delebis igitur *μὲν* illud post *μεγέθη* in antecedente sententia, nisi forte eam quoque non tam Aristoxeno quam adversariis illis tribues.¹⁾

1) Ern. Grafius in libello nuper edito, qui inscribitur „Rhythmus und Metrum. Zur Synonymik.“ Marburg 1891, ex eodem Pselli loco, de quo locuti sumus, effecit (p. 38) Aristoxenum, quod diceret *μεγέθη μὲν γὰρ κτλ.*, primum docuisse, syllabas inter se non esse aequas, nam esse duo genera — nimirum exclusis irrationalibus et disemo spatio maioribus —, longas et breves, quas tamen eadem semper proportione inter se teneri. Quod rem tam cotidianam ac tritam Aristoxenus elocutus sit, excusat Grafius rei novitate, quae tum fuerit. Quasi vero aequales ab Aristoxeno id edoceri debuerint, quod illa aetate nec novum erat et recte se habere negavit Aristoxenus. — Idem Grafius (p. 24) contendit, musicam et rhythmicam ita abhorrere a prosa oratione (*περὶ λέξεως* Dionys. c. 11), ut syllabarum communium, quae dicuntur, illae rationem habeant, haec non item. Sane quidem, at qui locos illos supra allatos huius rei testes afferre poterit, non intellego. Nam in pristino locorum illorum exemplo oppositas fuisse inter se non pedestrem sermonem et poetarum usum, verum rhythmicorum et metricorum de eisdem verbis quibuslibet poeticis iudicia ac rationes, docent omnes praeter Dionysium loci, quos parum curavit G. Prosa autem oratio a Dionysio inducta est metricae artis loco, ut metricae de universa syllabarum mensura praecepta ad rhetoricam quoque pertinere ostenderentur et ad oratorum usum conferrentur.

CAPUT III.

De fontium rhythmicorum auctoritate.

Cum igitur eis locis, de quibus verba fecimus, neque rhythmicam in poetarum verbis positam omnino tolli neque infinitas ei licentias praestari cognoverimus, iam in id inquirere conemur, quatenus modicae illae temporum syllabicorum mutationes, quas grammaticorum loci spectant, pertineant ad pedes rhythmosque. Ad quod propositum antequam me convertam, absolvendum est breviter, quid de fontibus rhythmicis iudicem et quemadmodum eos tractandos esse arbitrer.

A.

De elementis rhythmicis Aristoxeneis et excerptis Psellianis.

De harmonica Aristoxeni doctrina quae supersunt, non ab ipso musico conscripta esse probavit Studemundio assentiente Marquardius (De Aristoxeni Tarentini fragmentis harm. 1863 et in editionis suae (die harmon. Fragmente des Aristoxenus 1868) excursibus p. 260 sqq.); excerpta enim esse de libris genuinis. Rhythmica autem praecepta, quae ab editoribus libro *τῶν στοιχείων ῥυθμικῶν* tribuuntur alteri, non continuas libri in fine tantum mutilati esse reliquias, verum excerpta esse sparsim delibata liquebit, si ad Pselli *προλαμβανόμενα εἰς τὴν μουσικὴν ἐπιστήμην* conferimus. In his enim extant, quae ab illis absunt, neque ad librum priorem aliquem delegenda esse supra (p. 175 adn.) monui; verum enim vero ea ex uno eodemque libro petita et fragmentis alteris inserenda esse documenta sunt et quod praecepta utrique epitomae communia servant aequalem ordinem et quod cetera praecepta ordine suo servato facile ita possunt disponi, ut capitibus compluribus contineantur. Sola enim § 13 Pselliana delapsa est nescio quo casu in inferiorem locum; transponendam enim esse post § 2, docet locus is (el. rh. p. 28, 13 W.), cui respondet.

Hunc autem statuo praeceptorum, quotquot in utraque epitoma extant, fuisse ordinem

El. rhythm.	Psell.	
p. 28, 4—8	—	Recapitulatio eorum, quae de rhythmica universe iam prolata erant in praefatione librorum de musica conscriptorum. <i>Caput I: De rhythmica, de rhythmo et rhythmizomeno.</i>
p. 28, 9—12	—	Rhythmicam esse doctrinam de temporibus, non de syllabis. Cf. frg. Parisin. § 3.
—	§ 1	
p. 28, 13—29, 19	§§ 2. 13	De rhythmici et rhythmizomeni discrimine.
p. 29, 20—30, 21	§ 3	Definitio et rhythmici et rhythmizomeni.
—	§ 4	Rhythmus ex uno tempore non constare.
p. 30, 22—31, 4	§ 5	De rhythmizomenorum elementis (frg. Par. § 1).
—	§ 6	De eorundem elementorum natura (frg. Par. § 4?). <i>Caput II: De temporibus.</i>
p. 31, 5—31, 24	§ 7	De tempore primo et temporibus eo commensurabilibus.
p. 31, 25—32, 34	—	De temporibus incompositis, compositis, mixtis.
—	§ 8	De temporum et pedicorum et rhythmopoeiae propriorum natura. <i>Caput III: De pedibus.</i>
p. 33, 1—2	—	Pedis definitio (frg. Par. § 5).
—	§ 9	De pedum proportionibus quinque.
—	§ 10	Praeceptum obscurum
—	§ 11	Proportiones pedum cum consonantiarum proportionibus convenire.
—	12 a	De spatio maximo et minimo in suo cuiusque pedis genere (frg. Par. § 11).
—	(p. 76, 17—26)	
—	§ 12 b	De numero τῶν σημειῶν ποδικῶν.
—	(p. 76, 26—29)	
p. 33, 2—9	§ 14	De numero τῶν χρόνων ποδικῶν.
p. 33, 9—34, 5	—	Περὶ σημειῶν et χρόνων ποδικῶν <i>alia</i> praecepta.
p. 34, 6—16	§ 15	De pedum rationalitate et irrationalitate (frg. Par. § 6).

El. rhythm.	Psell.	
p. 34, 17—35, 8	—	De irrationalitate, quemadmodum spectet ad rhythmos.
p. 35, 9—36, 8	§ 16	De pedum differentiis septem.
p. 36, 9—13	§ 17	De tribus generibus pedum, qui apti sunt ad rhythmopoeiam continuam (frg. Par. § 10).
p. 36, 14—fin.	—	De variis pedum spatiis, nempe quae apta sunt ad rhythmopoeiam continuam.

Apparet igitur libri Aristoxeni initium, quod vulgo fertur, non esse Aristoxeni ipsius continuam explanationem, Psellum autem non e codice nostris cognato sua hausisse, verum ex integro musici ipsius compendio. Ex quo libro is, cui maiora illa excerpta debemus, alia delibavit, alia Psellus, ita ut novem tantum capita convenient inter utrumque, cetera modo ab hoc, modo ab illo sint praetermissa. Quae cum ita sint, fontes habemus duos, qui aequo iure eademque auctoritate utuntur et nisi communis originis vinculo inter se non cohaerent. Quapropter non est mirum, si, quae in utrisque excerptis omissa sint, tamen extiterint in pristinis Aristoxeni elementis rhythmicis atque in ea ipsa eorum parte, ex qua epitomarum illarum utraque decerpta est. Huc refero nonnulla quae insunt in fragmentis Parisinis a Vincentio editis: § 6 inde a verbis *ὥστε εἶναι παρερὸν*, § 7 de temporibus eurhythmis, rhythmoidibus, arrhythmis, quae apud Aristiden (p. 33 sq. Mb. = 50, 4 sqq. W.) quoque inveniuntur; § 12 autem videtur petita esse ex parte *τῶν ἑνθ-μικῶν στοιχείων* deperdita, qua de differentiis pedum accuratius exposuerat, cuius initium tantum in fragmentis rhythmicis maioribus servatum est.

Sed lacunae, ut excerptorum ratio secum fert, magis ad universam explanationem ac tota capita, quam ad singula praecepta pertinent. Itaque quoties praeceptum extat in neutris excerptis plenius, argumentis firmissimis opus erit, si mutare quicquam vel addere vis.¹⁾ Cautissime autem omnino pauca,

1) Veluti si el. rh. p. 33, 2 W. concinunt cum Pselli § 4 in eo, quod temporum podicorum maximum numerum tria esse affirmant, non erat,

quae de rhythmica cum Aristoxeni tum aliorum doctrina supersunt, tractanda. In quo multifariam peccavit Westphalius, rhythmicae disciplinae post Boeckhium mortuum antistes (cf. Susemihl in *annal. phil.* LXXXVII p. 871) nunc unicus, ex quo adversarium atque aemulum, Jul. Caesarem, fata abripuerunt.¹⁾ Ille enim Aristoxeni fragmentis adeo non pepercit, ut quae ipse animo finxerat, ea Aristoxeno imputare non vereretur. Quo saepe factum est, ut pro verbis genuinis sensum luculentum praebentibus substitueret sua, velut in definitionibus differentiarum *καὶ ἀντιθέσιν* (Fragm. u. Lehrss. p. 229) et *κατὰ σχῆμα* (Rh.³ p. 280 sqq.); alia autem, quae non erant in rem suam, ita relegavit, ut scholium a nescio quo adscriptum in verborum contextum illapsum esse diceret (Rh.³ pp. 117. 146 de Psell. § 12, p. 76, 24—26; Rh.³ p. 24 de Mart. Cap. p. 194). Saepe autem factum est propter nimiam in reliquiis rhythmicis corrigendis atque interpretandis libidinem, ut luminibus suis ipse officeret.

B.

De Aristide Quintiliano et Martiano Capella.

Neque vero de ceteris rhythmicae doctrinae auctoribus sine ira et studio indicavit Westphalius. Nam exempli causa quaecunque apud Marium Victorinum praecepta rhythmicam sapiunt, ea ex Aristoxenei alicuius libro desumpta esse statim ei certum est. Item anonymo Bellermanniano, Byzantinae aetatis scriptori et Arabi cuidam Farabensi magis credit de temporum in compositorum maximo spatio quam Aristidi Quintiliano (Rh.³ p. 94). Quem auctorem omnino inaequaliter aestimavit. Modo enim (Rh.³ p. 23) maximam partem ad Aristoxenum referenda esse censet, quae ab illo traduntur, modo dissentire ab Aristoxeno compilatorem in rebus gravissimis, de quibus

quod quartum adderent viri docti plerique (excepto Iul. Caesare, *Ind. lect. Marbg.* 1884/85 p. X) ex eo loco, qui est *περὶ σημείων ποδικῶν* (Psell. § 12 b).

1) Quae scripta sunt, antequam Westphalius quoque diem obiit supremum mense Augusto a. MDCCCXCII.

ab hoc solo docemur,¹⁾ velut in ratione pedum compositorum. Attamen unicam inter Aristoxenum et Aristiden dissensionem, quae manifeste deprehendi liceat, non perspexit, dico eam, quae est de temporibus incompositis et compositis (Rh.³ p. 90 sqq., maxime p. 93). Confudit enim mirum in modum utriusque rationes, ita ut nec legenti intellegantur et scriptori ipsi obscuras fuisse suspicemur.

Perversum autem mihi videtur de Aristidis fontibus iudicare, priusquam rhythmica doctrina Aristoxeni, quatenus licet, restituta sit. Satius vero duco singula Aristidis praecepta accurate conferre cum Aristoxeni rationibus, quam, id quod viri docti plerique (Westphalius Metr.¹ praef. p. XL, Rh.¹ p. 13 sqq. 124 sqq. alias; Weilius in annal. phil. XC p. 649 sqq.; Susemihl in ind. lect. Gryphisw. 1866/7 p. 12) fecerunt, totum compen-

1) Paeonem epibatam, quem in incompositis pedibus numerat Aristides (p. 58, 12 W.), ex Aristoxeni ratione compositum esse decrevit Westphalius (Rh.³ p. 251); contra ionicos, quos Aristides (p. 55, 6) compositos dicit, Westphalius incompositis adscripsisse Aristoxenum opinatur (Rh.³ p. 102), nimirum quod is pedem disemum a rhythmopoeia continua exclusisset. Nam cum pedem idem sibi velle quod tactum, quem dicimus, opinaretur, eo inductus est (Rh.³ p. 202), ut crederet pedes compositos non constare nisi ex eis pedibus, qui vel per se spectent ad rhythmopoeiam continuam. Atque in hac ipsa re abscedere ab Aristoxeni doctrina Aristiden. Sane is proceleusmaticum simplicem, i. e. pyrrhichium in rhythmis, i. e. in pedibus rhythmopoeiae continuae habet, sed id peculiari eius errore factum esse elucet e Martiano. Apud hunc enim est (p. 194): Quare proceleusmaticus, qui ad numeros aptatur, (a) quadrisemo exordium debet accipere. Quod aperte convenit cum Aristoxeni verbis (p. 302 Mor. = 36, 16 sqq. W.). Cf. frg. Ambros. p. 4 K.: *οὗτος δὲ ὁ πυρρῆλιος κατὰ πόδα μὲν οὐ βαλνεται, διὰ τὸ κατὰ πικνον γενέσθαι τὴν βάσιν καὶ συγχέσθαι τὴν αἰσθησιν.* Itaque in ceteris quoque Martiani fontem declinasse ab Aristoxeno non consentaneum est, quod paulo ante de pyrrhichio disserens idem: in permixtione vero, inquit, aliorum pedum, qui longiores ponuntur, decenter aptatur, ut illorum prolixam moram interveniente sua celeritate compenset. Quod ionicos spectare manifestum est. Itaque persuasum mihi est Aristoxenum, quamvis pyrrhichium a rhythmopoeia continua exclusit, tamen eum pedem duxisse ad pedes compositos faciendos idoneum, i. e. *πόδα ῥιθμοποδας ἴδιον*, ionicos autem e pedibus *ῥυθμοποδας ἰδίοις*, pyrrhichio et spondeo, alternantibus compositos.

dium rhythmicae in complures partes dividere easque diversis fontibus adscribere. Mihi equidem in Caesaris (annal. phil. LXXXVII p. 884 sqq.) sententiam eundem esse videtur, praeter quam quod, quae de Aristide iudicat, ea in auctorem potius, quem is exscribit, transferemus; negat enim Caesar fontes dignosci posse, quasi quovis loco ex uno tantum fonte hauserit.

Maxima autem videlicet rhythmicae Aristideae pars est de ea doctrina, de qua cum nihil restat in fragmentis illis rhythmicis, quae Aristoxeni nomine feruntur, tum in ceteris excerptis reliquisque vix extant vestigia. Itaque compendium Aristideum, praeceptorum de rebus singulis fons fere unicus, sequendum erit, quoad ab Aristoxeni doctrina sive per negligentiam sive consulto abhorrere convincetur.

De ratione autem, quae inter Aristidis et Martiani Capellae rhythmicas explanationes intercedat, non recte viros doctos sensisse puto. Aristidis rhythmicam latine redditam esse a Martiano omnes consentiunt, ac Westphalius (Rh.³ p. 24) quidem librorum Aristideorum codicem nostris uberiorem adhibitum esse censet. Quod parum probabile. Primum enim constat, eum harmonica sua non ex Aristide sumsisse (cf. Deiters, De Aristidis Quint. doctrinae harmonicae fontibus, in prg. gymn. Duerensis 1870 p. 20; Gevaert. apud Alb. Jahnum in edit. Aristid. praef. p. XXVII sq.). Nam — ut praeceptorum quorundam dissensiones, quatenus ad res ipsas spectant, omittam — alia quae ille perhibet¹⁾, apud hunc non extant, aliorum autem ordo est prorsus diversus.²⁾ Quae cum ita sint, mirum est, si rhythmica Aristidis praecepta accurate expresserit Martianus, in harmonicis Aristiden non sit secutus. At ne rhythmi-

1) Martian. pp. 358, 23 sqq.; 360, 19—362, 16 Eyssenh.

2) Mart. p. 348, 28 sqq. Eyssenh. : Ar. 12, 13 Jahn; 349, 14 sqq. : 6, 11 sqq. : 350, 17 sqq. : 5, 30 sqq. : 350, 20 sqq. : 10, 17 sqq.; 351, 17 sqq. : 14, 13 sqq.; 352, 13 sqq. : 5, 9 sqq.; 353, 5 sqq. : 5, 1 sqq.; 353, 14 sqq. : 6, 2 sqq.; 353, 22 sqq. : 5, 26 sqq.; 354, 8 sqq. : 6, 22 sqq.; 354, 20 sqq. : 11, 25 sqq.; 355, 28 sqq. : 7, 24 sqq.; 357, 3 sqq. : 8, 15 sqq.; 357, 22 sqq. : 10, 21 sqq.; 359, 11 sqq. : 11, 19 sqq.; 360, 19 sqq. : 14, 5 sqq.; 362, 17 sqq. : 19, 8 sqq.

cam quidem Aristideam ante oculos eum habuisse verisimile est. Nam rhythmicae Martianae loci, quos apud Aristiden scriptos non videmus¹⁾, graviore sunt, quam ut intellegamus, cur ei potissimum praetermissi sint a scribis eorum librorum, qui ad nos pervenere; Martianum autem eos de suis addidisse aut duplicem fontem adhibuisse parum credibile. Qui Martianus interdum eandem rem²⁾ melius tradidit quam Aristides. Quamvis Martino errores etiam cum Aristide communes esse videntur³⁾, tamen iam in communi fonte inesse poterant et compilatorum, quibus omne iudicium nemo est quin abiudicet, utrumque facile poterant fugere. Sed haec omnia ut non iam satis certa novae examinationi atque subtiliori quidem quam Deitersii (Üb. d. Verh. des Mart. Cap. zu Ar. Quint., prg. gymn. Posniens. 1881) subicienda erunt. Quaestionem autem ea de causa perstringendam esse censui, ut monerem, ne in quibus Martianus Aristide uberior est, ea indicta causa statim damnarentur ac reicerentur, ut fecit Westphalius (Rh.³ praef. p. 24).

Sed iam ad rem ipsam, quam proposuimus. Ac primum quidem definiamus temporum irrationalium naturam, tum eorum sedes indagemus ac vestigia, ac quibus causis in rhythmica natura positae oriantur mutationes illae, cognoscamus.

1) Velut p. 193 de differentiis pedum eorum, ex quibus constant pedes compositi; p. 195 explanatio de pedibus generis dactylici non aspernanda (cf. supra adn. ad p. 193).

2) P. 196: pedes duos compositos in genere iambico recte vocat duplices bacchios, cum Aristidis libri omnes tradant *ἀπλοῦς βακχίος*. — Paulo autem infra paeoni epibato unam thesin unamque arsin tribuit, quod convenit cum Aristidis loco lib. II p. 98 Mb. = 64, 21 W., non cum eo, quem reddidisse Martianum contendunt. — P. 197: „iambus primus appetitur“ Mart.: *ἰάμβον προστιθεμένον* libri Aristid. p. 59, 11 W.; *προτιθεμένον* recte Jahnus. Adde quod Martianus (p. 194) recte proceleusmaticum disemum dicit ad numeros non aptum esse, Aristides vero pari iure eum uti ac ceteros dactylici generis pedes iudicasse videtur.

3) Verborum ordinem mutandum esse apud utrumque in descriptionibus et prosodiaci et choreorum irrationalium (Ar. p. 39 = Mart. p. 197) consentiunt viri docti. Alii autem errores non satis explorati esse mihi videntur.

Pars prima.

De irrationalitatis natura.

CAPUT IV.

De virorum doctorum de irrationalitate iudiciis.

Quamvis de irrationalitatis natura et sedibus multa iam sint prolata, tamen ea tantum aberant, ut certis legibus subicerentur, ut modo rationalitas, quae oculis obieiebatur, causis levissimis non tam probaretur quam excusaretur, modo, etiamsi ulla irrationalitatis vestigia neque oculis neque rationi offerebantur, tamen ibi extare crederetur, ubi postulare videbatur numeri aequabilitas. Quam aequabilitatis rationem, qua omnes deinceps pedes inter se spatio aequi esse creduntur, ex omnibus eis, qui nostra aetate de re rhythmica scripsere, unus servare studuit Boeckhius. Nam in pedibus trochaicis iambicisque irrationalibus quanto producitur supra modum legitimum arsis, tanto minui eiusdem pedis thesin statuit (de metr. Pind. p. 106 sq.; Ind. lect. aest. Berolin. 1825 p. 39). Quod praeceptum, quamvis e sincera mente profectum, tamen non prorsus accipiendum est. Thesin enim chorei irrationalis corripere vetamur ipsis Aristoxeni verbis luculentis p. 34, 11 W.: *τὴν μὲν βάσιν ἴσην αὐτοῖς ἀμφοτέροις ἔχων*, i. e. aequam thesibus et spondei et chorei rationalis, quae sunt disemae; neque vero vel argutissima loci interpretatione probari poterit, eum pedem, qui *χορεῖος ἄλογος* vocatur ab Aristoxeno, supra spatium trisemum non excedere. Quo imprimis argumento prolato Hermannus (diss. de metrorum quorundam mensura rhythmica Opusc. II 105 sqq.; de epitritis doriis, Opusc. III 83 sqq.) Boeckhii sententiam omnino sustulisse sibi videbatur; aliam vero viam ingressus dicit ad sensum sibi innatum provocans irrationalitate moram adici numero; quod non fieri nisi in fine numeri, quoniam ibi pausa accederet. At ubinam finitur nu-

merus? an quibus locis pedes dirimuntur a metricis? At in mediis syzygiis et pedibus (antispastis, ionicis a maiore in sotadeis, creticeis, aliis) invenitur irrationalitas.¹⁾ Sin autem nostrorum musicorum more rhythmici dirimentur, saepe in mediis tactibus inerunt tempora irrationalia, velut in ionico dimetro anaclomeno ($\cup\text{---}\cup\text{---}$). Pausa autem numeros non dirimit nisi qui versus scandit, quod est ludimagistri et tironis, non poetae vel histrionis.

Tamen in Hermannii sententiam temere cessere omnes, qui adhuc rhythmicam tractavere; imprimis eam defendit Westphalius (Rh.¹ p. 120; Frg. u. Lehrss. p. 226; Rh.³ p. 133). Nemo autem eorum intellexit hac ratione everti numerorum aequalitatis legem, quam principalem omnis rhythmicae et veteris et hodiernae esse statuunt, utpote cui indulgentes dactylum cyclium introduxerint aliaque novaverint. Nam pede, qui est dimidio temporis primi auctior, non minus inquinatur numerus trisemus, quam si tetrasemus pes ei immisceatur. Westphalius autem, cum heptasemos pedes in strophis dactyloepitriticis inesse iure negasset, quoniam pedes heptasemi abessent a rhythmopoeia continua, tamen pedem ex sex moris et dimidia constantem in rhythmopoeia continua locum habere tacite concessit. At id quoque pedis spatium ab Aristoxeno inde exclusum esse constat.

Boeckhius autem in eo tantum errasse mihi videtur, quod in thesi eiusdem ipsius pedis, cuius arsis est irrationalis, corripienda acquievit. Nam quoniam constat iambos trochaeosque maxime cum irrationalibus uti possunt arsibus, non singulis

1) Circulo vitioso rursus ex sedibus irrationalibus, quae oculis obieiebantur, fines numeri constituebantur, velut in metris glyconeis et asclepiadeis incidere solent post alteram syllabam, cum inventa sit irrationalis. Item Westphalius (Rh.³ p. 181), cum in medio cretico irrationalitatem inesse posse negaret, Hermanniana ratione illa fretus dochmium divisit in bacchium et iambum (i. e. bacchium catalecticum), quoniam in prima et quarta sede inveniretur irrationalitas ($\cup\text{---}|\cup\text{---}\lambda$). At cum ex. gr. in glyconeo tertio, quod vocatur, primi duo pedes arsi utantur irrationali, numerum irrationalalem iterari atque idcirco ad rhythmopoeiam continuam spectare credamus?

pedibus metiendos esse, sed binos demum pedes efficere metrum, licuit ei vel alteram syzygiae thesin corripere aut potius thesin corripiendam conferendamque ex eo maiore temporum ambitu petere, quo maior numerus inesse putatur. Velut si numerus est hexasemus, intra hexasemum spatium quaerendum erit supplementum, sin dodecasemus, intra μέγεθος δωδεκάσημον. Quomodo ut singulorum pedum aequitas tollitur, ita non turbatur totius numeri aequabilitas et rationalitas. Sed etsi sententia Boeckhiana ita temperata gratior omnino acceptiorque mihi videtur, tamen ne Hermannianam quidem prorsus reiiciendam esse arbitror, quandoquidem accidere cognoscemus, ut aut temporibus irrationalibus de industria praeter legem adhibitis fiat rhythmī retardatio, aut eis locis, quibus rhythmus sive non iam vinculis coercetur sive nondum, dico in versuum et periodorum initiis et finibus, arsis supra spatium vagetur legitimum.

Sed priusquam eo progrediar, ut ostendam, ubi tempus irrationale alterum altero irrationali tempore suppleatur quibusque condicionibus, ante omnia exponendum mihi erit, quibus causis commotus ea proferam.

CAPUT V.

De priore capitis de irrationalitate Aristoxeni parte.

Nemo adhuc ex Aristoxeni fragmentis multo plura de irrationalitatis rhythmicæ natura hauriri posse atque haurienda esse vidit, quam hausta sunt. Atque in priore quidem parte (p. 34, 6—16 W.) eius capitis, quo de irrationalitate exposuit Aristoxenus, nunc quidem, quod attinet ad res notionibus subiectas, nihil fere obscuri aut ambigui restat. Chorea enim irrationalis habet thesin disemam, arsin monosemo spatio maiorem, disemo minorem. Itaque spatio superat eum pedem rationalem, a quo nomen mutuatus est ¹⁾, sed relinquitur eo, qui

1) Qui utrum sit trochaeus an tribrachys ex Aristoxeni verbis neque elucet nec scire hic attinet. Trochaei scilicet vox ab Aristoxeno non

uno tempore illum rationalem pedem excedit. Quantum vero sit augmentum illud irrationale, nullo modo definiri potest. Quo autem pacto ex Aristoxeni verbis sequatur irrationale esse illud medium, quod dicitur arithmeticum, non intellego. Quod cum iam Boeckhius mensurae suae subiecisset et adaptavisset, quamquam ab Hermanno (de epitr. dor. Op. III 84 sq.) est redargutum, tamen adhuc plerique (Caesar Grdzge. p. 144, Westphal. Rh.³ p. 132. 145; Susemihl. in annal. phil. LXXXVII p. 872. alii) retinuerunt. At, si arsis, quae inter monosemam et disemam est ἀνά μέσον, ex tribus temporis primi partibus dimidiis utique constaret, quis dubitat, quin tempus primum usque ad brevis syllabae dimidium deminuturus fuerit Aristoxenus, ut irrationalitate omnino posset carere? Iam vero cum apud alios Graecos (cf. Hermann. Op. III p. 83 adn.) tum apud Aristoxenum τὸ μέσον vel ἀνά μέσον vel μεταξὺ nusquam invenitur dictum de medio arithmetico, sed de qualibet medietate, quae intra certos fines continetur, velut el. harm. p. 64, 24 Mqd.: τὰ δὲ τούτων (sc. τῶν συμφώνων) ἀνά μέσον διάφωνα εἶναι λέγομεν; et p. 84, 11; 86, 6; μεταξὺ: p. 72, 2; 84, 7; 92, 2 alias. Neque vero dubium, quin si medium arithmeticum intellegi voluisset, non usurus fuerit praepositione ἀνά, qua locum finibus definitum, per se autem indefinitum esse significari docent locutiones ἀνά στρατὸν, ἀνά μάχην iam Homero (A 10, E 824, N 270) usurpatae; immo dixisset musicus ἐν τῇ μέσῳ. Illud quoque animadvertendum, quod a verbis et μέσον μέγεθος et ἀνά μέσον abest articulus, nempe ut indefinitum quoddam et inconstans significetur. Quid? nonne eodem iure liceret ex verbis τῆ ἀλογία ἔσται μεταξὺ δύο λόγων efficere, inter proportionem quoque duas proportionem sumendam esse accurate mediam? Media autem proportione gignitur medium spatium geometricum; tum diversa eiusdem arsis procrearentur spatia ($1\frac{1}{2}$ et $\sqrt{2}$), quod nullo modo ferri potest.

Denique et Dionysius (de comp. verb. c. 17: οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν πόσῳ, καλοῦσιν (οἱ ῥυθμικοὶ) αὐτὴν ἄλογον) et Aristides aliena fuisse videtur (frg. ap. Porphyr. p. 256 Wallis = 40, 8 W.; et apud Plut. de mus. c. 33: γινόμενον τροχαίου ἀντὶ παλινοῦ).

p. 51, 12 W.: ἀλόγων, ὧν οὐκ ἔχομεν διόλου τὸν λόγον τὸν αὐτῶν (αὐτὸν libri) τῶν χρονικῶν μερῶν εἰπεῖν πρὸς ἄλληλα) et Bacchius (p. 23 Mb., = 66, 28 W.: ὁπόσω δέ ἐστιν ἐλάσσων ἢ μείζων διὰ τὸ λόγῳ εἶναι δυσαπόδοτον, ἐξ αὐτοῦ τούτου συμβεβηκότος ἄλογος ἐκλήθη) una voce affirmant rhythmicos omnino non potuisse dicere, quanto irrationalia tempora a rationalibus discrepent. Quos locos omnes Westphalius (Frg. u. Lehrss. p. 221, alias; item Grafius p. 39) ex perversa vocis ἄλογος interpretatione ortos esse contendit; nimirum provocat ad Aristoxenum ipsum (item Brambachius Rh. u. metr. Untersuchungen p. 15), quippe qui dicat τὸ ἄλογον esse κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ἕξτόν, i. e. numerorum proportione exprimi posse. Quae verba quam perperam perspexerit Westphalius, infra demonstrabo. Quomodo autem erroris, qui ipsi videtur, consensum ortum esse cogitaret, ne verbo quidem indicavit. Ego quidem causam aliam cogitare nequeo quam originis communionem. Atqui a quo repetierunt omnes tres, ultimus auctor alius esse non potuit nisi Aristoxenus. Sed utut id est, constat Dionysium, qui Aristoxeni vel Aristoxenorum libros inspexisse videtur, nihil compertum habuisse de certa quadam temporum irrationalium mensura.

CAPUT VI.

De irrationalitate harmonica.

Cum autem de choreo irrationali exposuisset musicus, rationalitatem et irrationalitatem, quae λαμβάνεται περὶ τοὺς ἔνθεμους, explicat eo, ut cum rationalitatis et irrationalitatis harmonicae natura conferat. Si igitur illo duce harmonica praecepta cum rhythmicis comparare volumus, ante omnia quaerendum nobis est, quanam utriusque disciplinae elementa conferri possint. Pluribus locis aliis Aristoxenus cum temporibus rhythmicae contulit intervalla harmonicae: el. rh. p. 264 Mor. = 32, 11 W. confert intervalla ἀσύνθετα et σύνθετα cum temporibus incompositis et compositis. Ibidem p. 29, 22 W.,

quemadmodum non omnis χρόνων τάξις sit ἑξήνθμος, ita ne ἐν τῷ μελωδεῖν quidem quovis modo componi intervalla notum esse ait. Eodem modo in hac temporum irrationalium tractatione respicit eam partem τῶν ἀρμονικῶν στοιχείων, quae erat de irrationalitate intervallorum. Sed cum ea disputatio interierit, rei cognitio penderet ex nostro loco solo, nisi magno opere adiuvaremur eo, quod notiones hic inventae elementorum harmonicorum reliquiis illustrantur.

Atqui ut an tempus quodpiam rhythmico aptum sit necne, non ostenditur nisi in pedibus rhythmicis, ita utrum intervallum certum quoddam harmonicae aptum sit (μελωδεῖται) necne, non cognoscitur nisi in systematis symphonis, quorum brevissimum est tetrachordum (p. 33, 11; 66, 17 Mqd.). Ut autem unum tetrachordi intervallum non potest aut augeri aut minui, cum alterum intervallum non aut minuatur aut augeatur — nisi forte totius tetrachordi spatium aut transitur aut non expletur, id quod a modulatione abhorrere (ἐκμελῆς εἶναι) pluries proficitur Aristoxenus (p. 40, 20. 78, 13. 90, 17. 92, 23 Mqd.) — ita ne rhythmus quidem tempore iusto longiore admixto spatium legitimum superare potest. Ergo qui tetrachordum modo decem modo undecim dieses enharmonias complecti posse crederet, non maiore absurditate teneretur, quam qui numerum ditrochaicum hexasemum arsis alterius productione usque ad sex moras et dimidiam extendi opinatur.

A.

De intervallis ac systematis rationalibus.

Intervalla rationalia commensurabilia esse oportere intervallo aliquo primo ac brevissimo, quicumque hanc rem tractare, consentiunt. Cui documentum afferre potuerunt nullum. Διάστημα enim πρῶτον, quod conferatur cum χρόνῳ πρώτῳ, ab Aristoxeno positum esse nusquam scriptum videmus. Quo factum est, ut viri docti de intervallo isto primo, quod ipsi, non Aristoxenus, statuere, dissentiant. Tonum enim esse credit Aristoxeni verbis (el. rh. p. 34, 22 W.) fretus Bellermannus (ad anonymum de mus. p. 72), diesin enharmoniam Westphalius

(Rh.³ p. 138. Harm.³ p. 54), Marquardius (p. 241) autem duodecimam vel vicesimam quartam toni partem. Qui quidem, quae intervalla sint rationalia, iam perspexisse videtur, item Bartels p. 47 sq., sed argumenta neuter protulit; Westphalius vero solus fusius rem tractavit, sed quae iterum atque iterum protulit (Aristox. v. Tarent p. 288; Harm.³ p. 56 sq.; Rh.³ p. 140), non conveniunt cum eis, quae tradita sunt. Itaque operae pretium facturus sum in hac quoque musicae parte Westphalio obsistere, et quamvis pluribus fortasse quam rhythmicae cognitio postulat, tamen ad notionem vocis *ἄλογος* recte intelligendam eis carere non posse mihi videbar.

Ac primum quidem in Pseudo-Euclidis introductione in mus. (p. 10, 18 Mb.), quam pendere ab Aristoxeni libris harmonicis constat, omnes sex, quae enumerantur, tetrachordi divisiones vocantur *ῥήται καὶ γνώριμοι*. Deinde Aristoxenus ipse p. 72, 18 Mqd.: *τετραχόρδου δέ εἰσι, διαιρέσεις ἐξαιρετοί τε καὶ γνώριμοι αὐταί, αἱ εἰσὶν εἰς γνώριμα διαίρουμένα μεγέθη διαστημάτων*. Quibus praemissis statim sonorum mobilium intervalla definiuntur, quae in genere unoquoque et chroa unaquaque insint atque eorundem intervallorum spatia toni partibus designantur, ita ut ex eis intervallis aut systematis quaedam eximenda esse non in mentem veniat lectori incorrupto. Apertis autem verbis ea ipsa intervalla, quae irrationalia duxisse Aristoxenum Westphalius docuit, dico intervalla chromatis mollis et hemioli, ab Aristide (p. 19 fin. Mb.) dicuntur *ῥήτᾱ: τὸ δὲ χρωμα διαιρίσεται εἰς διαστήματα, ὅσα ἂν ῥήτᾱ μεταξὺ τοῦ τε ἡμιτονίου καὶ τῆς ἑναρμονίου διέσεως εὐρίσκειται, γίνεται τοίνυν τοῦ μὲν χρώματος εἶδη γ'.* Quod Aristides sive is, quem sequitur ille, non petere potuit nisi ex doctrina Aristoxenea. Nam alii musici, nisi forte Aristoxenum sequuntur, quamvis rationalium et irrationalium intervallorum notiones mutuaverint ab Aristoxeno, tamen variis numerorum proportionibus tetrachordi intervalla definientes, alias chroas *ῥήτᾱς καὶ γνωρίμους* esse aiunt numero octo (Ptolem. apud Man. Bryenn. ed. Wallis. opp. math. vol. III p. 387), quibus praeter nomina quaedam cum Aristoxeneis commune est nihil.

Verum etiamsi testimonia illa non extarent, vel e solis notionum definitionibus res potuit cognosci. *Ῥητὸν* enim atque *ἄλογον διάστημα* quale sit, prorsus luculenter enuntiavit Aristoxenus apud Ps-Eucl. introd. p. 9, 18: *ῤητὰ μὲν διαστήματα οὖν ἔστιν, ὧν οἶόν τε ἔστι τὰ μεγέθη ἀποδιδόναι, οἶον τόνος, ἡμιτόνιον, δίτονον, τρίτονον καὶ τὰ ὅμοια· ἄλογα δὲ παραλλάττοντα ταῦτα τὰ μεγέθη ἐπὶ τὸ μείζον ἢ ἐπὶ τὸ ἔλαττον ἀλόγῳ¹⁾ τινὶ μεγέθει.* Quas definitiones ab Aristoxeno profectas esse sequitur et ex auctoritate libri, cuius auctorem plurima sua debere Tarentino consentiunt viri docti et ex Man. Bryennio (p. 383 Wallis), qui definitionibus illis opposuit adversariorum definitiones:

	<i>Ῥητὰ</i>	<i>Ἄλογα</i>
Aristoxeneorum (μουσικῶν)	$\left\{ \begin{array}{l} \text{μὲν οὖν ἔστι, ὧν οἶόν τε τὰ} \\ \text{μεγέθη ἀποδιδόναι, οἶον δί-} \\ \text{τονον, ἡμιτόνιον, τόνον, τρί-} \\ \text{μιτόνιον, διὰ τεσσάρων καὶ} \\ \text{τὰ ὅμοια} \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} \text{δὲ τα παραλλάττοντα} \\ \text{ταῦτα τὰ μεγέθη ἐπὶ} \\ \text{τὸ μείζον ἢ τὸ ἔλαττον} \\ \text{ἀλόγῳ τινὶ μεγέθει} \end{array} \right.$
Pythagoreorum (κανονικῶν)	$\left\{ \begin{array}{l} \text{ταῦτὸ δ' εἰπεῖν, ὧν καὶ λόγον} \\ \text{ἔστιν εἰπεῖν οἶον λόγον δέφμη} \\ \text{τὴν πρὸς ἄλλα κατ' ἀριθ-} \\ \text{μὸν (ἀριθμῶν libri) σχέσιν.} \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} \text{ἤτοι ὧν οὐδεὶς πρὸς} \\ \text{ἄλλα λόγος ἐφρι-} \\ \text{κεται.} \end{array} \right.$

Quae definitiones inter se pugnantes (quod non intellexisse videtur Byzantinus, cum dicat *ταῦτὸ δ' εἰπεῖν*) proficiscuntur e diversis musicorum veterum rationibus harmonicis. Canonici enim sive Pythagorei proportionibus sonorum in numeris positiss (*λόγους τινὰς ἀριθμῶν* Aristox. el. harm. p. 46, 26 Mqd.) tetrachorda componebant, Aristoxenei vero intervallorum spatii (*μεγέθεισι*) toni partibus expressis (cf. Claudium Didymum

1) Westphalius pertaesus, quod vox explicanda in ipsa explicacione repetitur, pro *ἀλόγῳ* scribit *ἀμελωδῆτι* (Ar. v. Tarent p. 289; Rh.³ p. 142 sq.). At Aristoxeni definitiones saepe ita comparatae sunt, ut vox explicanda quo pertineat, enuntietur, velut in differentiis pedum *κατὰ μέγεθος* et *κατὰ διαίρεσιν*. Quin ipse Westphalius (Rh.³ p. 280 sq.) huius usus non ignarus definitioni eius pedum differentiae, quae dicitur *κατὰ σχῆμα*, addi iubet *σχηματισθῆ*, nimirum aspernatus Pselli testimonium, quippe quod non sit in rem suam.

περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξει(ε)ίων καὶ Πυθαγορ(ε)ίων apud Porphyr. p. 207 sqq. Wallis et Ptolem. I 9 p. 20). Nam intervalla Pythagoreis sunt ἀσώματα, Aristoxeneis autem σώματα (Ptol.) et τόποι (el. harm. p. 20, 28 Mqd.), per quos fit ἡ τοπικὴ τῆς φωνῆς κίνησις, ita ut μέγεθος habeant, cum contra Pythagorei aliique musici spatium (πλάτος) quoddam adscripsisse videantur sonis (el. harm. p. 6, 22 Mqd., cf. editoris adnot. p. 201). Intervalla igitur sunt Aristoxeneis instar longitudinum, canonicis vero numerorum discrimina, quae aut revocari possunt ad calculos (λόγοι) aut non possunt (σχέσεις).¹⁾ Quae cum ita sint, non est dubium, quin posteriores definitiones sint canonicorum, priores autem Aristoxeni. A quo intervalla dicta sunt ῥητά, quorum spatia (μεγέθη) possint reddi (ἀποδίδουσαι). Quid autem dicat ἀποδιδόναι, exemplis illustretur e doctrina harmonica desumptis. Nam el. harm. p. 53, 33 Mqd. dicit τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν (τῶν τόνων) ἀποδοτέον ἔστι, scimus autem tredecim tonos esse positos ab Aristoxeno (Aristid. p. 22 extr. Mb., Bryenn. p. 476). Quod autem sibi proposuit, cum dicit el. harm. p. 6, 17: ἀποδοτέον δὲ καὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς κινούνται scil. οἱ κινούμενοι τῶν φθόγγων, id executus est (p. 30, 27 sqq.), cum demonstraret lichani τόπον esse τονιαῖον, parhypates autem διέσεως ἐλαχίστης, lichanorum enharmoniarum τόπον sexta toni parte mensurari (p. 34, 25), chromaticarum hemitonio et duodecima toni parte (p. 36, 3), diatonarum denique diesi (p. 36, 12). Itaque si ad numeros revocari poterit intervalli alicuius μέγεθος, ἀποδοθήσεται τοῦτο τὸ μέγεθος; si minus, intervallum erit irrationale. Definiuntur autem quemadmodum sonorum mobilium regiones, ita intervalla tono sive toni partibus. At non quodcumque toni par-

1) Ceterum Pythagoreorum illa λόγον definitio in Pseudo-Euclidis codicibus duobus (cf. Meibomii adn. ad p. 56) addita est definitioni intervallorum irrationalium Aristoxeneae supra allatae; eadem irrepsit in Aristidis (p. 13 Mb.) intervallorum discrimina secundum Aristoxenum relata (cf. Deiters De Ar. Quint. doctr. harm. fontibus p. 20), denique in eiusdem definitionem temporum eurhythmorum (p. 33 Mb. — 50, 8 W.), ubi ἀνομοίων de sonis τάσει diversis intellegendum non eget variis virorum doctorum emendationibus.

tibus exprimitur, id per se rationale esse liquet. Nam exciperentur rationalitate toni partes quaecunque et quantulaecunque. Atqui in illo ἀποδιδόναι ipso inest, intervallorum spatia ad numeros redigi non arbitrio, sed accedere debere aliud quid, quo spatiorum definitionibus fides additur, dico αἴσθησιν. Quodcunque igitur ad numeros revocatur, id auribus distincte antea perceptum esse oportet. Qua de causa in definitione Aristoxenea apud Ps.-Euclidem (p. 10, 18 Mb.) coniunctae sunt notiones ἔρητός et γνώριμος, scil. τῇ αἰσθήσει. Semper autem τὸ ἔρητόν per se comprehendere τοῦ γνωρίμου notionem putandum est. Neque enim a numeris pendere irrationalitatis naturam, sed a perceptione, tota Aristoxeni doctrina docet, cuius principium summum esse αἴσθησιν saepenumero (velut el. harm. p. 48, 15 sqq. Mqd.) ipse profitetur. Quo fit, ut intervallum certum quoddam sit quinque toni partium duodecimarum, tamen cum an tanti spatii sit necne, dignoscere aures non valeant, in irrationalium numero sit habendum. 1)

Atqui Aristoxenus omnium eorum intervallorum, quae in sex illis tetrachordi divisionibus ἐξαιρέτοις τε καὶ γνωρίμοις (p. 72, 19) inveniuntur, spatia toni partibus definivit, mihi ergo constat, percepta adeo esse spatia, qualia definivit. An dieses illas primum omnes pariter numeris reddidisse, tum vero, cum de irrationalitate loqueretur, earundem diesium quasdam, quia percipi non possent, propterea ne numeris quidem exprimi posse, sed antea tamquam ludibrii causa numeros eis se indidisse Aristoxenum confessum esse arbitremur? Atque si parhypate chromatis mollis, quae in suo genere est gravissima, irrationali intervallo distaret ab hypate, ne τόπος quidem parhypatarum enharmoniarum a chromaticarum regione

1) Quae exempla Ps.-Euclidis et Bryennius afferunt intervallorum rationalium, ea non ab Aristoxeno sunt repetita; nam alter diesin omnino praetermisit, alter protulit neque utrum una an plures essent, addidit. Aristoxenus vero voce δλεσις non utitur absoluta, cum innumerabiles esse dieses statueret (frg. apud Porphy. p. 256 = 40, 18 W.). Neque vero exempla definitioni eum addidisse docent el. harm. p. 22, 19 Mqd., immo accuratiori praecepti explanationi ea relinquenda esse censuit.

certo disiungeretur termino, neque aurium iudicio permittendum esset, utrum tetrachordum quoddam esset enharmonium an chromaticum. Itaque quod gloriatur Aristoxenus (p. 50, 16 Mqd.), id quod priores fugisset, primum se invenisse litterisque mandasse, *πότε ἄρχεται ἐξ ἁρμονίας χρωμά τι γίνεσθαι*, vanum circulatoriumque esset, si terminum ipsum nec cognosci (*γνώριμον εἶναι*) nec probe exprimi posse numeris (*ῥητὸν εἶναι*) erat confitendum. Neque vero cum viris doctis litigabo de eo, quantum intervallorum discrimen auribus percipi sive a nobis possit sive potuerit a veterum quopiam sive a musicorum Graecorum subtilissimo. Enucleandum potius e solis testimoniiis, quae intervalla ab Aristoxeno dicta sint rationalia, quae irrationalia.

Iam vero τὸ κατὰ μέρος ῥητὸν harmonicum duabas rebus praeditum esse postulatur loco nostro p. 34, 20 W.: *πρῶτον μὲν ἐστὶ μελωδούμενον, ἔπειτα γνώριμον κατὰ μέγεθος*. Quorum huic satisfacere intervalla, quae sex illis tetrachordi divisionibus gignuntur, iam demonstratum est; sequitur, ut eadem esse *μελωδούμενα* probemus. Dicit autem Aristoxenus (el. h. p. 66, 6 Mqd.: *τοῦ δὲ τόνου μερῶν μελωδεῖται τὸ ἥμισυ, ὃ καλεῖται ἡμιτόνιον, καὶ τὸ τρίτον μέρος, ὃ καλεῖται διεσὶς χρωματικῆ ἔλαχίστη, καὶ τὸ τέταρτον* (cf. *ibid.* p. 30, 3 et Bryenn. p. 478). Unde statim sequitur diesin tam enharmoniam quam chromatis mollis, cum eadem sint *γνώριμοι κατὰ μέγεθος*, esse rationales, porro intervallum, quod est inter mesen et lichanum chromatis hemioli; neque enim, ut vult Westphalius, ex undecim toni partibus sextis constat, immo δύο μέτροις μετρεῖται, *ἡμιτονίῳ μὲν τρεῖς, χρωματικῇ δὲ διέσει ἅπαξ* (p. 72, 26 Mqd.). Sola diesis superest, quae est in chromate hemiolio. Atqui loco supra laudato agitur de partibus toni singulis, tres autem partes octavae non sunt pars totius ex veterum dicendi usu, sed partes, non minus quam tres partes quartae, quod intervallum in diatono molli *μελωδεῖσθαι* conceditur. Itaque locus non impedit, quominus diesin chromatis hemioli quoque inter *μελωδούμενα* atque rationalia referamus. Pari autem iure eam uti ac ceteras dieses, inde sequitur, quod

πυκνὸν χρωματικὸν ἡμιόλιον inter cetera rationalia pycna tertio loco enumeratur, ubi regiones (*τόποι*) sonorum mobilium definiuntur (p. 34, 13 sqq. Mqd.), quamvis solius chroae illius soni mobiles non terminent regiones, sed insint mediis in regionibus chromaticis. Quo in loco quod Noster iterum atque iterum repetit verbum *λαμβάνειν* (*πρὸς τῷ βαρυτέρῳ τῶν μενόντων* (scil. *φθόγγων*) *εἰλήφθω* (= iuxta hypaten sumitor) *τὸ ἐλάχιστον πυκνόν*, . . . *τρίτον εἰλήφθω πυκνόν πρὸς τῷ αὐτῷ* (scil. *φθόγγῳ*), . . . *τὰ πρῶτα ληφθέντα πυκνά*, . . . *τὸ πέμπτον et ἕκτον ληφθέν σύστημα*), sex illa pycna et apycna inter se non natura sese excipere vult, sed sive statuta sive sumpta sive electa esse (cf. *ἔξαιρέτοι διαιρέσεις* p. 74, 19) ex innumerabilibus pycnis et apycnis certa de causa; quid autem aliud causae esse potuit, quam quod ea omnia sunt rationalia?

Apparet igitur, *πρῶτον ληφθέν πυκνόν* ab Aristoxeno dictum esse pycnum enharmonium rationale, *δεύτερον ληφθέν πυκνόν* chromatis mollis, tertium hemiolii e. q. s. Eodem modo dieses, quae statuuntur (*λαμβάνονται*), eum numerasse per se liquet. Quae cum ita sint, eae intervallorum significationes, quibus intervalla diesi enharmonia commensurabilia dicuntur *πρῶτον*, *δεύτερον*, *τρίτον* et q. s. *μέγεθος* (Plut. de mus. c. 38), unde effecit Westphalius (Rh.³ p. 138) diesi enharmonia tamquam intervallo primo usum esse Aristoxenum, Aristoxeneae nequaquam esse possunt. Immo positae sunt in ratione eorum, quos illic reprehendit Aristoxenus, quod diesi enharmoniam omnino percipi posse negantes tamen ea uterentur intervallorum mensura. Eidem, qui dicuntur *ἄρμονικοὶ* (p. 2, 16 Mqd. et alias), vituperantur alias quoque ab Aristoxeno, quod consonantiarum intervalla in partes diesi enharmoniae aequas dividunt (p. 76, 21) et *καταπυκνώσειν* (i. e. eodem intervallo continuato, scil. *τεταρτημορίῳ τοῦ τόνου*, ita ut systematorum spatia solvant in pycna enharmonia) *ἀποδιδόναι πειρώνται τὸ συνεχές* (p. 38, 25)¹⁾; eorundem autem rationem iam

1) Ad harmonicorum, qui dicuntur, *καταπύκνωσιν* („chromatische Tonleiter in Vierteltönen“) nostrorum musicorum modulatio aequabilis (temperierte Stimmung) multo propius accedit quam ad doctrinam *περὶ συνε-*

commemorat Plato (de republ. VII p. 531 A: οἱ μὲν φασὶ ἔτι κατακούειν ἐν τῷ μέσῳ (scil. hemitonii, intervalli minimi eorum, quae per consonantiarum proportiones inveniuntur a canonicis, quos sequitur Plato) τινὰ ἵχην καὶ σμικρότατον εἶναι τοῦτο διάστημα, ᾧ μετρητέον), iam sequitur Aristoteles (Metaph. N 1. p. 1087 b 36 et alias).

Neque vero omnino ἀμελωδήτου notio permittit, ut ei subiciamus diesin chromatis hemiolii. Ἀμελωδήτον enim, inquit Ar. p. 36, 2, λέγομεν, ὃ μὴ τάττεται καθ' αὐτὸ ἐν συστήματι. Diesis vero in suo quaeque systemate per se invenitur. Atque quaecunque intervalla nominatim ἀμελωδήτοις adscribit musicus, omnia sunt diesi enharmonia, intervallo minimo, quod per se ponitur in systemate (p. 66, 28), minora; nam ea nec voce cantari neque auribus percipi posse ait (p. 20, 4). Octava igitur toni pars erit ἀμελωδήτον, quae si ter sumitur, intervallum fiet diesi brevissima maius, quod quominus in numero cum τῶν μελωδουμένων, tum τῶν ζήτην habeamus, nihil impedit. Quin τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ζήτην, quod illic dicitur ἀμελωδήτον, non omnino spectare ad intervalla irrationalia, sed alia minuscula, invito Westphalio, quippe qui ad additamenta confugiat, postea probabimus.

Ac denique chromatis hemiolii perceptio non difficilior fuisse Aristoxeno quam generis enharmonii videtur. Qui enim quartam toni partem percipere valet, si hemitonio eam addit vel de tono detrahit, inveniet πυκνὸν chromatis hemiolii, ex quo tum eodem modo, quo ex hemitonio diesis enharmonia, efficietur diesis hemiolia. Aristoxenum autem non duplicanda diesi quaesivisse πυκνὸν, sed contra e pyeno dimidiato derivate diesin et par erat et probatur locis his: el. harm. p. 34,

χείας sive τοῦ ἑξῆς Aristoxeni, quem modulationis illius inventorem esse laudibus ferunt immeritis Marquardius p. 259 et Ambros, Gesch. d. Musik I p. 214. — Ad harmonicorum doctrinam referenda esse mihi videntur et intervallorum discrimen, quo sunt aut ἄρτια aut περιτὰ (Aristid. p. 14), et praecepta de eclysi, spondeasmo, echole (Bacch. p. 11; Aristid. p. 28: καὶ γὰρ τούτων τῶν διαστημάτων (!) χεῖρα πρὸς τὰς διαφορὰς τῶν ἀρμονιῶν παρελήθητο τοῖς παλαιοῖς; Plut. de mus. c. 11).

5 sqq., et frg. el. rh. apud Porphy. p. 256 = 40, 18 W.¹⁾ Quomodo succurritur perceptioni in eiusmodi intervallis percipiendis, in eis vero quae ex toni partibus quintis septimisve componuntur, sunt adiumenta nulla; ea autem, quae ex gr. ex quinque septemve partibus octavis constant, neque ad diesin spectare possunt, cum maiora sint hemitonio, neque ad pycna rationalia, quoniam in aequas partes dividi nequeunt. Quo fit, ut ex variis toni partium compositionibus paucae percipi et in definita tetrachordorum modulatione poni possint atque ut ea tantum pycna sint rationalia, quae cum tono proportionibus continentur eisdem, quae inveniuntur in pedibus rationalibus, diplasia, hemiolia, epitritica, aequali, inter apycna autem rationalia et tonum intercedant *λόγοι ἐπιμόριοι* ($\frac{5}{4}$, $\frac{3}{2}$).

Quid? si haec vel illa ex sex illis tetrachordi divisionibus uteretur intervallis irrationalibus, an silentio id praeteritum esse putamus sive ab Aristoxeno ipso sive ab eorum musicorum, qui illi sua debent, aliquo (Aristid. p. 19 sqq. Mb.; Ps.-Euclid. introd. p. 10, 18 sqq.; Anonym. de mus. c. 52—55) sive a Claudio Ptolemaeo, qui Aristoxenearum in tetrachordo secundo rationum censuram egit? Qui quidem „culpat Aristoxenum, quoniam in chromate molli et in chromate hemiolio tales posuerit primas secundasque a gravi nervo proportiones (!), quae a se minimo et quantum sensus non possit internoscere, distarent“ Boët. de mus. p. 370, 19 Frdl. (= *είκοστοτετάρτη μέρει τόνου διαφερουσῶν, ὡς μηδεμίαν ἀξιόλογον ταῖς αἰσθήσεσι ἐμποιεῖν παραλλαγὴν* Ptol. c. 14 p. 33 Wall.). Idem eum vituperat, quod plures in chromatico genere, in diatono pauciores chroas rationales statuerit, quam extare ipse ratus est (*ὑπερβάλλειν ἔοικε μὲν ἐπὶ τοῦ χρωματικοῦ, . . . ἐνδεῖν δὲ ἐπὶ τοῦ διατονικοῦ, πλειόνων φαινομένων σαφῶς τῶν μελωδομένων*). Quodsi ipse Aristoxenus se illas accurate auditu dignoscere posse negasset,

1) Sequitur de intervallo primo quidquam efficiendum esse ne ex nomine chromatis hemiolii quidem (p. 74, 2: *πυκνὸν ἡμιόλιόν ἐστι τοῦ ἐναρμονίου καὶ τῶν διέσεων* <ἑκατέρα ἡμιολία> ἑκατέρας τῶν ἐναρμονιῶν). Fac ne omittas, quod hic quoque pycnum anteposuit diesi, nempe hanc ex illo derivabat, non contra.

non erat, quo ansam daret Ptolemaeo ad impugnandum. Denique quod Vitruvius, qui Aristoxeni libros inspexisse videtur (cf. V 5, 9), e chromaticis chrois unam profert toniaeam, e diatonis syntonam (V 4), id factum esse mihi videtur, ne explanationis perspicuitati officeret rerum abundantia, quoniam ad usum suum una in quovis genere chroa ei sufficiebat. Argumentum vero de ceterarum chroarum chromaticarum irrationalitate ne inde quidem capere poteris, ni forte diatonum molle quoque sequi chroas irracionales putare vis.

Ac ne in mixtis quidem tetrachordis irracionales intervalla inesse arbitrator, si modo eis utuntur sonis, quae in tetrachordis illis sex simplicibus inveniuntur. Constat enim tetrachorda mixta ita oriri, ut non tam intervalla quam soni mobiles e diversis generibus chroisve petantur unoque tetrachordo componantur.

Si igitur lichani sex cum parhypatis quattuor varie uno tetrachordo coniunguntur, media intervalla interdum accipient octavas duodecimasve toni partes, tamen ceteris intervallis de tetrachordi spatio subtractis statim fiet *γνώριμα κατὰ τὰ μεγέθη*. Nam intervalla non metitur Aristoxenus, nisi ut definiantur *τάσεις* sonorum; si autem quae *τάσεις* definita erit ab illa parte, manifestum est eam infinitam non ita fieri, si ab hac parte continetur intervallo indefinito atque alterius soni mobilis *τάσις* mutatur. Sed quomodo mixtionem tetrachordorum non tam ab intervallis quam a sonis pendere voluit Aristoxenus, eodem in irrationalitate egisse eum conicio, ita ut ex. gr. tertia toni pars in chromate molli sit intervallum rationale, in aliis tetrachordi sectionibus irracionales, velut si diesi enharmoniae additur *ἐπὶ τὸ ὄξύ*. Atque quamquam vel alii soni reperiri possunt, qui terminentur intervallis *γνωρίμοις τῆ ἀισθήσει* — velut si diesi tritemoriae in acutiore parte addas hemitonium vel tonum —, tamen eis quas protulit tetrachordi sectionibus rationalibus se continuisse Aristoxenus videtur, quoniam quaecunque unquam excogitari possent, arte sua complecti et doctrina usum excedere ac praeire certe noluit. Verisimile igitur est rationalitatem sonorum potius quam

intervallorum naturae tribuisse Aristoxenum et ea intervalla duxisse rationalia, quae hypate, sex parhypatis, quattuor lichanis, mese terminentur; quae aliis sonis, irrationalia.

B.

De intervallis irrationalibus.

Atque praeter sonos illos, qui insunt in tetrachordis simplicibus et mixtis, multos alios atque adeo innumerabiles extare sequitur e doctrina de regionibus (τόποις) sonorum mobilium, de qua Noster p. 36, 13 Mqd. et maxime v. 18: *νοητέον γὰρ ἀπειρους τὸν ἀριθμὸν τοὺς λιχανούς. οὐ γὰρ ἂν στήσῃς τὴν φωνὴν τοῦ ἀποδεδειγμένου λιχανῶ τόπου, λιχανὸς ἔσται, διάκενον δ' οὐδὲν ἔστι τοῦ λιχανοειδοῦς τόπου οὐδὲ τοιοῦτον οἶον μὴ δέχεσθαι λιχανόν.* Idem de parhypates regione docet. Cf. p. 76, 27; 100, 7 sqq. Porphyr. p. 255. Tot igitur parhypatae totque lichani extare possunt, quot in utriusque soni regione, quam linea designatam cogites, extant puncta.¹⁾

E quibus, praeter quattuor illas parhypatas sexque lichanos rationales, alias quasdam non modo doctrina esse positas, verum etiam ad usum pertinuisse ipse Aristoxenus auctor est compluribus locis. El. harm. p. 70, 18 Mqd.: *οὐ γὰρ δὴ πρὸς τὴν αὐτὴν διαίρεσιν βλέποντες πάντες οὔτε τὸ χρῶμα οὔτε τὴν ἀρμονίαν ἀρμόττονται ὥστε τί μῦλλον τὴν δίτονον (obiectum; διάτονον libri) λιχανόν (praedicatum) λεκτέον ἢ τὴν μικρῶ συντονωτέραν; ἀρμονία (i. e. genus enharmonium quoddam, non, ut vertit Marquardius, „Wohlklang“, qua significatione vox nusquam invenitur apud Aristoxenum) μὲν γὰρ εἶναι τῇ αἰσθῆσει κατ' ἀμφοτέρων τὰς διαίρεσεις φαίνεται, τὰ δὲ μεγέθη τῶν διαστημάτων δῆλον ὅτι οὐ τὰντὰ ἐν ἐκατέρῃ τῶν διαίρε-*

1) Consonorum vero intervallorum *μεγέθη* dicit (p. 80, 2) *ἤτοι ὅπως οὐκ ἔχειν τόπον* (nos: „Spielraum“) [*ἀλλ' ἢ ἐν μεγέθει ὄρισται secludenda*] *ἢ παντελῶς ἀκαριαῖόν τινα.* Quod a Marquardio non intellectum esse docet eius versio. Cur autem additum sit *ἢ παντελῶς ἀκαριαῖόν τινα*, pro certo dicere nequeo; sed id ipsum testatur summam et aurium et explanationis subtilitatem fuisse in musico.

σειων, τὸ δ' εἶδος τοῦ τετραχόρδου ταὐτὸ, δι' ὅπερ καὶ τοῖς τῶν διαστημάτων ὅρους ἀναγκαῖον εἶπειν τοὺς αὐτοὺς. Concessit igitur musicus, qua ipse uteretur enharmonii generis modulatione, eam non unicam esse, sed vel aliam esse, quae in idem genus caderet. Lichani autem enharmoniae dicuntur et lichanus, quae ditono distat a mese et ea lichanus, quae paulo acutior est et invenitur in tetrachordo enharmonio illo irrationali, quo usos esse aequales commemorat pluribus locis, quibus, quod *δίτονον* scripsimus, probatur. P. 36, 33 Mqd.: οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι διαφέρονται περὶ διαστήματος μόνον, οἷον πότερον δίτονός ἐστιν ἢ λιχανός ἢ συντονωτέρα, ὡς μιᾶς οὔσης ἐναρμονίου = inter se pugnant, utrum lichanus enharmonia sit ea, quae ditono a mese distet, an ea quae sit illa acutior, quasi vero una tantum extet lichanus enharmonia. — P. 32, 10: οἱ μὲν γὰρ τῇ νῦν κατεχούσῃ μελοποιίᾳ συνήθεις μόνον ὄντες εἰκότως τὴν δίτονον λιχανὸν ἐξορίζουσιν· συντονωτέροις γὰρ (scil. λιχανοῖς ἐναρμονίοις) χρῶνται σχεδὸν οἱ πλείστοι τῶν νῦν· ὅταν δ' ἀφίκωνται ποτε εἰς τὴν ἁρμονίαν, ἐγγίς τοῦ χρώματος ἐπάγουσι. Nec non p. 40, 1, ubi dicit, intervallum inter lichanum et mesen in genere enharmonio esse ἤτοι ὀκταπλάσιον τῆς ἐλαχίστης διέσεως ἢ μικρῶ τινι καὶ παντελῶς ἀμελωδῆτι ἔλαττον. Verba ultima Westphalius (Rh.³ p. 143) rettulit ad chroma molle. At enharmoniam quandam chroma eis quoque significari cum testantur ceteri loci tum totus locus ipse, quem exscribere longum.

Aristoxenus igitur dicit aequales suos adhibere lichanum acutiorem enharmonia rationali, quae distat ditono a mese. Mese autem, quippe a qua profectus lichani intervallum dimetiatur, sibi constare debet. Pluribus autem locis (p. 40, 20; 78, 13; 90, 17; 92, 23) dicit esse *ἐκμελές*, i. e. a legibus harmonicis alienum et propterea ab usu legitimo exclusum, si οἱ τέταρτοι φθόγγοι τῇ διὰ τεσσάρων non concinant. Atqui Aristoxenus irrationalium intervallorum systematumque proprium genus certe non ideo statuit, ut e doctrina sua statim excluderet. Neque enim intellexeremus, cur de regionibus sonorum mobilium tam plene atque accurate dissereret ac cur

infinitum esse numerum sonorum mobilium tantopere premeret (p. 36, 19 sqq; 68, 27; 100, 8 sqq.; Porphyr. p. 255: *περὶ τῆς ἀπειρίας τῶν τάσεων πολλαχοῦ διείλεκται*). Itaque si systemata intervallis irrationalibus utentia excepisse eum putamus doctrina, facere non poterimus, quin tetrachordi diatessaron spatium irrationalibus intervallis non mutari, verum in eo alterum intervallum tanto augeri, quanto alterum minuitur, putemus. Itaque aut acutior sola diesis augenda aut augmentum inter utramque diesin pro rata parte distribuendum est. Quo fit, ut modo lichanus sola, modo uterque sonus mobilis sit irrationalis. Totius autem tetrachordi spatium nec minuitur neque augetur; si tamen accidit, tetrachorda fient *ἐκμελῆ*, velut ea, quae a quibusdam musicis adhibita sunt, ut auctor est Aristoxenus apud Plut. de mus. c. 39: *καὶ τῶν ἐστώτων τινὰς παρανιάσι* (remittunt contra legem) *φθόγγων ἀλόγη τινὲ διαστήματι*. Quo loco easdem quas locis supra allatis divisiones, enharmonias scilicet, significatas esse voluit Marquardius (p. 270). At apud Plutarchum quidem Noster dicit ab istis musicis lichanos semper molliri (*μαλακίζουσι*), i. e. graviores in suo quasque genere sumi et ad lichanum diatoni mollis vel chromatis mollis quam proxime accedentes; locis autem supra allatis de lichano enharmonia quadam sermo est. Neque *μαλακίζουσι* illud convenit cum generis enharmonii natura, nam „cantio eius maxime gravem et egregiam habet auctoritatem“ Vitruv. V 4. Multo similiores eae tetrachordi divisiones fuisse mihi videntur, quas significat p. 30, 14, cum dicit aequales suos plerumque in chromate versari propter dulcedinis quoddam studium (*διὰ τὸ γλυκαίνειν*). Habemus igitur irrationalia intervalla chromatica. Extitisse autem in diatono quoque genere chroas irrationales, inde sequitur, quod in diatono plures quam duas illas chroas rationales esse significat p. 98, 26: *ἐπὶ τὸ μέσης καὶ λιχανοῦ διάστημα, ὅ τι ἂν ποτε τυγχάνη ὃν καθ' ἑκάστην χροάν τῶν διατόνων*.

C.

De systematis harmonicis irrationalibus.

Diatessaron semper habere ῥητὸν μέγεθος contendit. Cui non obstat, quod Aristoxenus de systematis rationalibus et irrationalibus (p. 24, 1) dicit: τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀλόγῳ διαστήματι ὤρισται, τὰ δὲ ῥητιῶν, quod recte intellegemus ita, ut intervallum, quo systema definitur (ὤρισται), interpretemur intervallum id, quod interest inter summum et infimum systematis sonum. Systemata enim ab Aristoxeno non modo συμφωνίαι dicuntur, verum etiam πυκνά¹⁾ et ἄπυκνα (cf. p. 34, 21. 24 et ipsam systematis definitionem p. 22, 2: τὸ δὲ σύστημα σύνθετόν τι νοητέον ἐκ πλειόνων ἢ ἑνὸς διαστημάτων). Systemata igitur irrationalia e duobus intervallis composita erunt aut inter hypaten et irrationalem lichanum, aut inter irrationalem parhypaten et mesen aut inter lichanum irrationalem et paramesen aut inter alios sonos eis similes; ex tribus autem ea, quae duobus sonis mobilibus irrationalibus non διὰ τεσσάρων concinentibus terminantur, velut tetrachordum inter lichanum meson irrationalem et triten synemmenon irrationalem; rationale vero erit systema inter lichanum meson irrationalem et lichanum hypaton irrationalem. Discimus autem ex hoc loco systemata irrationalia non ea dici, quae intervalla irrationalia complectantur vel ex eis composita sint, sed quorum universum spa-

1) Item πυκνὸν latius patet, quam vulgo putatur. Nam summa est non modo intervallorum inter hypaten et lichanum in harmonia et chromate positorum, sed omnino duorum quorumlibet continuorum, si modo tertio eiusdem tetrachordi intervallo minor est. Quod accidit in harmonia et chromate (excluso toniaco); atqui de eis solis generibus loquitur musicus p. 90, 23 Mqd., cum dicit: οἱ δὲ τὸν τόνον (scil. διαζευκτικὸν) περιέχοντες (φθόγγοι) ἀμφοτέροί εἰσι πυκνοῦ βαρύτεροι, cui interpretando, cum tetrachordum cum diatessaron confunderet, imparem se praebuit Marquardius (pp. 348. 350). Nam intervallum inter mesen et lichanum maius est intervallo inter mesen et triten ($2 > 1 + \frac{1}{4}$, $1\frac{5}{8} > 1 + \frac{1}{3}$, $1\frac{3}{4} > 1 + \frac{2}{8}$, sed $1\frac{1}{2} = 1 + \frac{1}{2}$).

tium abest a sex chroarum simplicium intervallis compositis. Quocum pugnat Pseudo-Euclidis (p. 16) et Bryennii (p. 385) systematum irrationalium definitio: τῆ δὲ τοῦ ῥητοῦ καὶ ἀλόγου διαφορᾷ διοίσει συστήματα ὅσα ἐκ ῥητῶν διαστημάτων σύγκειται τῶν ἐξ ἀλόγων· ὅσα μὲν γὰρ ῥητὰ, ἐκ ῥητῶν ἐστίν· ὅσα δὲ ἄλογα, ἐξ ἀλόγων (ὅσα δὲ ἐξ ἀλόγων, ἄλογα Bryenn.). At eam non Aristoxeneam esse vel elocutio coarguit.

CAPUT VII.

De vocibus λόγος et ἀλογία.

Cum igitur cognoverimus, quae intervalla, quae systemata dicantur rationalia, quae irrationalia, sequitur, ut quaeramus, cur ita sint dicta. Ἄλογον esse, quod λόγον non habet, per se liquet: λόγον vero proportionem (Verhältnis) interpretari hand cunctati viri docti temporum irrationalium notionem Aristoxeneam a Dionysio, Aristide, Bacchio locis supra allatis perverse explicatam esse contenderunt (Westphal. Frg. u. Lehrs. p. 221, alias; alii, velut Caesar pp. 110. 286, Grafus p. 39, Dionysium imprimis impugnant). At cum Halicarnassensem illum quidem in graeca lingua litterisque hand mediocriter versatum et edoctum esse sciamus, dubium est, an illi λόγον rectius explicaverint quam nostri homines. Id autem tenendum esse puto, ut Aristoxeni notiones ac verba ex ipsius tantum usu ac ratione interpretemur, neque vero acquiescamus in mathematicorum, qui tum erant, usu, velut Euclidis, qui libro decimo doctrinam de linearum rationalitate et irrationalitate tractavit atque artificiose excoluit, et libri, qui inter Aristoteleos invenitur et inscribitur περὶ ἀτόμων γραμμῶν, auctoris, qui Euclidis rationes sequitur.

Quaeritur autem, quocum intervallis rationalibus intercedat proportio. An cum intervallo primo? At monadem ad usum spectantem, qua intervalla rationalia commetiretur, irrationalia commetiri se posse negaret, non posuisse Aristoxenum supra docuimus. Atque etiamsi intervalla rationalia omnia ad vicesi-

mas quartas toni partes redigi possunt et rediguntur a Ptolemaeo (I 12 p. 30) et Aristide (p. 19), tamen an id Aristoxeni ipsius fuerit dubium; alii enim (velut Porphyrius p. 311) tonum dividunt in partes duodecimas, quibus intervalla singula expriment (*ὑποκειμένου κατὰ τὸν τόνον ἀριθμοῦ τοῦ τῶν δώδεκα κατὰ τὸν Ἀριστόξενον*). Ptolemaeus autem et Porphyrius in eo concinunt, quod rationem propositam statim miscent cum alia ita, ut cum generis enharmonii intervalla ille bis sex, semel duodequingenta toni partibus vicesimis quartis, hic bis tribus, semel viginti quattuor partibus duodecimis expresserit, iam chromatis mollis dieses ex tritemorio, *ὑπερέχον* e tono, dimidia tertiaque toni partibus componi dicant. Quarum rationum in elementorum harmonicorum fragmentis haec sola invenitur. Sed utut id se habet, id certum est non omnia intervalla rationalia habita esse ab Aristoxeno, quaecunque duodecimis vel vicesimis quartis toni partibus commensurabilia essent; quod si factum esset, multo plures tetrachordi divisiones adhibendae atque plura intervalla in rationalium numero erant habenda, quam statuit. Itaque non sunt audiendi, qui *τὸ ἐητὸν* commensurabile, *τὸ ἄλογον* autem incommensurabile interpretari iubent (Westph. Rh.³ p. 132, Marquard. p. 240).

Ac ne inter eiusdem quidem systematis intervalla rationalia intercedere proportiones voluit musicus; nam si quas statuas, eas plerumque non tam simplices esse, ut inde de intervallorum spatio liceat cognosci, invenies, simplicissimarum autem quasdam non adhibitas esse. Nam si forte efficias e loco Aristoxeneo apud Porphyrium p. 256 Wall. = 40, 22 W., proportiones intercedere inter *πυκνά*, quae sunt inter hypaten et lichanum, et *ὑπερέχοντα*, ad rationalia intervalla spectabunt hae proportiones: 1:4, 4:11, 3:7, 2:3, ad irrationalia vero 1:2, 1:3, 3:4 aliae. Ceterum is locus ita comparatus est, ut non magis ad rationalia intervalla, quam ad irrationalia pertinere videatur; quem autem ad modum sit intellegendus, postea (p. 222) apparebit. — Unica autem proportionum concinnitas, ut iam supra (p. 209) memoravimus, inest in eis proportionibus, quae pycnis sunt ad tonum; attamen latius non

patet. Nam si omnia intervalla rationalia proportione definirentur, quae cum tono, mensura scilicet, intercederet, ita simpliciorum quoque proportionum complures a rationalibus tetrachordi modulationibus exclusae, earum autem, quae propter numerorum magnitudines sunt difficiliore perceptu, quaedam (3 : 8, 7 : 4, 11 : 6) in maioribus tetrachordi intervallis adhibitae esse putandae sunt. Atqui constat Aristoxenum maiora illa intervalla non ad unum numerum redegisse, quo, quot quantaque toni partes inessent, diceret, verum ex minoribus intervallis composuisse, ex. gr. intervallum inter lichanum chromatis mollis et mesen non ex $\frac{1}{6}$ toni partibus, sed ex $\frac{1}{2} + \frac{1}{2} + \frac{1}{3}$ (cf. el. harm. p. 38 Mqd.). Quae cum ita sint, Aristoxenus intervalla rationalia non ad praestitutas quasdam proportiones conformavit neque alia intervalla, quae proportionis expertia essent, in ordine irrationalium habuit. Immo auribus subtilissimis ea quae in usu erant, censuit ac de eorum rationalitate decrevit, cum in cognoscendis atque definiendis spatiis ingrederetur eam, quam supra (p. 208) demonstravi, rationem ac viam, ut a consonantiis profectus intervallorum iam perceptorum atque definitorum spatia partiretur in duas vel tres partes aequas componeret, aliud de alio subtraheret, custodibus semper usus perceptione et ratione ($\acute{\alpha}\kappa\omicron\tilde{\eta}$ et $\delta\iota\alpha\upsilon\omicron\iota\alpha$, p. 48 sqq. Mqd.). Quae autem hac via non assecutus est auribus neque ex aliis derivare poterat, ea vocavit irrationalia.

Quod autem alia intervalla dixit rationalia, alia irrationalia, eius rei causa idonea ac sufficiens in ipsa definitione, quae apud Pseudo-Euclidem et Bryennium extat, inesse mihi videtur. Itaque intervalla atque, quoniam intervallo terminantur, systemata quoque propterea sunt rationalia, quod eorum $\mu\epsilon\gamma\acute{\epsilon}\theta\eta$ $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\iota\delta\acute{\omicron}\nu\alpha\iota$, i. e. spatia, cum auribus accurate percipi possint, numeris exprimere licet; irrationalia autem, quod eorum spatia neque accurate percipi nec numeris dici possunt, ac ne minuta quidem illa intervalla, quibus differunt a rationalibus ($\pi\alpha\rho\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}\tau\tau\omicron\upsilon\sigma\iota$ $\tau\alpha\upsilon\tau\alpha$ $\tau\grave{\alpha}$ $\mu\epsilon\gamma\acute{\epsilon}\theta\eta$), numeris reddi possunt. Quodcunque igitur spatium harmonicum $\lambda\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$

i. e. per praedicatum (*ῥῆμα*) pro certo definiri potest, id erit *ῥητόν*.¹⁾

Ac de harmonica quidem doctrina constat notiones *ῥητός* et *ἄλογος* pertinere ad spatium vel uniuscuiusque intervalli vel systematis universum, proportionis autem significationem eis nec per se subesse neque usu supperaddi, sed inesse in eis sensum definiti spatii et indefiniti (der Grösse nach bestimmt und unbestimmt). Quoniam autem notiones suas in omnibus doctrinae musicae partibus eodem sensu adhibuisse Aristoxenum consentaneum est, in rhythmica quoque *ῥητόν* et *ἄλογον* id esse putandum est, cuius spatium numeris definiri aut potest aut non potest. Quae vis non modo satisfacere verbis usuique, sed etiam vestigia fecisse mihi videtur maxime in definitione pedum rationalium irrationaliumque. In qua etiamsi proportionis vim subesse notionibus *λόγος* et *ἄλογία* concedamus, non offendimur illo *ῥιζοῦται λόγῳ*; illud vero *ῥιζοῦται ἀλογίᾳ* nonne si non contradictionis in adiecto, quam vocant, at certe zeugmatis crimen contraheret Aristoxeno? at ne id quidem in notionum definitionibus ferri potest. Mire autem confunderentur verba, si *ῥιζοῦται ἀλογίᾳ* dictum esse putaremus pro *οὐχ ῥιζοῦται λόγῳ*, quippe quod expectaremus, si *λόγος* esset proportio. Erant certe, qui *ἀλογίαν*, quamvis opposita esset proportioni, tamen quodammodo certam quandam proportionem esse vellent. Quod absurdissimum esse breviter monuisse hic satis esto; postea enim repetendum ac pluribus refutandum. Tollitur autem omnis difficultas, quae inest in illo *ῥιζοῦται* de pedibus irrationalibus dicto, si rem redactam esse credimus ab Aristoxeno non tam ad arithmetica quam ad geometrica, *λόγον* et *ἀλογίαν* non ad proportionem quandam, sed ad spatium pedis conferimus. Ut enim quodvis intervallum atque systema

1) Cui verbo cum proportionis sensum, si modo subest, per se non inesse apertum sit, ex *ἀλόγον* notione opposita irrepsisse oportebat. At non tam *ῥητόν* sequi *ἀλόγον* sensum, quam hoc illius, inde cognoscimus, quod illi oppositum est a quibusdam *τὸ ἀῤῥῆτον*, nempe de rebus mathematicis nescio quibus usurpatum (Plat. Hipp. mai. p. 303 B: *οὐδὲν κωλύει ἀῤῥήτων ἐκατέρων ὄντων τάχα μὲν ῥητὰ τὰ συναμφοτέρα εἶναι*).

continetur duobus terminis, sonis, ita temporum quoque omnium ac pedum spatia includuntur terminis (ὄροις), qui dicuntur μεταβάσεις (Psell. § 6, p. 75, 25 W.: οἱ δὲ ὑπὸ τῶν κινήσεων (κατεχόμενοι χρόνοι) ἄγνωστοι διὰ σμικρότητα ὥσπερ ὄροι τινὲς ὄντες τῶν ὑπὸ τῶν ἡρεμιῶν κατεχομένων χρόνων). Itaque quemvis pedem ὠρισμένον esse dicere ei licuit.

Si autem ὠρισταί de pedis spatio universo dictum est, λόγον et ἀλογίαν eodem pertinere par est. Atqui tam in rhythmica irrationalitatis definitione invenitur illud ὠρισταί quam in harmonica systematum definitione, quam supra (p. 214) attulimus, quae res documento est utramque definitionem ex eadem ratione profectam eodemque modo intellegendam esse. Concinnitas autem definitionum clarior etiam erit atque evidentior, si quid aliud pro λόγῳ et ἀλογίᾳ substituerimus. Nam in definitione pedum κατὰ γένος differentium (p. 35, 19 W.: ὅταν ὁ μὲν τὸν τοῦ ἴσου λόγον ἔχη, ὁ δὲ τοῦ διπλασίου, ὁ δὲ ἄλλον τινὰ τῶν εὐρύθμων χρόνων) in λόγου iura aperte succedit χρόνος εὐρυθμος. Nempe eadem res illo abstracte, hoc concrete significatur. Neque igitur ab Aristoxeni sententia aberrabimus, si in hac quoque pedum rationalium et irrationalium definitione notionem λόγον idem fere sibi velle credimus, quod χρόνον εὐρυθμον, cui, ut infra docebimus, oppositus est et ad ἀλογίαν convenit χρόνος ἀρρυθμος. Si igitur pedes rationales et irracionales terminantur, i. e. exaequantur temporibus singulis, — quae quidem qualia esse oporteat, hic omittimus, — apertum est voces ῥητός et ἄλογος, porro λόγον et ἀλογίαν referenda esse ad universum pedis spatium, non minus quam ad systematum harmonicorum. Itaque pes irrationalis, qualem descripsit exemplo chorei irrationalis, accurate convenit cum spatio systematis irrationalis, velut pycni, quod hypate et parhypate rationalibus, lichano irrationali utitur. Nam in utroque alterum spatium est definitum, alterum indefinitum, universum autem et systematis et pedis spatium indefinitum. Ut autem systemata sunt, quae ex intervallis compluribus irrationalibus composita sint, tamen cum intervallo terminentur (ὠρισταί) rationali, non dicuntur ἄλογα, sed ῥητὰ ἀλόγως διαιρούμενα dicta


esse conicio (secundum el. harm. p. 72, 8 Mqd.), ita pedes cogitare possumus atque extitisse postea cognoscemus, qui, cum ex irrationalibus temporibus componantur, tamen non dicantur *ἄλογοι*.

Quae cum ita sint, ea pedum irrationalium definitio, quae inter *διαφορὰς ποδικὰς* septem est tertia (in excerptis maioribus et Psellianis, apud Aristiden quarta), aut nimis aut parum late patere videtur. Tres enim irrationalium temporum compositiones (*συστήματα*) cogitari possunt:

1. ἄρσις ἄλογος πρὸς θέσιν ῥητὴν (♩[♩] vel ♩[♩]),
2. θέσις ἄλογος πρὸς ἄρσιν ῥητὴν (♩[♩] vel ♩[♩]),
3. ἄρσις ἄλογος καὶ θέσις ἄλογος (♩[♩] vel ♩[♩]).

Si igitur verba definitionis *τὸν ἄνω χρόνον πρὸς τὸν κάτω μὴ εἶναι ῥητὸν* latissime patere statuimus (= τὰ μέρη ἐστὶν ἀλογα πρὸς ἄλληλα), omnes tres species eis excipiuntur; sin autem thesin, ad quam confertur arsis, antea definitam (*ῥητὴν*) esse subaudimus — ut subaudiendum est in priore illo loco (*ὁ γὰρ τοιοῦτος πρὸς ἄλογον μὲν ἔξει τὸ ἄνω πρὸς τὸ κάτω [scil. ῥητὸν et δίστημον]*) —, ad irrationalium temporum compositorum speciem primam tantum spectabit definitio. Qua si alteram speciem comprehendi voluisset musicus subtilissimus, non dubito, quin addidisset ἢ *τὸν κάτω χρόνον πρὸς τὸν ἄνω* scil. *μὴ εἶναι ῥητὸν*. Sed ea supplenda esse non videntur, quoniam et ab utrisque excerptis absunt neque ab Aristide (p. 34 Mb. = 51, 11 W.: *τετάρτη ἢ τῶν ῥητῶν, ὧν ἔχομεν λόγον εἰπεῖν τῆς ἄρσεως πρὸς τὴν θέσιν*) lecta esse apparet.

Ac profecto verisimile est pedum irrationalium unicam speciem fuisse primam illam, quae arsi utitur irrationali, thesi rationali; secunda autem propterea non respicitur, quod nusquam facit pedem, sed *χρόνον ἐνθροποποιίας ἴδιον*; tertia vero, quamvis sit in pedum numero, non est pes *ἄλογος*, sed *ῥητός*, quandoquidem bina tempora irrationalia tantum temporis spatium commune habent, quantum rationalia bina, ex quibus vel augendo vel deminuendo orta sunt, i. e. *χρόνον* et *ποδικὸν* et *ῥητὸν*. Verum de eis postea accuratius. Agi autem in ter-



tia illa pedum differentia de pedibus et *γένει* et *μεγέθει* diversis, documenti loco proponatur hoc pedum inter se differentium, quos statuit Aristoxenus, stemma, quod illustrare ac verbis persequi nolo, ne totam rem rhythmicam hac dissertatiuncula complecti cogar.

Pedes irrationales dictos esse, quod indefinita sunt univ-
ersa eorum spatia, denique apparet ex postremis capitis illius
verbis. Cum enim ad irrationalitatem, *τίνα τρόπον ἐν τοῖς*
περὶ τοὺς ῥυθμούς λαμβάνεται, explanandam aberrasset, ad
choreum irrationalem reversus haec addit p. 35,5 W.: *φανερὸν*
δὲ διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἡ μέση ληφθεῖσα τῶν ἄρσεων οὐκ
ἔσται σύμμετρος τῇ βάσει· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν μέτρον ἐστὶ κοι-
νὸν εὐρυθμον (ἔῤῥυθμον temere Westphalins).¹⁾ Infra autem
docebimus *χρόνους εὐρυθμον, ῥυθμοειδῆ, ἄῤῥυθμον* non spec-
tare posse nisi ad tempora composita. Communis igitur tem-
porum rationalium duorum mensura *εὐρυθμος* non inest in
tempore primo, neque ei opposita esse putanda est mensura
communis *ἄῤῥυθμος* talis, ut pertineat ad tempora primo mi-
nora; verum *μέτρον* illud *κοινὸν* inesse debet in toto temporis
spatio, quo thesis arsisque comprehenduntur. *Σύμμετρα* au-
tem hic duo spatia dicuntur, non quod eadem mensura utatur
utrumque semel pluriesve, sed quia commune habent spatium,
quod rhythmici mensura esse potest. Eodem autem modo Ari-
stoxenus apud Porphy. p. 256 = 40, 21 W.: *ὡσαύτως δὲ,*
inquit, καὶ τῶν ἀπειρῶν ἐκείνῳ (scil. τῷ ληφθέντι πυκνῷ)
ὑπερεχόντων ἐν τι λήφεται μέγεθος τόδε τι (τὸ libri) σύμμε-
τρον τῷ ληφθέντι πυκνῷ. Πικνὸν igitur quodlibet est σύμ-

1) Quae fortasse in pristino libro Aristoxeneo statim insecuta sunt
verba *καλεῖται δ' οὗτος χορείος ἄλογος*, ab excerptore autem suo loco
omissa et postea hic addita sunt. Nam *τὰ εἰρημένα* non ad eam expla-
nationem, quae proxime antecedit, spectare posse postea liquebit. Item
illic intercidisse mihi videtur praeceptum, quod extat in fragmentis Pari-
sinis § 6: *ὡστε εἶναι φανερόν — εἰρημένον ἀφορισμὸν ἔχουσα*; ac nescio
an uno enuntiato olim coniunctum fuerit cum illo hunc fere in modum:
φανερὸν δὲ διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἡ μέση — εὐρυθμον, καὶ ὅτι ὁ πούς
λόγος — ἔχουσα.

μετρον suo ὑπερέχοντι, quoniam mensura eorum communis eadem semper ac definita est, dico τὸ διὰ τεσσάρων.

Quae si recte disputata sunt, apertum est Aristoxenum in utraque musicae parte usum esse rationibus eisdem eodemque consilio, ac notiones τοῦ ῥητοῦ et τοῦ ἀλόγου utrimque eodem sensu usurpasse; illud enim dixisse id, quod spatio definito est, hoc, quod indefinito.

Verum enim vero ab harmonica differt rhythmica eo, quod illa singulis intervallis utitur per se definitis aut indefinitis, quoniam mensura, tonus, cum ex consonantiarum minimarum, diapente et diatessaron, discrimine oriatur, constanti est spatio et eodem semper; in hac vero propter variam agogen mensura non gignitur nisi eis ipsis temporum spatiis, quae metienda sunt. Itaque cum λόγος vel ἀλογία in harmonica vel in singulis atque absolutis spatiis insit, in rhythmica compositis demum potest tribui. Quamobrem singula tempora per se nec ῥητὰ neque ἄλογα sunt, sed λόγος eorum ita fit, ut alterum tempus alterius comparatione definiatur. Quodsi igitur in fragm. Parisin. § 6 scriptum esse videmus, pedum esse λόγον ἐν χρόνοις κειμένον aut ἀλογίαν ἐν χρόνοις κειμένην — quod praeceptum non est cur Aristoxeneum esse negemus —, inde elucet, cur a nostro musicorum usu, quo totus numerus sive tactus unus pluresve uno tempore interdum explentur, abhorrens Aristoxenus nisi temporis alicuius¹⁾ divisione pedem i. e. λόγον vel ἀλογίαν oriri posse negaverit (p. 280 Mor. = 33, 8 W.: ἄνευ διαιρέσεως χρόνου πὸς οὐ δοκεῖ γίνεσθαι). In eadem autem rhythmicae condicione positum est, quod tempus quoddam non simpliciter ῥητόν vel ἄλογον dicit, sed cuius temporis comparatione definiatur, addit p. 294: ὁ γὰρ τοιοῦτος πὸς ἄλογον μὲν ἔξει τὸ ἄνω πρὸς τὸ κάτω et p. 298: οἱ δὲ ἄλογοι (πόδες) διαφέρουσι τῶν ῥητῶν, τῷ τὸν ἄνω χρόνον πρὸς τὸν κάτω μὴ εἶναι ῥητόν. Sed in eis comparationis sive proportionis significatio non tam in vocibus ῥητός et ἄλογος inesse putanda est quam in praepositione adiecta. Item in notionibus λόγος ὁ τοῦ

1) Non, quod vertit Westphalius (Rh.³ p. 110), temporis universi = τοῦ χρόνου.

ἴσον, διπλασίον cet.¹⁾ — sic enim solum elocutus esse videtur Aristoxenus —, proportionis significatio in numeralibus inerit, non in λόγῳ. Λόγος igitur in rhythmica quoque non est proportio, sed definitio proportione quadam constituta, quam definitionem nuncupamus relativam. Quae cum ita sint, in λόγον irrep-
 sisse potius mihi videtur proportionis vis quam ei subesse. Attamen non refragabor, si quis λόγον proportionem interpretatur, modo bene meminerit subditiciam esse eam vim propter rhythmicae singularem condicionem neve vero ad harmonicam transferre studeat. Neque autem mihi est dubium, quin Aristoxenus praeceptum suum ita comparaturus fuerit, ut pedem quemvis aut definito aut indefinito χρόνον μετέθει terminari (ᾠρισθαι) diceret, nisi bene scivisset, temporis spatium, quod in hac agoge positum est definitum, idem in illa indefinitum esse posse et contra; choreum autem irrationalem inter trisemum et tetrasemum pedes spatio esse intermedium dixisset, nisi per variam agogen tetrasemum pedem trisemo aequum fieri posse cognovisset. At cum praeceptum universum ita comparare non posset, tamen ita intellegendum esse exemplo docuit ita, ut statueret tempus primum in pedibus rationalibus esse eiusdem spatii atque in irrationali, quem cum illis compararet. Quae cum ita sint, persuasum mihi est harmonicam illam irrationalium spatiorum definitionem quadrare in rhythmicae quoque usum; nam ἄλογος is erit χρόνος, cuius μέγεθος (relativum scilicet) ἀποδιδόναι

1) Sic enim extat el. rh. p. 35, 20 sq.; 36, 18. 21; 37, 3. 4. 5. 9. 11. 12. 15, Psell. § 9. Illud vero ὁ ἴσος, διπλάσιος sive διπλασίον cet. λόγος, quo solo utuntur Aristides et frg. Parisin., ab Aristoxeno alienum esse videtur. Nam p. 34, 15: μεταξὺ δύο λόγων γνωρίμων τῇ αἰσθήσει, τοῦ τε ἴσον καὶ τοῦ διπλασίον καὶ p. 37, 9: τριῶν λαμβανομένων λόγων, τοῦ τε ἴσον καὶ τοῦ διπλασίον καὶ τοῦ πενταπλασίον non supplendum est λόγον, sed neutro genere accipiendum. Semel scriptum videmus in excerptis rhythmicis maioribus p. 36, 12: δακτυλικὸν μὲν οὖν ἔστι τὸ ἐν ἴσῳ λόγῳ, λαμβικὸν δὲ τὸ ἐν τῷ διπλασίῳ, παιωνικὸν δὲ τὸ ἐν τῷ ἡμιόλλῳ, semel apud Psell. § 9: γίνεται δὲ ποτε πούς καὶ ἐν τριπλασίῳ λόγῳ, γίνεται καὶ ἐν ἐπαρίτῳ. At in pristino libro extitisse τὸ ἐν ἴσῳ λόγῳ cet., articuli absentia adhuc significare videtur. Λόγος igitur Aristoxeno non est ἴσος aut διπλάσιος, sed τὸ ἴσον aut τὸ διπλάσιον.

οὐχ οἷόν τε ἐστίν, et qui παραλλάττει τοὺς χρόνους ῥητοὺς ἀλόγῳ τινὶ χρόνῳ, i. e. quanto sit rationalibus temporibus maior minor, dici non potest. Quod in definitione supra allata Bacchius aperte tradidit, idem Aristides et Dionysius testati sunt.

CAPUT VIII.

Quid sit τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητόν.

Irrationalia spatia auribus distincte atque accurate percipi non posse contendimus et consentiunt viri docti, quatenus ad harmonicam attinet. Itaque notio τοῦ ἀλόγου complectitur notionem τοῦ ἀγνώστου τῇ αἰσθήσει, τὸ ῥητόν autem comprehendit τὸ γνώριμον. Quod cum ex definitionibus illis apud Pseudeucidem et Bryennium aliisque ex locis effecerimus, tum inde liquet, quod quoties certi cuiusdam intervalli vel soni irrationalis mentionem facit Aristoxenus, indefinitis utitur verbis (μικρῷ συντονωτέρῳ, μικρῷ τινὶ καὶ παντελῶς ἀμελῶ-δῆτῳ ἔλαττον, cf. p. 211 sq.). Itaque quod ἀλογίαν dicit esse δύο λόγων γνωρίμων τῇ αἰσθήσει ἀνὰ μέσον, ἀλογίαν ipsam esse ἀγνώστον τῇ αἰσθήσει professus est. Quod autem accurate percipi non potest, id numeris exprimi non posse per se liquet.

At, inquit, intervalla et tempora irrationalia ad numeros revocata esse a musico sequitur cum inde, quod ἀλογον esse κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητόν profitetur, tum quod id cogitandum esse dicit velut τὸ δωδεκατημόριον τοῦ τόνου. At quidnam dictum sit notione illa videamus. Τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητόν ad harmonicam spectans dicitur primum esse ἀμελῶδητον, postea autem cogitandum esse ut ἐν τοῖς διαστηματικοῖς τὸ δωδεκατημόριον τοῦ τόνου καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο ἐν ταῖς τῶν διαστημάτων παραλλαγαῖς λαμβάνεται. Itaque intervalla irrationalia, quae ad usum pertinent, eo significari non possunt, cum sint neque ἀμελῶδητα et duodecima toni parte multo maiora. Tamen Westphalius in capite nostro μεγέθη irrationalia rationalibus opponi arbitratus, ut τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητόν ad spatia ipsa irrationalia referre posset, ad ᾧ συνέβαι-

νε ἀμελωδέτην εἶναι supplevit: ῥητοῦ τινὸς διαστήματος μείζον ἢ ἔλαττον (Rh.³ p. 143). Cui obstat illud δωδεκατημόριον τοῦ τόνου, nisi forte hic quoque verbis vis infertur. At locorum consensus mala correctoris artificia ab utroque arcet. Ergo certum est τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητὸν esse illud ἄλογον μέγεθος, ᾧ παραλλάττεται τὰ διαστήματα ῥητὰ ἐπὶ τὸ μείζον ἢ τὸ ἔλαττον (Ps.-Eucl. p. 9; Bryenn. p. 383).

Sed cum vel per se non sit verisimile, Aristoxenum quidquam quod aures fugeret, tamen numeris definire studuisse, eo magis improbabitur, si quaerimus, quo commotus partem proferat duodecimam. Delegat enim ad harmonicae institutionis caput de irrationalitate et de parallage, quod intercidisse lugemus. In quo rem ita instituisse eum conicio, ut pycna et apycna (i. e. intervalla inter hypaten et lichanum) rationalia inter se conferret et cum pycnis et apycnis irrationalibus. A pycnis enim et apycnis, ut supra demonstratum est, proficiscebatur, non a diesibus. Atqui omnia pycna et apycna rationalia possunt redigi ad toni partes duodecimas. Quaesivit autem musicus, cur, si pycna ex duodecimis partibus constare cogitantur, alia sunt rationalia, alia irrationalia; rationalia enim sunt pycna, quorum et totum spatium et dimidium ad maiores toni partes redigi possunt, irrationalia autem, quae aut per se aut in dieses aequas divisa duodecimis partibus egere non possunt. Itaque ex multiplicatis duodecimis partibus pycna et apycna sex tantum oriuntur ($\frac{6}{12} = \frac{1}{4} + \frac{1}{4}$, $\frac{8}{12} = \frac{1}{3} + \frac{1}{3}$, $\frac{9}{12} = \frac{3}{8} + \frac{3}{8}$, $\frac{12}{12} = \frac{1}{2} + \frac{1}{2}$, $\frac{15}{12} = \frac{1}{2} + \frac{3}{4}$, $\frac{15}{12} = \frac{1}{2} + 1$), cetera autem omnia ($\frac{7}{12}$, $\frac{10}{12}$, $\frac{11}{12}$, $\frac{13}{12}$, $\frac{14}{12}$, $\frac{16}{12}$, $\frac{17}{12}$) aut omnino ad maiores toni partes non possunt redigi, aut si possunt, tamen dimidiae partes vel excedunt spatium diesi concessum, hemitonium, vel rursus duodecimis utuntur partibus.¹⁾ Ex meris igitur partibus duodecimis intervallum rationale non oritur, ex octavis oritur. Duodecima igitur pars est maxima earum, quae per toni partium

1) Nimirum pycna et apycna illa irrationalia e duodecimis toni partibus composita paene omnia ita dividi possunt, ut constant ex intervallis iniquis talibus, qualia in aliis systematis simplicibus inveniuntur rationalia:

simplicium dimidiationem continuatam inventae non omnino spectent ad intervalla rationalia, nimirum quia intervallo-
rum discrimen minutius fit, quam ut auribus distincte percipi possit.

Neque vero interest, utrum pycnum quoddam irrationale ex
duodecimis toni partibus compositum esse dicamus an ita ortum,
ut pycno rationali addita sit duodecima toni pars vel demta,
qua in re inest *παραλλαγή*. Nam ex. gr. pycnum enharmonium
irrationale e septem partibus duodecimis compositum duode-
cima toni parte maius est rationali, eadem parte minus chro-
matico molli, hyperechon autem irrationale eodem spatio mi-
nus est enharmonio rationali, chromatico maius. Idem fit in
diesibus, velut si tonum divido in partes duodecim, bis senae
partes duodecimae vel quattuor et octo efficiunt dieses ratio-
nales, ex illis enim fit pycnum chromaticum toniaeu, ex his
mixtum quoddam, quod utitur parhypate chromatis mollis et
lichano toniaei; ex quinque autem et septem partibus oritur
chromaticum quoddam irrationale. Quomodo videtur Aristo-
xenus explicasse naturam *παραλλαγῆς*, quam in rhythmica
etiam latius patere cognoscemus. Cui notioni id semper sub-
iecit Aristoxenus, ut non ad singula intervalla pertineret, sed
ad bina; nam tum demum usurpatur, cum alterum spatium
tanto minuitur, quanto alterum augetur, non vero, cum unum
mutatur, cetera manent.

Quod autem Aristoxenus doctrina de sonorum mobilium
regionibus (*τόποις*) instituta utriusque tetrachordi sono mobili
innumerabiles a sonis immobilibus distantias tribuit, inde se-

¹ $\frac{1}{4} + \frac{1}{3} = \frac{7}{12}$, $\frac{1}{3} + \frac{1}{2} = \frac{10}{12}$, $\frac{1}{4} + \frac{2}{3} = \frac{11}{12}$, $\frac{1}{3} + \frac{3}{4} = \frac{13}{12}$, $\frac{1}{2} + \frac{2}{3} = \frac{14}{12}$,
 $\frac{1}{3} + 1 = \frac{16}{12}$. Illorum autem systematum primum est simplex, quoniam
soni eius mobiles cadunt in eiusdem generis (enharmonii) regiones, cetera
mixta. Sed in mixtis systematis Aristoxenus non plures lichanos rationales
admisit quam in simplicibus. Si enim systemata illa mixta essent rationalia,
rationalis item esset pycnum simplex enharmonium illud e quarta et tertia
toni partibus compositum. At pycna simplicia rationalia omnia enumerasse
Aristoxenum certum est. Quae cum ita sint, dieses nisi in suo genere ac
chroa non esse rationales putandae sunt, rationalitatem autem diesium ita
tantum fieri, ut pycnum rationale in dimidias partes dissecetur. Nam aures
aequitatis percipiendae facile assuescunt, iniquitatis non item.

quitur irrationalitatem non tam angustis finibus ab eo circumscriptam esse, ut certis quibusdam paucisque divisionibus (*διαμερίσει*) adscribenda sit, nedum ut nisi in duodecimas regionum partes non cadat. Duodecimam igitur partem protulit, non ut certam *παραλλαγῆς* mensuram ederet, sed ut exemplum non tam auribus quam menti manifestum statueret. Quod voluit musicus, cum diceret: τὸ δὲ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν λόγους λαμβανόμενον ῥητὸν τοιοῦτόν τι δεῖ νοεῖν, οἷον ἐν τοῖς διαστηματικοῖς τὸ δωδεκατημόριον τοῦ τόνου καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο ἐν ταῖς τῶν διαστημάτων παραλλαγαῖς λαμβάνεται. Nam εἴ τι non conditionaliter dictum esse (= si quid), sed idem sibi velle quod ὅ τι (quodcumque), testatur similis locus rhythmicæ p. 278 fin. Mor. = 31, 3 W.: ἡ δὲ κίνησις (*διαμερίσει τὸν χρόνον*) σημειοῖς τε καὶ σχήμασι καὶ εἴ τι τοιοῦτόν ἐστι κινήσεως μέρος. Verbum autem *λαμβάνειν*, quoties de subiecto personali dicitur, duabus maxime notionibus usurpatur ab Aristoxeno. Plerumque apte interpretaberis verbo statuere (*ανηnehmen*), cui documenta e doctrina harmonica petita sunt haec: pp. 46, 31 et 62, 24 Mqd.: *πειρώμεθα ἀρχὰς λαβεῖν*, principia statuere; p. 20, 9: *ἐπ' ἀμφοτέρω (εἰς τὸ ἐλάχιστον καὶ εἰς τὸ μέγιστον) δεῖ ταῦτόν λαμβάνειν πέρασ τῆς διαστάσεως εἰς τε τὴν φωνὴν καὶ εἰς τὴν ἀκοὴν βλέποντας* = intervallum et maximum et minimum, quod vox cantare valet eiusdem spatii esse statuendum est, ac quod aures percipere possunt; p. 66, 20: *ἐπεὶ δ' ἀναγκαῖον τὸν κινούμενον φθόγγον ἐν τόπῳ τινὶ κινεῖσθαι, ληπτέος ἂν εἴη τόπος ὠρισμένος ἑκατέρου τῶν εἰρημένων φθόγγον* = regio definita erit statuenda; p. 66, 17: *αἱ τῶν γενῶν διαφοραὶ λαμβάνονται ἐν τετραχόρδῳ*. Commemorata sunt iam supra (p. 207) *πυκνα* et *απυκνα* sex *λαμβάνεσθαι* πρὸς τῷ βαρυτέρῳ τῶν μενόντων, statui iuxta hypaten. Item in rhythmicæ capite nostro: *εἰ ληφθεῖσαν δύο πόδες; τρίτος τις ληφθεῖη πρὸς παρὰ τούτους*, tertius statuatur pes praeter eos, qui antea statuti sunt; *ἡ μέση ληφθεῖσα τῶν ἄρσεων*, arsis, quam inter duas arses rationales mediam statuimus. P. 302 Mor. = 36, 20 W.: *ἐν τοῖς τέτρασι δύο λαμβάνονται λόγοι*, non inveniuntur, alter enim prorsus exclusus est, immo statuuntur; in

sequentibus pluries. In frg. apud Porphyr. p. 256: ὅς ἂν ληφθῆ τῶν ἔνθμων, quicumque statuitur, sumitur rhythmus; χρόνον σίμμετρον τῷ ληφθέντι (statuto) πρώτῳ. — Altera notio est technica (= vocis vel instrumenti cantu exprimere): φθόγγος διὰ συμφωνίας λαμβάνειν (el. harm. p. 34, 1; 80, 21. 29), φθόγγῳ τινὶ λαβεῖν τὸ διὰ τεσσάρων (82, 7, alias), τὸ δίτονον ἀπὸ τοῦ ληφθέντος (a statuto sono = δοθέντος p. 80, 8) φθόγγου εἰλημμένον (p. 82, 17, alias), λαβεῖν τρίτον μέρος φθόγγου (66, 14), similia. At ea non cadit in nostrum locum, quoniam duodecima pars nec voce nec fidibus tibiisve cani potest. — Nusquam autem λαμβάνεσθαι reperitur ita, ut interpretandum sit „inveniri = vorkommen“, quo verbo redditum est a Westphalio (Rh.³ p. 137).

Licuit igitur intervalla irrationalia ad omnes toni partes octava minores redigere, quin e maioribus quibusdam, quintis septimisve, item oriuntur irrationalia. At si praevidisset, quantos errores ex illo δωδεκατημορίῳ exempli causa prolato procreaturae essent nostratium mentes, nescio an intervallum in paralage statutum indefinitum relicturus ($\frac{1}{x}$) numeroque omnino non expressurus fuerit.

Cum enim a diesi enharmonia differret chromatica mollis forte duodecima toni parte, inter eas intercedere παραλλαγὴν, hanc autem irrationalem esse opinatus est Westphalius (p. 140). At quoniam utramque chroam legitimam esse habitam ab Aristoxeno et rationalibus ὑπὲρ intervallis evicimus, παραλλαγὴν autem non nisi inter legitimum et illegitimum vel inter rationale et irrationale intercedat, corrueat illa quoque sententia. Itaque diesium illarum alteram non ex altera esse derivatam addito intervallo ἀμελωδήτῳ, immo utramque suo iure ac potestate per toni partitionem quandam ortam esse eadem ratione contendimus, quo rhythmus dactylicus e trochaico progenitus esse negatur. Iam illud quoque luculenter apparet recte se habere, quod in definitione illa intervallorum irrationalium scriptum videmus ἄλογα δὲ παραλλάττοντα ταῦτα τὰ μεγέθη (τὰ ἔητά) ἀλόγῳ τινὶ διαστήματι. Nam ἀμελωδήτον, quod huc intulit Westphalius (p. 142), non cum ἀλόγῳ concidit; illud enim in-

est in rationalium duorum intervallorum discrimine, sed an accurate percipi possit necne, non refert; *ἄλογον* vero intervallum non potest definiri. Itaque omne *ἄλογον*, scilicet quodcumque statuitur inesse in parallaxe, est *ἀμελῆρδητον*, sed non quodvis *ἀμελῆρδητον* est *ἄλογον*. Aristoxenus autem quemadmodum saepius (cf. p. 203 adn.), ita hanc quoque definitionem ita comparavit, ut notionem definiendam non aliis verbis circumscriberet, sed quo pertineret, pronuntiaretur. Neque igitur dubium, quin definitio illa recte se habeat.

Atque aliud est intervallum, quamvis antea numeris dixeris, tamen irrationalibus adscribere, cum eius spatium a te distincte percipi posse neges; aliud vero, intervallo, cum accurate percipere te posse neges, tamen numeros tribuere numerisque definire, quod auribus definiri posse negasti. Illud me iudice fecit Aristoxenus, hoc eum commisisse aiunt, qui de irrationalitate adhuc scripsere, cum ad notionem provocent, quae dicta est *τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ἔχτόν*. At demonstrandum est, virorum doctorum sententiam nec cum universa Aristoxeni ratione atque indole convenire, neque in verba ipsa quadrare.

Ac primum quidem quaerimus, quonodoquidem spatia irrationalia auribus accurate percipi non posse constat, quo tandem modo eis inveniri potuerint numeri certi quidam, quo iure attribui? Atque quod ad harmonicam attinet, si intervalla irrationalia numerorum proportionibus definiri voluisset musicus, nonne obfecisset universae doctrinae suae, qua numerorum proportionibus in intervallis definiendis aspernatus est, in aurium iudicio solo doctrinae fundamenta posuit? Dicit enim el. harm. p. 46, 24 sqq. Mqd. de Pythagoreis: *ὡς ἔτυχε διάστημα τιθέασιν, τὴν μὲν αἰσθησιν ἐκκλίνοντες, νοητὰς δὲ κατασκευάζοντες αἰτίας καὶ φάσκοντες λόγους τὲ τινὰς ἀριθμῶν εἶναι καὶ τάχῃ πρὸς ἄλληλα, ἐν οἷς τό τε ὀξύ καὶ βαρὺ γίνονται, πάντων ἄλλοτριωτάτους λόγους φάσκοντες καὶ ἐναντιωτάτους τοῖς φαινομένοις*. Quae si recte intellego, praeter diversam de sonorum et intervallorum natura sententiam id potissimum erat causae, cur canonicorum rationes impugnaret, quod

numeri, quibus sonorum *ὑπεροχαὶ* sive τὰ κατὰ δύναμιν διαστήματα (Porphyr. p. 313) exprimuntur, non ab aurium perceptione pendent, sed prorsus arbitrario statuuntur (ὡς ἔτιγχε, διάστημα τιθέασι), si modo eae proportiones inter se multiplicatae efficiunt totius tetrachordi diatessaron proportionem (3:4). Si enim ex. gr. enharmonii generis intervalla a Ptolemaeo exprimuntur proportionibus his: $\frac{45}{46} \times \frac{23}{24} \times \frac{4}{5} = \frac{3}{4}$, non intellegimus, cur eas potissimum statuerit, cum aliae multae eiusmodi (ἐπιμόριοι) efficiant eandem proportionem universam, velut $\frac{39}{40} \times \frac{25}{26} \times \frac{4}{5} = \frac{3}{4}$, $\frac{35}{36} \times \frac{27}{28} \times \frac{4}{5} = \frac{3}{4}$, $\frac{31}{32} \times \frac{30}{31} \times \frac{4}{5} = \frac{3}{4}$, aliae. Numerorum igitur proportiones illas incertissimas esse, id maxime canonicis opprobrio dedisse videtur Aristoxenus. Ac cum rationalitas harmonica non posita sit in proportionibus neque ita, ut intervalla singula per se in proportione quadam insint¹⁾ neque, ut supra docuimus, ita, ut inter se teneantur proportione, tamen in irrationalitate eo descendisse Aristoxenum putemus? Nonne doctrinam suam rebus ipsis adeo non satisfacere concessisset, ut ad adversariorum rationes confugere cogeretur? At tale quidquam non esse factum cognoscere licuit vel inde quod canonicorum proportiones in numeris positas dicit *λόγους τινὰς ἀριθμῶν* (cf. Aristot. Metaph. A9 p. 991 b 13: *λόγοι ἀριθμῶν, οἷον ἡ συμφωνία* et N 5 p. 1092 b 14: *λόγος ἡ συμφωνία ἀριθμῶν*), de suis vero κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους; quod vertit Westphalius (p. 137): „bloss den Zahlenverhältnissen nach“, Caesar p. 144: „durch Zahlen gemessen.“ Quae si verbo tenus vertere voluissent („nach den Verhältnissen der Zahlen“), nescio an in interpretando statim haesitaturi fuerint. Atque quoniam Aristoxenus et ἀριθμοὺς

1) Ac ne symphona quidem intervalla Aristoxenus constituit numerorum proportiones secutus, sed solam voluptatem e sonorum symphonorum concentu ortam. Itaque quod Psellus § 11 dicit: *ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ τοῦ ῥυθμοῦ φύσει ὁ ποδικὸς λόγος ὡσπερ ἐν τῇ τοῦ ἡρμοσμένου τὸ σύμφωνον*, id praeceptum non referendum erit ad Aristoxenum, sed ad canonicorum doctrinam; neque ullo iure Westphalius in eis, quae Porphyrius (p. 219; Frg. u. Lehrs. p. 46, 15) e Dionysii Halicarnassensis minoris musici libro *περὶ ὁμοιοτήτων* primo petiit, eandem comparationem tribuit musicis, i. e. Aristoxeneis, cum in libris ea quoque ad canonicos referantur.

et λόγους suos articulo definito praedita esse voluit, certam quandam rem ac definitam utrisque subesse apertum est. At quales numeros intervallis eis, quae ipse credit irrationalia esse, Westphalius excogitavit!)! Proportiones vero nullo modo invenit. At operae non pretium est, quae Westphalius nungatus est, refutare ac refellere, quandoquidem apertum est in principiis eum erasse, cum intervalla chromatis mollis et hemiolii in irrationalium numero esse opinaretur. Neque vero aliis intervallis, qualia Aristoxenus irrationalia esse iudicavit, ille inveniet numeros, neque Aristoxenum ipsum indagasse confido. Quod autem Westphalius ad istas nugas descendere coactus est, ut interpretationem suam tueretur, id mihi certissimo est argumento, aliud quiddam verbis illis *κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους* subesse ac proportiones in numeris positas.

Atque ad argutias illis similes prolapsi sunt, qui notionem illam in rhythmica sola persecuti sunt. Quodsi enim Caesar (Grdzege. p. 144) explicat τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ἕτητον his: „die durch Zahlen, aber nicht nach den durch die festgestellten Verhältnisse bestimmten Rhythmusformen gemessenen Füße“, nescio quam alia re formarum rhythmicarum proportiones constituentur nisi numeris. Qua tandem re pedes rationales irrationalibus potiores sunt, si utriusque rediguntur ad numerorum proportiones? Cum enim formarum rhythmicarum natura in eo insit, ut proportiones rhythmicæ in numeris positæ accurate serventur temporibus, sequeretur, ut τὸ κατὰ τοὺς

1) Qui (Ar. v. Tar. p. 255. Rh.³ p. 139) solam diesin enharmoniam mathematicis rationationibus posse reperiri contendit, nam esse = $\sqrt[2]{2}$, dieses vero chromaticas, quas irrationales esse opinatur, esse = $(\sqrt[2]{2})^{1+\frac{1}{2}}$ et $(\sqrt[2]{2})^{1+\frac{1}{4}}$. At ea aequè ad simplices radices revocantur ($\sqrt[2]{2}$ et $\sqrt[4]{2}$), quae num ab Aristoxeno tabularum logarithmicarum experti ad calculos revocari non potuerint, diesis enharmonia ($\sqrt[2]{2}$) potuerit, de eo cum aliis disceptato. Mihi equidem certum est, Aristoxenum ad rationationes non descendisse, ne dicam ad Westphalianas. Nam cum alia intervalla tum dieses illae toni partibus satis definita esse censebat, neque eorum proportiones ad intervallum primum, quod non posuit, indagandæ ei erant.

τιῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητὸν et τὸ κατὰ μέρος ῥητὸν ad unum idemque redirent, id quod Aristoxenus certe noluit. — Atque quaeenam et quales sunt formae illae rhythmicae constitutae, quas dixit Caesar? Proportiones enim epitritam et triplasiā in rhythmopoeia continua non inventas (= οὐκ ἐρρούθ-μους) esse (el. rh. p. 36, 10 W.), tamen a pedibus non afuisse (Psell. § 9) constat. Sunt igitur pedes epitriti et triplasi, quoniam non cadunt in rhythmī formas proportionibus praestitutis definitas, numerorum tantum proportionibus rationales, tamen irrationales eos esse nemo erit, qui inde efficiat. Quas proportionēs etiāsi rhythmicis adscribimus — sunt enim, ut infra docebo, εὔρουθμοι —, tamen irrationales pedes in proportionibus aliis praeter quinque illas non inerunt, quandoquidem λόγον γνώριμον τῆ ἀισθήσει latius patere quam λόγον εὔρουθμον et proportionēs velut quinque ad tria, sex ad quinque omnesque alias, quaecunque numeris exprimuntur, complecti liquet.¹⁾

Ita autem sibi fingunt illi rem, ut pedum rationalium tempora ad tempus primum redigant, irrationalium vero tempora ad temporis primo minoris certi cuiusdam spatium revocent. Itaque pedem, in quo trisemum tempus ad tetrasemum confertur, rationalem esse ducunt, irrationalem vero, qui habet thesin disemam et arsin monosema arsi maiorem dimidio. An

1) Nihil valet contra ea Aristides, cum dicit (p. 35 Mb. = 53, 10 W.) γένη ἀλογα esse dicta οὐχὶ τῶ μηδένα λόγον ἔχειν, ἀλλὰ τῶ μηδενὶ τῶν προκειμένων (aequī, duplicis, sesquitercii, epitriti) λόγων οἰκείως ἔχειν. Nam cum ea λόγον habere ait, nescio an λόγον idem esse voluerit quod σχέσις (ein Verhältnis im allgemeinen, ohne Zahlangabe) ut in pedum irrationalium definitione p. 51, 13. Illud autem μηδενὶ τῶν προ. λ. οἰκείως ἔχειν turgidius atque insolentius dictum esse mihi videtur, quam ut pro scriptoris ieiunitate recte se habere possit. Fortasse scribendum μηδένα, i. e. nullam ex illis proportionibus habent οἰκείως, iure ac natura, sed ita tantum, velut si choreus irrationalis inest in rhythmō trochaico. Sed utut id est, Aristoxenus irrationalitatem non proprium γένος duxisse apertum est, quoniam pedes irrationales a rationalibus non γένει, verum ἀλογία differre statuit. Γένει autem differunt duo pedes, ὅταν οἱ λόγοι διαφέρωσιν ἀλλήλων, ἀλογία vero non est λόγος. In harmonica quidem irrationalitas generibus tribus ipsis comprehenditur, item, ut videtur, in rhythmis.

vero in illo pede λόγος ὁ τοῦ ἐπιπέδου est γνώριμος τῇ αἰσθήσει, in hoc idem est ἄγνωστος? Quid autem obstabat, quominus Aristoxenus tempus primum in hoc dimidium eius spatii habere statueret, quod statuit in illo? An cum pedes illi, quos exemplo protulimus, differant μεγέθει, convenient inter se γένει, irrationalitatem inesse credamus in agoge celeriore? Apparet autem illos a metricis rationibus adeo non liberos ac dissuefactos esse, ut eas in rhythmicam intulerint. Neque enim proficiscuntur a tempore primo, sed a syllaba brevi; ea enim utuntur mensura, ea profecto quodcunque incommensurabile est, irrationale esse statuunt. Quae cum Aristoxeno imputant, quam illiberali animo et rationibus praestitutis ac praeiudicatis misere obstricto fuisse eum insimulant, si rationalia et legitima ea sola iudicasset, quae mesurantur spatio minimo eorum, quae ad usum spectant, quamvis alia permulta non minus certa sint ac definita. Tempus igitur quoddam est irrationale non propterea, quod tempore primo sit incommensurabile, verum quia irrationale est, i. e. spatium proportione cum aliis intercedente certa non definitur, non excipit tempus primum, quantumcunque id esse statuitur.

Quod autem in harmonica inter minimum spatium, quod spectat ad usum et eius duplum duo alia spatia rationalia intersunt, in rhythmica non item, mirum non est, quoniam altera disciplina musica alteris utitur conditionibus. In harmonica enim ad intervallorum spatia accurate percipienda multum adiuvamur sonorum repetitione, in rhythmica vero num spatium idem quod antea sit redditum, non est exploratum. Accedit quod temporis unius perceptio nisi in complurium temporum accurata proportione non posita est, et quod aures multo facilius dignoscunt sonorum varias qualitates (τάσεις) quam quantitates (χρόνους). Itaque rationes notionesque utriusque disciplinae musicae sunt communes, diversae conditiones ac res.

Denique qua inconstantia in notionibus adhibendis Aristoxenum egisse illi putant, cum in definitione intervallorum dixerit irrationalia differre (παραλλάττειν) a rationalibus ἀλόγητιν ἰδιαστήματι, in alia autem operis parte unum idemque



intervallum illud ἄλογον, quod statuitur in παραλλαγῆ, quodammodo esse ῥητόν confessus sit? Reperendum autem est quidpiam, quo diluatur inconstantia illa, quae inesse videtur, ita ut doceatur, quae conditiones diversae accidant, ut ἄλογον possit esse ῥητόν. At inde tantum aberat, ut de altera re in altera capitis illius Aristoxeni parte sermonem esse illi non perspexerint.

Quod sensisse videtur unus Feussnerus, cum rationem ab illis diversam ingressus negaret τοὺς ἀριθμοὺς loco nostro esse numeros mathematicos (Aristox. ed. F., addit. V p. 64 sqq.). Sed ingressus viam nec peregit nec, si voluisset, potuit. Notionem enim rhythmicae propriam, quam in ea voce latere suspicatus est, in omnibus fere rhythmicae locis inesse putavit, tamen ad harmonicam quoque, ut par erat, non rettulit. Atque cum quae parum perspicue exposuerat, parum probabilia essent, haud difficile a Caesare (Zeitschr. f. d. Alt. 1844, p. 19 sqq.)¹⁾ refutata et postea prorsus abiecta sunt.

Id igitur ante omnia tenendum erit, in τῷ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητῷ eam notionem inesse debere, quae

1) Is Feussneri sententiam recte interpretatus esse mihi videtur ita, ut Feussnerus irrationalitatem non in rhythmico, sed in verbis inesse diceret. Velut syllabas verbi Ἑλλάδα, si dactylum efficiant, esse κατὰ τὴν τοῦ ῥυθμοῦ φύσιν ῥητόν, sin choreum irrationalem, κατὰ τοὺς τῶν ἀρ. μόν. λόγ. ῥητόν. Ἀριθμὸν enim de rhythmici spatii et proportione tum potissimum usurpare Aristoxenum dicit Feussnerus (p. 66), quoties sine rhythmizomeno, i. e. sine verbis, sed absolutum cogitaverit rhythmum; ἀριθμὸν esse tanquam imaginem rhythmici, quemadmodum proportiones, quae tactibus nostris praepoantur; pedum autem irrationalium formas naturales abesse a rhythmico suo, (velut si choreus irrationalis expressus est dactylo vel spondeo, abest a rhythmico trochaico), quadrare autem in eum κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν λόγους, cum subiectae sint proportioni rhythmici trochaici praestitutae ($\frac{3}{4}$ vel $\frac{2}{3}$). Contra ea Caesar suo iure monuit, et differentias e rhythmici natura ortas easdem esse ac rhythmizomeni (el. rh. p. 270 Mor. — 28, 19 W.); quapropter irrationalitatem in lexi sola inesse non posse; neque illam ἀριθμοῦ significationem usu Aristoxeneo comprobari. Gravissimum autem argumentum omisit: in harmonica enim ne cogitari quidem potest quicquam, quod respondeat τῷ κατὰ τ. τ. ἀρ. μόν. λόγ. ῥητῷ, quale in rhythmica usurpari opinatus est Feussnerus.

tam ad rhythmicam quam ad harmonicam pertinere possit. Atqui iam supra ostendimus in harmonica unius soni irrationalitate duo intervalla, quae eo sono dissecantur, fieri irrationalia, cum soni extremi maneat rationales. Item in rhythmis duo tempora irrationalia esse debere, quorum alterum augetur tanto, quanto alterum minuitur, id postulari lege ea, quae de rhythmici aequabilitate statuitur. Itaque in utraque disciplina *μεγέθη* irrationalia singula sunt spatiis indefinitis, coniuncta vero spatio definito. Habemus igitur vel in hac duplici irrationalitate spatium quoddam rationale, ad quod illud *τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητόν* pertinere aliquo modo putandum erit.

Ac novi aliquid altera capitis parte addere Aristoxenum verba ipsa declarant. Nam *δεῖ μὴ διαμαρτεῖν* et similia tum scripta videmus, quoties praevenire vult errores obtrectationesve, quae ex eis, quae antea dixerat, oriri posse sperat. Velut *el. harm.* p. 66, 11: *δεῖ δὲ πρῶτον μὲν τοῦτο αὐτὸ μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι πολλοὶ ἤδη διήμαρτον ὑπολαβόντες ὑμᾶς λέγειν, ὅτι ὁ τόνος εἰς τρία ἢ τέσσαρα ἴσα διαιρούμενος μελεθεῖται;* p. 78, 14: *οὐ δεῖ δ' ἀγνοεῖν ὅτι οὐκ ἔστιν αὐταρχες τὸ εἰρημένον πρὸς τὸ ἐμμελῶς συγκεῖσθαι τὰ συστήματα ἐκ τῶν διαστημάτων;* apud Porphyr. p. 255 Wall. = 39, 20 W.: *δεῖ οὖν ἐνταῦθα εἰλαβηθῆναι τὴν πλάνην καὶ τὴν . . . ταραχήν.* In rhythmica autem paulo ante (p. 33, 19 W.) de praecepto suo, quo pedem e plus quattuor *σημείοις* constare negaverat, aliquid derogavit, cum per rhythmopoeiam pedem dividi posse concederet in partium numerum duplicem multiplicemve eius, quem pes *κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν* acciperet. Simile quoddam nostro loco accidit. Aperte enim *μηδ' ἐνταῦθα* respicit illud, quod supra (p. 33, 19 W.) dictum est, *δεῖ μὴ διαμαρτεῖν.* In priore autem capitis parte loquitur de irrationalitate, quomodo se habeat in pedibus singulis (*ποδὶ ἐκάστῳ*), in posteriore vero, quomodo statuatur *ἐν τοῖς περὶ τοὺς ἑνθμοῖς*. Quae quomodo differant hic exponere praematurum esse mihi videtur. Verum redeamus ad *τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητόν.*

Ac primum quidem id intellegitur ex notione opposita. De

rationalitate enim, quatenus ad harmonicam spectat, dicitur τὸ κατὰ μέρος ῥητόν. Westphalius ille quidem, ut haberet in harmonica, quod accurate responderet τῷ κατὰ τὴν τοῦ ῥυθμοῦ φύσιν ῥητῷ, pro κατὰ μέρος scripsit κατὰ μέλος. quod quidem idem sibi velle ac κατὰ τὴν τοῦ μέλους φύσιν (Frgg. u. Lehrss. p. 214, alias). At cum in illa notione (κατὰ τὴν τοῦ ῥυθμοῦ φύσιν) maximam vim habeat φύσις, mirum esset, si in hac esset omissa; ceterum expectaremus non κατὰ μέλος, verum quemadmodum ἐν τοῖς ῥυθμοῖς (v. 24) vel ἐν ῥυθμῷ (v. 27), ita ἐν μέλει. Sed recte se habere illud κατὰ μέρος vel inde liquet, quod postea repetitur vox μέρος, cum de temporis rationalitate exponitur; nam τὸ ἐν ῥυθμῷ λαμβανόμενον ῥητόν χρόνου μέγεθος debet τοῦ ποδός, ἐν ᾧ τέτακται, μέρος εἶναι ῥητόν. Μέρη autem scil. χρονικὰ sunt eae temporis rhythmico subiecti partes, quae per rhythmizomenum non dividuntur γνωρίμως in partes minores (χρόνοι ἀσύνθετοι), ut sunt syllabae in lexi. Cum autem verba κατὰ μέρος non dicantur nisi partibus pluribus positis, τὸ κατὰ μέρος ῥητόν respiciet eam temporum vel intervallorum compositionem, in qua singula μέρη, i. e. tempora vel intervalla incomposita sunt ῥητὰ, sive eius compositionis partem unamquamque. Μέρεσιν autem oppositos esse non tam τοὺς τῶν ἀριθμῶν λόγους quam τοὺς ἀριθμούς solos, indicat verborum ordo, quo μόνον ad τῶν ἀριθμῶν solum pertinet.

Iam vero compluribus locis ad Aristoxeni doctrinam spectantibus ἀριθμὸς notio invenitur partibus opposita et eo sensu usurpata, ut numerum mathematicum significare non possit. Ac primum quidem in el. harm. p. 76, 28 Mqd. (p. 53 fin. Mb.): Πιθανὸν γὰρ τὸ μηδὲν εἶναι διάστημα, ὃ μελωδοῦντες εἰς ἄπειρα τέμνομεν, ἀλλὰ εἶναι τινα μέγιστον ἀριθμὸν, εἰς ὃν διαιρεῖται τῶν διαστημάτων ἕκαστον ὑπὸ τῆς μελωδίας. Εἰ δὲ τοῦτό φαμεν ἦτοι πιθανὸν ἢ καὶ ἀναγκαῖον εἶναι, δῆλον ὅτι προειρημένον ἀριθμοῦ μέρη περιέχοντες φθόγγοι ἐξῆς ἀλλήλων ἔχονται. Praecepta dat de synechia sive περὶ τοῦ ἐξῆς, de modulatione continua, quam scalam appellare consuevimus. Exempli causa maximus intervallorum numerus in dia-

tessarum sunt tria, in diapente quattuor, duo in intervallis τῶν διὰ τεσσάρων minoribus, unum in intervallis hemitonio minoribus. In ultimis vero verbis — in codicibus scilicet scriptum est *ὅτι προειρημένοι ἀριθμοί*, quod quin a Meibomio et Marquardio recte emendatum sit, non dubium — idem ἀριθμός affirmatur habere partes sonis circumdatas, nempe intervalla. Ergo ἀριθμός hic significat non tam numerum, quo quot sint in toto partes, indicatur (Anzahl), quam totum ipsum ex partium vel inaequalium coniunctione effectum, quod dicimus summam. Contaminati sunt igitur ac coniuncti una voce duo sensus, alter abstractus (Zahl, Anzahl), alter concretus (Summe) nobis esse videtur. Illam nomini subicimus vim, quoties colligimus monadas inter se aequas (*συμβλητὰς καὶ ἀδιαφόρους* Aristot. *Metaph. M 6. p. 1080 a 20. 1081 a 5*), hanc, non modo cum partes ut iniquas, ita genere cognatas copulamus una sive re sive notione, sed etiam cum respicimus totum ex monadibus aequis compositum potius quam numerum monadum.¹⁾

Quae si sequemur, ἀριθμός erit summa intervallorum complurium in harmonica, temporum in rhythmica. Quaeritur quot et qualium. Significationis illius exemplum praeter locum supra allatum in harmonica Aristoxenea inveni nullum. In rhythmica autem primum adeamus Aristidem. Apud quem scriptam videmus vocem ἀριθμὸν alio sensu ac numeri mathematici in rhythmicae parte ea, quae ad rhythmorum ἡθῶς spectat lib. II. p. 98 Mb.: *οἱ γὰρ μὴν σύνθετοι (ῥυθμοί) παθητικώτεροί τε εἰσι τῶν κατὰ τὸ πλεῖστον τοὺς ἐξ ὧν σύγκεινται ῥυθμοὺς (= πόδας, cf. Aristox. p. 35, 25 W.) ἐν ἀνισότητι θεωρεῖσθαι,*

1) Summae vi ἀριθμὸν usurpat Xenoph. *Anab. II 2, 6. VII 8, 26: ἀριθμὸς τῆς ὁδοῦ σταθμοὶ τρεῖς καὶ ἐνεήκοντα* (cf. *πλήθος τοῦ ὁδοῦ V 5, 4; χρόνον πλήθος VII 8, 26*), quamvis hos locos interpolatos esse consentiant viri docti; Polyb. libri XL fin.: *ὁ ἀριθμὸς τῆς ὁδοῦ πραγματείας*; Aristot. *Metaph. N 1. p. 1088 a 10: ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ θεὸς, ζῶν ἴσως, καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν ἐστὶ ζῶα* (cf. *Metaph. A 26. p. 1023 b 29: τὸ καθόλου καὶ τὸ ὅλως λεγόμενον . . . οἷον ἄνθρωπον ἵππον θεόν, ὅτι πάντα ζῶα*). Item quod Plato ideas suas appellat ἀριθμοὺς, non numeros, verum summas intellegi voluit (*Ar. Met. M 7. p. 1081 a 35*).

καὶ πολὺ τὸ ταραχώδες ἐπιφαίνοντες τῷ μηδὲ τὸν ἀριθμὸν (correxit Rossbach, ἄρρουθμον codd.), ἐξ οὗ συνεστᾶσι, τὰς αὐτὰς ἐκάστοτε διατηρεῖν τάξεις, ἀλλ' ὅτε μὲν ἀπὸ μακρῶς ἄρχεσθαι (scil. τὸν ἀριθμὸν), λήγειν δ' εἰς βραχεῖαν ἢ ἐναντίως, καὶ ὅτε μὲν ἀπὸ θέσεως, ὅτε δὲ ὡς ἐτέρως τὴν ἐπιβολὴν τῆς περιόδου ποιεῖσθαι. Quo loco aperte dignoscuntur duae compositorum pedum species, alteri enim ac plurimi (κατὰ τὸ πλεῖστον) ex iniquis pedibus compositi sunt, alteri ex aequis spatio. Atque haec quidem species huc attinet. Quae ut illustretur, conferenda sunt ea, quae in priore institutionis suae parte (p. 37 Mb. = 56, 13 sqq. W.) de pedibus κατὰ περίοδον compositis in genere iambico Aristides prodidit. Unde quis est quin intellegat iambi et trochaei, quorum varia mixtione numeros dodecasemos illos componit, commune spatium nuncupari ἀριθμὸν? Westphalius (Frgg. u. Lehrss. p. 197) vero ἀριθμὸν hic idem sibi velle contendit quod μέγεθος, scil. dodecasemum; at quid ad ἡθρος uniuscuiusque ex duodecim illis, quos enumerat Aristides, pedibus dodecasemis attinet, num praeter eum alii eiusmodi pedes extent? Neque enim hic duodecim illi pedes compositi inter se conferuntur, verum dicturus est auctor, quid singuli ex eis per se proprium habeant et ab incompositorum rhythmorum natura abhorrens, unde oriatur ταραχή. Ut interpretationem suam tueatur Westphalius, confert τὸν σύμπαντα ἀριθμὸν (Aristid. p. 41 Mb. = 61, 12 W.); at eo ipso, quod additur σύμπας, et quod infra (p. 61, 28) in hoc σύμπαντι ἀριθμῷ minores ἀριθμοὶ inesse dicuntur velut τριὰς et ἐπτάς, declaratur ἀριθμὸς minora spatia comprehendere. Ἀριθμὸς igitur, qui in singulis et absolutis illis pedibus dodecasemis non eosdem ordines (τάξεις) servare, sed modo trochaei, modo iambi speciem praebere affirmatur, est commune trochaei et iambi spatium trisemum sive trium morarum varie dispositarum summa. Ac nescio an spatium trisemum liceat appellare ἀριθμὸν τρισημιον ita etiam, si in duo tempora irrationalia dispertitur.

Supersedeo disserere de locis Aristideis p. 97 Mb. = 64, 3 W. (de generis iambici indole ac natura) et p. 39 Mb. = 59,

13 W. (de choreis irrationalibus), in quibus vox ἀριθμός invenitur; uterque enim locus luce egere potius mihi videtur quam lucem afferre aliis.

Obiter affero locum frg. Ambrosiani p. 10 Keil., ubi de proceleusmatico: *τινες δ' αὐτὸν καὶ εἰς ἀριθμὸν καλοῦσι*, in quo latet vox ἰσάριθμος. Ita enim appellatum esse proceleusmaticum, quod eandem morarum summam in arsi atque in thesi habet, probabile est.

Sed redeamus ad Aristoxenum. Maxime laborabant interpretes in loco, qui est de pedum differentia *κατὰ διαίρεσιν*. Est autem p. 298 Mor. = 35, 26 W.: *διαίρεσει δὲ διαφέρουσι* (scil. δύο πόδες) *ἀλλήλων, ὅταν τὸ αὐτὸ μέγεθος εἰς ἄνισα μέρη διαιεθῆ ἤτοι κατ' ἀμφοτέρα, κατὰ τε τὸν ἀριθμὸν καὶ τὰ μεγέθη, ἢ κατὰ θάτερα*.

Quo in loco ἀριθμὸν de numero eo, quo, quot μέρη insint in universo spatio varie diviso, indicatur, usurpatum esse rati eo inducti sunt viri docti (Caesar p. 111, Westph. Rh.³ p. 169), ut θάτερα non ad utrumque, sed ad unum tantum spectare consentirent, in quo partium numerus aequus, spatia iniqua essent. Nam si ex duobus eiusdem spatii pedibus alter in duas, alter in tres partes dividatur, partes in utroque aequas esse nullo modo cogitari posse. At si unum tantum spectasset musicus, multo brevius ac luculentius eloqui non modo ei licuit, verum etiam, ut in definitione, oportuit. Accedit quod tum debuit dicere θάτερον. Nam pluralis θάτερα ita adhiberi non potuit, ut duarum rerum condicionumve statutarum altera plane excluderetur.¹⁾ Quae cum ita sint, facere non poterimus, quin locum illum ad tres diaeresis species pertinere existimemus:

1) Nam quamvis grammatico quodam auctore (schol. Soph. El. 345) τὸ θάτερα ἀντὶ τοῦ θάτερον ἀτικῶς dicatur, tamen ipse locus ille Sophocleus et alii multi docent usum esse talem, ut pluralis θάτερα (οὐδέτερα, μηδέτερα) semper pertineat ad duas res, quarum modo haec modo illa fieri potest, sed ultra fiat in medio relinquitur, nusquam vero unam certam quandam rem ita spectat, ut simul alteram nullo pacto complectatur, sed excludat. Itaque particulas disiunctivas (ἢ—ἢ) eo pertinere necesse est, velut Plato Phileb. p. 43 E: τὸ δὲ μηδέτερα τούτων (scil. ὄν) ἔσθ' ὅτε θάτερα γένοιτ' ἄν, χρυσὸς ἢ ἄργυρος; Crit. p. 52 A: ἐφιέντων

ὅταν τὸ αὐτὸ μέγεθος διαιρεθῇ εἰς μέρη

1. ἄνισα κατὰ τε τὸν ἀριθμὸν καὶ τὰ μεγέθη,
2. ἄνισα μὲν κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ἴσα δὲ κατὰ τὰ μεγέθη,
3. ἄνισα μὲν κατὰ τὰ μεγέθη, ἴσα δὲ κατὰ τὸν ἀριθμὸν.

Si igitur duo tempora alterius pedis eandem summam, quam duo ab illis diversa in pede altero, ἀριθμὸς erit aequus; in quo inerit tertia diversae diaeresis species; velut si ἀριθμὸς τετράσημος in altero pede dividitur in monosemum et trisemum χρόνον ἀσύνθετον, in altero autem in disemos duos. Quod si invenitur in pede composito, cadet in variam diaeresin, sin in simplici accideret, ad διαφορὰν κατὰ γένος spectare putandum est. Trisemus autem ἀριθμὸς diversas divisiones non admittit nisi cum dividitur modo in monosemum et disemum, modo in duo irrationalia tempora, quorum alterum monosemo maius, alterum disemo minus est eodem spatio. Nam trisemi ἀριθμοῦ divisio in partes ut in utroque pede aequas, monosemum et disemum, ita in altero pede aliter collo-

δοεῖν θάτερα, ἢ πείθειν ἡμᾶς ἢ ποιεῖν, τούτων οὐδέτερα ποιεῖ. Theaet. p. 187 B.; Legg. VIII p. 841 D; Epin. p. 983 E. Cum vero duarum rerum altera tantum respicitur, θάτερον dici necesse est, velut Aesch. Prom. 867; δυοῖν δὲ θάτερον βουλήσεται, κλύειν ἀναλκίς μᾶλλον ἢ μαιφόνος, nisi forte in ea ipsa vel per se inest plurale quoddam, velut Soph. Phil. 503: παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θάτερα (= κακά), maxime in locutionibus, quae ad loca pertinent, cum praepositione coniunctis: Xen. Hell. III 7, IV 30: ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ, ab illa parte; Thuc. I 87: ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα, VII 37: ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, Plat. Prot. p. 315 A: ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα — ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, Phileb. p. 15 E: τότε μὲν ἐπὶ θάτερα — τότε δὲ πάλιν. Qui pluralis aequae explicandus erit ac qui est in τὰ ἄνω, τὰ κάτω, similibus, de una regione dictis. Atque ipse quidem Aristoxenus, cum pluralem posset adhibere, tamen singularem numerum plerumque praetulit: el. harm. p. 46, 10: οὐδέτερον δὲ τούτων ἀληθές ἐστιν· οὔτε γὰρ οὔτε; p. 78, 23: δεῖ ἐσομένοις δυοῖν θάτερον ὑπάρχειν, ἢ . . . ἢ; 84, 18: δεῖ δ' ἕτερον πότερον ὑπάρχειν scil. aut quartum sonum διὰ τεσσάρων concinere, aut quintum διὰ πέντε; de eisdem condicionibus p. 83, 17: δεῖ δ' ἕτερον κτλ., p. 92, 22: μηδετέρου δὲ τούτων συμβαίνοντος, p. 94, 3: τούτων δ' οὐδέτερον γίγνεται; de synaphe et diazeuxi p. 84, 13: ἀναγκαῖον ἕτερον πότερον συμβαίνειν τοῖς ἐξῆς τετραχόρδοις. Semel tantum usus est plurali p. 78, 12: ᾧ δ' ἂν μηδέτερα τούτων συμβαίη.

catas cadere videtur aut in *διαφορὰν κατὰ σχῆμα* aut *κατ' ἀντιθέσιν*.

Alteram autem variae diaeresis species, si Aristidem sequimur, ea cogitanda est, in qua spatium pedis compositi idem in pedes simplices spatio diversos dividitur, velut si dodecasetimum spatium accipit modo tetrasemos pedes sive *ἀριθμούς* tres, modo trisemos quattuor, tamen utrimque eadem tempora incomposita inesse poterunt, velut disema quaterna et monosema quaterna (---|---|---: ---|---|---). Sed an ea Aristoxeni ipsius fuerit sententia, dubium est; *ἀριθμὸς* enim summa est non temporum quorumlibet vicinorum, verum certorum quorundam, atque certa quadam notione technica adhibita esse putanda est.¹⁾ Porro in dubio est, quomodo differat haec altera diversae diaeresis species a differentia *κατὰ σχῆμα*, velut ambigitur utrum syzygia iambica a choriambo, trochaica ab ionicis differat *διαίρεσει* an *σχῆματι*. Sed eas quaestiones nunc in medio relinquamus. Neque enim trium differentiarum podicarum, quae dicuntur *κατὰ διαίρεσιν*, *κατὰ σχῆμα*, *κατ' ἀντιθέσιν*, quae omnes de eodem temporis spatio varie disposito sunt, per se quamque licet absolvere longiusque abest a proposito de omnibus tribus accuratius disserere²⁾, neque in usu

1) Tum definitam esse alicubi ab Aristoxeno *ἀριθμοῦ* notionem exigimus. Cuius definitionis vestigia inesse putes in praeepto obscuro apud Psellum § 10: *πᾶς ὁ διαιρούμενος εἰς πλείω ἀριθμὸν καὶ εἰς ἐλάττω διαιρεῖται*. Sed mitto in ea inquirere.

2) Tamen quae iam nunc affirmari liceat, breviter exponam. In differentia *κατὰ σχῆμα* valet ea quoque definitio, quae in harmonica profertur p. 108, 14 Mqd.: *γίγνεται (ἢ κατὰ εἶδος ἢ κατὰ σχῆμα διαφορὰ) δ' ὅταν τοῦ αὐτοῦ μεγέθους ἐκ τῶν αὐτῶν ἀσυνθέτων συγκεκμημένον μεγέθει καὶ ἀριθμῷ ἢ τάξις αὐτῶν ἀλλοίωσιν λάβῃ*, et exempla ibi prolata docent spectare in rhythmica *σχῆματος* differentiam eo, quod metrici dicunt *ἐπιπλοκὴν μέτρων*. Itaque eo pertinebit velut iambi et trochaei, anapaesti et dactyli differentia; de pedibus autem compositis non constat. Dactyli vero et anapaesti differentia, quam cadere in *διαφορὰν κατ' ἀντιθέσιν* temere opinati sunt, definitione *ἀντιθέσεως* Aristoxenea non excipitur. Quod tum alii aliter excusare studebant (Weil. Jahrb. f. Phil. 1862 p. 349; 1865 p. 653; Caesar ibid. 1863. p. 18), Westphalius vero, ut tamen eo referre posset, definitioni nec suspectae nec corruptae vim attulit.

cognoscendo adeo proveci sumus, ut pedum compositorum — atque ad eos potissimum spectant tres illae differentiae — spatia ac naturam cognita habeamus ac perspecta. Nam temporibus non, ut usus docet, mensuratis, sed ex arbitrio sive productis sive correptis rhythmicae cognitionem nequaquam promotam esse adhuc nec promotum iri in posterum, quisquis sapit, intellegit.

Si igitur ἀριθμὸς est intervallorum vel temporum summa, sequitur ut quaeramus, quomodo fiat ἀριθμὸς in illo ἀμελωδῆτι, quo irrationalia spatia a rationalibus differunt.

Ut supra expositum est, παραλλαγὴ in eo inest, ut intervallorum duorum rationalium alteri detrahatur ἀμελωδῆτον, alteri addatur. Si autem illud ἀμελωδῆτον una qualibet toni parte minuta expressum esse cogitatur, rationalium illorum intervallorum unumquodque in eiusmodi ἀμελωδῆτα solum esse cogitari potest. Velut pycnum enharmonium rationale in sex partes duodecimas, ὑπερέχον in viginti quattuor, vel pycnum chromaticum molle in duodevicesimas duodecim, ὑπερέχον in triginta tria. Tum pycnum enharmonium irrationale quoddam ex duodecimis partibus septem, ὑπερέχον e viginti tribus, chromaticum autem irrationale e duodevicesimis tredecim, ὑπερέχον e triginta duabus constabit. Quoniam autem παραλλαγὴ inter pycna et hyperechonta maxime intercessisse veri simile est, pycna autem et hyperechonta ad duodecimas partes revocari possunt, duodecimam toni partem in omnes parallagas cadere cogitari potest, propter quod ab Aristoxeno prolata est exemplo.

Sed fac ne in singulis intervallis irrationalibus inesse credas τοὺς τῶν ἀμελωδῆτων ἀριθμοὺς, ita ut in eorum proportione posita sit definitio, velut in systemate enharmonio supra dicto

At neutro opus est, si ad ἀντικείμενον supplemus, non quod illi volebant, τάξει, verum μεγέθει. Quocum aperte concinit Aristidis definitio. Cadent igitur eo pedes duo, quorum alter in arsi tantum temporis habet, quantum alter in thesi, et quod ille in thesi, hic in arsi; velut iambus et trochaeus percussa brevi utentes, qui pedes coniuncti cum trochaeis iambis vulgaribus efficiunt pedes compositos, velut choriambum (-2|2) et antispastum (2-|2). Ἀντιθέσει autem pedes singulos in pedibus compositis differre posse auctor est Mart. Cap. p. 193.

$\tau_{12} : {}^{23}/_{12}$, neve igitur in rhythmica inter bina tempora irrationalia proportionem, fortasse aequam, intercedere arbitreris, quod nec cum Aristoxeni rationibus convenire neque eum sensum, quo vocem *λόγον* in harmonica certe quidem intellegi voluit, admittere supra satis demonstratum est. Verum enim vero *ἀριθμὸς* comprehendet omnia illa *ἀμελῶδητα*, quae in toto systemate inesse statuuntur, velut in systemate enharmonio illo *ἀλόγως* diviso triginta partes duodecimas, in chromatico duodevicesimas quadraginta quinque¹⁾, quae summae intervalli compositi definiti, dico *τοῦ διὰ τεσσάρων*, spatio aequae erunt; quo fit ut *οἱ ἀριθμοὶ* illorum *ἀμελῶδητων* habeant *λόγους*. *Ἀμελῶδητα* igitur illa, quae in aliis systematis *ἀλόγως* divisio alia esse cogitari sive statui (*λαμβάνεσθαι*) possunt, dicuntur *κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους λαμβανόμενα ἤητά*, quod nos: „nur in sofern rational, als ihre Summen bestimmte rationale Grössen haben.“

Neque vero in eo offendendum est, quod de una re dici videntur numeris pluralibus *οἱ τῶν ἀριθμῶν λόγοι*. Nam *ἀμελῶδητα* spatia numero infinita statui possunt, quorum suum quodque facit *ἀριθμὸν*, qui *ἀριθμὸς* suum quisque habet *λόγον*. Itaque *τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ἤητὸν* generaliter est dictum, non minus quam *τὸ κατὰ μέρος ἤητὸν*. Totum enim caput ita comparavit Aristoxenus, ut non singulas quasdam res, sed universam rationalitatis et irrationalitatis naturam (*τὸ ἤητὸν* et *τὸ ἄλογον*) illustraret. Nam semel tantum, cum de rationalitate *ἐν ἔνθεμοις* loquitur, adicit notionem certam (*ἤητὸν χρόνον μέγεθος*) atque id quidem non sine causa; ceteris vero locis consulto omisit notiones *διάστημα* et *χρόνος*. Unde fit, ut de rationalitate disserens modo complurium spatiorum coniunctiones (*ἀριθμοὺς ἤητοὺς*) respicere videatur, cum dicit *τὸ κατὰ μέρος ἤητὸν εἰλήφθη* et *τὸ κατὰ τὴν τοῦ ἔνθεμοῦ φύσιν λαμβάνεται ἤητὸν*; nam et *κατὰ μέρος* non dici

1) Universe nobis dicitur *ἀριθμὸς* $S = \frac{ax+1}{x} + \frac{bx-1}{x}$, in quo a et b sunt spatia intervallorum rationalium, $\frac{1}{x}$ autem *ἀμελῶδητον*, quod *λαμβάνεται ἐν ταῖς παραλλαγαῖς*.

licuit nisi pluribus partibus propositis, et ῥυθμοῦ φύσις nisi in pluribus temporibus non cernitur; modo spatia singula atque absoluta, cum et τὸ κατὰ μέρος ῥητὸν primum μελωδούμενον, deinde γνώριμον τῇ αἰσθήσει esse¹⁾ et τὸ ἐν ῥυθμῷ λαμβανόμενον ῥητὸν primum τῶν πιπτόντων εἰς τὴν ῥυθμοποιαν esse, tum pedis, in quo inest, μέρος ῥητὸν esse debere ait. Ac profecto nihil interest, quoniam in rationalitate si spatia (μέρη) singula rationalia sunt, rationalis item erit ἀριθμός. In irrationalitate vero sine dubio singula intervalla minuta, quae doctrina statuuntur, et tempora minuta, e quibus tempora irrationalia et constare et a rationalibus differre cogitanda sunt, significavit illo τῷ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητιῶ. Proposuit igitur Aristoxenus sibi animo (i. e. ἔλαβε) seriem (τάξιν) modo intervallorum vel temporum rationalium, quam dixit κατὰ μέρος ῥητὸν τι, modo intervallorum ἀμελωδῆτων vel temporum minimorum in complura intervalla vel tempora ita dispartitorum, ut uno ἀμελωδῆτι vel tempore minimo excederentur vel relinquerentur intervalla illa rationalia, quam seriem dixit κατὰ τὸν τοῦ ἀριθμοῦ μόνον λόγον ῥητὸν τι. Quibus ἀμελωδῆτοις et partibus temporis minutis ut habeat quod opponat, τὸ κατὰ μέρος ῥητὸν esse μελωδούμενον et τὸ κατὰ τὴν τοῦ ῥυθμοῦ φύσιν ῥητὸν esse τῶν πιπτόντων εἰς τὴν ῥυθμοποιαν postulat; quibus spatia rationalia definivit, non quatenus rationalia sint, sed quatenus ad μελοποιίας vel ῥυθμοποιίας usum spectant et opposita sunt par-

1) Nihil vero dandum est exemplis, quae non ab Aristoxeno, sed a lectore aliquo adiecta esse videntur. Suspecta enim sunt propter particulas ἦτοι — ἦ. Quibus duo genera intervallorum rationalium dignosci videntur, id quod in doctrina Aristoxenea non positum est. Fortasse respicitur canonicorum doctrina, ita ut alterum genus complectatur consonantias et tonum, scilicet intervalla proportionibus simplicioribus atque utique sibi constantibus definita, in altero autem insint quaecunque per ratiocinationes derivantur ex illis. Ceterum vox σύμμετρος sensu ab Aristoxeno alieno usurpari videtur. Nam ex eius sententia σύμμετρον τινεῖ ἄλλῳ est intervallum, si ex eorum coniunctione fit systema rationale, id quod ne in irrationalibus quidem pycnīs et hyperechusi non accidere supra (p. 222) cognovimus.

tibus minutis; nam spatia ipsa irrationalia et ipsa vel sunt *μεληθοόμενα* vel cadunt in rhythmopoeiam. Rationalitatis autem ipsius definitionem secundo loco addit ita, ut intervallum rationale debeat esse *γνώριμον τῇ αἰσθήσει*, tempus autem pedis sui pars rationalis. Quae cur non accurate inter se respondeant, causa inest in eo, quod altera musicae pars alteris utitur perceptionis condicionibus.

Quae cum ita sint, facile iam intellegemus locum Aristideum de generibus irrationalibus p. 35 Mb. = 53, 10 W. Dicit enim *γένη ἄλογα κατὰ ἀριθμούς μᾶλλον ἢ κατὰ τὰ εἶδη ἑυθμικὰ σώζειν τὰς ἀναλογίας*. Quod cum viri docti ad unius temporis irrationalitatem referrent, non intellexerunt. Caesar enim ita interpretatur, ut pedes irrationales inter se ipsos convenire (*σώζειν τὰς ἀναλογίας*) dicat. At si rem ignotam atque indefinitam conferimus cum ignota et indefinita, an eo ipso fit clarior aut manifestior? Rossbachius vero alique pedes irrationales convenire cum rationalibus *κατὰ ἀριθμούς* ait. At nec *μεγέθει* nec *γένει* cum eis convenire apertum est. Aperte autem inde proficiscuntur, quod choreum irrationalem trochaeis puris admixtum aliquo pacto cum eis concinnare student; quod qui fieri possit, non intellego, nisi forte revertuntur ad sententiam Feussnerianam. Verum si in generibus irrationalibus, quae dicit Aristides, duplicem inesse credimus irrationalitatem, nulla inerit interpretandi difficultas. *Ἀριθμός* enim duorum intervallorum irrationalium idem spatium servat, quod *ἀριθμός* duorum rationalium, ex quibus illa per parallaxen orta sunt. Ita fit, ut *γένη ἄλογα* servant universum spatium *τῶν γενῶν ῥητῶν* (velut $2 \overset{\text{A}}{\cup} \cup = 2 \overset{\text{A}}{\cup} \cup$), et habeant *λόγον*, i. e. tempora definita quamvis non *κατὰ μέρος*, tamen *κατὰ τὸν ἀριθμόν*. Articulum autem (*κατὰ δὲ τοὺς ἀριθμούς μᾶλλον*), quem flagitat usus Aristoxeneus, Aristidis inscitia omissum esse non mirum est. Formae (*εἶδη*) autem rhythmicae illae aequae atque *ἰ τοῦ ἑυθμοῦ φύσις* Aristoxeni in eo inerunt, ut *μέρη* singularia sint rationalia. *Ῥυθμοῦ* igitur *φύσις* e temporibus simplicibus *λόγῳ τινὶ ὠρισμένοις* componitur, cui opposita est *ἑυθμοποιίας θέσις*, in qua *λόγος* ex coniunc-

tis demum temporibus oritur; cf. p. 254. — De ceteris autem praecepti Aristidei verbis ac de praecepto universo quid iudicem, iam supra exposui (p. 233 adn.).

Quae si recte disputata videntur, certum est, quemadmodum ab harmonica eam irrationalitatem, qua ceteris manentibus unum tantum intervallum mutatur, omnino abesse vult lex Aristoxenea, item ἐν ῥυθμοῖς irrationalitatem unius temporis non inveniri, sed spectare ad pedes singulares (πόδα ἕκαστον). Pes igitur irrationalis ἕκαστος spatio inter duorum rationalium spatia medius est, in rhythmis vero temporum irrationalium coniunctio idem spatium servat, quod rationalia, e quibus per parallagen orta sunt; in illo spatium commune εὐρυθμον non est, in his vero duorum plurimumve temporum irrationalium vicinorum commune spatium est definitum. Agitur igitur de discrimine, quod intercedit inter notiones πούς ἕκαστος et ῥυθμοί. Quam rem, quippe quae pertineat ad rhythmicam partem difficillimam de pedibus compositis, postea usu et exemplis melius intellectum iri spero quam ratione ac disputatione. Sed priusquam eo transgrediamur, quaerendum est, quatenam fuerit irrationalitatis condicio, quinam ordo in Aristoxeni de temporibus explanatione, quae sint eius indicia ac vestigia.

CAPUT IX.

De Aristoxeni de temporibus explanatione.

A.

De differentia κατὰ μέγεθος.

Primam fuisse ut pedum (el. rh. p. 35, 10 W.), intervallorum systematumque (el. harm. p. 22, 15. 22 Mqd.), ita temporum διαφορὰν κατὰ μέγεθος apertum est. Quo pertinet explanatio de tempore primo et de eis temporibus, quae illo commensurabilia sunt (p. 31, 5—24 W.), nec minus fragmentum, quod Porphyrius tradit (p. 255 Wallis) inventum ἐν τῷ περὶ χρόνου πρώ-

του (scil. λόγου).¹⁾ In qua differentia temporum irrationalium mentio ita tantum fieri potuit, ut media inter tempora primo commensurabilia, tempore primo ipso non commensurabilia esse dicerentur.

B.

De differentia κατὰ σύνθεσιν.

Sed quae sequuntur in excerptis illis maioribus (p. 31, 25 W.), ea cum antecedentibus non protinus cohaerent. Quae enim de temporibus incompositis et compositis proferuntur, sic incipiunt: λέγομεν δέ τινα καὶ ἀσύνθετον χρόνον πρὸς τὴν τῆς ῥυθμοποιίας χρῆσιν ἀναφέροντες = tempus autem quoddam item incompositum dicimus, cum ad rhythmpoeiae usum referimus. In eis igitur quae antecesserant, de alio temporum incompositorum genere exposuisse Aristoxenum docet illud καί. At in eo capite, quod est de tempore primo, notio χρόνος ἀσύνθετος non iam prolata est neque subaudienda esse mihi videtur, siquidem χρόνος πρῶτος et χρόνος ἀπλῶς ἀσύνθετος non unus idemque est. Inserenda igitur esse mihi videtur definitio atque explanatio de temporibus simpliciter incompositis, quam hunc fere in modum institutam esse ab Aristoxeno conicio: sunt autem alia quoque praeter tempus primum tempora, in quibus nec duo soni nec duae syllabae nec duo σημεῖα possint poni ullo modo, dico quaecunque versantur inter simplex et duplex temporis primi spatium. Nam

1) Westphalius (Rh.³ pp. 18 sq. 80 adn.) ea propria dissertatione disputata esse censet, quam inter Aristoxeni σύμμικτα συμποτικὰ esse inventam. In qua rationem suam rhythmici non syllabis, verum tempore primo dimetiendi elementis rhythmicis antea publici iuris factam eum defendisse contra adversarios. At Porphyrius adversarios omnino non iam extitisse testis est, cum dicit τὴν ἔσομένην ἄν πρὸς τινῶν κατηγορίαν ἀπολυόμενον ea scripsisse Aristoxenum. Sermonem autem in hoc fragmento alium atque in ceteris esse non video. Quod autem latior videtur et poetarum locis ornatus est, id mirum non erit ei, qui elementa et harmonica et rhythmica, qualia extant, non Aristoxeni manu perscripta, sed excerpta ex pristinis et lacunis intermixta credit. Loci autem, quibus cum lectore vel discipulo agentem se inducit Ar., inveniuntur in harmonicis quoque reliquiis (cf. Marquard. p. 260 sqq.).

si tempus disemo minus dissecaretur in duo tempora, eorum si non utrumque, at certe alterum tempore primo esset minus, quod absurdum est. Primum enim tempus omnium temporum, quaecunque per rhythmizomena tria dissecantur, brevissimum esse statuimus; si igitur extarent tempora tempore primo minora rhythmizomenorum elementis rhythmicis expressa, primum illud tempus, quod statuimus, non esset primum, sed secundum fortasse vel tertium, vel alium maiorem acciperet numerum, quo plura tempora illo primum statuto minora statuerentur. Ex quo elucet, quaecunque temporis primi spatio duplici sunt minora, quoniam in eis ἀπλῶς οὐκ ἔξῃσται τίθεσθαι πλείω μιᾶς συλλαβῆς ἢ ἑνὸς φθόγγου ἢ ἑνὸς σημείου, ea dici ἀπλῶς ἀσύνθετα. Λέγομεν δέ τινα καὶ ἀσύνθετον χρόνον κτλ. —

Quae ex Aristoxeni sensu recte restituta esse ab omni dubitatione remotum esse mihi videtur. Ac ne forte quis ex Aristide (p. 32 Mb. = 49,5 W.: πρῶτος καταληπτὸς αἰσθήσει) et Pselli definitione auctiore (§ 7: πρῶτόν τε νοητέον χρόνον τὸν ὑπ' οὐδενὸς τῶν ῥυθμιζομένων δυνάμενον διαιρεῖσθαι γνωρίμως¹⁾) efficiat, tempus primum esse minimum τῶν γνωρίμων τῇ αἰσθήσει, ad usum vero pertinere etiam breviora οὐ γνώριμα τῇ αἰσθήσει et irrationalia, quia tempore primo non sint commensurabilia: id certe constat irrationalitatem non esse nisi inter duos λόγους γνωρίμους τῇ αἰσθήσει ἀνὰ μέσον. Itaque inter monosemum et disemum extant tempora irrationalia, inter monosemum et ἄσημον, si verbo licet uti, non item. Mihi autem tempora irrationalia duabus syllabis non exprimi posse adeo persuasum est, ut inde documentum de eorum sedibus certissimum petendum esse confidam.

Atqui nostrorum rhythmicorum, quamvis eam legem, qua tempus primum omnium temporum, quae ad rhythmicae usum spectant, brevissimum esse statuitur, verbis probaverint, tamen

1) Sic enim certe scribendum, non, ut Westphalius scripsit, γνωρίμων; nam ῥυθμιζόμενοις γνωρίμοις opposita essent ῥυθμιζόμενα ἄγνωστα, quod absurdum. Ἀγνώστως autem διαιρούμενον erit tempus, velut cum in lexi dividitur per litteras, non per syllabas.

alius aliter subterfugere studuit. Nam ipsum tempus primum in duas pluresve partes dividere plerumque veriti sunt, at maiora spatia dividerunt, velut sesquitercium temporis primi spatium in duas partes (Caesar p. 162), disemum in tres, trisemum in quattuor (Westphalius, Christius, alii). At qui temporis primi ipsa notione omnia minora exclusa esse non intellegit, habeat sibi. Neque vero operae pretium facturus esse mihi videor, si Westphalii novam rationem, qua in eodem pede composito complura tempora prima statuit, refutem; assentientem inveniet neminem, at iudices invenit acerbissimos (veluti Grafium p. 38: „eine Mustersammlung für den Missbrauch rhythmischer Termini“).

Explanationem autem de temporibus *κατὰ σύνθεσιν* diversis Aristoxeneam, de qua extant reliquiae satis uberes et luculentae, breviter hic repetere non alienum, praesertim cum Westphalius in ultima rhythmicae editione (p. 90 sqq.) ea valde perturbari passus est sive potius diversas rationes miscuisse deprehenditur.

Cuius explanationis summarium est hoc:

1. Tempus *ἀπλῶς ἀσύνθετον* est, quod propter spatii sui angustias plus una syllaba vel sono vel *σημείῳ* uno uti non potest, sive, ut metricorum verbis utar, quod solvi nullo modo potest. Temporum *ἀπλῶς* incompositorum sunt species tres: monosemum vel *πρῶτον*, irrationale e monosemo per productionem ortum (Ξ), irrationale e disemo per correptionem ortum (Ξ). Irrationalia autem *ἀσύνθετα* inter maiora temporis spatia non extitisse testatur Bacchius p. 23.

2. Tempus *κατὰ τὴν τῆς ἑνθμοποιίας χρῆσιν ἀσύνθετον* est, quod, quamvis spatium non obstet, quominus duobus rhythmizomenorum elementis expleatur, tamen uno utitur, sive cum solvi possit, tamen non solvitur. Certe hinc cadit disemum una syllaba longa expressum; de ceteris autem syllabis longis, quae dicuntur *παρεκτεταμέναι*, hic disserere nolo.

3. Tempus *πρὸς τὴν τῆς ἑνθμοποιίας χρῆσιν σύνθετον* est idem spatium, quod *πρὸς τὴν τῆς ἑνθμοποιίας χρῆσιν ἀσύνθετον*, quoties duabus pluribusve syllabis, sonis, *σημείοις*

exprimitur, sive quod cum contrahi possit, tamen solvitur. Ex eorum temporum cum antecedentibus mixtione in diversis rhythmizomenis oriuntur tempora mixta.

4. Tempora *ἀπλῶς σύνθετα* (Aristox.: *ὡσαύτως* = *ἀπλῶς*, cf. *el. harm.* p. 58, 6. 9 Mqd.: *ἀπλῶς εἶπειν ὡσαύτως εἶπειν*) sunt quae aut omnino excedunt temporum in compositorum spatium maximum, aut minora quae una syllaba etc. exprimi liceret, nisi propter quandam temporum singulorum naturam plura rhythmizomenorum elementa postulerent; sive quae omnino non contrahi licet, velut *χρόνος δισημος ἀπλῶς σύνθετος*, qui binis brevibus expletur in metris ionicis choriambicisque, in logaedicis, dactyloepitritis, in pentametri altera parte, alias. Cuius rei quae sit causa, id potissimum indagare rhythmicae est.

Ab hac Aristoxeni ratione abhorrere Aristidem, iam alii viderunt; quae enim ille *κατὰ τὴν τῆς ἐνθμοποιίας χρῆσιν* incomposita appellat, hic vocat composita, tempora aut *ἀπλῶς* aut *κατὰ τὴν τῆς ἐνθμοποιίας χρῆσιν* incomposita et composita esse ignorat, alias differentias profert *χρόνων ἀπλῶν* et *πολλαπλῶν*, quorum utri vocentur *ποδικοί*, dissentiunt viri docti. Nos autem ista non curamus.

C.

De temporibus eurhythmis rhythmoidibus arrhythmis.

Cum autem de temporum differentia *κατὰ σύνθεσιν* expositum esset in excerptis rhythmicis maioribus, statim pergatur ad pedes. At in pristino Aristoxeni libro post temporum in compositorum et compositorum tractationem de temporibus podicis et rhythmopoeiae propriis expositum fuisse docet Psellus (§ 8), in fragmento autem Parisino (§ 7) et apud Aristidem (p. 33 Mb.) enumerantur alia temporum genera tria. Ac de his quidem prius agendum. Est enim:

<p>in frgm. Parisino § 7, p. 79, 6 W.:</p> <p>Τῶν δὲ χρόνων οἱ μὲν εὐρυθμοί, οἱ δὲ ῥυθμοειδεῖς, οἱ δὲ ἄρῥυθμοι.</p> <p>Εὐρυθμοὶ μὲν οἱ διαφυλάττοντες ἀκριβῶς τὴν πρὸς ἀλλήλοις εὐρυθμον τάξιν·</p> <p>ῥυθμοειδεῖς δὲ οἱ τὴν μὲν εἰρημένην ἀκριβείαν μὴ σφόδρα ἔχοντες, φαίνοντες δὲ ὅμως ῥυθμοῦ τινος εἶδος·</p> <p>ἄρῥυθμοὶ δὲ οἱ πάντως ἄγνωστοὶ ἔχοντες πρὸς ἀλλήλοις σύνθεσιν.</p>	<p>apud Aristidem p. 50, 4 W.:</p> <p>Τούτων δὴ τῶν χρόνων οἱ μὲν ἔρῥυθμοὶ λέγονται, οἱ δὲ ἄρῥυθμοί, οἱ δὲ ῥυθμοειδεῖς.</p> <p>1) Ἐρῥυθμοὶ μὲν οἱ ἔν τινι λόγῳ πρὸς ἀλλήλοις σώζοντες τάξιν, οἷον διπλασίονι, ἡμιολίῳ καὶ τοῖς τοιοῦτοις·</p> <p>3) ῥυθμοειδεῖς δὲ οἱ μεταξὺ τούτων καὶ πῆ μὲν τάξεως τῶν ἔρῥυθμων, πῆ δὲ τῆς ταραχῆς τῶν ἄρῥυθμων μετελιηφότες·</p> <p>2) ἄρῥυθμοὶ δὲ οἱ παντελῶς ἄτακτοὶ καὶ ἀλόγως συνειρόμενοι. [Numeri adscripti significant eum ordinem, qui invenitur in codicibus.]</p>
---	---

Sermonem esse de temporibus compositis et inde sequitur, quod unius temporis absoluti spatium per se cognosci non potest et quod notiones σύνθεσις, συνειρόμενοι, λόγος πρὸς ἀλλήλους inveniuntur, denique demonstrat praeceptorum connexus apud Aristidem, qui tempora composita, quamvis alia atque Aristoxenus intellexerit, antea tractata respicit verbis τούτων δὴ τῶν χρόνων. Quaerendum autem primum, utra praecepta notionem Aristoxeneam tradant, utrum quae εἰρῥυθμοὺς vocant χρόνους, an quae ἔρῥυθμοὺς.

Εὐρυθμον scriptum videmus in fragmentis Aristoxeneis el. rh. p. 276 fin. = 30, 17 W.: ἀμφοτέρω γὰρ πέφυκεν ἐπιδέχασθαι τὸ ῥυθμιζόμενον (subiectum) τὰ συστήματα (obiectum), τό τε εὐρυθμον καὶ τὸ ἄρῥυθμον. P. 296 = 35, 7 W.: οὐδὲν γὰρ αὐτῶν (scil. τῆς ἄρσεως καὶ τῆς βάσεως τοῦ χορείου ἀλόγου) μέτρον κοινὸν εὐρυθμον. P. 298 = 35, 21 W.: pedes γένει διαφόρους habere praeter aequi et dupli rationes ἄλλον τινὰ τῶν εὐρύθμων χρόνων. Si autem χρόνος εὐρυθμος idem fere sibi vult quod λόγος, sequitur huc cadere non unam prae-

ter allatas, sed plures rationes, hemiolii, epitriti, triplasiai, alias, quae dicuntur *γνώριμοι τῆ αἰσθήσει*. Ἐξόρῳθμους autem λόγους tres tantum extare tradit musicus p. 302 Mor. = 36, 14 sqq. W., dupli, aequi, sesquitercii; epitriti (p. 37, 14 sq.) vero rationem, triplasiai (36, 21), pentaplasia (37, 10), hexaplasia (37, 14) non esse ἐξόρῳθμους affirmat. Item p. 272 Mor. = 29, 21 W. dicit τὸν ῥυθμὸν γίγνεσθαι, ὅταν ἡ τῶν χρόνων διαίρεσις τάξιν τινὰ λάβῃ ἀπωρισμένην· οὐ γὰρ πᾶσα χρόνων τάξις ἔνρῳθμος (ἐν ῥυθμοῖς codd., εὔρῳθμος Psell.). In eis autem, quae statim sequuntur, invenitur vox εὔρῳθμος; sed verba τὸ μὴ πᾶσαν χρόνον τάξιν εὔρῳθμον εἶναι claritatis causa a scriba quodam inepte sunt repetita. Aristoxenus enim tautologiam facile evitare potuit, si πιθανὸν μὲν praecedentibus adnectere voluisset pronomine demonstrativo vel relativo. Sed in eiusmodi locutionibus postpositis gaudet dissolutione sententiarum.¹⁾ Adde Aristox. apud Athen. XIV p. 630 F: καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς πολέμοις τὰ Τυρταίου ποιήματα ἀπομνημονεύοντες ἐξόρῳθμον κίνησιν ποιῶνται. Quae cum ita sint, εὔρῳθμον latius patere liquet quam ἐξόρῳθμον; illud enim de temporum definitorum coniunctionibus qualibuscunque usurpatur nec formas rhythmicas respicit, sed αἰσθήσιν; hoc vero de eis solis temporum coniunctionibus, quae cadunt in rhythmopoeiam continuam. Εὔρῳθμοι igitur — atque ea quidem lectio potior — erunt ei χρόνοι σύνθετοι, quorum singula tempora sunt γνώριμα τῆ αἰσθήσει.

Simile quoddam accidit in harmonica. Μελωδούμενον enim est, quod unquam potest cadere in μέλος, ἐμμελές autem, quod certo quodam tetrachordi loco debet poni. Ex. gr. quarta toni pars est μελωδούμενον, ἐμμελές autem non nisi in genere enharmonio, in diatono vero est ἐκμελές; hemitonium autem

1) Cf. el. harm. p. 6, 27 Mqd.: περὶ ἧς οἱ πλείστοι τῶν ἀρμονικῶν οὐδ' ὅτι πραγματεντέον ᾗσθοντο· δῆλον δ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἐμπροσθεν γέγονεν; adde pp. 46, 12; 62, 5; 76, 20; 92, 23; denique p. 106, 16, quem in locum corruptela irrepsit, cui ita medebimur: ἐὰν οὖν γένηται, τὸ δὲ τέταρτον ἄνισον, — γίγνεται (γέννηται codd.) δ' ἐν τῷ συντονῶ τάτῳ διατόνῳ — κτλ.

bene ponitur in tetrachordo, si interest inter hypaten et parhypaten; inter lichanum autem et mesen erit *ἐκμελής*.

De rhythmoidibus autem temporibus et arrhythmis difficultus est cognoscere. Arrhythmia enim tempora non nisi ea de causa enumerari, ut a rhythmica protinus abesse demonstrantur, consentiunt viri docti (Caesar p. 92, quem sequitur Westphalius Rb.³ p. 96); nam rhythmum exigere ordinatam temporum compositionem. Tamen *ἄλογον* omnino esse *ἄρρυθμον* idem Caesar (p. 93) concedit, irrationalitatem autem quandam non esse a rhythmico exclusam, quam subesse *χρονοῖς ῥυθμοειδέσιν*, eam scilicet, quae terminis sit inclusa atque coercita. At nonne omnis arrhythmia finibus circumscripta esse cogitari potest? Cum autem nec cur altera arrhythmia sit accepta, altera exclusa, nec quid huic sit proprium exponat, ipsum, quod voluit, non plane vidisse apertum est, verum praecepta ad res accommodare studuit, cum ne res quidem, quaecunque accidere possunt, haberet perspectas.

Ac de *εἰρυσμων* quidem natura satis constat. In *ἄρρυθμων* autem definitionibus eadem notiones inveniuntur, quas valere cognovimus de pedibus irrationalibus; nam sunt *ἄλογως σινειρόμενοι* (Aristid.) et *ἄγνωστοι ἔχουσι πρὸς ἀλλήλοις σύνθεσιν* (frg. Paris.), quia sunt *οὐ γνώριμοι τῇ αἰσθήσει*, i. e. et universon spatium est indefinitum et spatia singula; nam in choreo irrationali etiam thesis non pedis ipsius ratione, sed per alios pedes definitur. Quoniam autem hic temporum compositiones ab omni rhythmorum copulatione absolutae cogitantur, thesis quoque illa ab omni rhythmico soluta erit *ἄλογος*. Itaque chorei irrationalis absoluti neutrum tempus est definitum. Quapropter eiusmodi temporum coniunctio ad *ἄρρυθμίαν* spectabit. Quod non mirum. Ipse enim Aristoxenus (p. 30, 16 W.) rhythmizomenum commune esse *ἄρρυθμίας τε καὶ ῥυθμοῦ* et excipere utrumque systema, *τό τε εἴρυσμον καὶ τὸ ἄρρυθμον*, testatur; rhythmizomenum autem absolutum a rhythmopoeiae usu non extat. Ubi autem illa arrhythmia a poetis admittatur vel adhibeatur, usu postea cognoscendum erit.

Rhythmoides autem erunt tempora ex duobus irrationalibus

per parallagen ortis composita, quae eurhythmis ita sunt cognata, ut spatium commune legitimum (*ἀριθμὸν ῥητὸν*) servant, arrhythmis autem propter singulorum temporum *ἀλογίαν*. Quod commune duorum irrationalium spatium rationale ita demum percipitur, ut accedat tertium tempus rationale. Itaque *εὐρύθμου λόγος* cernitur in binis temporibus incompositis, *ῥυθμοειδοῦς* in trinis pluribusve demum, *ἄρῥυθμον* vero omnino non habet *λόγον*. Atque *ἄρῥυθμα* dicta sunt tempora, quod ex eis iteratis non fit rhythmus, rhythmoides vero rhythmum non turbant, sed *οὐ λίαν τὰ γένη μεταβάλλουσι* (Aristid. p. 99 Mb.) et habent *ῥυθμοῦ τινος εἶδος*, quoniam servant *τὴν ἀναλογίαν τὴν τῶν ῥητῶν χρόνων*, e quibus per parallagen orta sunt.

Aristides autem addit species *τῶν χρόνων στρογγύλων* et *περίπλεων*, quae secundum praeceptorum ordinem ad rhythmoides pertinere videntur. At si *ῥυθμοειδεῖς χρόνοι* servant *ἀναλογίαν τῶν εὐρύθμων*, *χρόνοι στρογγυλοὶ* et *περίπλεω*, quos per correptionem et productionem temporum eurhythmorum orta esse nomina declarant, non ad duplicem spectabunt irrationalitatem. Atqui tertio loco in pristino fonte posita fuisse tempora arrhythmata, probatur fragmentis Parisinis, quandoquidem ea maiorem fidem et in notionibus praestare docuimus et in definitionibus praestant; nam cum alias quoque verba Aristoxenea retinuerint, tum verbum definiendum in temporum eurhythmorum definitione repetunt, quem morem Aristoxeni proprium fuisse supra cognovimus. Aristides vero cum alias praeceptorum ordinem non servavit (velut in differentiis pedum), tum hic rhythmoides tertio loco collocasse videtur, ut ea inter alia temporum genera media (*μεταξὺ τούτων*) posset dicere. Itaque *χρόνοι στρογγυλοὶ* et *περίπλεω* non *ῥυθμοειδῶν*, verum *ἄρῥυθμων* species habendi erunt. — *Ἀρῥυθμον* autem *περίπλεων* erit tempus productum super spatium legitimum, velut choreus ille irrationalis, si trochaeis admiscetur. *Ἀρῥυθμον* autem *στρογγύλον* erit ex gr. tempus e trisemo per correptionem ortum, quod interest inter trisemum et disemum, inter trochaeum rationalem et

pyrrhichium. Quod cum definitione illa Aristoxenea a pedibus singularibus (*ποδι ἐκάστῳ*) irrationalibus exclusum esse supra expositum sit, tamen non abest a rhythmopoeia; nam invenitur ἐν ῥυθμοῖς aequae ac χρόνος ille ἄρῳθμος περίπλευς, qui etiam absolute adhibetur.

D.

De temporibus podicis et rhythmopoeiae propriis.

Cum autem in eis differentiis, de quibus verba fecimus, tempora spectentur absoluta et a ritmo aliquo libera, secuta est alia differentia, quae pertinet ad tempora in ritmo certo quodam posita. De quibus unice extat caput Psellianum octavum. Ubi Aristoxenus: χρόνοι ποδικοὶ, inquit, sunt, qui tempus obtinent aut σημεῖον ποδικοῦ, i. e. sive arsis sive basis, velut in ritmo trochaico thesis disema et arsis monosema, aut totius pedis, velut trisemi. Tempora autem rhythmopoeiae propria sunt παραλλάττοντα ταῦτα τὰ μεγέθη ἐπὶ τὸ μείζον ἢ τὸ ἔλαττον. Quae ita intellegenda sunt, ut ex. gr. in rhythmopoeia trochaica arsis una quaedam supra monosemum spatium producat, quo facto tempus rhythmopoeiae proprium dicetur et arsis producta et totus pes trisemum spatium excedens, in quo inest arsis producta. Si autem rhythmici trochaici una quaedam thesis disema corripitur, item oriuntur tempora rhythmopoeiae propria παραλλάττοντα ἐπὶ τὸ ἔλαττον aut τὴν βάσιν aut τὸν τρισημον πόδα. Itaque arsis disema et thesis monosema et totius pedis spatium tetrasemum vel disemum, quamvis sint χρόνοι εὐρυθμοί, tamen in ritmo trochaico non sunt ποδικοί, sed ῥυθμοποιίας ἴδιοι. Quae temporum podicorum mutationes per se quaeque atque absolutae absunt a rhythmis, coniunctae vero admittuntur. In binorum igitur spatiorum mutatione inest ἡ παραλλαγή ἢ τῶν χρόνων ποδικῶν aequae atque ea, quam in irrationalitate harmonica accidere supra cognovimus. Atqui latius ἐν ῥυθμοῖς patet παραλλαγή quam illic. Deest enim a praecepto illo significatio mensurae, qua mutantur tempora podica. Quod propterea factum est, quod aut definita aut indefinita esse

potest illa mutatio (*παραλλαγή*). Si enim arsis trochaica augetur tempore primo, thesis vero eodem spatio definito deminuitur, oriuntur spondeus et pyrrhichius, in quorum compositione inest pedum trisemorum cum hexasemis mixtio, quae a metricis aut iam a rhythmicis (Mar. Vict. p. 94, 19 K.) vocatur *ἀνάκλασις*:

$$\dots \overset{3}{\underline{2}} \overset{1}{\underline{1}} | \overset{3}{\underline{2}} \overset{1}{\underline{1}} | \overset{6}{\overset{4}{\underline{2}} \overset{2}{\underline{2}} | \overset{2}{\underline{1}} \overset{1}{\underline{1}} | \overset{3}{\underline{2}} \overset{1}{\underline{1}} | \overset{3}{\underline{2}} \overset{1}{\underline{1}} \dots$$

Quoties vero parallage habet mensuram indefinitam, oriuntur tempora irrationalia rhythmopoeiae propria:

$$\dots \overset{3}{\underline{2}} \overset{1}{\underline{1}} | \overset{3}{\underline{2}} \overset{1}{\underline{1}} | \overset{6}{\overset{3+x}{\underline{2}} \overset{3-x}{\underline{1+x}} | \overset{2-x}{\underline{2-x}} \overset{1}{\underline{1}} | \overset{3}{\underline{2}} \overset{1}{\underline{1}} | \overset{3}{\underline{2}} \overset{1}{\underline{1}} \dots$$

Sin autem eundem rhythmum in iambos dividimus, *παραλλαγή* pertinebit ad tempora singula (*σημεία*) tantum, pes autem iambicus totus, qui temporum *ἀνάκλασιν*, i. e. commutationem est passus, non erit *χρόνος ἐνθροποικίας ἴδιος*, verum *ποδικός*, quoniam non *παραλλάττει τὸν χρόνον τρίσημον ἐπὶ τὸ μικρὸν ἢ τὸ μέγα*. Contra in rhythmico iambico, cum *παραλλαγή* cogitatur talis, ut antecedit thesis correpta arsin productam, *χρόνον ποδικὸν* servabit trochaeoideis aliquis pes:

$$\dots \cup \overset{3}{\underline{2}} | \cup \overset{3}{\underline{2}} | \cup \overset{3}{\underline{2}} | \cup \overset{3}{\underline{2}} | \dots \text{ vel } \dots \cup \overset{3}{\underline{2}} | \cup \overset{3}{\underline{2}} | \cup \overset{3}{\underline{2}} | \cup \overset{3}{\underline{2}} | \dots$$

Cum autem in eiusmodi rhythmopoeiis singuli pedes non sint apti ad rhythmum significandum (*σημαίνειν καὶ γνώριμον ποιεῖν* el. rh. p. 33, 1), ne tamen rhythmopoeiae pars, quae utitur temporibus rhythmopoeiae propriis, expers sit mensurae, dupla legitimae adhibetur mensura, hexasema, quae appellatur *πούς κατὰ σύζυγαν σύνθετος ἑξάσημος*. Itaque rhythmus (*ὁ ἐνθρομός Aristox.*) *σημαίνεται καὶ γνώριμος γίνεται τῇ αἰσθησει pedibus duobus*, i. e. *πλείοσιν ἑνός* (el. rh. p. 33, 2); mensura autem e pluribus pedibus composita vocatur *πούς σύνθετος*.

Sic unice locum illum de temporibus podicis et rhythmopoeiae propriis apte ac simpliciter intellegi et cum pedis de-

fnitione Aristoxenea conciliari posse mihi persuasum est. De eis autem, quae viri docti (Feussnerus p. 60, Brambachius, Baumgartius, Weilius, Westphalius, de quibus adi Westph. Rh.³ p. 120 sqq.) de utroque praecepto senserunt, disputare supersedeo. Quis enim recte viderit, usus docebit.

Pars altera.

De irrationalitatis sedibus.

Irrationalitatis sedes, quatenus ad artes spectant, eo cognosci, quod in lexi exprimantur syllaba modo brevi modo longa, viri docti consentiunt ¹⁾, rationales autem et monosemas esse eas artes, quae longas non excipiant, sed brevibus semper utantur. Quod si recte se habere concedimus, ita explicandum erit, ut monosemum spatium tam breve sit, ut longae pronuntiandae non sufficiat, irrationalitate vero tantum temporis adici monosemo, ut vel longam possit excipere. Usu autem probandum est tempus monosemum irrationalitate non tanto augeri, ut etiam duabus brevibus excipiendis par fiat, verum disemum demum tempus solvi; sive ut notionibus Aristoxeneis utar, tempus irrationale disemo minus esse ἀπλῶς ἀσύνθετον, minimum autem tempus κατὰ ἔνθεμοποιίας χρῆσιν σύνθετον esse disemum. Si autem tempora disemo minora non excipiunt binas breves, sequitur disemum non excipere longam et brevem; nam aut brevis esset tempore primo minor, quod fieri posse secundum legem illam Aristoxeneam negavimus, aut longa in monosemum spatium corripienda; quod si fieret, ex metris de rhythmico aliquid cognosci posse prorsus desperandum est. Contra theses eae, quae disemae esse statuuntur, paene nusquam redduntur syllaba brevi. Sumimus igitur non posse exprimi tempus monosemum syllaba longa, brevi disemum.

1) Excepto uno, quoad sciam, Brambachio (Rhythm. u. metr. Unters. p. 16), qui an irrationalitas temporum e metris omnino cognosci posset, dubitavit et in rhythmis cantu solo expressam esse opinatus est.

Quas leges ad metrorum numeros cognoscendos adhibeamus et quamvis usu non utique semper probari fortasse appareat, tamen exequi eas conemur atque in eis exequendis quatenus licet, progrediamur.

CAPUT X.

De metris ἀπεμραίνουσι, quae dicuntur.

Trimetrum iambicum ad sena spatia trisema esse revocandum, ita ut universum eius spatium sit duodeviginti morarum, vulgo creditur. Atqui comici saepissime, tragici interdum pro iambo ponunt anapaestum, quattuor autem morae, quae in anapaesto inesse videntur, ad trisemum spatium revocari non possunt, nisi una pluresve morae in temporis spatium primo minus corripiantur, quod a temporis primi natura abhorrere contendimus. Sed salva lege Aristoxenea rem explicare poterimus variis modis. Nam aut tempus primum in pedibus illis anapaesticis vel in metris iambicis anapaestos admittentibus dimidium eius possumus putare, quod in ceteris pedibus vel metris iambicis esse consuevit, agoge autem duplo celerior, ita ut totus pes non sit trisemus, verum hexasemus, thesis autem quattuor moras complectatur. At de iambo trochaeove simplici hexasemo nihil compertum habemus. Aut tempus primum cum brevi anapaesti altera convenire statuimus, pedes autem anapaesticos et iambicos inter se esse aequales, ita ut iambi arsis tertia temporis primi parte anapaesti brevi sit maior. Quocum convenire dixerit quispiam, quod metrici quidam (Mar. Vict. p. 83, 17; Censorin. p. 613, 1) trimetrum iambicum recipere tempora plurima viginti quattuor dicunt. At id certe non a rhythmicorum doctrina repetendum est, sed est metricorum ipsorum, qui trimetra quaedam comica ex omnibus spondeis vel anapaestis composita (velut Ran. 1203), non trimetri comici figuram per se respiciunt. Neque vero de iambo tetrasemo quidquam traditum est. Aut cum Hermanno (el. doctr. metr. p. 21 sq., epit. d. metr. § 35) aliisque (velut Caesare, Grdzge. p. 164) syllabas sermonis cotidiani pronuntiatione

correptas in monosemum spatium putes. Quod quamvis comicis concedi possit, tamen cum tragicorum arte non convenit. Accedit quod si in illa explicatione acquiesceremus, quamvis res ipsae intellectae et numeri spatium servatum esset, tamen, praesertim cum anapaesti longam a comicis interdum solvi constet (Christ. Metr.² p. 328), facere non possumus, quin legem Aristoxeneam, qua tempus primum, quantum iambi arsi rationali exprimitur, omnium temporum, quaecumque ad usum spectant, minimum esse statuitur, falsam esse et cum rebus ipsis non convenire concedamus. Ultima autem via nobis erit ea, ut anapaestos iambis intermixtos trisemum spatium excedere statuamus, correptione autem alius pedis universum trimetri iambici spatium duodeviginti morarum servari. Quod accidere potest, si singuli vel pauci anapaesti iambis admiscantur, non vero, si plures deinceps ponuntur atque adeo, ut interdum fit apud comicos (ex. gr. Vesp. 879), totum trimetrum excepto pede ultimo ex anapaestis componitur.

Atqui anapaestos trimetris immixtos omnes una absolvere non licet. Nam per se liquet interesse inter comicorum in anapaestis admittendis licentiam ex pronuntiatione vulgari ortam ¹⁾ et tragicorum artem, qua anapaestus nisi in primo pede sponte non ponitur, a ceteris vero pedibus abest, nisi inest in nominibus propriis. Huc autem spectare mihi videntur *μέτρα ἀπεμφαινόντα*. De quorum natura, quamvis loci complures extant, tamen dilucidius solus refert Aristides in operis parte, quae est de metrica p. 57 fin. Mb.: *καλεῖται δέ τινα (μέτρα) καὶ ἀπεμφαινόντα, ὅταν ἐν τοῖς συνθέτοις ποσὶν, ὅπου χρεῖα βραχείας, μακρὰ παραληφθῆ, ἢ τινες καὶ τῶν ἀρχαίων κέχρηται διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀνάγκην*. Quae si recte intellego, *μέτρα ἀπεμφαινόντα* non sunt metra clauda, ad quae rettulit Rufinus (p. 559, 25 K.), nec metra, quae *παρὰ*

1) Unde item fluxisse videtur anapaestorum in fabularum satyricarum trimetris usus. Neque enim inveniri anapaestum nisi in versibus, qui personis lascivioribus (velut Sileno, Cyclopi, choro satyrorum in Euripidis Cyclope) tribuuntur, abesse a generosioribus notum est (cf. Hermann. praef. ad Cycl. p. XII).

τόπον spondeo utuntur, ut vult schol. Hephaest. p. 212, 9 Westph. Nam in choliambis pes ultimus vitiatum non *διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀνάγκην*, sed libero poetarum in metro eligendo arbitrio. Neque vero ea necessitas usu venit in versibus illis Simonideis (frg. 4.: *ἐβόμβησεν Θάλασσα* et frg. 6) et Alcmanicis (frg. 1). Eadem enim metri natura invenitur apud Pindarum in metris Ol. VI str. 6, XIII str. 3, Py. I str. 3, aliis, quibus *παρὰ τόπον*, i. e. paribus metrorum iambicorum sedibus arsis longa esse videtur (cf. Py. X str. 6, Ol. IV str. 6, Py. VIII str. 7); nam cum longa aut per omnes strophas aut certa quadam condicione inveniatur, non propter verborum necessitatem positam eam esse elucet. Accidit autem illa *τῶν ὀνομάτων ἀνάγκη* maxime in nominibus propriis; nam cum nomina non propria rhythmō proposito non apta evitari possint synonymis adhibitis, propriis numero non convenientibus uti interdum sermo exigit. Scimus autem tragicos admisisse anapaestum in trimetri iambici pedibus mediis nec non in tetrametro trochaico (certe Or. 1535: *ξύγγονόν τ' ἐμὴν Πυλάδην τε*) ita tantum, si expletur nomine proprio, cum comici eum trimetris immiscerent nulla verborum ratione habita. Ac ni fallor, ea quae de usu longae pro brevi tradita sunt ab Aristide, optime cadunt in anapaestum trimetro immixtum, si eius pedis non brevem utramque arsi adscribimus, ut vulgo fit, sed alteram trahimus ad thesin, anapaestum autem illegitimum non pro iambo vel dactylum pro trochaeo, verum anapaestum pro tribracho positum esse credimus, id quod veterum poetarum ipsorum fuisse probabile est. Nam apud comicos ut tribrachus ita anapaestus abest a pede ultimo (Ran. v. 1203 pro *Θυλάκιον* scribendum est *Θύλακον*, quemadmodum *ληκίθειον* illud ad versus finem (vv. 1214. 1216. 1224. 1227. 1231. 1234) semper dicitur *λήκυσθος*). Porro ut tribrachi thesis soluta ita tantum dispertitur inter duo verba non arte conexa, si accedit vocalis ultimi elisio (cf. infra), ita ne anapaesti quidem brevem secundam in verbo maiore positam seiungi a verbo insequente in omnibus trimetri comici pedibus quidquam habet offensionis, si intercedit apocope (Bernhardi in act. soc. Lips. I p. 285). Sed de his accuratius, si licet, alias.

Ἀπεμφαινοντα autem metra dicta esse videntur propterea, quod *ἀπεμφαινοῦσι τὸν ῥυθμὸν*, i. e. quia legitimus rhythmus eis non fit perspicuus (*ἐμφανής*), sed alium ostendere videntur. Cum autem universa metricae expositio tum ea, quae de metris illis tradidit Aristides, ex Heliodori metrici doctrina petita esse vulgo creduntur (Caesar p. 31). Sed fortasse id ipsum praeceptum altius repetendum et ad rhythmicos conferendum est, non tam propterea quod pedum compositorum fit mentio — nam ea non modo ab Hephæstione (schol. Heph. p. 218, 20 W.: *λέγει* (scil. ὁ *Ἡφαιστίων*) *δευτέραν δὲ ἀντιπάθειαν τὴν ἐν τοῖς συνθέτοις (ποσὶ), λέγω τὴν ἐν τοῖς τετρασυλλάβοις*) sed etiam ab Heliodoro non aliena fuisse videtur, quamvis hic ipse in reliquiis ea non usus sit —, quam quod commemorantur οἱ ἀρχαῖοι scil. *ποιηταί*. Metricos enim non omnibus poetis parem auctoritatem tribuisse nusquam traditum est. An Hephæstio anapaestum inter pedes, quos iambus lege excipiat, enumerat, Heliodorum, cuius vestigiis instituisse Hephæstio traditur, aliter egisse putamus? Rhythmicos vero praecepta sua non ad omnium poetarum artem pertinere voluisse probatur testimoniis. Nam in Plutarchi de musica libello, quo non nulla ex Aristoxeni libris decerpta sunt, narratur de musicae et adolescentia et depravatione, qualis Aristoxeni aetate fuit. Cum autem de melopoeia deflorescente verba fecisset is, quem Plutarchus loquentem facit, sic pergit (c. 12): *ἔστι δὲ τις καὶ περὶ ῥυθμῶν λόγος. γένη γὰρ τινα καὶ εἶδη ῥυθμῶν προσεξευρέθη, ἀλλὰ μὴν καὶ μελοποιῶν¹⁾ τε καὶ ῥυθμοποιῶν· προτέρα μὲν γὰρ ἢ Τερπάνδρου καινοτομία καλὸν τινα τρόπον εἰς τὴν μουσικὴν εἰσήγαγε. Πολύμνηστος δὲ μετὰ τὸν Τερπάνδρειον καινῶ (καὶ ἢ codd.) ἐχρήσατο, καὶ αὐτὸς μέντοι ἐχόμενος τοῦ καλοῦ τύπου, ὡσαύτως δὲ καὶ Θαλήτας καὶ Σακάδας· καὶ γὰρ οὗτοι κατὰ γε τὰς ῥυθμοποιίας ἱκανοί, οὐκ*

1) Westphalius scripsit *μετροποιῶν*, quo opus non est. Immo *μελοποιία* et *ῥυθμοποιία* hic ita differre videntur, quemadmodum *μέλος ἔμμετρον* et *ῥυθμὸς* (Aristox. apud Quintil. I 10, 22), *μουσικὴ* et *ῥυθμικὴ* (Dionys. de comp. verb. c. 11; cf. Mar. Vict. p. 39). *Μέλος* igitur hic non dicitur compositio harmonica, verum idem quod *τελεῖα ῥῶδή* (Aristid. p. 48, 16 W.).

ἐβαίνοντες μέντοι τοῦ καλοῦ τύπου· ἔστι δέ τις Ἀλκιμανικὴ καινοτομία καὶ Σησιγόρειος, καὶ αὐταὶ οὐκ ἀρεστῶσαι τοῦ καλοῦ. Κρέξος δὲ καὶ Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς τὴν ἡλικίαν γεγονότες ποιηταὶ φορτικώτεροι καὶ φιλόκαινοι γεγόνασι, τὸν (fort. τὸ) φιλάνθρωπον καὶ θεματικὸν νῦν ὀνομαζόμενον [τρόπον add. Scheibel, Volkmann, Westphal] διώξαντες· τὴν γὰρ ὀλιγοχορδίαν καὶ τὴν ἀπλότητα τῆς μουσικῆς παντελῶς ἀρχαίῃν εἶναι συμβέβηκεν. Similiter Dionys. Hal. de comp. verb. p. 131 R.: οἱ δὲ γε διθύραμβοιοὶ καὶ τοῖς ἑνθμοῖς κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν, οἳ γε δὴ κατὰ Φιλόξενον καὶ Τιμόθεον καὶ Τελέστην· ἐπεὶ παρὰ γε τοῖς ἀρχαίοις τεταγμένος ἦν ὁ διθύραμβος. Quicunque igitur poetae olim aliquid in rhythmis novarunt, non decesserunt a τῷ καλῷ τύπῳ scil. τῆς ἑνθμοποιίας. Sunt autem poetae primae et secundae καταστάσεως ¹⁾ (c. 9a Westph.), quibus adscribuntur praeter vetustiores (c. 21 et 18) Pindarus (c. 31), Simonides (c. 20), Aeschylus et Phrynichus (ibidem), Lamprus, Pratinas (c. 31); Sophocles vero et Euripides non item. Tertia autem (cf. c. 6) incipit inde a Phrynide Mytilenaea, qui narratur (schol. Ar. Nub. 971) primus vicisse Panathenaea citharodia ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος (Ol. 81, 1 = 45^o/₃). Cuius aetatis antistites sunt Crexus, Timotheus, Philoxenus. Ac quoniam Sophoclem et Euripidem illorum aetatem non solum attigisse scimus, sed etiam tum illum duas certe, hunc plerasque fabularum, quae supersunt, conscripsisse, et cum ne sibi quidem ipsos constituisse in rhythmorum licentiis admittendis constet, dubium est, utrum ei ipsi κατὰ τὰς ἑνθμοποιίας ἱκανοὶ semper utique sint existumandi, an communi aetatis illius studio novitatis ducti easdem licentias capessiverint, quibus dithyrambici illi praeiverant.²⁾ Quorum novationes inerant,

1) E secunda autem aetate nominantur eidem poetae, qui antea (capp. 8 et 9—10), et si capita 3—10 ex Heraclidis Pontici maxime libro, qui inscriptus erat *συναγωγή τῶν ἐν μουσικῇ*, decerpta sunt (Westphal. edit. sae p. 25), illud de rhythmopoeia mutata caput (12) fluxisse consentaneum est ex eodem auctore non despiciendo.

2) De Sophocle quidem Aristoxenus noster (vita Soph. anonym. § 23

ut eiusdem Plutarchi capite sexto edocemur, in τῷ μεταφέρειν τὰς ἀρμονίας καὶ τοὺς ῥυθμούς, id quod a vetustiorum arte μεχρὶ τῆς Φρύνιδος ἡλικίας abhorrebat. Diversa est igitur metaphora a metabole. Hanc enim a primae secundaeque aetatis musicae poetis non alienam fuisse testatur Plutarchus (auctore videlicet Aristoxeno) c. 21, cum dicit Tyrtaeum Andream Thrasyllum, veterum poetarum quosdam, consulto abstinnisse χρώματός τε καὶ μεταβολῆς καὶ πολυχορδίας καὶ ἄλλων πολλῶν ἐν μέσῳ ὄντων ῥυθμῶν τε καὶ ἀρμονιῶν καὶ λέξεων. Ab eodem Plutarcho (c. 8) Sacadae νόμος τριμερῆς ita dictus esse διὰ τὴν μεταβολὴν traditur. Ac Pindarum quidem metabole rhythmica satis usum esse cum alia carminum dithyrambi fragmentum (53 Bgk.) demonstrant. Definivit autem Aristoxenus (el. harm. p. 54, 18 Mqd.) μεταβολὴν hunc in modum: λέγω (τὴν μεταβολὴν) δ' οἶον πάθος τινὸς συμβαλιντος ἐν τῇ τῆς μελωδίας τάξει (cf. Marquard. pp. 244. 315 sqq.). De qua musicae disciplinae parte disseruisse dicitur Aristoxenus in conviviis (= in συμμικτοῖς συμποτικοῖς Mahne p. 146) et ad leges revocare studuisse (Plut. non posse suavi vivi sec. Epic. 13, 4 p. 1095 E). Quid vero sit μεταφέρειν τὰς ἀρμονίας (i. e. τοὺς τόνους secundum Aristoxenum), docet Philoxeni dithyrambici illius exemplo Aristoteles (Polit. VIII 7, 9). Nam Φιλόξενος, inquit, ἐπιχειρήσας ἐν τῷ δωριστὶ ποιῆσαι διθύραμβον τοὺς Μυσοὺς, οὐχ οἶός τ' ἦν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐξέπεσεν εἰς τὸ φρυγιστὶ τὴν προσήκουσαν (scil. ἀρμονίαν) πάλιν (simile quoddam Plut. de mus. c. 33). Si igitur μεταβολή est ea mutatio, per quam ab alio ad aliud sive harmonicae sive rhythmicae compositionis genus legitime transitur tum, cum πάθος exprimendum est, μεταφορὰ contra erit ea mutatio, in qua animus variatione non afficitur sive

Jahn) memoriae tradidit, ὡς πρῶτος τῶν Ἀθηνῆθεν ποιητῶν τὴν φρυγίαν μελοποιῶν εἰς τὰ ἴδια ἄσματα παρέλαβε καὶ τοῦ διθύραμβικοῦ τρόπου (sic cum codd. aliquot Bergkii) κατέμειξε. A quo διθύραμβικῷ τρόπῳ diversa esse videtur διθύραμβικὴ ἀγωγή, in quam convertit numeros (μετέστησε τοὺς ῥυθμούς Plut. de mus. 29) iam Lasus Hermionensis, Pindari praeceptor.

potius non efficiendus est. Quod aperte quadrat in anapaestus iambicis trimetris immixtos; nam anapaestus ponitur, non ut aliud numeri ἡθροσ exprimat atque iambus, sed quia verba pedem anapaesticum in numerum iambicum transferre (*μεταφέρειν*) et legitimo numero excidere (*ἐκπίπτειν*) poetas sive cogunt sive adducunt.

Cum autem Aristoxenus harmonicam aequalium artem adeo fastidiret, ut in barbariem delapsa theatra, musicam inquinatam esse et vulgivagam factam diceret (Athen. XIV p. 632 B) et musicae studiosis suadeat imitari τὸν ἀρχαῖον τρόπον (apud Plut. de mus. c. 32, ex Aristoxeno petita auctore Westphalio edit. p. 19), tum rhythmica doctrina non respexisse metra ἀπειρῶντα consentaneum est, sed eorum artem, ex qua harmonica praecepta derivavit, primae et secundae aetatis auctorum, τῶν ἀρχαίων, a quibus adhibetur genus enharmonium suum (Plut. de mus. 39; Aristox. el. harm. p. 32, 8 Mqd.). Aristoxenus autem de genuinis lyricorum carminibus comicorumque fabulis inquisivit fortasse ea de causa, ut cognosceret, quae veteri, quae recentiori rhythmopoeiae τρόποι sint vindicanda. Abindicavit enim Diagorae Melio carmina quaedam (Philodem. περὶ εὔσεβ. p. 85 Gomperz), Thespidi comoedias aliquot ab Heraclide Pontico subditas (Diog. Laert. V 92), Epicharmo a Chrysogono tibicine factas (Athen. XIV p. 648 E). Quamquam in Epicharmi, poetae dithyrambicis illis aetate multo maioris, fragmentis in suspicionem non adductis omnes comicorum posteriorum licentiae inveniuntur (cf. Grysar De Doriensium comoedia p. 227 sqq.; Lorentz Epicharmos' Leben und Schriften p. 158 sq. 226. 233 sqq.). Unde sequitur comicorum licentias non pendere a dithyrambicorum novationibus. Conicias igitur locos Plutarcheum et Aristideum pertinere ad veteris a recentiore arte tragica et lyrica discrimine. Ac tragicos quidem recentiores anapaestum in medio trimetro admisisse etiam in nominibus non propriis, testimonia sunt si non ipsorum fragmenta, at certe versus ab eis interpolati in Euripidis Iphigenia Aulidensi (v. 652. 817. 1584. 1589) et in Heraclid. (v. 223), tum quod eidem legem Porsonianam neglexere (Iph.

Aul. 530. 635. 1589. 1596. 1612. 1613. 1623), quae omnia Euripides ipse nisi in satyrica fabula sibi non indulisit. Sed utut illud se habet, hoc certum est, rhythmicos praecepta sua non potuisse haurire ex metris neque adaptare ad ea, in quibuscunque syllabarum quantitates libidinose tractantur.

Neglectis igitur comicis convertamur ad tragicorum trimetra, quae utuntur pedibus anapaesticis. Quaeritur autem utrum tragici anapaesto sparsim utentes reliqui metri naturam pendere voluerint ab anapaesto immixto necne. Creberrimus autem apud eos est anapaesti usus in quarto pede ac quinto. Atque Aeschylus et Sophocles quidem, quoties in quarto posuerunt anapaestum, arsin paenultimam nusquam expressere longa: Prom. 840. Aesch. frg. 200. Soph. Oed. R. 285. 300. Oed. Col. 311. 507. 1313. Trach. 354 (unus exceptus est versus desperatus Pers. 321: *Ἀχιόμαρδος Σάρδεσι*, cuius nominis prima longa est usus Aesch. vv. 38. 967); si autem in quinto adhibuerunt anapaestum, quoties abest a versu caesura semiquinaria, arsin tertiam brevem esse volvere: Antig. 991. 1045. 1180. Oed. Col. 1. 1415. Trach. 478. Euripides vero hoc decies servavit (Andr. 5. 29. 804. 1243. Phoen. 1113. 1476. 1588. Iph. Aul. 1201. Iph. Taur. 825. Cycl. 327 (in nomine non proprio)), semel (Bacch. 173) neglexit; post quartum autem anapaestum vicies bis brevem (Andr. 10. Or. 107. 112. 1193. 1211. 1676. Suppl. 158. 881. 1216. Herc. fur. 473. Phoen. 88. 767. 845. 1264. 1436. 1465. Bacch. 186. 210. 330. 1130. 1338. 1356), sedecies longam (Andr. 889. Troad. 1130. 1140. Or. 65. 659. 1184. 1654. Herc. fur. 701. Ion. 1581. Phoen. 757. 1590. Bacch. 225. 681. 1224. 1228. 1332) posuit, item in Cyclope in nominibus non propriis habet bis brevem (v. 232. 558), longam ter (154. 560. 581). — Sin vero anapaestum in quinto pede antecedit caesura semiquinaria, arsin tertiam longam admiserunt Aeschylus et Sophocles (Sept. 569. Ant. 11). De aliis autem pedibus mediis, in quibus invenitur anapaestus, nihil pro certo affirmari licet; in tertio enim anapaesto arses impares longae esse possunt (O. Col. 1317. Or. 23. Iph. Taur. 825. Iph. Aul. 90), in altero autem pede anapaestus apud Aeschylum et Sophoclem nusquam invenitur, apud

Euripidem raro, ac semel (Ion 21) quidem tantum cum arsi tertia longa insequente semiseptenaria).

Quod autem Aeschylus et Sophocles nec non quamvis minus diligenter Euripides, si anapaestum admittebant, pedes eiusdem membri (*κῶλον*) puros esse volebant, aut ea de causa fecisse videntur, ne rhythmus iambicus anapaesto admixto perturbatus irrationalitate pedum vicinorum plane evanesceret, aut propterea quod pedis iambici vicini alicuius correptione restituere vellent legitimum versus spatium, quod anapaestus inquinasset.

Aliter vero se habere videtur anapaestus in prima sede positus. In eo enim pede numeri amplificationem per anapaestum factam alius pedis correptione non modo non exaequare studuisse, sed etiam non curasse poetas, vel inde sequitur, quod anapaesto antecedente pedis alterius thesin iam Aeschylus solvit (Sept. 268 *ὀλολυγμὸν ἱερὸν*) vel tertia arsi longa utitur et ante semiquinariam (Prom. 64. 366. Sept. 440. Pers. 184. Ag. 504. Eum. 92. 474. 517) et sine semiquinaria (Prom. 368. 722. Sept. 323. 423. Ag. 28), Euripides vero et solvit thesin alteram et simul longam ei subdidit (Herc. fur. 716. Ion. 310. 983. Or. 20. 37. 65. 471. 647. 905. 1196 alias). Res autem ita cogitanda est, ut temporis spatium, quo anapaestus iambum excedit, non ad rhythmum ipsum spectet, sed extra eum sit, rhythmus autem materies, quam legitimum tempus neque excedere nec relinquere opus sit, incipiat inde a thesi prima, quemadmodum a musicis nostris anacrusis ipsi rhythmum non adscribitur. Aequae autem res se habet in fine versuum vel metrorum. Nam quod thesis finalis est brevis, cum longam eam esse numerus postulet, item rhythmica non curat; tum enim versus a sequente secluditur tempore inani, quod complectitur id temporis spatium, quod de legitimi numeri spatio per rhythmizomenum non expletum superest, quo accedit tantum spatium, quantumcunque pronuntiantes vel cantantes inter binos versus intericiunt, unde fluxit hiatus licentia, quippe quae ita quoque inveniatur, ut thesis finalis exprimatur longa disema, sequens autem metrum ab arsi incipiat nec quidquam temporis

fnitione Aristoxenea conciliari posse mihi persuasum est. De eis autem, quae viri docti (Feussnerus p. 60, Brambachius, Baumgartius, Weilius, Westphalius, de quibus adi Westph. Rh.² p. 120 sqq.) de utroque praecepto senserunt, disputare supersedeo. Quis enim recte viderit, usus docebit.

Pars altera.

De irrationalitatis sedibus.

Irrationalitatis sedes, quatenus ad arses spectant, eo cognosci, quod in lexi exprimantur syllaba modo brevi modo longa, viri docti consentiunt ¹⁾, rationales autem et monosemas esse eas arses, quae longas non excipiant, sed brevibus semper utantur. Quod si recte se habere concedimus, ita explicandum erit, ut monosemum spatium tam breve sit, ut longae pronuntiandae non sufficiat, irrationalitate vero tantum temporis adici monosemo, ut vel longam possit excipere. Usu autem probandum est tempus monosemum irrationalitate non tanto augeri, ut etiam duabus brevibus excipiendis par fiat, verum disemum demum tempus solvi; sive ut notionibus Aristoxeneis utar, tempus irrationale disemo minus esse *ἀπλῶς ἀσύνθετον*, minimum autem tempus *κατὰ ἐυθμοποιίας χρῆσιν σύνθετον* esse disemum. Si autem tempora disemo minora non excipiunt binas breves, sequitur disemum non excipere longam et brevem; nam aut brevis esset tempore primo minor, quod fieri posse secundum legem illam Aristoxeneam negavimus, aut longa in monosemum spatium corripienda; quod si fieret, ex metris de rhythmo aliquid cognosci posse prorsus desperandum est. Contra theses eae, quae disemae esse statuuntur, paene nusquam redduntur syllaba brevi. Sumimus igitur non posse exprimi tempus monosemum syllaba longa, brevi disemum.

1) Excepto uno, quoad sciam, Brambachio (Rhythm. u. metr. Unterss. p. 16), qui an irrationalitas temporum e metris omnino cognosci posset, dubitavit et in rhythmis cantu solo expressam esse opinatus est.

Quas leges ad metrorum numeros cognoscendos adhibeamus et quamvis usu non utique semper probari fortasse appareat, tamen exequi eas conemur atque in eis exequendis quatenus licet, progrediamur.

CAPUT X.

De metris ἀπεμφαίνουσι, quae dicuntur.

Trimetrum iambicum ad sena spatia trisema esse revocandum, ita ut universum eius spatium sit duodeviginti morarum, vulgo creditur. Atqui comici saepissime, tragici interdum pro iambo ponunt anapaestum, quattuor autem morae, quae in anapaesto inesse videntur, ad trisemum spatium revocari non possunt, nisi una pluresve morae in temporis spatium primo minus corripiantur, quod a temporis primi natura abhorrere contendimus. Sed salva lege Aristoxenea rem explicare poterimus variis modis. Nam aut tempus primum in pedibus illis anapaesticis vel in metris iambicis anapaestos admittentibus dimidium eius possumus putare, quod in ceteris pedibus vel metris iambicis esse consuevit, agoge autem duplo celerior, ita ut totus pes non sit trisemus, verum hexasemus, thesis autem quattuor moras complectatur. At de iambo trochaeove simplici hexasemo nihil compertum habemus. Aut tempus primum cum brevi anapaesti altera convenire statuimus, pedes autem anapaesticos et iambicos inter se esse aequales, ita ut iambi arsis tertia temporis primi parte anapaesti brevi sit maior. Quocum convenire dixerit quispiam, quod metrici quidam (Mar. Vict. p. 83, 17; Censorin. p. 613, 1) trimetrum iambicum recipere tempora plurima viginti quattuor dicunt. At id certe non a rhythmicorum doctrina repetendum est, sed est metricorum ipsorum, qui trimetra quaedam comica ex omnibus spondeis vel anapaestis composita (velut Ran. 1203), non trimetri comici figuram per se respiciunt. Neque vero de iambo tetrasemo quidquam traditum est. Aut cum Hermanno (el. doctr. metr. p. 21 sq., epit. d. metr. § 35) aliisque (velut Caesare, Grdzge. p. 164) syllabas sermonis cotidiani pronuntiatione

correptas in monosemum spatium putes. Quod quamvis comicis concedi possit, tamen cum tragicorum arte non convenit. Accedit quod si in illa explicatione acquiesceremus, quamvis res ipsae intellectae et numeri spatium servatum esset, tamen, praesertim cum anapaesti longam a comicis interdum solvi constet (Christ. Metr.² p. 325), facere non possumus, quin legem Aristoxeneam, qua tempus primum, quantum iambi arsi rationali exprimitur, omnium temporum, quaecumque ad usum spectant, minimum esse statuitur, falsam esse et cum rebus ipsis non convenire concedamus. Ultima autem via nobis erit ea, ut anapaestos iambis intermixtos trisemum spatium excedere statuamus, correptione autem alius pedis universum trimetri iambici spatium duodeviginti morarum servari. Quod accidere potest, si singuli vel pauci anapaesti iambis admiscentur, non vero, si plures deinceps ponuntur atque adeo, ut interdum fit apud comicos (ex. gr. Vesp. 879), totum trimetrum excepto pede ultimo ex anapaestis componitur.

Atqui anapaestos trimetris immixtos omnes una absolvere non licet. Nam per se liquet interesse inter comicorum in anapaestis admittendis licentiam ex pronuntiatione vulgari ortam¹⁾ et tragicorum artem, qua anapaestus nisi in primo pede sponte non ponitur, a ceteris vero pedibus abest, nisi inest in nominibus propriis. Huc autem spectare mihi videntur *μέτρα ἀπεμφαίοντα*. De quorum natura, quamvis loci complures extant, tamen dilucidius solus refert Aristides in operis parte, quae est de metrica p. 57 fin. Mb.: *καλεῖται δέ τινα (μέτρα) καὶ ἀπεμφαίοντα, ὅταν ἐν τοῖς συνθέτοις ποσίν, ὅπου χρεῖα βραχείας, μακρὰ παραλιφθῆ, ἢ τινες καὶ τῶν ἀρχαίων κέχρηται διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀνάγκην*. Quae si recte intellego, *μέτρα ἀπεμφαίοντα* non sunt metra clauda, ad quae rettulit Rufinus (p. 559, 25 K.), nec metra, quae *παρὰ*

1) Unde item fluxisse videtur anapaestorum in fabularum satyricarum trimetris usus. Neque enim inveniri anapaestum nisi in versibus, qui personis lascivioribus (velut Sileno, Cyclopi, choro satyrorum in Euripidis Cyclope) tribuuntur, abesse a generosioribus notum est (cf. Hermann. praef. ad Cycl. p. XII).

τόπον spondeo utuntur, ut vult schol. Hephaest. p. 212, 9 Westph. Nam in choliambis pes ultimus vitiatur non *διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀνάγκην*, sed libero poetarum in metro eligendo arbitrio. Neque vero ea necessitas usu venit in versibus illis Simonideis (frg. 4.: *ἐβόμβησεν θάλασσα* et frg. 6) et Alcmanicis (frg. 1). Eadem enim metri natura invenitur apud Pindarum in metris Ol. VI str. 6, XIII str. 3, Py. I str. 3, aliis, quibus *παρὰ τόπον*, i. e. paribus metrorum iambicorum sedibus arsis longa esse videtur (cf. Py. X str. 6, Ol. IV str. 6, Py. VIII str. 7); nam cum longa aut per omnes strophas aut certa quadam condicione inveniatur, non propter verborum necessitatem positam eam esse elucet. Accidit autem illa *τῶν ὀνομάτων ἀνάγκη* maxime in nominibus propriis; nam cum nomina non propria rhythmō proposito non apta evitari possint synonymis adhibitis, propriis numero non convenientibus uti interdum sermo exigit. Scimus autem tragicos admisisse anapaestum in trimetri iambici pedibus mediis nec non in tetrametro trochaico (certe Or. 1535: *ξύγγονόν τ' ἐμὴν Πυλάδην τε*) ita tantum, si expletur nomine proprio, cum comici eum trimetris immiscerent nulla verborum ratione habita. Ac ni fallor, ea quae de usu longae pro brevi tradita sunt ab Aristide, optime cadunt in anapaestum trimetro immixtum, si eius pedis non brevem utramque arsi adscribimus, ut vulgo fit, sed alteram trahimus ad thesin, anapaestum autem illegitimum non pro iambo vel dactylum pro trochaeo, verum anapaestum pro tribracho positum esse credimus, id quod veterum poetarum ipsorum fuisse probabile est. Nam apud comicos ut tribrachus ita anapaestus abest a pede ultimo (Ran. v. 1203 pro *θῦλάκιον* scribendum est *θύλακον*, quemadmodum *ληκίθειον* illud ad versus finem (vv. 1214. 1216. 1224. 1227. 1231. 1234) semper dicitur *λήκνθος*). Porro ut tribrachi thesis soluta ita tantum disperditur inter duo verba non arte conexa, si accedit vocalis ultimi elisio (cf. infra), ita ne anapaesti quidem brevem secundam in verbo maiore positam seiungi a verbo insequente in omnibus trimetri comici pedibus quidquam habet offensionis, si intercedit apocope (Bernhardi in act. soc. Lips. I p. 285). Sed de his accuratius, si licet, alias.

Ἀπεμφραίνοντα autem metra dicta esse videntur propterea, quod *ἀπεμφραίνουσι τὸν ῥυθμὸν*, i. e. quia legitimus rhythmus eis non fit perspicuus (*ἐμφρανής*), sed alium ostendere videntur. Cum autem universa metricae expositio tum ea, quae de metris illis tradidit Aristides, ex Heliodori metrici doctrina petita esse vulgo creduntur (Caesar p. 31). Sed fortasse id ipsum praeceptum altius repetendum et ad rhythmicos conferendum est, non tam propterea quod pedum compositorum fit mentio — nam ea non modo ab Hephaestione (schol. Heph. p. 218, 20 W.: λέγει (scil. ὁ Ἡφραιστίων) δευτέραν δὲ ἀντιπάθειαν τὴν ἐν τοῖς συνθέτοις (ποσὶ), λέγω τὴν ἐν τοῖς τετρασυλλάβοις) sed etiam ab Heliodoro non aliena fuisse videtur, quamvis hic ipse in reliquiis ea non usus sit —, quam quod commemorantur οἱ ἀρχαῖοι scil. *ποιῖται*. Metricos enim non omnibus poetis parem auctoritatem tribuisse nusquam traditum est. An Hephaestio anapaestum inter pedes, quos iambus lege excipiat, enumerat, Heliodorum, cuius vestigiis instituisse Hephaestio traditur, aliter egisse putamus? Rhythmicos vero praecepta sua non ad omnium poetarum artem pertinere voluisse probatur testimoniis. Nam in Plutarchi de musica libello, quo non nulla ex Aristoxeni libris decerpta sunt, narratur de musicae et adolescentia et depravatione, qualis Aristoxeni aetate fuit. Cum autem de melopoeia deflorescente verba fecisset is, quem Plutarchus loquentem facit, sic pergit (c. 12): ἔστι δὲ τις καὶ περὶ ῥυθμῶν λόγος. γένη γάρ τινα καὶ εἶδη ῥυθμῶν προσεξευρέθη, ἀλλὰ μὴν καὶ μελοποιῶν¹⁾ τε καὶ ῥυθμοποιῶν· προτέρα μὲν γὰρ ἢ Τερπάνδρου καινοτομία καλὸν τινα τρόπον εἰς τὴν μουσικὴν εἰσήγαγε. Πολύμνηστος δὲ μετὰ τὸν Τερπάνδρειον καινῷ (καὶ ἢ codd.) ἐχρήσατο, καὶ αὐτὸς μέντοι ἐχόμενος τοῦ καλοῦ τύπου, ὡσαύτως δὲ καὶ Θαλήτας καὶ Σακάδας· καὶ γὰρ οὗτοι κατὰ γε τὰς ῥυθμοποιίας ἱκανοί, οὐκ

1) Westphalius scripsit *μετροποιῶν*, quo opus non est. Immo *μελοποιία* et *ῥυθμοποιία* hic ita differre videntur, quemadmodum *μέλος ἔμμετρον* et *ῥυθμὸς* (Aristox. apud Quintil. I 10, 22), *μουσικὴ* et *ῥυθμικὴ* (Dionys. de comp. verb. c. 11; cf. Mar. Vict. p. 39). *Μέλος* igitur hic non dicitur compositio harmonica, verum idem quod *τελεῖα φῶή* (Aristid. p. 48, 16 W.).

ἐκβαίνοντες μέντοι τοῦ καλοῦ τύπου· ἔστι δὲ τις Ἀλκμανικὴ καινοτομία καὶ Στησιχόρειος, καὶ αὐταὶ οὐκ ἀφροστῶσαι τοῦ καλοῦ. Κρέξος δὲ καὶ Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς τὴν ἡλικίαν γεγονότες ποιηταὶ φορτικώτεροι καὶ φιλόκαινοι γέγονασι, τὸν (fort. τὸ) φιλάνθρωπον καὶ θεματικὸν νῦν ὀνομαζόμενον [τρόπον add. Scheibel, Volkmann, Westphal] διώξαντες· τὴν γὰρ ὀλιγοχορδίαν καὶ τὴν ἀπλότητα τῆς μουσικῆς παντελῶς ἀρχαϊκὴν εἶναι συμβέβηκεν. Similiter Dionys. Hal. de comp. verb. p. 131 R.: οἱ δὲ γε διθυραμβοποιοὶ καὶ τοῖς ἔνθμοις κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν, οἳ γε δὴ κατὰ Φιλόξενον καὶ Τιμόθεον καὶ Τελέστην· ἐπεὶ παρά γε τοῖς ἀρχαίοις τεταγμένος ἦν ὁ διθύραμβος. Quicunque igitur poetae olim aliquid in rhythmis novarunt, non decesserunt a τῷ καλῷ τύπῳ scil. τῆς ἔνθμοποιίας. Sunt autem poetae primae et secundae καταστάσεως ¹⁾ (c. 9a Westph.), quibus adscribuntur praeter vetustiores (c. 21 et 18) Pindarus (c. 31), Simonides (c. 20), Aeschylus et Phrynichus (ibidem), Lamprus, Pratinas (c. 31); Sophocles vero et Euripides non item. Tertia autem (cf. c. 6) incipit inde a Phrynide Mytilenaeo, qui narratur (schol. Ar. Nub. 971) primus vicisse Panathenaea citharodia ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος (Ol. 81, 1 = 45⁶/₅). Cuius aetatis antistites sunt Crexus, Timotheus, Philoxenus. Ac quoniam Sophoclem et Euripidem illorum aetatem non solum attigisse scimus, sed etiam tum illum duas certe, hunc plerasque fabularum, quae supersunt, conscripsisse, et cum ne sibi quidem ipsos constituisse in rhythmorum licentiis admittendis constet, dubium est, utrum ei ipsi κατὰ τὰς ἔνθμοποιίας ἱκανοὶ semper utique sint existumandi, an communi aetatis illius studio novitatis ducti easdem licentias capessiverint, quibus dithyrambici illi praeiverant.²⁾ Quorum novationes inerant,

1) E secunda autem aetate nominantur eidem poetae, qui antea (capp. 8 et 9—10), et si capita 3—10 ex Heraclidis Pontici maxime libro, qui inscriptus erat *συναγωγή τῶν ἐν μουσικῇ*, decerpta sunt (Westphal. edit. suae p. 25), illud de rhythmopoeia mutata caput (12) fluxisse consentaneum est ex eodem auctore non despicendo.

2) De Sophocle quidem Aristoxenus noster (vita Soph. anonym. § 23

ut eiusdem Plutarchi capite sexto edocemur, in τῷ μεταφέρειν τὰς ἀρμονίας καὶ τοῖς ἑνθμοῖς, id quod a vetustiorum arte μεχρὶ τῆς Φρύνιδος ἰλιχίας abhorrebat. Diversa est igitur metaphora a metabole. Hanc enim a primae secundaeque aetatis musicae poetis non alienam fuisse testatur Plutarchus (anctore videlicet Aristoxeno) c. 21, cum dicit Tyrtaeum Andream Thrasyllum, veterum poetarum quosdam, consulto abstinuisse χρώματός τε καὶ μεταβολῆς καὶ πολυχροδίας καὶ ἄλλων πολλῶν ἐν μέσῳ ὄντων ἑνθμῶν τε καὶ ἀρμονιῶν καὶ λέξεων. Ab eodem Plutarcho (c. 8) Sacadae νόμος τριμερῆς ita dictus esse διὰ τὴν μεταβολὴν traditur. Ac Pindarum quidem metabole rhythmica satis usum esse cum alia carminum dithyrambi fragmentum (53 Bgk.) demonstrant. Definivit autem Aristoxenus (el. harm. p. 54, 18 Mqd.) μεταβολὴν hunc in modum: λέγω (τὴν μεταβολὴν) δ' οἶον πάθος τινὸς συμβαινόντος ἐν τῇ τῆς μελωδίας τάξει (cf. Marquard. pp. 244. 315 sqq.). De qua musicae disciplinae parte disseruisse dicitur Aristoxenus in conviviis (= in συμμικτοῖς συμποτικοῖς Mahne p. 146) et ad leges revocare studuisse (Plut. non posse suavi vivi sec. Epic. 13, 4 p. 1095 E). Quid vero sit μεταφέρειν τὰς ἀρμονίας (i. e. τοὺς τόνους secundum Aristoxenum), docet Philoxeni dithyrambici illius exemplo Aristoteles (Polit. VIII 7, 9). Nam Φιλόξενος, inquit, ἐπιχειρήσας ἐν τῷ δωριστὶ ποιῆσαι διθύραμβον τοῖς Μουσούς, οὐχ οἷός τ' ἵν'. ἀλλ' ἐπὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐξέπεσεν εἰς τὸ φρυγιστὶ τὴν προσήκοσαν (scil. ἀρμονίαν) πάλιν (simile quoddam Plut. de mus. c. 33). Si igitur μεταβολὴ est ea mutatio, per quam ab alio ad aliud sive harmonicae sive rhythmicae compositionis genus legitime transitur tum, cum πάθος exprimendum est, μεταφορὰ contra erit ea mutatio, in qua animus variatione non afficitur sive

Jahn) memoriae tradidit, ὡς πρῶτος τῶν Ἀθηνῆθεν ποιητῶν τὴν φρυγίαν μελοποιῶν εἰς τὰ ἴδια ἄσματα παρέλαβε καὶ τοῦ διθύραμβικοῦ τρόπου (sic cum codd. aliquot Bergkii) κατέμξε. A quo διθύραμβικῷ τρόπῳ diversa esse videtur διθύραμβικὴ ἀγωγή, in quam convertit numeros (μετέστησε τοὺς ἑνθμοὺς Plut. de mus. 29) iam Lasus Hermionensis, Pindari praeceptor.

potius non afficiendus est. Quod aperte quadrat in anapaestos iambicis trimetris immixtos; nam anapaestus ponitur, non ut aliud numeri ἡθρος exprimat atque iambus, sed quia verba pedem anapaesticum in numerum iambicum transferre (*μεταφέρειν*) et legitimo numero excidere (*ἐκπίπτειν*) poetas sive cogunt sive adducunt.

Cum autem Aristoxenus harmonicam aequalium artem adeo fastidiret, ut in barbariem delapsa theatra, musicam inquinatam esse et vulgivagam factam diceret (Athen. XIV p. 632 B) et musicae studiosis suadeat imitari τὸν ἀρχαῖον τρόπον (apud Plut. de mus. c. 32, ex Aristoxeno petita auctore Westphalio edit. p. 19), tum rhythmica doctrina non respexisse metra ἀπεμφαλνόντα consentaneum est, sed eorum artem, ex qua harmonica praecepta derivavit, primae et secundae aetatis auctorum, τῶν ἀρχαίων, a quibus adhibetur genus enharmonium suum (Plut. de mus. 39; Aristox. el. harm. p. 32, 8 Mqd.). Aristoxenus autem de genuinis lyricorum carminibus comicorumque fabulis inquisivit fortasse ea de causa, ut cognosceret, quae veteri, quae recentiori rhythmopoeiae τρόποι sint vindicanda. Abiudicavit enim Diagorae Melio carmina quaedam (Philodem. περὶ εὐσεβ. p. 85 Gomperz), Thespidi comoedias aliquot ab Heraclide Pontico subditas (Diog. Laert. V 92), Epicharmo a Chrysogono tibicine factas (Athen. XIV p. 648 E). Quamquam in Epicharmi, poetae dithyrambicis illis aetate multo maioris, fragmentis in suspicionem non adductis omnes comicorum posteriorum licentiae inveniuntur (cf. Grysar De Doriensium comoedia p. 227 sqq.; Lorentz Epicharmos' Leben und Schriften p. 158 sq. 226. 233 sqq.). Unde sequitur comicorum licentias non pendere a dithyrambicorum novationibus. Conicias igitur locos Plutarcheum et Aristideum pertinere ad veteris a recentiore arte tragica et lyrica discrimine. Ac tragicos quidem recentiores anapaestum in medio trimetro admisisse etiam in nominibus non propriis, testimonia sunt si non ipsorum fragmenta, at certe versus ab eis interpolati in Euripidis Iphigenia Aulidensi (v. 652. 817. 1584. 1589) et in Heraclid. (v. 223), tum quod eidem legem Porsonianam neglexere (Iph.

niam verba maxime copulentur, pausa autem, si intercederet, tolli positionem. At in trimetro eadem positio non invenitur nisi locis infirmis: Hec. 729: οὐδὲ ψάομεν codd., οὐδ' ἐψαίομεν Bothius, Andr. 346: ἀλλὰ ψεύσεται codd., ἀλλ' ἐψεύσεται Porsonus, Iph. Aul. 530: κῆρα ψεύδομαι, secluserit Ddf. Sed versus illi Orestis (504—506) ex Euripidis fabrica prodiisse mihi non videntur. Tragici enim histrionis ad spectatores cohortatio est inaudita et Euripide auctore parum digna, cum boni sit tragici virtutes docere et vitia diluere sine praeci-
piendi ratione (Aristot. de arte poet. c. 19: τὰ μὲν (scil. τό τε ἀποδεικνύειν καὶ τὸ λύειν) δεῖ γράνεσθαι ἄνευ διδασκαλίας). Si tamen versum illum retinere vis, nil restabit, quam ut arti iam depravatae eum adscribas.

CAPUT XIV.

De lege Porsoniana.

Quae autem est legis Porsonianae intima ratio ac natura? Atqui evitari pausam post longam arsin iam alii viderunt. Etsi enim loco illo inter duo verba inciditur, tamen alia incisio vicina maiorum verborum quasi hiatus efficit, ita ut vox histrionis non cogatur respirare post arsin paenultimam, sive gravior incisio est ante arsin paenultimam sive post thesin paenultimam. Sed cur tandem post arsin longam evitatur incisio, post brevem non item? Ac Christius quidem (p. 339) dicit, si post arsin longam incidatur metrum, spondeum antecedentem versui adeo finem facere videri, ut creticus extremus metro superaddi potius, quam cum eo cohaerere videatur. Cui rei testem quispiam afferat Quintilianum IX 4, 93 sq.: „clausula quoque e longis firmissima est; sed cludent etiam breves, quamvis habeatur indifferens ultima, aures tamen consulens meas intelligo multum referre, verene longa sit, quae cludit, an pro longa Atqui si nihil refert, brevis an longa sit ultima, idem pes erit, verum nescio quo pacto sedebit hoc, illud subsistet.“ At certe ut metricorum grammaticorumque atque adeo poetarum Romanorum

nemo, ita ne rhetor quidem ille legis Porsonianae notitiam habuit ullam; accedit, quod spectat non caesuras femineas, quas dicere consuevimus, verum hexametri clausulam, in qua pro pede tetrasemo ponitur trisemus i. e. correptus, neque, ut fit in trimetro, pro trisemo productus. Magis ad rem nostram, quae idem § 108: „Non turpe duceres. Sed hic est illud inane, quod dixi. Paululum enim morae damus inter ultimum ac proximum verbum et „turpe“ illud intervallo quodam producimus.“ Atque quoniam lex in priore tetrametri parte item valet atque in posteriore, incisionem post arsin longam liquet non evitasse tragicos, ut praematuri exitus speciem effugerent. Ac ne in aliis quidem metris simile quidquam fieri videmus, quo illud probetur; velut ab hexametro dactylico non abest caesura bucolica, si quartus pes est spondeus.¹⁾ Atque si creticum ultimum a metro divelli nolissent poetae, certe post arsin paenultimam non interpunxissent. Tamen interpunctiones vel graviores illo loco occurrunt, ut a cretico illo extremo incipiant sententiae non modo subiunctivae, verum etiam paratacticae: Prom. 508. O. R. 63. 967. 1171. Alc. 805, alias. Quin etiam ante lecythii thesin paenultimam personae mutatio (*ἀντιλαβή*) invenitur: O. R. 943. Phil. 981, post tetrametri syzygiam primam: Phoen. 612. Ion. 531. Iph. Aul. 1351. 1363. Neque vero incisio evitata esse videtur, ne vel tetrametrum in quattuor partes inter se aequas vel trimetrum in partes aequaliter desinentes dissecetur; apud comicos enim tetrametra post singulos epitritos inciduntur haud raro, ex. gr. Equ. 576. Nub. 448. 455. Ar. 325 sq. alias, neque lyrici metra similia in syzygias dissecare veriti sunt velut Pindar. Ol. X 45: *νῖος σταθμᾶτο | ζᾶθειον ἄλλος | πατρὶ μεγίστη | περὶ δὲ πᾶξεις*, et alias.

Quae cum ita se habeant, post longam arsin esse evitatum et thesis solutionem et distinctionis moram ea de causa, quod thesis quoque paenultima est irrationalis, persuasum habeo. Tantum enim temporis arsis irrationalis longâ expressa praeoccupasse credenda est, ut legitimo metri spatio

1) In simili fortasse re ac lex Porsoniana positum est, quod in hexametro caesura post quartum trochaicum epicis non grata est.

servato thesi sequenti non restet duarum morarum spatium, sed tanto minus, quanto arsis aucta est. Si vero tempus inane quantulumcunque inter duo illa tempora irrationalia intercedit, tum temporis spatium, quod restat thesi, adeo deminuitur, ut ne longae quidem syllabae pronuntiandae sufficiat. Quapropter factum est, ut iambographorum et tragicorum optimus quisque, quoties arsi praecedente quamvis brevi solvit thesin paenultimam, ne tum quidem ante solutas syllabas admittat pausam, sed solutas syllabas colloct in extremo mediove verbo vel media in duorum verborum coniunctione; sin autem pausa vel minima est interiecta, solutionem non admittat. Id quod causae fuisse mihi videtur, cur in pede quinto solutiones inveniantur tam raro. Solutiones enim, a quibus verbum non incipit, apud Aeschylum et Sophoclem non pauciores sunt in quinto pede (Eum. 480. 797. Suppl. 388. Ai. 459. O. R. 719. 1496. El. 326. Ant. 418. Soph. frg. 305, in melicis trimetris: El. 142. Sept. 849) quam in quarto (Pers. 491. Sept. 1022. Eum. 107. Aesch. frg. 173, 4. O. R. 826. Soph. frg. 396, 3. O. C. 42. Phil. 4. Pers. 171 [tetram.]). A solutionibus autem tum demum licet incipere verbum, a thesi non soluta sententiam, cum oratio concitate ac festinanter decurrit, velut Eum. 41 sq. Soph. El. 887. O. R. 430 (anaphora festinationem ostendit).

Irrationalitatem autem non modo ad arsin, verum etiam ad thesin spectare, docent metrorum iambicorum catalecticorum clausulae. Arsis enim paenultima tum demum excipere irrationalitatem valet, cum thesis sequens correptionem irrationalem admittit. Thesis autem uniuscuiusque metri ultimam semper rationalem esse debere supra statuimus. Ex quo sequitur arsin eam, quae in metris iambicis acatalectis irrationalitatem excipit (◡-◡-◡-◡-◡), in catalecticis irrationalitate carere necesse esse (◡-◡-◡-◡-◡). Neque vero hic locus est inquirere, utrum thesis illa usque ad trisemum spatium producat, ut vulgo creditur, syllaba autem finalis pro thesi sit accipienda, an illa servet spatium disemum, ita ut finalis syllaba arsis loco ponatur et inane tempus addendum sit,

monosemum (*λείμμα*), si arsis est disema, sin monosema, disemum (*πρόσθεσις*) (cf. Buchholtz. Philol. XXXIII pp. 464. 473).

CAPUT XV.

De metris anaclomenis.

Sed redeamus ad trimetri et tetrametri tragici syzygiam ultimam. Cuius diagrammata haec sunt: $\bar{\cup} \bar{\cup} \cup \cup \wedge$ et $\cup \cup \cup \cup \wedge$. Aristoxenus ille quidem, cum de temporibus irrationalibus exponeret, eorum spatia definiri non posse, tamen intra certos fines contineri ait, ita ut unumquodque inter duo rationalia intermedium sit et bina tempora ἐν ῥυθμοῖς servent commune temporum eorum spatium, ex quibus per parallagen orta sint. Itaque arsis illa irrationalis est media inter arsin iambi rationalis monosemam et arsin disemam, thesis autem inter disemam et monosemam; quo fit ut eorum coniunctio media sit inter iambum rationalem et eum pedem, qui speciem praebet trochaei, in quo percutitur brevis. Tota autem syzygia non est media inter diiambum et epitritum heptasemum, ut adhuc creditum est, verum inter diiambum et choriambum, pedes hexasemos. Quo fit, ut choriambi cum diiambis misceantur; choriambus enim, si fit irrationalis, eadem fere temporum spatia habet, quae sunt in diiambo irrationali ($\bar{\cup} \bar{\cup} \cup - = \bar{\cup} \bar{\cup} \cup -$).

Inde sequitur, choriambi, quoties diiambo respondet, non percuti longam priorem, sed priorem brevem; idem usu veniet, quoties admiscentur diiambis choriambi. Cum autem choriambis par sit diiambus, ditrochaeo respondeat ionicus a minore necesse est. Sed in ionicorum a minore et trochaici rhythmus mixtione accedit, ut ionicum non statim sequatur ditrochaeus, sed ut conglutinatio quaedam et confusio fiat diversorum rhythmorum talis, ut a rhythmico choriambo-iambico mutuata esse appareat. Metrici autem (Heliiodorus et Juba apud Mar. Vict. p. 93, 11 sqq.) quodammodo recte dipodiae superioris tempora e subditis compleri aiunt. Nomen autem metro anaclomeno mixtioni illi ex ionico et trochaeis soli tribuunt, sed idem

de metris choriambo-iambicis usurpare non dubito, atque adeo de syzygiis iambicis et trochaicis irrationalibus possis dicere, quoniam in omnibus eiusmodi metris similes temporum mutationes (*παράλλαξις*) inesse liquet.

Iam demonstrandum est syllabam dimetri ionici a minore anaclomeni quartam, quintam dimetri choriambici anaclomeni praeditas esse eadem irrationalitatis facultate, qua utitur ars lecythii paenultima. Hermannus ille quidem (El. doctr. metr. p. 165) negavit, cum diceret formam ionici anaclomeni, quae quarta syllaba utitur longa, constare ex ionico puro, cui adderetur aut ditrochaeus aut epitritus secundus. Nam, inquit, ob id ipsum, quia illa sociata cum sequente huic dimidium sui attribuit, non potest maior dimidio (i. e. irrationalis) esse eximique comparatione illa, per quam solam sustinetur anaclasis. At dimidia illius extremas in ionico a minore longae pars ad tempus insequens trahi potuit, minores partes non potuerunt? Atque si ionicum anaclomenum ex ionico a minore et syzygia trochaica addita constaret, quo tandem pacto in quartam sedem pro longa illapsa est brevis? Constare enim mihi videtur, ea metra, quorum alterum quartam syllabam habet brevem, alterum longam, neque origine nec natura inter se plane discrepare. „At choriambicum, pergit Hermannus p. 167, numerum si subesse ionicis a minore putabimus, anaclasis quidem explicari poterit, quoniam etiam in choriambis dactylus in amphibrachum mutatur, sed primo tollitur plene natura numeri ionici pro eoque exhibetur choriambicus.“ Tamen ionico anaclomeno numerum choriambicum subesse credo aut potius metro choriambico anaclomeno numerum eum, quem ionico anaclomeno ille subiecit. Principalis enim error, quo Hermannus rem intellegere prohibitus est et plerorumque adhuc virorum doctorum animi obstringebantur, is est, quod in choriambum illatus est dactylus cyclius, quo adducti metra choriambo-iambica confundebant cum glyconeis asclepiadeis aliis eiusmodi metris. Sed abiecto dactylo isto cyclio choriambos et meros et anaclomenos ad ionicorum exemplum percuciamus et metiamur. Mihi equidem inter rhythmum choriamb-

bicum et ionicum a minore nihil aliud intercedere videtur quam inter iambicum et trochaicum. Si autem dimetri choriambici et puri et anaclomeni spatia delineamus lineis duabus continuis (a et b), tum earum puncta coniungimus lineis transversis: linea inter duas illas media quaelibet (c_1 , c_2) ita secabitur, ut dimetri irrationalibus temporibus mediis utentis alicuius spatia oriantur:

	∪	∪	∩	—	∪	∪	∩	—
a	∪	∪	∩	—	∪	∪	∩	—
c_1	∪	∪	∩	—	∪	∪	∩	—
c_2	∪	∪	∩	—	∪	∪	∩	—
b	∪	∪	∩	—	∪	∪	∩	—

Item se habet dimetrum choriambicum anaclomenum, quod ex illo ita fit, si tempus disemum ultimum ponitur primum. Quod autem choriambi quartam syllabam accipere ictum graviorem contendimus, convenit cum percussione syzygiae iambicae, utpote cuius thesin posteriorem ictu graviore feriri metricorum consentiant testimonia (Iubae apud Priscian. de metr. Terentii p. 420 K. Terent. Maur. v. 2249 sqq. Caes. Bass. apud Rufin. p. 555, 22 sqq.).¹⁾ Si igitur in ultima trimetri et tetrametri syzygia thesis prior in brevius contrahitur per irrationalitatem, ut supra docuimus, et in stropharum responsionibus metrorumque mixtionibus diiambus excipitur choriambo, facile sequitur, eam thesin, quae nec corripitur nec in brevem mutatur per rhythmum, tutam atque integram esse propter percussorem ipsam graviorem.

1) Christius (Metr.² p. 65) Romanos a Graecis in syzygia iambica percutienda discessisse contendit. Nam in priore thesi graviorem ictum posuisse Graecos cum magis ex animo suo esse — speciosum sane argumentum! — tum probari loco illo Aristideo (p. 39 Mb.), quo dipodia iambica dicitur *δάκτυλος κατ' ἰάμβον, ὃς σύγκειται ἐξ ἰάμβον θέσεως καὶ ἰάμβον ἄρσεως*. At nec constat, quos rhythmos locus ille spectet, tum ne loci ipsius quidem auctoritas satis firma est, cum paulo ante arsis et thesis notiones inter se commutatae esse videantur. Accedit, quod loci grammaticorum latinorum repetendi sunt a Graeci metrici doctrina, Heliodori Alexandrini, cuius vestigiis insistisse traditur Iuba (Mar. Vict. p. 94, 6).

Adsuascendum vero iam eius, quod choriambi brevem priorem contendimus praeditam esse thesis dignitate et ordine. Choriambum enim veterum nemo dividit nisi in trochaicum et iambum, in trochaicum scilicet non eum, qui thesi utitur disema, arsi monosema, sed contra. Nam nisi prior brevis percussa esset quamvis levissime, non intellegeremus, qui fieret, ut produceretur. Si autem, ut adhuc creditum est, quoties diiambu choriambus respondet, idem pedis spatium exprimeretur modo longa trisema, modo longa disema et brevi

$$\begin{array}{c} \text{---} \cup \cup \text{---} \quad | \quad \text{---} \cup \text{---} \quad | \quad \text{---} \cup \cup \text{---} \quad | \quad \text{---} \\ \text{---} \cup \cup \text{---} \quad | \quad \text{---} \cup \text{---} \quad | \quad \text{---} \cup \cup \text{---} \quad | \quad \text{---} \end{array}$$

praeter omnem opinionem praeterque leges rhythmicas fieret. In quotquot enim locis aut metrum cum anacrusi metro anacrusis experti aut clausula catalectica acatalectae respondere videbatur, ei omnes corrupti sunt et plerumque emendati. Omnium autem absurdissime egit Meissnerus (Philol. X p. 1 sqq.), qui in diiambi cum choriambo responsione adaptavit choriambo diiambum, ita ut huius percuteret arsin; quin Christius (Metr.³ p. 472) ipse id capessiturus fuisse videtur, nisi brevem percutere saepe cogere. At mihi quidem ignota notis potius adaptanda esse videntur, diiambo choriambum.

Itaque si choriambi et ionici brevem priorem percutiemus, anaclasis et originem et naturam eiusmodi esse consentaneum est, ut quo gravior thesi ictus additur, eo maius fiat tempus ictu subiectum, sin thesium ictus aequi facti sunt, tum spatia eis obnoxia quoque fiant aequa.

In ionico dimetro anaclomeno temporis quinti partem ad quartum trahere, ut syzygiae fierent inter se non tam reapse, quam origine et ratione aequales, metricorum fuisse constat. Dubium autem est, utrum Aristoxenus idem fere voluerit, an in illo metro pedes trochaicos servare rhythmum legitimum, anaclasin vero sive parallagen spectare ad dimetri ionici anaclomeni primum tempus et ultimum, et anaclomenum ortum esse dixerit ex tetrapodia trochaica ita, ut de thesi prima detraheretur tempus monosemum, adderetur arsi ultimae. Atque ita quidem sensisse musicum non abnuendum est, si modo

ionicum et choriambum non simplices, verum compositos pedes esse indicavit. Si igitur proficiscimur a numero trochaico, aut primam syzygiae thesin corripere, producere arsin ultimam, aut arsin alteram producere, corripere thesin tertiam licebit, in numero autem iambico tempora similia. Unde duae anaclasis species oriuntur, altera in qua choriambus antecedit diiambum, ionicus a minore ditrochaicum, altera in qua antecedit diiambus choriambum, ditrochaicus ionicum.

Rarissima autem est ea forma, in qua ionicus a maiore circumdatur singulis trochaeis. Hermannus eam omnino extare negavit. Tamen certe huc referenda sunt haec metra:

Eur. Hel. 1340 sq.: *ματρὸς ὀργᾶς, ἐνέπει Ἄ βᾶτε, σεμναὶ
χάριτες.*

~ 1356 sq.: *ματρὸς, ὦ παῖ, θυσίας Ἄ οὐ σεβίζουσα
θεοῖς.*

Timoth. frg. 12, 1—2: *οὐκ αἰδῶ τὰ παλαιά,
καινὰ γὰρ νῦν μάλα κρείσσω, sic vel
νῦν θάμα scribo, cum Luthmerus (de choriamb. et ion. a min.
p. 57): γὰρ πάνθ' ἄμα, alii aliter, γὰρ ἄμα codd. Insequuntur
autem ioni anaclomeni speciei alterius.*

Timoth. frg. 11, 3 *τὸν Κάμωνος τὸν Ἴωνοκάμπταν.*

Pindar. Ist. IV ep. 4. *ν. 16: θνατὰ θνατοῖσ' ἔπει*

ν. 37: Ἡρακλῆι πρότερον

ν. 58: ἐλπιδῶν ἔκνιξ' ὅπιν (sic codd.,

*ἔκνισ' schol. et edd.); respondet dimetrum trochaicum dimetro
anaclomeno. Adde Aesch. Suppl. 141 = 151: σπέσμα σεμνᾶς
μέγα ματρὸς εὐνᾶς, et fort. Choëph. 830 = 837. Soph. El. 854 sq.
~ 865 sq. Cf. Ar. Ran. 326 ~ 343. Thesm. 108.*

Venio ad ceteras anaclomenorum formas. Probandum autem est eam thesin, quae in eis sequitur arsin irrationalem, item affici irrationalitate. Ac solutiones quidem in anaclomenis raro inveniuntur. In syzygia iambica choriambo admixta, thesis altera solvitur etiam tum, cum arsis prior est longa: Anacr. frg. 32, 2: *ὄλον, τρικῖαθον κελέβην ἔχουσα, unde liquet thesin choriambo antecedentem nullo modo trisemam esse posse, ex quo sequitur*

choriambi priorem longam non thesin esse, sed arsin. Adde solutae thesisi alterius exempla: Hipp. 147: ἀνερός ἀδύτου πέλαιων ~ 157: λιμένα τὸν εἰξινότατον. Or. 542: σφαγιόν. ἔθετο μάτερα πατέρων πατέρων ἀμοιβάν; antecedunt choriambi anacel.: χρυσοπιγνύτων γαρέων | μαστὸν ἐπετέλλοντ' [ἐσ]-ιδεῖν. — Priorem autem thesisi tum demum solvere licet, cum arsis antecedit brevis, ex. gr. Trach. 115: πολέπορον, ὡστερ πέλαγος ~ 125: ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας; Hipp. 147 ~ 157; Here. fur. 639 ~ 657; Eur. El. 191 ~ 204; Bacch. 432: ἐνόμισε χρῆται τε, τόδ' ἂν δεχοίμαν (sic Kirchhoffius) ~ 415: ἐκεῖ δὲ βᾶγκαις θέμις ὀργιάζειν; Eur. frag. 1069: Ἀρχοκόρινθον. | ἱερὸν ὄχθον, πόλιν Ἀφροδίτας. Solvitur thesisi prior respondente choriambo: Troad. 541: νύχιον ἐπεὶ νέγας παρῆν ~ 523: Τρωάδος ἀπὸ πέτρας σταθεῖς, item Iph. Aul. 1036: τίς ἄρ' ἐμέναιος διὰ λώτου ~ 1058: ἀνὰ δ' ἐλάταισι στεφανώδει, in quibus eadem solutio syzygiae iambicae et choriambicae communis inest, quae in Anacreontis frgg. 24. 25. — Excepti vero videntur esse loci Soph. El. 524: ποῦ ποτε κεραινοὶ Διὸς ἦ ~ 837: οἶδα γὰρ ἄνακτ' Ἀμφιάρεων. Sed in his quoque metris primus periodi pes exemptus est a rhythmī aequabilitate, quemadmodum anapaestum in trimetri iambici exordio se habere vidimus, dactylum videbimus.

Cum autem hic solutiones parum suppeditent, documenta petenda sunt e syllabarum conexus. Atque irrationalem arsin in dimetris iambicis choriambo vicinis tum demum longa syllaba expressam esse observamus, cum copulata est cum syllaba sequente vel una voce vel una verborum coniunctione.

Quod accidit et in dimetro post choriambum posito: Anacr. frg. 21, 10: νῶτον σκνίτη | μάστιγι θωμιχθεῖς, κόμην; v. 12: νῦν δ' ἐπιβαίνει σατινέων, | χρῦσέα φορέων καθέρματα. Pers. 856: ἰσόθεος Δάρειος ἀρχε χώρας; Pers. 977: ἐῖ, ἐῖ, τλάμονες ἀσπεύρουσι χέρσῳ ~ 991: βοᾶ βοᾶ μοι μελέων | ἔντοσθεν ἦτορ; Ai. 390: ἐχθρὸν ἄλημα, τοὺς δὲ δισσάρχας ὀλέσσας βασιλῆς. O. Col. 1050: οὐ πότνια σμενᾶ τιθηνοῦνται τέλη ~ 1065:

ἀλώσεται· δεινὸς ὁ προσχώρων Ἄρης; 1055: Θησέα καὶ |
 τὰς διστόλους ~ 1070: ἄμβασις, οἷ | τὰν ἱππιαν; Alc. 216:
 καὶ μέλανα | στόλμον πέπλων ἀμφιβαλώμεθ' ἤδη; Or. 840 sqq.

(cf. supra p. 284); Eur. Suppl. 372: γὰν δὲ φιλαν | τὰν Ἰνάχου
 (~ 369: καὶ μεγάλα Πελασγί); Iph. Aul. 761 ~ 772; scol.
 19, 2 (Bgg. lyr. gr.⁴ III p. 649): καὶ με καλοὶ | παῖδες φέροιεν.
 Adde metra ionica a maiore, quae eandem rationem sequuntur:
 Trach. 637: χρυσалаκάτου | τ' ἀκτὰν κόρας (antistr. v. 644
 corruptus); Troad. 515: νῦν γὰρ μέλος ἐς | Τροίαν λαχῆσω ~
 553: καὶ Δαρδανίας | ἄταν θεῶ δώσω.

et in dimetro ante choriambum posito:

Aesch. Suppl. 812: βίαια μῆ | φαιδροῖς ὄρων ὄμμασιν ἐν-
 δίκουσι· σεβίζου ~ 821: βίαια διζήνται λαβεῖν. σὸν δ' ἐπίπαν
 ζυγὸν τάλαντου; O. Col. 1057: ἀνταρκεῖ τάχ' ἐμμίξειν βοῶ
 τοῖσδ' ἀνὰ χώρους ~ 1072: καὶ τὸν πόντιον | γαιάοχον ῥέας
 φίλον υἱόν; Alc. 219: θεοῖσιν εὐχόμεσθα· θεῶν γὰρ δύναμις
 μέγιστα.

et in ionicis anaclomenis:

Prom. 405: πάρος ἐνδείκνυσιν αἰχμάν ~ 414: πῆ-μασι
 συγκάμνουσι θνατοί; Sept. 723 ~ 730 (syllabae communes);
 Suppl. 1021: περιναίονται παλαιὸν ~ 1030: τότε μειλίσσοντες
 οὐδας; Pers. 950 sq.: Ἰᾶων | ναύφαρκτος Ἄρης ἑτεραλκῆς ~
 962: Τυρίας | ἐκ ναὸς ἔρρόντας ἐπ' ἄγκραις. Prom. 399 scribo:
 δάκρυσι· | στακτὸν δ' ἀπ' ὄσων ῥαδινῶν [λειβομένα] ῥέος
 παρεῖαν νοτίοις ἔτεγξε παγαῖς. Forma enim δακρυσιστακτος,
 si extaret, metro non conveniret, quoniam *v* longo uteretur.
 Στένειν δάκρῳσι cf. Herc. fur. 1045. Eur. frg. 44. Aesch. Pers. 62.
 Alexin ap. Stob. floril. 124, 20; eiecto autem λειβομένα strophā
 convenit cum antistrophā ita, ut anaclomenum respondeat
 dimetro ionico puro. Pind. Nem. III 59: ὄφρα θαλασσῆσι
 ἀνέμων | ῥιπαῖσι πεμφθεῖς ~ 80: ὀψέ περ. ἔστι δ' αἰετὸς ὠκὸς |
 ἐν ποτανοῖς.

Idem accidit in dimetris iambicis, quae choriambis uno
 metro vel una periodo adiunguntur:

Anacr. 21, 4: ἀστραγάλους ἐν ὧσὶ καὶ ψιλὸν περι | πλε-
 Leipzig Studien. XIV. 19

ῥῆσι (δέρμ' | ῥει) βροός; *ibid.* v. 3: καλίμματ' ἐσφραγώμενα, v. 8: κίβδηλον ἐφρίσκων βίον, v. 11: πάγωνα τ' ἐπιετιλιμένους. In v. 14 est γυναιξιν αὔτως; quod si defectivum est, non potest ita suppleri, ut voluit Schoemannus, cum adderet ἐμμερής. Aesch. Suppl. 62 sq.: μήτιδος οἰκτρὰς ἀλόχοι | κερκιλάτας ἀγδόνος ~ 66 sq.: ὤλετο πρὸς ματρὸς ἔθεν | δυσμάτορος κότου τέχων; O. Col. 1720: ἀλλ' ἐπεὶ ὀλβίως γ' ἔλυσε (ἔλυσεν vulgo) || τὸ τέλος, ὃ φίλαι, βίον ~ ὃ διδύμων (δίδυμα L, διδίμα Triclin.) τέκνον ἄριστα (ἀρίστα Triclin.), || τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς.

Ubiunque vero in arsin irrationalem desinit verbum, arsin brevi syllaba exprimi necesse est: Ant. 1130: νύμφαι στίχοσι | Βακχίδες Κασταλλίας τε νῆμα; Aesch. Suppl. 114. Ai. 374 ~ 390. Eur. frg. 1069. Anacr. frg. 21, 7. 9; frg. 30. — Unum locum, qui exceptus sit, invenio Hipp. 1149: τὸν οὐδὲν ἄτας αἴτιον πέμπετε τῶνδ' ἀπ' οἴκων.

Item antecedentibus choriambis: Ai. 890: ἀλλ' ἀμενιγόν | ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου; Aesch. Suppl. 563 ~ 573; Ant. 332 ~ 343; O. R. 463 ~ 473; Trach. 119 ~ 129; Hipp. 877; Eur. El. 204; Or. 823; Rhés. 360 ~ 370. 461. Recte igitur Hermannus Choëph. 391: δριμύς ἄγται καρδίας pro καρδίας, quamvis accurata responsione (cf. v. 416) opus non esset, velut Sept. 736: καὶ χθονία κόνις πηλ' ~ 744: αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει, Anacr. frg. 21, Phil. 1138 ~ 1162; Ant. 950 ~ 960. Itaque Aesch. Suppl. 107 choriambus diiambo (v. 100: θᾶσσον ἄνω φρόνιμά πως) respondisse videtur; μενόλιν autem, quod est in codicibus, in μαινόλιν mutantés editores, quamvis accuratiorém responsionem restituísse sibi viderentur, tamen fecerunt contra irrationalitatis legem. Itaque Weillii coniectura μαργοσύνην τε μαινόλιν praeferenda est.

Id enim certum est, quoties verbum desinit in arsin longam illam, poetas brevi subdita numerum variare maluisse quam longa thesi sequente rhythmum inquinare, ex. gr.

Phil. 1162: μηκέτι μηδενὸς κρατύνων

~ 1138: μυρὶ ἀπ' αἰσχυρῶν || ἀνατέλλονθ'

Anacr. frg. 21, 10: πολλὰ δὲ νῶτον σκυτλήη | μάστιγι θωμιχ-
θεις, κόμηη

∞ v. 7: *κἀθελοπόροισιν ὀμιλέων* || *ὁ πονηρὸς Ἀρ-
τέμων,*
et v. 13: *πάϊς Κίρκης, καὶ σκιαδίσκην* || *ἐλεφαντίνην
φορεῖ.*

Apud comicos autem lex a tragicis et lyricis servata item valere videatur (in choriambicis metris: Ach. 1151. Eq. 552. Nub. 571 ~ 603. 700 ~ 804. 813. 1028. Vesp. 540 ~ 644. 542 ~ 646. 1450 ~ 1462. Thesm. 356. Ran. 213; in ionicis: Vesp. 296. 298. Thesm. 116 sq. 123. Ran. 328: *πολύκαρπον μὲν | τινάσσω*, 330. 336. 346; in antispasticis: Ran. 324). At etiam solutae post arsin longam thesis exempla invenio (Vesp. 1454. 1467. Lysistr. 339. 342) et longae arsis in fine verbi: Nub. 514: *τὴν φύσιν αὐτοῦ |
πράγμασιν χρωτίζεται* et in Eupolidis cratineo illo: *ἄνδρες ἑται-
ροί, | δεῦρο δὲ*. Quae cum ita se habeant, vitiosum esse non videtur, quod Bergkianus Vesp. 308 scripsit: *πόρον Ἑλλάς | ἰρὸν
εἰπεῖν*; ∞ 296: *ἀστραγάλους | δήπουθεν, ὦ καὶ*.

CAPUT XVI.

De metris iambicis quibusdam.

Lex autem Porsonianae, ut rem breviter appellem, item servatur in metris iambicis, quae adnectuntur metris logaedicis, quae nunc dicuntur per iniuriam. Nam aut longa arsis cum thesi sequenti coniungitur, velut:

Simonid. frg. 5, 16: *ἐς ἄπρακτον ἐλπίδα, μοῖραν αἰῶνος
βαλέω*; frg. 4, 5: *οὐδ' ὁ πανδαμάτωρ ἀμαυρώσει χρόνος*; frg.
36, 3. Timoth. 11, 2: *νικᾷ Τιμόθεος | Μιλήσιος*. Lycophronid.
1, 3: *καλὸν τὸ πρόσωπον, ἄν | μὴ κόσμιον πεφύκη*. Alcae.
49, 1: *Ἀριστόδαμον φαισ' οὐκ ἀπάλαμνον ἐν | Σπάρτα λόγον*,
frg. 50, 4; 15, 1: *δ' Ἄρη κεκόσμηται στέγα, v. 5: ἀσπίδες |
βεβλημένοι, v. 4 ἄρκος ἰσχυρῶ βέλεως*. Oed. Col. 1047: *τὸν
χαλκοβόαν Ἄρη | μίξουσιν ἢ πρὸς Πυθίαις* ~ 1061: *Οἰά-
τιδος ἐκ νόμου | πώλοισιν ἢ ῥίμφαρμάτοις*; Hippol. 531: *οὔτε
γὰρ πυρὸς οὔτ' | ἄστρον ὑπέρτερον βέλος* ~ 541: *φιλιτάτων*

θαλάμων | κληδούχον, οἱ σεβίζομεν. Ai. 196: ἄταν οἰρασίαν
φλέγων· | ἐχθρῶν δ' ἕβρις. O. R. 1109: Νυμφᾶν Ἐλικωνί-
δων, | αἴς πλεῖστα συμπαίξει; Trach. 963, El. 486 sq. ~
502 sq., alias.

aut arsis brevis seiuncta est a sequente, ita ut versui O. R.
supra allato respondeat v. 1097: ἴημε Φοῖβε, σοὶ δὲ || ταῦτ'
ἄρεστ' εἶη, et apud Alcaeum frg. 49, 2: πένιχος δ' οὐδεὶς
πέλειτ' ἔσλος οὐδὲ || τίμιος; 50, 2: Φᾶδης περὶ φρένας οἶνος
αὖ δις || ἄθλιος; Simonid. 5, 9: εἰρημένον χαλεπὸν φάτ' ἔσλον ||
ἔμμεναι. Ai. 715: κοῦδέν ἀναύδατον φατίσαιμ' ἄν, || εἴτε γ'
ἔξ ἀέλπτων, El. 502: εἰ μὴ τόδε φάσμα νικῶς || εἷ κατασχίσει
~ 486: ἄ νιν κατέπερνεν αἰσχίσταις ἐν αἰκίαις. O. R. 465:
ἄρρητ' ἄρρητων τελέσαντα || φοινίαισι χερσίν; ~ 475: φάμα
Παρθασσοῦ τὸν ἄθλιον || ἄνδρα πάντ' ἰχνεύειν. O. R. 883 sq.:
εἰ δὲ τις ὑπέροπτα χερσίν || ἢ λόγῳ πορεύεται ~ 897 sq.: οὐ-
κέτι τὸν ἄθικτον εἶμι || γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν σέβων. O. R. 885 sq.:
δίκας ἀρόβητος οὐδὲ || δαιμόνων ἔδη σέβων ~ 899 sq.: οἶδ' ἐς
τὸν Ἄβραισι ναόν || οὐδὲ τὰν Ὀλυμπίαν. 887 sq.: κακά νιν ἔλοιτο
μοῖρα || δυσπότημον χάριν χλιδάς ~ 901 sq.: εἰ μὴ τάδε χειρό-
δεικτα || πᾶσιν ἀρμόσει βροτοῖς. Trach. 633: ὦ ναύλοχα καὶ
πετραῖα || θερμὰ λουτρὰ καὶ πάγους ~ 640: ὁ καλλιβόας τάχ'
ἔμιν (ὑμῖν libri) || αὐλὸς οὐκ ἀναρσίαν. Trach. 957: μὴ ταρ-
βαλέα φάνοιμι || μούνον εἰσιδοῦς' ἄφαρ ~ 966: προκηδομένα
βαρεῖαν || ἄσφορον φέρει βάσιν. Trach. 960 sq.: χωρεῖν πρὸ
δόμων λέγουσιν || ἄσπετόν τι θαῦμα ~ 969: τί χρῆ θαρόντα
νιν ἦ | καθ' ἕπνον ὄντα κρῖναι; El. 481: ἀδυπνῶν κλύουσαν ||
ἀρτίως ὄνειράτων ~ 497: ~ ~ μήποτ' ἡμῖν (ἡμῖν libri) || ἀψεγὲς
πελᾶν τέρας. Ai. 625: λευκά δὲ γήρα μάτῃ νιν ὅταν νοσοῦν-
τα || φρενομόρως ἀκούσῃ ~ 637: ὃς ἐκ πατρώας ἧκων γενεᾶς
~ ~ || πολυκόνων Ἀχαιῶν; Triclinio praeeunte editores falso
ἄριστος supplevere, desideratur verbum, quod facit amphi-
brachum. Propono ἄμυνα, quod sensui magis aptum est et
fortasse propterea excidit, quod ad vocis ἄμυγμα (v. 634) glos-
sema tractum est. Hipp. 755 sq.: ἐπόρεσας ἔμην ἄνασσαν ||
ὀλβίων ἀτ' οἴκων ~ 767 sq.: χαλεπᾶ δ' ὑπέραντλος οἶσα ||
συμφορᾶ (ἔμφορᾶ libri) τεράμνων. Ion. 1078: ὅτε καὶ Διὸς

ἀστερωπὸς || ἀνεχόρευσεν αἰθήρ ~ 1094: ὅσον εὐσεβίᾳ κρατοῦ-
μεν || ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν. Troad. 517: Ἀργείων ὀλόμαν
τάλαινα || δοριάλωτος ~ 536: κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοισ ἴνοισι ||
ναὸς ὡσεύ.

Sin autem ultimam metri pseudologaoedici thesin sequitur
arsis longa a verbo insequente disiuncta, arsin sequi necesse
est syllabam brevem ita, ut glyconeo vel telesilleo adiungatur
non diiambus irrationalis, sed choriambus, ex. gr. Trach. 517:
τότ' ἦν χερὸς, ἦν δὲ τόξων || πάταγος. Adde Pind. Ist. VI
ep. 2, v. 29: ἀσιῶν γενεῆ μέγιστον || κλέος αὔξων; Py. V ep. 9;
Pers. 572 ~ 580; Choëph. 320 ~ 337; O. Col. 133 sq. ~ 165 sq.;
Med. 650 ~ 662; Hipp. 740 ~ 750; Heraclid. 361 ~ 370. 380;
alias.

CAPUT XVII.

De Pindari metris pseudologaoedicis.

Venio nunc ad metra pseudologaoedica ipsa. Contemple-
mur autem Pindari carmina, quippe in quibus propter maiorem
stropharum inter se respondentium numerum res facilius per-
spiciuntur.

Ac primum quidem glyconeae et similes metrorum formas,
quas basin perfectam habere dicunt. Animadvertendum autem
est ad ea eiusmodi metra, quae ex duorum simplicium copu-
latione (*συναφείῃ*) oriuntur. In eis enim metrum posterius,
sive medium habere videtur choriambum sive extremum, syl-
laba prima utitur semper longa; nam basis, quae dicitur, tum
iambi formam non recipit. Secunda autem syllaba irrationa-
litate indicia praebet, nam modo longa est, modo brevis, atque
ita quidem, ut longa non ponatur, nisi cum syllaba sequente
coniungitur, brevis autem, quoties sequitur caesura, ponenda
sit. Quod invenitur locis his:

Py II str. 2: v. 2: τέμενος Ἄρεος ἄνδρων | ἵππων τε σιδα-
ροχαρμῶν et vv. 10. 82 (edit. Teubnerian.
rec. W. Christ. Lps. 1887)

quibus opponuntur versus hi:

v. 26: γλυκὴν ἐλὼν βίστον, μᾶκρον || οἶχ' ἰπέμεινεν ὄλζον et
vv. 34. 58. 74.

Alia eiusmodi inveniuntur Ol. IX str. 2: v. 68 ~ v. 96; Py. VIII str. 5: vv. 5. 12. 25. 32. 85 ~ vv. 65. 45 (ἐκ πατέρων παισὶ· λῆμα. θάτομαι σαφές; παισὶν libri, παῖ, σοὶ Hermann); Py. VIII ep. 2: vv. 56. 76 ~ vv. 16. 36; X ep. 1: v. 49 ~ vv. 13. 67; Nem. VI str. 3: v. 61 ~ vv. 3. 11. 27. Ist. VII str. 5: v. 55 ~ vv. 5. 45. Addas fortasse Ist. VI v. 51: εὐανθέα καὶ Πυθῶνι (Πυθόι libri) στέφανον ~ 34: εὐανθέ' ἀπέπνευσας ἀλικίαν. In Py. VIII ep. 3 ut a syllaba illa ancipiti semper incipit verbum, ita semper est longa. — Unus, qui exceptus esse videtur, locus est Nem. II 19: παρὰ μὲν ἰψιμέδοντι Παρνασσῶ' ἰέσσαρας ἐξ ἀέθλων, cum in antistrophis recte se habeat. Quod quomodo explicandum sit, postea apparebit.

De Py. XI str. 4 alterius membri metro constare non videtur; si enim esset glyconeum tertium, quod dicitur, violaretur lex versibus 4. 20. 25. 52; accedit quod tertia metri syllaba solvitur per omnes strophas, id quod fieri non potest, si esset irrationalis. Fortasse trimetrum anapaesticum, quod scriptum videmus in codicibus vv. 36. 42, restituendum est per omnes strophas.

Adde ea metra pseudologaoedica, quibus praemissum est monometrum iambicum: Py. II. ep. 5: v. 21: θεῶν δ' ἔφετμαῖς Ἰξίονα φαντὶ ταῦτ' ἀβροτοῖς; Py. VII str. 3/4, v. 3/4: κορηπιδ' ἀοιδῶν | ἵπποισι βαλέσθαι, v. 11/12. Py. VI str. 7/8. Ol. X ep. 4/5. Eadem lege, qua basis metrorum pseudologaoediorum, utitur primus pes membrorum trochaicorum, quae glyconeis vel telesilleis adnectuntur. Unum tantum extat metri illius exemplum temporibus irrationalibus utens, quod dici potest Eupolideum acephalum, Py. VIII str. 6:

v. 13: παρ' αἴσαν ἐξερεθίζων· | κέρδος δὲ φίλτατον.
et vv. 26. 46. 53. 66. 73. 86.

~ v. 6: τὸ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι τε || καὶ παθεῖν ὁμῶς
et v. 93.

Atque in omnibus metris, in quibuscunque anceps, i. e. irrationalis non sua sede posita esse videtur, idem invenitur:

Py. X str. 6, v. 6: ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν | ἀνδρῶν κλυτὰν
ᾄσα et v. 24.

~ v. 12: τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβακεν || ἵχθεσιν
πατρός et vv. 30. 42.

Ol. IV str. 6, v. 6: ἵπον ἀνεμόεσσαν ἑκατογκεράλα | Τυ-
φῶνος ὀμβρίμου et v. 14.

Py. VIII str. 7, v. 7: ἐπίστασαι | καιρῶ σὺν ἀτρεκεῖ et
vv. 27. 54. 94.

~ v. 14: ἐκόντος εἴ τις || ἐκ δόμων φέροι et
vv. 34. 47. 67.; adde Ist. VI str. 5.

Neque minus invenitur lex tum, cum membro pseudologaeo-
dico ab arsi incipienti antecedit monometrum iambicum:

Ol. IX ep. 8, v. 56: κοῦροι κορᾶν | καὶ φερτάτων Κρονη-
δᾶν et v. 112 (secundum Rauchenstei-
nium), in aliis epodis brevis inest me-
dio in verbo.

Ol. XIV v. 1: λαχοῖσαν (sic Boeckhius) αἴ τε | ναίετε
καλλιπῶλον ἔδραν

v. 14: φιλησιμολπε || τ' Ἐὐφροσύνα, θεῶν
κρατίστου.

Py. XI ep. 6, v. 48: ἔσχον θοᾶν | ἀκτίνα σὺν ἵπποις

~ v. 64: τὸ δ' οἰκέοντας | ἔνδον Ὀλύμπου.

Nem. III 6, v. 48: Κένταυρον ἀσθμαίνων ἐκόμιζεν

~ v. 6: διψῆ δὲ πρᾶγος || ἄλλο μὲν ἄλλου et
v. 56.

Ist. VI str. 3, v. 25: χάλκασπις ᾗ | πότμον μὲν Ἄρης
ἔμιξεν

et v. 8: ἧ ἀμφὶ Τειρεσίαο πυκναῖσι (πυκναῖς
codd.) βουλαῖς, Τειρεσίαο quadri-
syllabe est pronuntiandum; Pauwius
quod ordine verborum mutato scrip-
sit ἀμφὶ πυκναῖς || Τειρ., fecit contra
legem (cf. p. 297).

~ v. 3: εὐφρανας; ἧ ρα || χαλκοκρότου πάρε-
δρον et vv. 20. 37.

Py. VII v. 18: εὐπραγία | χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνημαι.

Adde denique metrum Py. VIII ep. 6, in quo tres deinceps pedes irrationales esse videntur, nisi in altero pede iam-
bum restituas (v. 20: ποῖα, v. 40 εἰοῖς cf. Nem. VI 25: εἰέων,
v. 80: νίκαισι τρισίν)

v. 20: εἶδον | ποῖα Παρνασίδι Δωριεῖ τε κόμφι.

v. 40: Θήβαις | εἰοῖς αἰνίξατο παρμένοντας αἰχμῆ.

v. 80: νίκαις | τρισσαῖς, ὡ³ ριστόμενες, δάμασσας ἔργω.

~ v. 100: Πηλεῖ τε || κάγαθῶ Τελαμῶνι σὺν τ' Ἀχιλλεῖ.

Cum eis metris cohaerent ea Pindari metra pseudologaeo-
dica, in quibus choriambo plus uno trochaeo antecedit, gly-
conea et telesillea tertia, quae vulgo dicuntur, sive polysche-
matista. Neque vero in eis aliter se habet pedis alterius ratio;
nam syllaba choriambo, qui videtur, antecedens aut longa est
ita, si conexa est cum prima choriambi longa sive uno verbo
sive una verborum copulatione, aut disiuncta a sequente est
brevis. Exempla autem promam ex eis tantum locis, in qui-
bus longa et brevis inter se respondent; ubi autem brevis
ubique invenitur (Ol. XIII str. 6. Py. II ep. 7. VI str. 2. 4. 8.
VIII str. 3. 6. ep. 2. X ep. 4. 5. XI str. 2. Nem. IV str. 3. 5.
Ist. VII 1. 2. 3. 5), ea omittam.

Ol. IX str. 6, v. 6: Δία τε φοινισσοστερόπαν et vv. 62. 72.

~ v. 16: μεγαλόδοξος || Εὐνομία et vv. 34. 44. 90.

Ol. IX str. 10, v. 66: ὤπασεν | λαόν τε διαιτῶν et v. 94.

~ v. 10: κάλλιστον ἔδνον || Ἴπποδαμείας et
vv. 20. 48. 104.

Py. VI 5, v. 50: ὀργᾶς ὅς ἱππειῶν ἐσόδων

~ v. 5: ὀλβίοισιν || Ἐμμενίδαις et vv. 14.
23. 32.

Py. VII str. 2, v. 2: Ἀλκμανιδᾶν | εὐρυσθενεῖ γενεῇ

~ v. 10: ἀστῶν, Ἄπολλον, || οἱ τεόν γε δόμον

Py. X str. 2, v. 8: στρατῶ | τ' ἀμφικτυόνων ὁ Παρνασίος

~ v. 2: μάκαιρα || Θεσσαλία· πατρὸς et vv. 20.
26. 56. 62.

Nem. IV str. 1, v. 16: Κλεωναίου τ' ἀπ' ἀγῶνος ὄρμον et v. 49.

~ v. 1: ἄριστος || εὐφροσύνα πονῶν et vv. 33.
57. 65.

Nem. IV str. 2, v. 66: εἶδεν | δ' εὔκκλον ἔδραν et vv. 10. 90.

~ v. 2: ἰατρός· || αἱ δὲ σοφαὶ et vv. 18 (ubi πέμψαντα codicum meliorum lectio servat legem, πέμψαντος deteriorum laedit) 26. 42. 58. 82.

Nem. IV str. 6, v. 70: αὐτίς Εὐρώπαν ποτὶ χέρσον

~ v. 46: Οἰωνῶ τε || καὶ Κύπρω, ἔνθα et v. 54.

Unice exceptus est v. Ol. IX 108: ἀλπειναί· || τοῦτο δὲ προσφέρων, cum in epodis respondentibus (vv. 24. 52. 80) lex sit servata.

Sed iam transeamus ad eas Pindari metrorum compositiones, in quibus metro pseudologaoedico in thesin desinenti adiungitur per synaphiam metrum pseudologaoedicum, quod vulgo dicitur acephalum (Christ, Metr. p. 115), sive ut metricorum notionibus utar, in quibus glyconeo vel telesilleo adnectitur telesilleum (—υ—υ—υ—υ—υ—υ—υ—). In quibus res per se non liquet. Nam in aliis carminibus legem, quam Porsoni auspiciis invenimus et Porsonianam appellamus, semper servavit poeta, in aliis interdum neglexit.

Servavit autem in carminibus his:

Nem. IV 5, v. 5: γνῖα, τόσσον εὐλογία | φόρμιγγι συν-
άσρος et v. 13.

~ v. 21: Καδμείοι νιν οὐκ ἀέκοντες || ἄνθεσι
μίγνον et vv. 29. 85.

Nem. IV 7/8, v. 7/8: ὅ τι κε σὺν Χαρίτων τύχη | γλῶσσᾶ
φρενὸς ἐξέλοι βαθείας et vv. 15/16.
31/32. 39/40. 55/56. 71/72. 79/80.
87/88. 95/96.

v. 23/24: ξένιον ἄστν κατέδραμῆν | Ἡρακλέος
ὀλβίαν πρὸς αὐλάν et v. 47/48.

~ v. 63/64: ὄνυχας ὀξυτάτους ἀκμάν τε || δεινο-
τάτων σχάσαις ὀδόντων. — Similis
metrorum alias hiatu syllabave an-
cipiti disiunctorum synaphia inest
in Ist. VII 9/10. (~ 29/30. 39/40.
49/50. 69/70) cf. Ol. II 29. Nem. VI 48.

Py. X str. 4, v. 10: Ἀπόλλων, γλυκὶ δ' ἀνθρώπων τέ-
λος ἄρχα

et v. 58: ἕκατι στεφάνων | θᾶπτόν ἐν ἄλιξι
et v. 22.

~ v. 4: τί κομπέω παρὰ καιρόν; | ἀλλὰ με
Πυθύ

et v. 28: ὄσαις δὲ βροτὸν ἔθνος | ἀγλαταῖς

Nem. III ep. 4, v. 83: τίν γε μέν, εὐθρόνον | Κλειοῦς (Κλειοῦς
libri) ἐθέλοισας

~ v. 62: Αἰθιόπεσσι χεῖρας, | ἐν φρασί πά-
ξαιθ'.

Adde metra, in quibus nusquam invenitur longa: Nem.
IV 4. 6. Ol. XIV 3. 4. 12; Nem. III 1; Ol. I ep. 4.

Quotquot eiusdem usus exempla apud tragicos inveni,
hic afferam: Antig. 789 sq.: οὔθ' ἀμεριων σ' γ' ἀνθρώπων·
ὁ δ' ἔχων μέμηρεν ~ 799/800: θεσμῶν· ἄμαχος γὰρ ἐμπαίξει
θεὸς Ἀφροδίτα; Alc. 970/1: Ἀσκληπιάδαις ἔδωκε | φάρμακα
πολυπόνοις ~ 981/2: δαμάξεις σὺ βίβη σίδαρον, | οὐδὲ τις ἀπο-
τόμου; Ant. 354 sq. ~ 365 sq.; 841 sq. ~ 860 sq.; O. C. 1044 sq. ~
1059 sq.; Alc. 987/8 ~ 1000/1; Med. 854 sq. ~ 864 sq.; Herc. fur.
737 ~ 804; Ion. 455 ~ 475; 461 sq. ~ 481 sq.; 1050: ὀδωσον |
δυσθανάτων(!) ~ 1064: ἐλπίς ἦ | θηκτόν ξίφος ἦ; Hel. 1109
~ 1124; El. 168 ~ 191; Bacch. 72 sqq. ~ 88 sqq.; Rhes. 457 sq.
~ 822 sq.; antecedente metro iambico: Ai. 408 sq.: πᾶς δὲ
στρατὸς δόπαλτος ἄν με | χειρὶ φονεύει ~ 426 sq.

Pindarus vero in aliis quattuor carminibus (Ol. IX, Py. II,
Nem. II, Ist. VI) caesuram posuit et ante longam illam irra-
tionalem et post eam.

Ol. IX str. 3. 4. 5., v. 60: Λοκρῶ, μὴ καθέλοι νιν αἰὼν
πότμον ἐφάψαις et vv. 61. 88.
97. 99.

~ v. 5: ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων | Μοισᾶν
ἀπὸ τόξων et vv. 6. 13. 15. 16.
31. 32. 34. 44. 59. 62. 69. 70. 71.
72. 90. 98. 100.

et v. 3: ἄρκεσε Κρόνιον παρ' ὄχθον || ἀγε-
μονεῦσαι et v. 41.

Py. II str. 2, v. 2: ἀνδρῶν ἵππων τε σιδαροχαρμῶν ||
δαιμόνιαι τροφοί et vv. 10. 26.
34. 58. 74. 82 per omnes stro-
phas; semel longa medio in ver-
bo v. 50.

Nem. II str. 3, v. 13: καὶ μὰν ἅ Σαλαμῖς γε θρέψαι ||
φῶτα μαχατάν et v. 23.

~ v. 8: αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκε || κόσ-
μον Ἀθάναις; caesura ante lon-
gam non invenitur.

str. 5, v. 10: Τιμονόου παῖδ'. || ἔστι δ' εἰκός

~ v. 15: παγκρατίου | τλάθυμος ἀέξει et
v. 25; brevis medio in verbo:
v. 20.

Ist. VI str. 5, v. 10: ἦ Σπαρτῶν ἀκαμαντολογχᾶν; || η
στε καρτερᾶς et v. 44.

~ v. 22: νίκαν παγκρατίου· σθένει τ' | ἔκ-
παγλος ἰδεῖν τε μορφάεις.

In eorundem autem quattuor carminum quibusdam extant loci supra memorati, qui faciunt contra legem Porsonianam: Nem. II 19. et Ol. IX 108.

Porro in ceteris carminibus pseudologaoedicis basis glyconeï, a quo incipit periodus, ita tantum utitur spondeo, si spondei altera syllaba cum sequente coniungitur et metrum incipit vel a verbo trisyllabo vel maiore vel monosyllabo cum sequente plurium syllabarum verbo arte coniuncto: Py. V 93: σκυρωτᾶν ὄδον, ἐνθα πρυμνοῖς, Py. X 25: καὶ ζῶων ἔτι νεσ-
ρόν, Py. XI 20. 36, Nem. IV 21. 22. 29. 46. 53. 69. 78, Ist. VII 16, Py. VIII 57, frg. 35 Bgk. (Sed Py. VIII 97: λαμπρὸν || φέγγος ἔπεστιν ἀνδρῶν et Nem. VI 49: νικῶντ' || ἤρφεε δασ-
κίους; at ea sunt editorum, non codicum; in hoc scilicet loco ne de metro quidem satis constare mihi videtur.) Sin vero altera glyconeï primi syllaba disiungitur a sequente, basin esse trochaicam necesse est: Py. V 62, VIII 17. 37. 77. Nem. IV 5.

13. 37. 85. 93., Ist. VII 26. 36. 56. 66. In eorundem vero quattuor illorum carminum tribus glyconeum in periodi principio positum incipit a verbo spondaico: Ol. IX 14: κλεινᾶς || ἐξ Ὀπόμεντος. αἰνήσαις et vv. 42. 43. 59. 60. 69. 73. 88. 89., Nem. II 8. 13., Ist. VI 22. Adde huc membrum pseudologaoedicum in strophae dactyloepitritae initio positum Nem. VIII str. 1, et frg. 72 Bgk.

Cur autem legis Porsonianae varie violatae exempla in quattuor illis epiniciis pseudologaoedico metro compositis inveniantur, a ceteris vero absint, de eo liceat coniecturam facere. Scilicet carminum, in quibus lex Porsoniana semper servatur, pleraque pueris sunt dedicata (Ol. XIV, Py. X, Nem. IV) atque cantata saltataque a pueris aequalibus (excepto, ut videtur, carm. Py. X, ubi v. 6: ἀνδρῶν κλυτὰν ὄπα), unum (Nem. III) quamvis homini seniori transmissum, tamen a pueris cantatum (cf. vv. 5 et 66). Viris autem sunt dedicata quattuor illa carmina Ol. IX, Py. II, Nem. II, Ist. VI et a viris victori aequalibus cantata et saltata esse putanda sunt. Fortasse autem carmina a pueris decantari solebant ductu alacriore (cf. Ol. XIV 17: τόνδε κῶμον κοῦφα βιβῶντα), quo factum est, ut singula tempora essent minoribus spatiis, ἀριθμὸς autem trisemus non excipere posset longas binas, si huc accederet temporis spatium, quo longae dirimuntur. Si vero a viris carmina cantabantur moderata plerumque agoge, ἀριθμὸς τρισημιος minus aegre excipiebat longas duas quamvis seiunctas tempore inter duo verba intercedente. Quod quidem in carminibus dactyloepitritis etiam magis saepiusque usu venisse videtur. Ea enim, qua erant gravitate, usa sunt agoge admodum tarda, minus autem habilia pueris visa sunt poetae; pueris enim tria tantum eorum, quae extant, dedicata sunt, aliis autem metris composita novem, cum viris metrum dactyloepitritum multo aptius esse videretur quam alia (20:12).

Probabilem igitur statuimus causam, cur in metris dactyloepitritis caesuram modo ante arsin longam irrationalem modo post eam liceat ponere locis inter se respondentibus.¹⁾

¹⁾ Quamquam in duobus carminibus dactyloepitritis ad pueros missis — tertium enim Ol. XI cantui non destinatum esse videtur, quo lex Porso-

Quemadmodum autem in carminibus dactyloepitritis arsis irrationalis raro exprimitur brevi, quoniam agoges tarditate cum omnia tempora producuntur tum irrationalia adeo, ut breves eis explendis vix aut omnino non sufficiant, eodem modo in metris illis pseudologaoedicis, in quibus caesura et ante longam arsin irrationalem et post eam ponitur, arsis irrationalis raro utitur syllaba brevi; in carmine enim Ol. IX str. 3—6 brevis semel (v. 3), anceps semel (v. 41), longa tricies; Py. II str. 2 anceps semel (v. 50), septies longa; Nem. II str. 5 semel brevis (v. 20), longa quater, Ist. VI str. 5 b semper longa; item in versibus Ol. IX 108 et Ist. II 19 longae praeter legem ad verbi finem positae nusquam respondet brevis; in carm. vero Ist. VI str. 3 quater brevis, anceps semel, ergo contra omnem opinionem accideret, si, ut est in Pauwii v. 8. emendatione (cf. p. 291), longa irrationalis poneretur ante caesuram.

niana non violatur, si scribis v. 2: ἔστι δ' — eadem caesurae varietas invenitur, quae in carminibus ad viros missis, velut Nem. V v. 1: ἐπ' ἀντῆς | βαθυμῖδος ~ v. 7: χρυσαῖν | Νηρηίδων; Ol. VIII 49: ἐπ' Ἴσθμῶ || ποντίᾳ ~ 56: με λῖθῳ | τραχεῖ φθόνοσ et in metro, quod simile est ionico anaclomeno catalectico: Ol. VIII v. 6: ἀρετᾶν | θυμῶ λαβεῖν ~ v. 51: ἀποπέμπων || Αἰακόν. Eis autem metrorum dactyloepitritorum locis, ubi arsis irrationalis frequentiore utitur brevi, ibi longa et brevis interdum inter se respondent ex lege Porsoniana (Py. IX str. 1, ubi longa sexies, brevis quater, v. 1: ἐθέλω | χαλκασπίδα et vv. 34. 51. 76. 84. 109 ~ v. 9: ὑπέδεκτο || δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτα et v. 59; Ist. IV str. 2, v. 2: σέο γ' ἕκατι || καλ et vv. 8. 29 ~ v. 23: θεοδότων | ἔργων et vv. 44. 50. In ep. 7 semper brevis ante caesuram) aut saltem non inciditur post longam (Nem. VIII str. 5, vv. 5. 10. 22. 27 ~ 39. 44; Ist. I str. 2, vv. 2. 42 ~ 8. 19. 25. 36. 53. 59, alias). Aliis vero locis, ubi brevis invenitur frequentior, non curatur lex Porsoniana (Ist. III str. 2, ubi quater brevis, sexies longa, v. 20: ἔφανασ || Ἴσθμιοις et vv. 44. 56 et fortasse v. 8: χαρτεσσα[ν] βαστάσαι, sed v. 26: κελαιδενᾶς || τ' ὄρφανολ et vv. 38. 60). Itaque quod Christianus (Metr.² p. 581) duas compositionis dactyloepitritae species dignoscit argumento maxime ex brevis arsis crebritate sumpto, sequi non possum. Neque enim carmina tota inter se differunt, verum metra singula, non compositio, verum agoge. Ceterum carmen, quod deteriori compositionis speciei adscribit (Ist. IV), non pusillis, ut illi videtur, utitur versibus, siquidem strophae versus tertius cum quarto, quintus cum sexto, epodi sextus cum septimo atque fortasse cum quinto, quem acatalectum esse iudico, coniungendi erunt.

Cum autem in eisdem non modo carminibus, sed etiam periodis (Py. II str. 2. Ist. VI str. 5) inveniantur metra illis paria, quae brevibus irrationalibus utentia frequentioribus servant legem Porsonianam, statuendum erit agogen mutari posse in eiusdem periodi membris, laesae autem legis Porsonianae exempla posita esse non in totius carminis indole, sed in locorum ipsorum, in quibus insunt agoge, nec carminum, quae viris dedicata sunt, naturam per se differre ab eorum, quae pueris, sed in illis gravitatem ac rhythmī tarditatem magis adamari quam in his.

Sunt autem in epiniciis Pindaricis pseudologaoedicis eis, quae maxime utuntur metris alloeometris, metra quaedam in periodo sua prima, quae incipiant ab iambo aut ita, ut iambum statim sequatur dactylus, quem inesse dicunt (Ol. I str. 1, ep. 2, X str. 6, Py. II ep. 2. 3. 6, V ep. 2. 5, X str. 4, Nem. II 1, VII str. 1) aut ut intercedat trochaeus (Ol. X ep. 1. Ist. VII 1. 5). Supersedeo inquirere, quem ad modum is pes iambicus sit percutiendus. Nostra hic id solum interest, quod iambus ille excipitur spondeo duobus locis Pindaricis:

Ol. X 48: *τιμάσαις πόρον Ἀλφειῶ*

90: *Θνάσκοντι συγχερώτατος*

~ v. 6: *ἐνικὰν ἀλιτοξένων.*

Anacreonti autem nulla alia responsionis in glyconeorum basibus forma usui est quam iambi et spondei¹⁾; in periodorum exordiis illum admisit, hoc semper usus est in ceteris periodi membris. Atque quamquam semper caesuram ponit post thesin glyconei extremam, tamen metra non tempore inani diremta sed synaphia quadam inter se conexas esse docet productio brevis finalis per duplices consonantes, a quibus incipit glyconeum sequens, ut iam in praefatione (p. 178 adn.) docuimus. Quae cum ita sint, primae in glyconeis mediis syllabae longitudo non fluxit ex ea temporis rhythmicī licentia, quae in periodorum vel versuum initiis admittitur, verum posita est in propria irrationalitatis duplicis forma. Quoniam

1) Nam frg. 5, 2: *Σμερόδιη*; 14, 3: *νηνί (νηνί)*; frg. 12: *οὔτ' ἐμὴν ἀπαλήν κάσιν* dubium an recte sit restitutum, fort. *ἀμήν*.

autem a basi trochaicum exclusit Anacreo, sequitur irrationalem spondeum ita ortum esse, ut posteriori iambicae basis temporali aliquid detraheretur, adderetur priori. Itaque eiusmodi metra, quae non admittunt basin trochaicam, sed iambicam, basi ipsa continere censeo sedes irrationales, quae faciunt ἀριθμὸν τρῖσημον. Apertum est igitur, cur Anacreo glyconeae semper incidat post thesin finalem neque metrum incipiat a vocabulo monosyllabo, nisi forte id cum sequente vocabulo arte coniunctum est: scilicet ne caesura post primam glyconei syllabam intercedente divellantur tempora irrationalia.

CAPUT XVIII.

De tragicorum metris pseudologaeoedicis.

Iam transeamus ad tragicorum in metris pseudologaeoedicis usum. Qui in metris inter se respondentibus rarissime utuntur caesurae varietate, sed plerumque caesuram, qua in stropha usi sunt, eandem in antistropha adhibuerunt, quo factum est, ut periodos in metra dissoluisse dicerentur. Maiore etiam caesurae libertate usus est Euripides. Apud quem pauca eius responsionis exempla invenio, in quibus legem Porsonianam servatam esse eluceat: Med. 650 sq.: τάνδ' ἔξανύσσα μόχθων | δ' οὐκ ἄλλος ὑπερθεῖν ἤ ~ 660 sq.: τιμᾶν καθαρὰν ἀνοίξαντα || κλῆδα φρενῶν ἔμοι, et Hipp. 765 ~ 753. Troad. 1062 ~ 1073. El. 199 ~ 176. Hel. 1482 ~ 1499.

Constat autem iam ab Aeschylo in basi glyconei non incipientis periodum positum esse spondeum ita, ut in eum desineret verbum, velut Pers. 635: αἰ-ανῆ || δύσθροα βάρματα; ~ 644: Περσᾶν || Σουσιγενῆ θεόν; Soph. El. 123 ~ 139, O. R. 1203 (~ 1194) Ant. 333 ~ 344. 832 (~ 815). Tamen in stropharum inter se respondentium altera caesuram ante arsin illam irrationalem longam collocatam esse, in altera post eam non invenio nisi in Euripidis fabulis posterioribus aetate:

Ion. 189: τῷ Λατοῦς διδύμων προσώπων | καλλι-
βλέφαρον φῶς.

- ~ 200: κοινὸς αἰρόμενος πόνους Δίῳ || παιδὶ
συναγλῆϊ;
- Iph. Taur. 406: βωμοὺς καὶ περικλονας ναοὺς || αἶμα βρό-
τειον;
- ~ 420: γνώμα δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβον, | τοῖς
δ' ἔς μέσον ἤκει.
- Iph. Taur. 1101: δάφναν τ' εὐεργέα καὶ γλαυκᾶς || θαλλὸν
ἶρόν ἐλάας
- ~ 1118: ζῆλοῦσ' ἄταν διὰ παντὸς | δυσδαίμον'·
ἐν γὰρ ἀνάγκαις.

Aliquot autem locis invenitur ea metrorum responsio, ut in altera stropha incidatur post spondeum, a quo metrum incipit, in altera caesura sit post basis priorem syllabam longamque, insequatur brevis: Aesch. Suppl. 578 sq.: *παύεται, δακρύων δ' ἀπο-στάζει || πένθιμον αἰδῶ* ~ 586 sq.: *τίς γὰρ ἂν κατέπαυσεν Ἥρας | νόσους ἐπιβούλους*; Adde Suppl. 642 ~ 655. Ag. 419 ~ 436. O. C. 127 ~ 159. 1212 ~ 1226. Herc. fur. 424 ~ 441; et glyconeae per synaphiam cum antecedentibus non coniuncta: Ant. 100 ~ 117. Alc. 974 ~ 963. Hec. 468 ~ 477. Sed exempla sunt rariora, quam ut inde aliam irrationalitatis formam liceat efficere, praesertim cum Aeschylus in metris phalaeceis, quibus strophas claudere solet, ne alteram quidem caesuram, quae est ante secundam pherecratei syllabam longam, non adhibeat (Suppl. 664 sq. ~ 676 sq. 686 sq. ~ 696 sq.).

Luculentius autem res perspicitur in eis tragicorum glyconeis, quae dactylum cyclium tertio loco habere rati glyconeae (glyconeos!) tertia appellare consueverunt viri docti. Quorum primas syllabas binas una cum ceterorum glyconeorum basibus absolvi. Atque a Pindaro quidem abest in eis binorum pedum ante dactylum cyclium irrationalitas, sed irrationales sunt, ut supra docuimus, aut altera eius glyconei syllaba cum tertia (Py. VIII str. 5, Nem. VI str. 3) aut quarta cum quinta (Ol. IX str. 6), non utraeque, nisi in telesilleo tertio incipiente (Nem. IV str. 2, Ol. IX ep. 4). Tragicis vero quattuor omnibus deinceps syllabis irrationalibus usi sunt. Ac in quarta quidem sede longa et brevis inter se saepe respondent ex lege Porsoniana:

Soph. Ai. 1188: *δορυσσοή-των μόχθων | ἄταν ἐπάγων*

~ 1194: *ἔδειξεν ὄ-πλων Ἑλλάσι || κοινὸν Ἄρη*

Ant. 123: *πενκάενθ' | Ἥφαιστον ἔλειν*

~ 106: *τὸν λεύκασπιν || Ἀργόθεν ἐκ*

Adde huc Ant. 137 ~ 151. 810 ~ 827. Phil. 207 ~ 216. 1141 ~ 1164. Hipp. 146 ~ 156. Eur. Suppl. 961 ~ 969 (scribe ζῶσι, libri ζῶσιν). Herc. fur. 683 ~ 697. 796 ~ 813. Ion. 459 ~ 479. Hel. 1345 ~ 1361. El. 174 ~ 197. 178 ~ 201. Bacch. 867 ~ 887. Iph. Aul. 547 ~ 562. 552 ~ 567. Iph. Taur. 427 ~ 444.

Porro utriusque strophae versus habet quartam longam in verbi e pluribus syllabis constantis principio:

Soph. El. 121 ~ 137. 122 ~ 138. Ant. 1138 ~ 1147. Trach. 841 ~ 852. Phil. 204 ~ 213. 1081 ~ 1102. 1103 (~ 1082 glyc. II). 1123 ~ 1146. 1142 ~ 1165. Hipp. 144 ~ 154. 148 ~ 158. Hec. 474 ~ 483. Phoen. 205 ~ 217. Suppl. 959 ~ 967. 997 ~ 1020. 1007 sq. ~ 1029 sq. Herc. fur. 351 ~ 367. Ion. 116 sq. ~ 132 sq. 455 ~ 475. 465 ~ 485. Hel. 1346 ~ 1362. 1464 ~ 1477. El. 180 ~ 203. 734 ~ 744. Bacch. 409 ~ 425. Iph. Taur. 437 ~ 454. 1026 ~ 1040.

Haud raro in utraque stropha verbum desinit in quartam brevem: Ai. 1185 ~ 1192. Ant. 107 ~ 124. 809 ~ 826. 1145 ~ 1154. Phil. 208 ~ 217. Alc. 573 ~ 583. Eur. Suppl. 998 ~ 1021. Hel. 1347 ~ 1363. Eur. El. 170 ~ 193. Iph. Taur. 1101 ~ 1118.

Adde metra acephala sive telesillea tertia: Trach. 638 ~ 645. Phoen. 205 ~ 217, glyconeae cum anacrusi: O. Col. 513 ~ 525. 520 ~ 533. Soph. El. 473 ~ 489. Phil. 831 ~ 847. Hipp. 535 (~ 525). Or. 828, alia. In aliis metris post caesuram longa in stropha, brevis in antistropha (Phil. 1167 ~ 1144. Hec. 460 ~ 449. 645 ~ 636), in aliis glyconeis tertio ante quartam longam inciso respondet glyconeum alterum (Phil. 1082 ~ 1103. O. C. 512 ~ 524. Ion. 466 ~ 486. Hel. 1481 ~ 1498. El. 148 ~ 165. 173 ~ 196), in aliis longa utrimque inest medio in verbo (O. R. 465 ~ 475. Herc. fur. 784 ~ 801. Hel. 1312 ~ 1331. 1316 ~ 1335. Bacch. 864 ~ 884, alias). Omnino autem in Corinnae et tragicorum glyconeis tertiis, quotquot

extant, inuenio sedem quartam longam post caesuram centies sexagies septies, breuem ante caesuram undenonagies.

Multo rarior is usus est, quo post glyconei III quartam vel telesillei tertiam longam desinit verbum; si enim exempla dubia vel e coniectura profecta numero comprehendimus, vix quadraginta extant. Inuenitur iam apud Corinnam frg. 13: *καὶ πεντήκοντ' οὐψιβίας*. Huc autem non cadunt primum loci, in quibus eam sedem tenet monosyllabum aut ad antecedens verbum trahendum (Eur. Suppl. 961: *πλαγκτὰ δ' ὡσεὶ τις νεφέλα*) aut ad insequens (Hipp. 148. Eur. Suppl. 959. 1006. Ion. 475. Iph. Taur. 447, cf. p. 274); deinde nonnullis locis longa in quarta sede posita est per falsam lectionem ab editoribus sive inlatam sive retentam (Iph. Taur. 448: *δεξαίμεσθ' Ἑλλάδος ἐκ γᾶς* Aldina, *δεξαίμεθ'* PC recte; delete *ν ἐφελκυστικῶ* tollitur longa: Eur. Suppl. 969. Iph. Taur. 439. Iph. Aul. 570. frg. 775, 30). Restant autem primum loci pauci, in quibus utriusque strophæ metrum inciditur post quartam longam:

Ant. 811: *ὁ πάγ-κοινος Αἶδας* || *ζῶσαν ἄγει*

~ 828: *καὶ νιν ὄμβροι* || *τακομένην*

Iph. Taur. 432: *πρῦ-μναν εὐνάων* || *πηθαλλῶν*

~ 449: *γᾶς πλωτήρων* || *εἴ τις ἔβα*.

item in glyconeis anacrusi praeditis: Soph. El. 473: *καὶ γνώμας* || *λειπομένα σοφᾶς* ~ 489: *ἄ δεινοῖς* || *κρυπτομένα λόγοις*, Phil. 831: *τάνδ' αἴγλαν*, || *ἃ τέταται τανῦν* ~ 847: *ὡς πάντων* || *ἐν νόσφ' εὐδρακῆς*. Porro longa desinens respondet breui desinenti: Ai. 1194: *κείνος ἀνήρ*, || *ὃς συγγεῶν* ~ 1187: *τὰν ἄπανστον* (*ἀπαύστην* Nauck) *αἰὲν ἐμοί*, Eur. El. 729 ~ 739. Hel. 1482 ~ 1499, frg. 775, 22 ~ 30. Quin loci, in quibus post longam illam inciditur, respondent eis, qui caesuram habent ante quartam longam: Ant. 1124: *Ἰσμηνοῦ* | *ῥείθρων ἀγροῖο* ~ 1135: *εὐάζοντιων* || *Θηβαίας*; Phil. 205: *βάλλει* | *βάλλει μ' ἐτύμα* ~ 214: *ὡς ποιμῆν* || *ἀγροβότας*, fort. *ποιμῆν* | *ὡς ἀγο.*; Or. 810: *πάλιν ἀνήλθ'* | *ἐξ εὐτυχίας Ἀτρεΐδαις* ~ 822: *Ξίφος ἐς αὐγὰς* || *ἄελλοιο δεῖξαι*; 812: *ὅποτε χρυσέας* || *ἦλθ'* *ἔρις ἀργός* (Ddf.) ~ 824: *κακοφρόνων* | *τ' ἀνδρῶν παράνοια*; Suppl. 999: *χαλκεοτευχῶς* || *τὰς Καπανέως* ~ 1021: *Φερσεφόνας* | *ἦξω θά-*

λάμους; Herc. fur. 646: πλή-ρη τᾶς ἦβας || ἀντιλαβεῖν ~ 664: ἄν εἶχε | ζωᾶς βιοτάν; 648: ὄλ-βω καλλίστα || δ' ἐν πενίᾳ ~ 666: ἄν γνῶναι | καὶ τοὺς ἀγαθοὺς; 675: συγκαταμι-γνῶς, ἀδίσταν || συζυγίαν ~ 689: τὸν Λατοῦς | εὐπαιδα γόνον; Hel. 1315: ἄ μὲν τόξοις || Ἄρτεμις, ἃ δ' ~ 1333: οὐδ' ἦσαν | θεῶν θυσίαι; El. 702: εὐαρμόστοις || ἐν καλάμοις ~ 716: λῶτος δὲ | φθόγγον κελάδει; 736: καλλίστων | ὄμβρων Λιόθεν στερεῖσαι ~ 746: κτείνεις, κλεινῶν || ξυγγενέτειρ' ἀδελφῶν; Iph. Taur. 1102: ἐλά-ας, Λατοῦς | ἀδῖνα φίλαν ~ 1119: ἀνάγ-καις οὐ κάμνει || ξύντροφος ὦν; Cycl. 42: γενναίων || δ' ἐκ τοκάδων ~ 56: δέξαι | θηλαῖσι γονάς.

Adde locos, in quibus altera stropha caesuram habet post quartam longam, altera nullam: Herc. fur. 645: μὴ χρυσοῦ || δῶματα πλήρη ~ 663: ἄ δυνέγεια δ' ἀπλᾶν ἄν; Ion. 1087 ~ 1103; Hel. 1313 ~ 1331; Iph. Taur. 434 ~ 451; Iph. Aul. 546 ~ 561; in locis monostrophicis: Or. 834 (ex Hartungii coniectura); Iph. Aul. 220. 222 sq. 1086 (?); Cycl. 660; antistropha perdita: Eur. frg. 775, 25. 28. Denique invenitur aliquoties glyconeum III caesura post quartam longam utens respondere glyconeo II: Phil. 1124: πόντου θινὸς ἐφήμενος ~ 1147: ἔθνη θηρῶν, || οὓς ὄδ' ἔχει. Herc. fur. 690: εἰλίσσουσαι || καλλίχοροι ~ 676: μὴ ζῶην μετ' ἄμουσας; ibid. 791: Μουσῶν θ' Ἐλικωνίδων ~ 808: Πλούτωνος || δῶμα λιπῶν; Eur. El. 184: καὶ τρέχη τάδ' ἐμῶν πέπλων (sic C) ~ 207: ναίω ψυχὰν || ταχομένα.

Quae cum ita se habeant, in tragicorum glyconeis syllabarum conexu sedes irrationalitatis non semper indicari liquet; verum tamen, quoniam in stropharum inter se respondentium metro altero alias irrationalitatis sedes inesse non sit veri simile, ea irrationalis, quae brevis et longae syllabae vicissitudine cognoscitur, ad sequentem syllabam conferenda erit, etiamsi ab ea disiungitur caesura. Itaque in glyconeo quidem tertio, quod dicitur, quamvis choriambo praecedant spondei duo, tamen spatium pedis compositi universum dodecasemum non excedi mihi persuasum est.

CAPUT XIX.

De metrorum pseudologaoedicatorum solutionibus.

Quas autem sedes irrationales e caesuris verborumque conexu effecimus, eadem probantur solutionibus, quae in metris illis inveniuntur.

Quoties enim dactyli istius, quem inesse dicunt, thesis solvitur, tum tempus, quod antecedit, simodo longam et brevem mutare potest, brevi expressum esse necesse est. Quod profecto accidit in Pindari loco Py. XI str. 4, v. 4: *ματρὶ παρὰ (παρὰ libri) Μελίαν*; v. 9: *ῥορρα Θέμιν ἱερὰν*; v. 41: *Μοῖσα, τὸ δὲ τεόν, εἰ*; v. 52: *τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὐ-ρίσκων*; v. 55: corruptus, sed v. 20: *Κασσάνδραν πολυῖ*; v. 36: *Παραρσοῦ πόδα ναί-οντ'*.

Obesse legi videntur telesillea quaedam, primum

Nem. VII 70: *Εὐξενίδα πάτραθε Σώ-γενες, ἀπομύνω* in quo solutionem aut nominis proprii necessitate aut anacrusis in periodi exordio libertate excuses. Verum — etsi formam *Εὐξενίδα* habere posse a breve concedas — difficultatem praebet interpretationi; nam *πάτρα* non est, ut volunt, gens (*Φοῖκος* cf. Py. VII 5); itaque non tam cum Hartungio scribam *Εὐξενίδι Σωγένους πάτρα*, quam faciliore emendatione: *εὐξενε πάτραθε Σώγενες*, = o Sogenes, iuvenis hospitalis, ut patrius Aeginetis mos est. Tum

O. R. 883: *εἰ δὲ τις ἐπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται,*

~ 897: *οὐκέτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἔπ' ὀμφαλὸν σέβων.*

Qui versus ex sequentium similitudine constare videntur e telesilleo et dimetro iambico. Nam quamvis ionici a maiore et dipodiae trochaicae coniunctio talis inveniatur in eadem fabula v. 471 sq.: *δεινὰ δ' ἄμ' ἔπονται | κῆρες ἀναπλάκῃτοι* ~ 481 sq., tamen illa a ditrochaeo incipere, ut vult Christius (*Metr.*² p. 493), nolim, quoniam syllabae solutae vocabulis inter se non disiunctis attribuendae erunt. Usu igitur venire mihi videtur potius anacrusis libertas, qua arsis in periodo primae ratio non habetur in spatio rhythmico computando.

Quod non cadit in eiusdem fabulae versum 1195: οὐδένα μακαρίζω; nam eum a glyconeo antecedente ne minimo quidem tempore inani diremtum esse docet versus antistrophae (1202 sq.): ἐτι-μάθης, ταῖς μεγάλαισιν ἐν Θήβαισιν ἀνάσσων. Itaque quod Hermannus scripsit οὐδέν, accipiendum, quod probatur magis Cyri apud Herodotum I 86 dicto: ὡς οὐδέν εἶη τῶν ἐν ἀνθρώποισιν ἀσφαλέως ἔχον, quam improbatur Soloneo illo ibidem: μηδένα εἶναι τῶν ζώντων ὄλβιον. Οὐδέν nimirum respicit illud, quod est in v. 1192: τὸ σόν τοι παράδειγμ' ἔχων (sic cod. Laur., τὸν σόν Camerario praeunte plerique); βροτῶν autem non est genitivus neutrius generis partitivus, sed masculini possessivus.

Unum solutae post longam thesis exemplum certum invenitur in carminis Iph. Aul. ab Euripide non compositi v. 222: λευκοστίκτω τριχὶ βαλιούς, cui nihil tribuendum.

Extant autem apud tragicos loci nonnulli, in quibus tertia glyconeae II vel quinta glyconeae III syllaba soluta esse mihi videtur, cum antecedit aut trochaeus aut, ut plerumque fit, tribrachys. Sunt quidem, qui ea metra iambice percuti iubent (Christ. p. 145); at si eam legem in eis valere statuimus, ut syllabae solutae inter duo verba non uno spiritu pronuntiatas non distribuuntur, mensura iambica abhorrebit a quibusdam (Trach. 1008 ~ 1030. Alc. 907 ~ 930. Iph. Taur. 1250 ~ 1274). Libenter equidem concedo legem, quam in trimetris iambicis accurate observatum esse a poetis scimus (cf. Christ. p. 323), eandem in aliis metris valere a nemine iam probatum esse.) At certe non forte fortuna factum esse videtur, ut in

1) Sane Pindarus quidem summa solutionis libertate usus est. Solvit enim ex. gr. glyconeae thesin finalem ita, ut breves inter duo verba ex compluribus syllabis composita distribuatur (Py. VI 3: ἀναπολλζομεν, ὀμφαλὸν ἐριβρόμον ~ v. 48: ἀδικον οὐθ' ἐπέροπλον ἦβαν δρέπων), thesin paenultimam glyconeae solutam varie distribuit: Py. VIII str. 2:

v. 2: ὦ μεγαστόπολι θύγατερ et v. 22.

v. 69: ἀμφ' ἕκαστον ὄσα νέομαι et vv. 82. 89.

v. 9: καρδίᾳ κότον ἐνελάσῃ et vv. 29. 42. 49. 62.

Quo cum cohaeret, ut in eiusmodi solutionibus vocalis ante vocalem

omnibus eiusmodi metris eae sedes, quae in glyconeis longa exprimi solent, cadant in singula verba. Inveniuntur autem interdum metra illa inter glyconea (Eur. Suppl. 979) aut a glyconeis ad alia metra traducunt (O. C. 186 ~ 205. Ion. 497. Bacch. 106 ~ 122) vel ab aliis metris ad pherecratea (Med. 211. Hel. 1486 ~ 1503). Videntur autem consulto ita comparata esse a poetis, ut alium quoque numerum admittant (*κοινή λύσις* Heph. p. 34 W.); numerus enim quodammodo suspensus esse videtur, sive ut trepidationem quandam significet sive ut numeri variationem (*μεταβολήν*) obscurat. Sunt autem metra, quae ad glyconeum alterum revocanda sunt, haec:

Choëph. 28: *λακίδες ἔφραδον ὑπ' ἄλγεσιν*

~ 38: *θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι.*

Ai. 608: *τὸν ἀπότροπον ἀίδηλον Ἴαδαν*

~ 621: *ἔπεσ' ἔπεσε μελέοις Ἀτρείδαις.*

El. 209 sq.: *οἷς θεὸς ὁ μέγας Ὀλύμπιος*

ποινίμα πάθεα παθεῖν πόροι.

~ 229 sq.: *ἄνετε μ' ἄνετε, παράγοροι·*

τάδε γὰρ ἅλντα κεκλήσεται.

O. Col. 186: *τέτροφεν ἄριλον ἀποστρυγεῖν*

~ 205: *τίς ὁ πολύπονος ἄγει; τίς ἂν*

O. Col. 538: *ἔπαθες Οἰ. ἔπαθον ἄλαστ' ἔχειν*

~ 545: *ἔκανες Οἰ. ἔκανον. ἔχει δέ μοι.*

Trach. 947 sq.: *πότερα πρότερον ἐπιστένω,*

πότερα μέλεα περαιτέρω.

~ 950 sq.: *τάδε μὲν ἔχομεν ὄραν δόμοις,*

τάδε δὲ μένομεν ἐπ' ἐλπίσιν.

Trach. 1008: *ἀνατέτροφας ὅ τι καὶ μύση*

~ 1030: *ἀποτίβατος ἀγρία νόσος.*

Phil. 1210: *τί ποτε; ΦΙ. πατέρα ματεύων.*

Ale. 907: *ἔφερε κακὸν ἄλις, ἄτεκνος ὦν*

~ 930: *ἔθανε δάμαρ, ἔλιπε φιλίαν (glyc. III ?)*

Med. 211: *δί' ἄλα νύχιον ἐφ' ἄλμυράν*

Suppl. 979: *δάκρυσι νοτερόν ἀεὶ πέπλων*

corruptio admittatur (Py. VIII 29. XI 9. Nem. III 39). Sed ea omnia disquisitione maxime digna sunt.

- Herc. fur. 776: δύνασιν ἄδικον ἐφέλκων
 ~ 767: <ἔτεκον> ἔτεκον αἰοιδάς.
 Ion. 497: στάδια χλοερὰ πρὸ Παλλάδος.
 Hel. 1486: ἐπιπετόμενος λαχεῖ
 ~ 1503: ῥόθια πολιά θαλάσσας.
 El. 126: ἄναγε πολύδακρυν ἄδονάν
 Bacch. 106: βρύτετε βρύτετε χλοήρει
 ~ 122: Διογενέτορες ἔναυλοι.
 Iph. Taur. 1250: ἔτι νιν ἔτι βρέφος, ἔτι φιλᾶς
 ~ 1274: γέλασε δ', ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα.

Basis trochaica non invenitur nisi in versu spurio Iph. Aul. 781: ἃ δὲ Διὸς Ἑλένα κόρα; fortasse tamen Soph. El. 153sq.: οὔτοι σοὶ μούνα | τέκνον ἄχος ἐφάνη βροτῶν ~ 173sq.: θάρσει μοι, θάρσει | τέκνον, ἔτι μέγας οὐρανῶ, item apud Aristoph. Lys. 277: ὄχετ' ὄπλα παραδοῦς ἐμοί ~ 262.

Sunt autem glyconeae tertiae, sive a basi trochaica incipiunt: Phoen. 1513: τοιάδ' ἄχεια φανερά; τάλαιν', sive a basi tribrachica: Aesch. Suppl. 112: λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ ~ 124: ἐπίδρομ', ὀπόθι θάνατος ἐπῆ; Med. 205: λιγυρὰ δ' ἄχεια μογερὰ βοᾶ; Hec. 928: ἀνά δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν ~ 938: τὸν ἐμὸν ἄλιον ἐπὶ πέλαιος.

Sunt autem loci, in quibus basi iambica antecedente solvitur dactyli thesis:

- Choëph. 317: τύχοιμ' ἂν ἕκαθεν οὐρίσας
 ~ 334: δέπαις τοί σ' ἐπιτύμβιος.

Quod a viris doctis in suspicionem vocatum est (ἂν σέθεν Heimsoeth, ἂν καθ' ἔν Dindorf). At in solutione ipsa non offendimur, quoniam in glyconeis a basi iambica incipientibus dactyli thesis eximitur irrationalitate. Sed, ut recte se habeat, ne iambicum quidem numerum inde exclusum esse conicias. Talis autem dimetri iambici cum glyconeo a basi iambica incipiente responsio non inaudita; nam Herc. fur. 792: ἐμὰν πόλιν, ἐμὰ τείχη, quod nihil aliud quam phœrecreatus esse potest, respondet versui 810: ἦ δυσγένει' ἀνάκτιον; item fortasse Ion. 233: θεοῦ γάλα τάδ' εἰσιδεῖν ~ 215 Μίμναντα πυρὶ καταίθαλοι; Ag. 697: ἀκτὰς ἐπ' ἀξιφύλλους (ἐπ' ἄξιφ).

vel ἐπ' ἀεξιμ. codd., εἰνοσιφύλλους Weilius) ~ 715: αἰῶν' ἀμφὶ πολιτῶν; Choëph. 824: μεθίσσομεν πόλει· τὰ δ' εἶ ~ 535: λυγρᾶς Γόργονος ἔνδοθεν (?); glyc. III a basi iamb. ~ choriamb. anacl.: Eur. El. 438 ~ 448 (?).

Si autem glyconeum ab iambo incipiens primis duabus sedibus excipit irrationalitatem, sequitur ab eo exclusam esse basin dactylicam; item a glyconeo a trochaeo incipiente, quippe in quo altera sedes et tertia sunt irrationales; in hoc vero metro admitti posse basin anapaesticam, si modo prima eius sedes est disema. At anapaestum a mediis extremisque in periodo glyconeis exclusum esse certum est. Poetae enim, quoniam caesura vel vocabuli finis post primam alterius metri longam ponenda erat, reformidasse videntur a metrorum clausulis dactylicis, cum metrum soluta arsi finali trepidum et instabile fieret. In primo autem periodi metro basis anapaestica inveniri videtur loco singulari: Iph. Taur. 1120: μεταβάλλει θυσαυμονία; sed id ab editoribus vel alia de causa emendatum.

Praeterea anapaestum inesse conicias in Hel. v. 526: πόδα χριμπτόμενος εἰναλίω; antecedit penthemimeres dactylicum, quocum si sequens metrum conectimus, fit tetrapodia dactylica et membrum pseudologaeodicum enneasemum. — Bacch. 144: Συρίας ὡς λιβάνου καπνός; antecedit heptametrum dactylicum, cuius pes ultimus cum sequente metro coniungendus. — Iph. Taur. 1132: ἐμὲ δ' αὐτοῦ προλιπούσα βήσει θεοῖσις πλάταις ~ 1147 sq.: ἐς ἀμύλλας Χαρίτων, ἀβροῦπλοῦτου ἔριν χλιδᾶς; at de lectionibus cum in strophā tum in antistrophā parum constat. Metrorum igitur nullum tale est vel ita ponitur, ut numero glyconeo id adscribere cogamur.

Carpi autem talia videntur versu Aristophaneo Ran. 1322: περιβάλλ', ὧ τέκνον, ὠλένας. At ne comicum quidem id in glyconeorum numero habuisse veri simile est. Is enim nescio an in eo offenderit, quod eiusmodi metra, cum ei viderentur dimetra ionica a minore, non, ut par erat, desinerent in duas longas, sed haberent clausulam hypercatalectam. Nam metri istius absurditatem et inconcinnitatem non tam in lexi, i. e.

in eo, quod syllabarum spatia numeri tempus excedunt, positam esse quam in saltatione, qua cavillationes suas prosequentem Aristophanes facit Aeschylum, docent verba ὄρχις τὸν πόδα τοῦτον;

Si igitur constat anapaestum si non omnino, at certe bono poetarum usu exclusum esse a glyconei basi, contra tamen admittitur dactylus, quem utique propter syllabae glyconei secundae irrationalitatem inde abesse exegeramus. At non invenitur in metris per synaphiam adiunctis, sed ita tantum, ut non modo verbo, verum etiam metro ac periodo faciat initium. Nam aut in initio strophae invenitur (Or. 831) aut antecedit metrum catalecticum (Ai. 702 ~ 715; Iph. Taur. 1092 (~ 1109); Iph. Aul. 168 ~ 189; 764 (~ 753)) aut hiatu syllabave ancipiti dirimitur a metro antecedente (Phil. 1213; Eur. El. 151; 169 ~ 191). Atque quamvis indiciis extantibus nullis ab his quoque metris inchoandi esse videntur versus vel periodi: Eur. Suppl. 999 ~ 1022; El. 155; Iph. Aul. 547 (~ 563), 553 ~ 569. 556 ~ 572. Mitto versum Eur. Suppl. 993 in periodi exordio positum, in quo dactylus sublatus est Hermannii emendatione. Legitur autem dactylus etiam in metris, quae in versus vel periodi exordio non ponuntur. At Iph. Taur. 1144: ὄθι καὶ | παρθένος εὐδοκίμων γάμων, recte πάροχος scripsit Nauckius (~ 1129: κέλαδον ἑπτατόνου λύρας); alia autem exempla ita tolluntur, ut metrum ali rhythmico adscribamus. Nam

Phil. 1185: μείνατε πρὸς θεῶν. ΧΟ. τί θροεῖς, est dimetrum choriambicum, eodem enim numero paulo ante (vv. 1175--77, 1181 sqq.) supplicaverat Philoctetes, ita ut interiecto diiambico uno numerus sit continuus (ἰκετεύ-ω. ΧΟ. μετρία-ζε. ΦΙ. ὦ ξένοι, μείνατε, πρὸς θεῶν. ΧΟ. τί θροεῖς). Item

Or. 840 sq.: χρυσεοπηγήτων φαρῶν
μαστὸν ὑπερτέλλοντ' [εσ]ιδῶν

sunt choriambi anaclomeni post choriambos meros v. 839: ὦ μέλιος, ματρὸς ὅτε χρ. κτλ. et ante tetrametrum iambicum catalecticum altera syzygia in choriambum infracta v. 842 sq.: σφαγίον ἔθετο μάτερα πατέρων παθέων ἀμοιβάν. Alia adscribe numero dactylico: Heraclid. 751 ~ 762; Eur. El. 459 ~

-171 (ultima utrimque brevis, subiunguntur dactylis iambi, cf. Phoen. 1516. Ion. 213 sq. ~ 230 sq.).

Cum autem dactyli illius breves inter duo verba interdum dispertiantur, sequitur dactylum esse positum pro tribracho trochaeoidi; explicandus autem est eadem ratione, qua in nominibus propriis pro trimetri iambici tragici tribracho aliquo dactylum adhiberi cognovimus. Tamen glyconeae a dactylo incipientia non metris ἀπεμφαίνουσιν adscribenda, sed quoniam dactylus non invenitur nisi in periodi vel versus exordio, eadem licentia poetis a rhythmica concessa excusanda sunt, qua trimetra iambica ab anapaesto incipientia.

Item exclusa est in metrorum synaphia bono tragicorum usu basis tribrachica. Pindarus vero, qua utitur solutionis libertate, eam vel ita in media periodo adhibuit, ut post primam eius brevem incideret: Nem. VII 84: ὀπί· λέγοντι γὰρ Αἰακὸν νιν | ὑπὸ ματροδόκοις γοναῖς φντεῦσαι, et v. 105. Ol. IV 6. Py. II 67. 91. 90. V 59. 90. VI 1. 19. Idem fecisse videtur Euripides duobus Orestae locis v. 813: ὅποτε χρυσέας ἦλθ' ἔρις ἀρνὸς | ἐπάγουσα Τανταλίδαις ~ 825: κακοφρόνων τ' ἀνδρῶν παράνοια. | θανάτου γὰρ ἀμφὶ φόβῳ et v. 827: Τυνδαρίς λάκχησε τάλαινα, | τέκνον, οὐ τολμᾷς ὄσια (~ 815), nisi forte ea e pentapodia logaedica, quae dicitur, et tripodia vel e monometro iambico et binis tripodiis composita esse voluit poeta. Idem semel basin tribrachicam cum antecedente metro coniunxit per synaphiam caesura non intercedente: Iph. Aul. 185: πολύθυτον δὲ δι' ἄλλος Ἄρ-τέμιδος ἦλυθον ὀρομένα.

In glyconeae autem tertio, quod dicitur, sedem tertiam solvere non licebit, quoties antecedit basis spondaica, quae ex trochaica per irrationalitatem orta sit. Unicum autem in glyconeae tertio solutae post spondenem tertiae exemplum inest in Eur. Suppl. v. 975: λοιβαί τε νεκύων φθιμένων; in quo basin spondaicam esse formam irrationalem basis iambicae docent versus sequentes, in quibus ter repetitur metrum glyconeum tertium ab iambo incipiens. Sequi vero in glyconeae III tertiam solutam licebit longae, si illi antecedit brevis, velut in versibus Or. 814 ~ 826; sed in eis, ut supra dictum est, numerus est incertus;

glyconeis vero adscribere non dubito Or. 836: *Εὐμενίσσι* (*Εὐμενίσσιν* Seidlerus) | *Θήραμα φόνω* inter glyconeia tertia inventum; Hel. 521: *τρυχόμενος* | *οὐπω λιμένων*, post telesilleum et ante pherecrateum (cf. Ar. Ran. 1315 sq.); in versu Hel. 520: *ἀλλ' ἔτι κατ' οἴδμ' ἄλιον* unicum in telesilleo alterius sedis post primam longam solutae exemplum inest. Quod anacrusis extra rhythmum positae libertate excusandum est; metrum enim initium facit periodo. — Paulo crebriores in glyconeo tertio sunt tertiae solutiones, si utrimque sepitur brevi: Ai. 1185: *τίς ἄρα νέατος* || *ἐς πότε λή-ξει* ≈ 1192; Ant. 108 ~ 125, Herc. fur. 682 sq. (~ 696 sq.) Hel. 1347 ~ 1363. Bacch. 874 ~ 894. Iph. Aul. 168 ~ 189. 1037 ~ 1059.

Alia autem metri telesillei forma ab Euripide adhibita esse videtur in periodorum exordiis, quae pro iambo vel spondeo incipiente anapaestum habet. At in ea duplices breves non e longae irrationalis solutione ortas esse id documento est, quod pro eis nusquam invenitur longa, nedum brevis, sed breves duae, cum inveniuntur in strophā, eadem semper extant in antistrophā (Hippol. 755 ~ 767. 757 ~ 769. Hec. 905 ~ 914. 909 ~ 918. 910 ~ 919. 927 ~ 937. 634 ~ 643. Heraclid. 750 ~ 761. 373. Ion. 460 ~ 480. 468 sq. ~ 488 sq. 1078 ~ 1094. El. 167 ~ 190. 709 ~ 722. 733 ~ 743, nec non Ion. 458: *μόλε Πύθιον οἶκον Οὐ-λύμπου χρυσέων θαλάμων* ~ 478: *διαδέκτορα πλοῦτον ὡς ἔξοντες ἐκ πατέρων*; El. 699: *ἀταλᾶς ὑπὸ ματρὸς Ἀρ-γηίων κτλ.* ~ 713: *θυμέλαι δ' ἐπιτναντο χρυ-σήλατοι κτλ.* Iph. Taur. 396: *Ἀσιήτιδα γαίαν Εὐρώπας διαμείψας* ~ 411: *φιλόπλοτον ἀμιλλαν αὐ-ξοντες μελάθροισιν*). Quin invenitur in eis brevibus vocalis ante vocalem correptio: Heraclid. 768: *ἔχει οὐποτε θνατῶν* ~ 757: *ἰκέτας ὑποδεχθεῖς*. Breves igitur faciunt tempus non compositum κατὰ τὴν τῆς ἑνθμοποιίας χρῆσιν, sed ἀπλῶς σίνθετον. Unde elucet metra illa telesilleis, quae decasema esse putanda sunt, non esse adscribenda, sed vere logaoedicis.

Glyconeus spatium admittit unum tantum dactylum; unde exceptum esse primum periodi metrum propter anacrusis licentiam supra cognovimus. Sequitur autem ab eo glyconeus, unde

incipit periodus, abesse dactylos trinos, a ceteris binos. Quod si aliter se habere videtur, aut metrum mendosum est aut rhythmō glyconeō non adscribendum. Nam Heraclid. 777 ἐπεὶ σοὶ πολέθυστος αἰεὶ scripsit Dindorfius, ut versum antistrophae versui (770) exaequaret. At codices recte πολέθυστος. in antistropha potius alterum σὸν delendum: ἀλλ', ὦ πότνια. σὸν γὰρ οὐ-δας γὰς καὶ πόλις, ἄς σὺ μά-τηρ ~ ἐπεὶ σοὶ πολέθυστος αἰεὶ τιμὰ κραίνεται, οὐδὲ λά-θει. — Herc. fur. 791 scribendum μουσῶν Ἑλικωνίδων (sic C, Ἑλικωνιάδων Barnesius) vel quod in O. R. v. 1108 proposuit Wilamowitzius: Νυμφᾶν Ἑλικωπιδῶν (Ἑλικωνιάδων L). Referuntur autem vulgo inter glyconeā metra pauca quaedam in duos anapaestos desinentia. Quod aliquo iure factum esse videtur, quoniam eiusmodi metrum invenitur inter glyconeā unico loco Eur. El. 439: κοῦφον ἄλμα ποδῶν Ἀχιλῆ ~ 449: ἱππότας τρέφειν Ἑλλάδι γῶς. At quis huic soli loco tantum tribuat, ut eo lex tollatur, praesertim cum insit in carmine, in quo metra et verborum syllabas summa licentia tractasse Euripidem constat? Mihi quidem numerus iambo-anapaesticus vel trochaeo-dactylicus, i. e. vere logaedicus inesse videtur, qualis in Iph. Taur. v. 402: ἧ φεύματα σεμνὰ Δίω-κας ἔβασαν ἔβασαν ἄμι-κτον ἄϊαν, ἐνθα κούρα ~ 417: ὄλβου βάρους οἱ φέρον-ται πλάνητες ἐπ' οἶδμα πόλις τε || βαρβάρους περῶντες et El. 700: ἀταλᾶς ὑπὸ μητρὸς Ἀρ-γυρίων ὄρέων ποτὲ κληδῶν ~ 714: θυμέλαι δ' ἐπιτναντο χρυ-σήλατοι, σελαγείτο δ' ἄν' ἄστν. Similiter se habere videntur versus Bacch. 112 ~ 127. 115 ~ 130. Atque iam in priorum fabularum Euripidearum una duplex anapaestus in glyconeō inesse videtur: Hipp. 739 ~ 749. At metrum quemadmodum sit dirimendum, maxime incertum.

Mihi igitur persuasum est neque in glyconeō altero, quod dicitur, pro iambo ultimo poni potuisse anapaestum neque in glyconeō tertio pro trochaeo altero dactylum. Nam in eorum metrorum responsione ut trochaeo dactylus, dactylo trochaes respondere videtur, ita trochaeo et dactylo vel dactylo et trochaeo nusquam respondent dactyli bini. Nam Iph. Taur. versui 1109: ὀλομένων ἐν νασίην ἔβαν recte codices opponunt

v. 1092: εὐξύνετον ξύνετοις βῶαν, Aldina et Erfurdcius false ξύνετοισι.

Qui autem fiat, ut glyconeo eo, quod choriambum medium habere videtur, respondeat id, quod in choriambum desinit, haud facile est intellectu. Sed id mihi quidem constare videtur non respondere dactylo trochaeum et trochaeo dactylum, in-vitis rhythmicorum neotericorum fere omnibus, utpote qui dactylum illum, quem cyclium appellant, eodem fere iure uti opinentur, quo anapaestum trimetri comici iambis admixtum. Cui obstant cum aliae causae permultae tum ea potissimum, quod, si responderet trochaeo dactylus, non modo numerus valde mutaretur, sed etiam modulatio prorsus perturbaretur, nisi forte dactyli brevium utramque eodem sono cantatam esse putas, id quod parum credibile; quin breves interdum ponuntur ne in eodem quidem verbo (Phil. 1124 ~ 1147. Phoen. 209 ~ 221. El. 196 ~ 173. Herc. fur. 808 ~ 791), id quod comicos rarissime atque certis legibus admisisse constat. In eam potius sententiam adducor, ut quemadmodum in choriambi et diiambi responsione, ita in glyconeorum polyschematismo neglectis temporum spatiis syllabam syllabae respondere credam et choriambum glyconeus III ultimum eiusdem sonis decantatum esse, quibus quattuor glyconeus II syllabas ultimas. Verum eam diiambi et choriambi responsionem non prorsus eandem esse quam in choriambico anaclomeno apertum est. Ibi enim mutationem numeri adiuvari ac leniri formis irrationalibus cognovimus; inter glyconeum vero alterum et tertium forma irrationalis, quae sit inter utrumque media, non intercedit aut certe intercedere probari non potest. Immo glyconeum III sedes irrationalitatis alias habet, quam ut ex glyconeis II derivandum esse inde eluceat.

CAPUT XX.


De metrorum pseudologaoediorum origine ac natura.

Forma autem irrationalis, si qua glyconeorum amborum discrepantiam conciliari ac leniri statuimus, si tempora irrationalia

syllabis longis exprimuntur, speciem praebebit tripodiae trochaicae catalecticae cretico subdito (— ∪ — — — — — ∪ — — — — — ∪ — — — — — ∪ — — — — —), inter telesillea autem intercedet forma, quae ex dipodia iam-bica et cretico constare videatur (∪ — ∪ — — — — — = ∪ — ∪ — — — — —).

Quemadmodum autem in intervallorum harmonicorum irrationalitate variisque systematum divisionibus (διαίρεσει), ita in quavis irrationalitate rhythmica possunt constitui regiones (τόποι) quaedam variis temporum singulorum terminis (μεταβάσει Psell. § 6).

Itaque sic delineo glyconei diagramma universum, in quo numeris arabicis significo tempora eius prima duodecim, numeris autem latinis temporum μεταβάσεις octo, litteris denique, quas his adscripsi, varias glyconei formas (a = glyc. a basi iambica, b = gl. a b. trochaica, c = gl. a b. iamb. irrationali (spondeo expressa), d = gl. a b. troch. irrat. (χορειος ἄλογος ε: λ ∪ ∪ — — — — —), e = gl. II, f = glyc. III. rat., g = gl. III irrat.)



Μεταβάσεις tertia, sexta, septima, octava omnibus glyconei formis communes sunt neque omnino habent τόπον (Aristox. el. harm. p. 80, 2 Mqd.), quemadmodum in systematis harmonicis soni stabiles (hypate, mese, paramese, nete). Τόπους autem omnes unius morae esse statuimus; quod in prima re-

gione apertum est, nam basi iambicae respondet interdum trochaica et primum tempus modo monosemum modo disemum est. Item certum est in quintarum divisionum τόπω, quamvis in eo non extet irrationalis divisio, quae faciat metrum medium inter glyconeum II et III. In altera vero et quarta regionibus eae formae rationales, ad quas formae irrationales traducunt a formis rationalibus usu cognitis atque inclinant, non inveniuntur ita, ut aliis metrorum pseudologaoediorum formis respondeant.¹⁾ Statui vero possunt, ex glyconeo enim II irrat. efficitur metrum hoc: - - - - - - - - - - , e glyconeo autem III vel - - - - - - - - - - vel - - - - - - - - - - vel - - - - - - - - - - . Item telesilleorum formae se habebunt; e telesilleo II fit - - - - - - - - - - , e tertio autem vel - - - - - - - - - - vel - - - - - - - - - - vel - - - - - - - - - - .

Ex eis autem formis de glyconeis et telesilleis origine licebit conicere. Formam enim rationalem, ad quam telesillei II forma irrationalis inclinat, e paeone primo et cretico constare statuimus. Quae si esset dimetrum creticum, in quo soluta sit prioris pedis longa altera (*χρόνος κατὰ τὴν τῆς ἑυθμοποιίας χρῆσιν σύνθετος*), percutienda est trium brevium media. At e tali metro telesilleum fluere non poterat. Cogitandum vero est in metrorum continuatione rhythmum iambotrochaicum, in quem metrum prius desinere videtur, ita valuisse ad metrum insequens, ut ictus non alteram e brevibus tribus, sed primam occuparet, ictum autem secum duxisse brevis productionem, quae non fieri poterat, nisi longa antecedens cor-

1) Quanquam autem quaedam eiusmodi metra, quae e glyconeorum telesilleorumque irrationalitate efficienda sunt, inveniuntur interdum tragicorum comicorumque carminibus pseudologaoedicis admixta, tamen rariora vel magis dubia et incerta sunt, quam ut in eis niti possimus. Pindarus vero tota fere carmina ex eis composuisse videtur, quae vulgo paeonico-trochaica esse creduntur (Ol. II, X, Py. V), eisque admiscuit metra pseudologaoedica vel metris pseudologaoedicis addidit creticos (Ol. I str. 7, Nem. III str. 7, post glyconeas: Py II ep. 4, VI str. 3, X ep. 6, XI str. 2, Nem. III str. 4 VI str. 2, post telesilleas: Ol. IV str. 5; IX str. 9 Py. X ep. 4, Nem. III str. 1, alias aliis modis item interdum apud tragicos). Sed eis disputandis non iam par est rhythmicae ratio, quam instituimus, in primis enim rudimentis adhuc versatur.

repta erat; sive potius, prius longa correpta est, ut spatio numeri iambici, quo arsin brevem esse exigitur, quam maxime accederet, deinde secuta est brevis sequentis ictu percussae productio.

-○○○○○○" -○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"

Itaque numerus iambicus e priore metro in posterius irrepsit et temporibus duobus inversis vel paene inversis ex pedibus duobus spatio aequis fecit iniquos. Idem accidisse cogita in telesilleo tertio. In quod numerus iambicus influxisse diutius videtur, ita ut tertiae quoque quartaeque sedis tempora inverteret.

-○○○○○○" -○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"


In glyconeo vero altero creticus numerus, qui in prioris metri fine inesse videtur, irrepsit in posterius ita, ut alteram eius sedem e longa in brevem verteret, tertiam, ut quae in pede cretico percuitur, produceret.

--○○○○○○" --○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"

In glyconeo autem tertio numerus bacchius, qui metrum prius hypercatalectum claudere videtur, influxit in sedes metri posterioris insequentes. In quartam vero sedem et quintam rursus numerus iambicus valuisse videtur e telesillei III similitudine.

--○○○○○○" --○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"
○○" ..○○○○○○"

Ab hoc enim metro proficiscendum est, quippe quod, quamvis absolute a posterioribus demum poetis, ut videtur, usurpatum, tamen cum membris iambicis trochaicisve coniunctum a vetustissimis lyricis aeolicis, Alcaeo et Sappho, sit adhibitum.



In telesilleo autem tertio intellegitur, qui fieri potuerit, ut irrationalitas duos deinceps pedes afficeret. Telesillei enim III forma, ad quam forma irrationalis inclinatur, incipere videtur a duobus pedibus trochaicis, quorum breves ictu sunt percussae. Tum quemadmodum in ionici a minore et choriambi anaclasi pes trochaeoideus in iambum vertitur per ictum in brevi positum, ita in telesilleo III bis factum est.

Quae choriambici et iambici numeri mixtio est documento rem ita fere, ut exposuimus, se habere in metris illis pseudo-logaedicis. Nam ex pede hexasemo, qui tribus longis disemis exprimitur, dipodia iambica vel trochaica nullo modo oriri potuit, sed numerus molossicus omnis mutationis expertus esse putandus est. Si vero una ex longis illis tribus in unoquoque pede solvitur, i. e. si est *χρόνος δίσημος ἀπλῶς σύνθετος*, numerus fit plane alius atque ad mutationem in diiambum propensus. Unde apertum est, cur molossus pedibus simplicibus adscribatur ab Aristoxeno, choriambus vero et ionicus a minore compositis. Item dimetrum e duobus creticis constans non patitur mutationem, sed opus est unum ex temporibus disemis mediis esse *ἀπλῶς σύνθετον*. Si igitur a dimetro cretico proficiscimur, fit e numero incomposito numerus compositus, i. e. telesilleum ita, ut datis mutationis condicionibus in partem illius numerus alius irrepit. Irrationalitas autem, i. e. ea numeri forma, quae est inter duos alios numeros media, est numeri inversio (*ἀνάκλασις*) non perfecta significatque numeri compositi originem.

CAPUT XXI.

De dochmiis.

Pauca addam de dochmiis. Quorum duo genera dignoscit Christius (*Metr.*² p. 427), quae quamvis inter se respondeant, tamen esse origine diversa, alterum ab iambo incipere,


alterum a dactylo. Quod, quamquam e causis parum gravibus effecit, tamen recte se habere videtur. Nam forma a dactylo incipiens non semper redigi potest ad spatium octasemum. Dactylum enim illum ipsum excedere trisemum spatium liquet; solvuntur autem longae insequentes non modo in periodi exordio (O. R. 661 ~ 690. Or. 1305), verum etiam in media periodo, cum antecedit metrum in thesin solutam designans (Soph. El. 1247: ἀνέφελον ἐπέβαλες οὐ ποτε καταλύσιμον ~ 1267: τᾶς πάρος ἔτι χάριτος, εἴ σε θεὸς ἐπόρσειεν, Herc. fur. 745 ~ 758), ubi dactyli longa neque anacrusis libertate excusari neque alius temporis correptione anaecuari potest. Itaque missis illis dochmiis a dactylo incipientibus octasemos saltem eos ducamus, qui ab iambo vel spondeo ordiuntur. Quoties autem dochmius a spondeo incipit, plerumque inest in periodi exordio (Sept. 101. 116 (~ 135). Ant. 1275 (~ 1299). 1276 ~ 1300. 1311 (~ 1333). 1317 (~ 1339). El. 483 ~ 499. 485 ~ 501. O. C. 836 (~ 879). Phil. 511. Hipp. 844 (~ 825). 870. Hee. 684. 1057 sq. 1062. 1074. Or. 146 ~ 158. 1388 sq. 1466. Phoen. 1345. Herc. fur. 1060. 1071. Ion. 764. 782. 1495 a. El. 591. Bacch. 982 sq. ~ 1002 sq. 985 ~ 1002. 1035. Iph. Taur. 861. 869 sq.), interdum autem in metris synaphia rhythmica¹⁾ coniunctis (Pind. Ol. X ep. 1. Sept. 164. 566 ~ 629. Eum. 781. Herc. fur. 757. 1027. 1193. Ion. 1495 c), raro in dochmiorum synaphia metrica (Or. 322: ταναὸν αἰθέρ' ἀμ-πάλλεσθ' αἵματος, unicum in dochmiorum binorum synaphia metrica exemplum; post elegiambum Ai. 902: οἴμοι, κατέπεφνες, ἄναξ, | σὸν τόνδε συναίαιαν, ὦ τάλας ~ 948: δισσῶν ἐθρόησας ἄναυδον || ἔργον Ἄ-τρειδᾶν τῷδ' ἄγει).

In locis autem, quos enumeravimus, longae ambae insunt in eodem verbo vel in verbis arte coniunctis. Dochmius vero a spondeo ita incipiens, ut post primam eius syllabam incidatur, invenitur paucis locis, quorum plerique suspecti sunt

1) Rhythmicam appello synaphiam, cum metra, quamvis in utraque strophā disiungantur caesura, tamen coniungenda esse arguuntur sive thesis prioris metri ultimae solutione sive elisione sive aliis indiciis; metricam vero synaphiam eam, qua unum verbum utriusque metro commune est.

vel male correcti (Bacch. 998: *περὶ σὰ, Βάκχι', ὄρ-για* || *ματρός τε σᾶς*, in quo propter synizesin inauditam *ἔργα* scribi iussit Elmsleius; Eur. El. 479: *ἔκανεν* (<*ἔκανεν*> *ἀν-δρῶν* || *Τυνδαρί,* *σὰ λέχε-α κακόφρων κούρα*; *ἔκανεν* supplevit Hermannus, fortasse: *ἀνδρῶν ἔκανεν ἔκα-γε Τυνδ.* vel *ἀνδρῶν ἔκαν' ἔκανε, Τυνδαρί, τὰ σὰ λέχεα κακόφρων κούρα* vel *ἔκανεν ἔκαν' ἀνδρῶν*; Iph. Taur. 646: *σὺ δὲ τύχας μακαί-ρας,* || *ὦ νε-γία* minus recte Kirchhoffius, *σὺ δὲ τύχας μάκαρ,* *σὲ δ' ὦ νεγία* Hermannus; restant Ion. 797: *αἰθέρα πόρσω* (sic Dindf., *πρόσω* codd.) *γαί-ας* || *Ἑλλανίας*; et Herc. fur. 917: *πῶς παισι στενακτᾶν* || *ἄταν ἄταν*. In illo aliud quoque vitium inest, de quo postea (p. 342), metrumque incertum, hunc scribas *παισι πῶς* | *στενακτᾶν ἄταν*; creticus enim dochmiis praemittitur post metrum iambicum et paulo antea (vv. 897. 910. 912) et postea (v. 921).

Sed misso utrum lex Porsoniana pertinuerit ad eiusmodi dochmios, statuamus in dochmiis a spondeo incipientibus primae productionem cum alterius correptione fieri. Inerit igitur in eo eadem irrationalitatis species, quae in glyconeo ab iambo incipiente accidere potest. Forma autem rhythmica rationalis, ad quam irrationalis inclinatur, erit ut in illo glyconeum a trochaeo incipiens, ita in hoc ea dochmii forma, quae praebet speciem tripodiae trochaicae catalecticae, qualis in periodorum dochmiacarum exordiis interdum usurpatur (Or. 140 ~ 153. Heraclid. 82 ~ 103. Ion. 799). Si autem metra duo coniungimus, inde elucet dochmium octasemum ita ortum esse, ut numerus iambicus ex prioris metri fine in posterioris initium trochaeoide irreperet. Tactus autem aequi spatio, e quibus dochmii numeri iniquitas fluxit, erunt spondeus et amphibrachys, cuius prior brevis percutitur.



CAPUT XXII.

De prioribus trimetri iambici syzygiis ac de prioris tetrametri trochaici partis fine.

Sed iam revertamur ad trimetrum iambicum.

Constat ultimam eius syzygiam habere eandem semper formam irrationalem, in qua arsis prioris productio compensatur thesis sequentis correptione, ictu autem graviore percute thesin finalem probavimus. In media vero syzygia res non eadem est simplicitate ac claritate. Constat autem, si versus utitur caesura semiquinaria, usitatissimam atque omnino omnium solutionum frequentissimam esse thesis tertiae solutionem. Sin vero abest caesura semiquinaria, Aeschylum et Sophoclem adeo solutionem thesis eiusdem reformidasse, ut eam non admiserint nisi antecedente brevi (Eum. 485. Sept. 55 (e Wellaueri coniectura). Suppl. 875 (*πικρότερον* con. Hermannus). El. 1361. O. R. 301. O. C. 1316; cf. C. Fr. Mueller pp. 22 sq. 35), longa autem antecedente Sophocles bis tantum adhibuerit in nominibus propriis (Ai. 340. Phil. 241; cf. Mueller p. 87). Quae cum ita sint, his paucis versibus ad metra ἀπεμφαίνοντα delegatis syzygiam mediam, quoties versus caesura semiquinaria caret, eadem forma irrationali uti apertum est qua tertiam.

At apud Euripidem extant trimetra, in quibus deficiente semiquinaria solvitur thesis tertia post arsin longam (Mueller p. 101 sq.). At e prioribus eius fabulis certum eius usus exemplum afferas nullum. Nam Ion. 60: οἱ γῆν ἔχουσ' Εὐβοῖδα et Hel. 767 tollenda esse synizesi veteris scripturae vestigia docent (cf. frg. 659), syllabae autem ancipitis correptione tolluntur Hel. 753: τί δῆτα μαντεῦόμεθα et 1016: ἀθανατον, εἰς ἀθανατον αἰθέρ' ἐμπεσῶν (versus 1013—16 eiecit Dindorfius), in nomine proprio excuses eodem modo, quo Sophoclis duos illos versus, Iph. Aul. 1563: σὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος. Denique nimis incerta sunt, quae in Thesei¹⁾ frg. 388, 2 re-

1) Theseus fabula ante Ol. 89, 2 = 423/2 scenae commissa est, nam alludunt in eam (frgg. 359 sq.) versus Vesparum 312 sqq.; est igitur priorum fabularum, a quibus illiusmodi solutiones absunt.

stituere conatus est Matthiae: ῥανῶ τε πεδόσ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο; ῥάνατε δ' ἐγκέφαλον cod. Venetus; fort.: κάγκεφαλον ἐφανῶ σόν· ὀμμάτων δ' ἄπο, cf. Cycl. 402: ἐγκέφαλον ἐξέῤῥανε. Restant tamen:

Or. 444: κύκλω γὰρ εἰλισσόμεθα παγγάλκοις ὄπλοις.

Bacch. 1342: ἔγνωθ', ὅτ' (ὄν Nauck) οὐκ ἠθέλετε, τὸν Διὸς γόνον.

Iph. Aul. 846: ἄμφω γὰρ ἐψευδόμεθα τοῖς λόγοις ἴσως.
et cum thesis antecedentis solutione:

Bacch. 278: ὅς δ' ἦλθεν ἐπὶ ἀντίπαλον ὁ Σεμέλης γόνος, ὁ δ' ἠδονῆν ἀντίπαλον Badhamius.

Atqui fabulas, in quibus ea inveniuntur, ultimis vitae annis (a. Chr. 409—407) composuisse Euripidem traditum est. Quae cum ita sint, in versibus quattuor illis arsis tertiae productionem alius temporis correptione non compensari, sed a poeta praeter rhythmici legem pro brevi longam adhibitam esse mihi persuasum est, metraque adscribenda erunt ἀπεμραινοῦσιν.

Sunt autem etiam in prioribus fabulis Euripideis loci nonnulli, qui, si verba arte cohaerentia non divelli caesura statuimus, non habeant semiquinariam, tamen dactylo utantur in pede tertio:

Alc. 611: καὶ μὴν ὄρα σὸν πατέρα γηραιῷ ποδί

locisque similibus: Med. 578. Hipp. 1167. Andr. 334. Ion. 618. El. 1086. Or. 632. 1578. 1609. Iph. Aul. 950. 972. Cycl. 583 et Herc. fur. 95: γένοιτό τ' ἄν, ὦ θύγατερ, οὔριος δρόμος. At in eis magis valere semiquinaria quam simiseptenaria putanda est, ita ut metrum incidatur post pronomen possessivum vel interiectionem. Caesura enim semiquinaria iam ab Aeschylō ita adhibetur, ut seiungat articulum a nomine suo:

Prom. 589: πῶς δ' οὐ κλύω τῆς | οἰστοροδινήτου κόρης,
Prom. 797. 856. Ai. 1228. 1289. El. 282. 407. Ant. 95. Trach. 725. Alc. 322. Hipp. 413. Troad. 624. 1169. Suppl. 177. El. 385. Cycl. 182. Eur. frg. 134.; rarius, si articulus facit brevem syllabam: Ant. 503: κατέσχον ἢ τὸν | αὐτάδελφον ἐν τάφῳ,
Cycl. 213. Eur. frg. 494, 3.; intercedit autem semiquinaria item

inter praepositionem brevem vel longam et nomen: Soph. El. 921: οὐ πρὸς | ἡδονῆν, O. R. 615: καὶ ἐν | ἡμέρα, Troad. 946. 1211. Heraclid. 641. Ion. 594; Ag. 326: ἀμφὶ | σώμασιν, O. R. 455: ἀντὶ | πλουσίου; deinde inter negationem et verbum negatum: Ai. 677. O. R. 538. Trach. 444. Eur. Suppl. 179; Ag. 1139, inter καὶ (= etiam) et nomen: Choëph. 558. O. R. 94. 302. Troad. 56, inter coniunctionem monosyllabam et verbum: Prom. 345: ἐγὼ γὰρ οὐκ, εἰ | δυστυχῶ, post ὡς (= ut): Eum. 861. Ai. 64, denique post alia monosyllaba arte cum verbo sequente conexas, disiuncta ab antecedente per interpunctionem vel sententiae incisionem: Andr. 440: ὅταν τάδ' ἦ, τότ' | οἴσομεν· σὲ δὲ κτενῶ, Ion. 1380: καὶ νῦν λαβῶν τήνδ' | ἀντίπηγ' οἴσω θεῶ, alia.

Quaeritur autem, quae fuerit semiquinariae natura atque indoles. Mediam trimetri syzygiam incisione, quam proprie caesuram vocamus, carere non posse, cum metrici veteres (apud Gell. XVIII 5, 1) animadverterunt, tum nostri probarunt (Porson. praef. ad Hec. p. XXVII). Sunt igitur sedes tres, in quibus caesura potest collocari. Atque omnibus tribus invenitur quamvis non pari frequentia ac gratia. Crebrior enim semiquinaria est quam semiseptenaria, haec autem quam caesura media, quae dicitur, eamque ipsam Aeschylus et Sophocles saepe, Euripides plerumque sive, ut Meklerus (Wien. Stud. III 1881, p. 37 sqq.) studuit probare, ubique ita comparavere, ut ei adderent vocalem elisam, ut tamen in arsin desinere videretur prius trimetri membrum.¹⁾ Poetae autem caesuram poni

1) Versibus semiquinaria utentibus adscribenda sunt pauca trimetra, quae post primam syzygiam incidi videntur. Nam ceteris correctis (Pers. 501 emend. Heimsoethius, Ag. 1252 em. Hartungius) restant Aesch. Suppl. 244: καὶ τᾶλλα πόλλ' | ἐπεικᾶσαι δίκαιον ἦν, Ai. 969: τι δῆτα τοῦδ' | ἐπαγγελῶεν ἀνκάτα; Herc. fur. 183: ἐροῦ τίς' ἀνδρ' | ἀριστέα κρίνειαν ἄν (sic Hartungius), Andr. 397: ἀτὰρ τί ταῦτ' | ὀδίρομαι, τὰ δ' ἐν ποσὶν (ταῦτα ὀδίρομαι Porson). In quibus non claudentis vocalis apocope, sed incipientis aphaeresi utendum est, aut potius utriusque vocalis correpta quadam pronuntiatione. Ita fit, ut eiusmodi incisio non sit diaeresis, sed caesura in mediâ syzygiâ alterâ posita. Quod accidere non potest, si altera vocalis est longa, nam tum opus esset caesura semiseptenaria vel media. Itaque nullo modo excusari potest versus spurius Iph. Aul. 1596.

in loco minus grato vel verba arte conexas dirimi malebant quam versum caesurae omnino expertem esse. Utitur igitur semper caesurâ versus, non quo metrum longius caesurae expers minore sit elegantia, sed quia poscit usus recitantis, ut medio in versu locus detur, ubi vox possit respirare. Quo neque in prima neque in tertia syzygia opus est, quoniam vox eo tempore inani, quod inter versus intercedit, tantum spiritus sive hausit sive hausura est, ut vocabulis quadrisyllabis maioribusve pronuntiandis par sit. Persuadere autem mihi non possum in semiquinaria tantam fuisse respirationis moram, ut in ea posita esset arsis antecedentis productio. Nam si membrum penthemimeres legitime desineret in pedem trochaicum accedente tempore inani, longae autem ea pars, qua procerior est brevi, expleret spatium illud inane, respirationi nihil temporis restaret. Sin autem pes spondaicus membri penthemimeris legitima esset clausula: cum in trochaicum desinit, ut idem spatium servaretur, orationis sensum ibi intercisum esse, metrum autem admittere hiatum expectaremus. At hiatum inde prorsus exclusum esse constat, in multis autem versibus verba per semiquinariam disiuncta arte conectenda esse pronuntiatione docent exempla supra allata, praeter quae extant multa etiam, in quibus cum post spondeum tum post trochaicum pausa locus est nullus. An vero in arsi quinta, si post eam accedit respirationis mora, longa exclusa est, in tertia plane contra accidere credamus, ut eo libentius adhibeatur longa, quo magis arsis a thesi sequente distineatur? Numerum autem semiquinaria interrumpi versumque in duas partes non continuas dissecari parum est probabile. Nam in trimetris inter se respondentibus non modo quae recitata (Prom. 590 ~ 610. 592

Emendatione autem non egebit v. Pers. 165: ταῦτά μοι διπλῆ μέριμνα | (ἄ)φραστός ἐστὶν ἐν φρεσίν. Eadem autem in re positum est, quod caesurae mediae, quae dicitur, duritas lenitur elisione. Namque vocalem elisam non prorsus evanescere, sed eius rationem haberi a poetis, testimonio id est, quod lex, qua solutas syllabas in verba duo non arte conexas dispertire non licet, tamen in elisione violari videtur: Or. 632: πόδ(α) (ἐ)πὶ συνβολῆ κυκλεῖς; Bacch. 1339: σήσουσι· σὲ δ(ἐ) (Ἄ)ρης; Hel. 293; Vesp. 69 τὸν πατέρ(α) (ἐ)πέταξε νόν; Vesp. 967. Av. 1283 et alias apud Aristophanem.

~ 612. Sept. 208 ~ 216. 236 ~ 242 sq. Suppl. 357 ~ 368. 739 ~ 746, alias), sed etiam quae, quoniam in strophis lyricis insunt, cantu expressa esse videntur (Eum. 144 ~ 150. 147 ~ 153. Phil. 393 ~ 509. Heraclid. 80 ~ 101), invenitur caesurae varietas cum tertiae arsis irrationalitate.

Quibus causis ad eam sententiam adducor, ut semiquinariae propriam ac singularem naturam esse eam, ut arsin tertiam per se possit reddere longam, et in ea arsi absolutam irrationalitatem inesse negem, verum quam sibi vindicat productionem, eam ipsam quoque ceterorum temporum aliquo corripiendo compensandam esse censeam. Atque in tertia quidem arsi ante semiquinariam posita saepissime tempus irrationale exprimitur longa; ibi enim longarum numerus brevibus est triplo maior, cum in eadem sede ante alias caesuras longae brevibus numero fere aequae sint, in prima autem arsi paulo crebriores, in quinta vero rariores.

Iam quaeritur, ad quam thesin conferenda sit arsis tertia insequente caesura. Ac sequentis alicuius thesis correptione compensari eam non verisimile est, quoniam irrationalitas caesuram transilire non videtur. Accedit quod post longam arsin non modo aut tertia thesis aut quarta, sed etiam ambae solvuntur haud raro (Pers. 284. O. R. 967. Trach. 1096. Phil. 932. Troad. 44. 249. Or. 1645. Phoen. 477. 1669. 1415. 1702. Suppl. 15. H. fur. 489. Bacch. 236. 320. 747. Iph. Taur. 107. Eur. frg. 541, 2. Rhes. 286). Restat igitur, ut antecedentium thesium alterutra compensetur arsis tertia. Atqui solvitur per se utraque cum tertiae longitudine; prima enim Hippon. frg. 35, 3. Prom. 730. Suppl. 320. Aesch. frg. 134; 250; 293, 2. Ai. 846. O. R. 270. Ant. 746. El. 433. Trach. 74. 318. O. C. 1634. Phil. 791. 999. 1003. Soph. frg. 520. 781. 875. — Prom. 666. Pers. 613. Suppl. 234. Ag. 274. 626. 630. 1584. Choëph. 120., in omnibus Euripidis fabulis excepta Medea, in Hippol. autem in nomine proprio; secunda autem Archil. frg. 20; 25, 3; 26. Hippon. frg. 13. Aesch. Suppl. 248. Ag. 539. Pers. 405. 475. Ai. 862. 1008. El. 30. O. R. 26. 775. 1428. Ant. 419. Trach. 4. 607. 878. O. C. 634. 1357. Soph. frg. 104, 8; 144,

1; 206; 631; 687; 781; in Phil. non nisi in extrema parte: 1006. 1014. 1226. 1232. 1235. 1323., apud Euripidem autem ea solutio in omnibus fabulis, quo recentiores sunt, eo saepius invenitur (Alc. ter, Med. quater, Hipp. bis, Andr. IX, Heraclid. VII, Hec. XV, Herc. fur. XII (in priore maxime parte), Suppl. XI, Iph. Taur. XIII, Troad. XX, El. XIX, Ion. XXXII, Phoen. XXXIV, Hel. XXXIV, Bacch. LI, Or. LXII, Cycl. XIX, Rhes. bis), cum ante brevem modice increbrescat (Hipp. O, Alc. Med. Andr. Heraclid. Hec. Suppl. Troad. I—V, H. fur. Phoen. Iph. Taur. Or. VIII—X, Ion. XIII, Bacch. XIII, Hel. XVII). Ambae autem theses primae non solvuntur tragicae artis aetate meliore, nisi insequitur brevis:

Ai. 854: ὦ θάνατε θάνατε, νῦν μ' ἐπίσκεισαι μολὼν.

Phil. 797: ὦ θάνατε θάνατε, πῶς αἰεὶ καλούμενος.

Troad. 769: ἀλλ' ἄγετε, φέρετε, ῥίπτειτ', εἰ ῥίπτειν δοκεῖ.

" 960: Διήφοβος ἄλοχον εἶχεν ἀκόντων Φρυγῶν.

" 1186: γραῦς, ἄπολις, ἄτεκνος, ἄθλιον θάπτω νεκρόν.

Hel. 711: ὦ θύγατερ, ὃ θεὸς ὡς ἔφν τι ποικίλον, fortasse etiam v. 390.

Eur. El. 506: καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν, ὃν ποτ' ἐν χερσὶν ἔχων.

Or. 1614: σὲ σφάγιον ἐκόμισ' ἐκ Φρυγῶν OP. εἰ' γὰρ τόδ' ἦν.

Iph. Aul. 1114: Ἀρτέμιδι, μέλανος αἵματος φουσήματα.

Cycl. 1: ὦ Βρόμειε, διὰ σὲ μυρίους ἔχω πόνους.

" 410: ἀνέπεσε, φάρυγος αἰθέρ' ἐξιεῖς βαρύν.

" 560: ὦνοχόος ἄδικος. ΣΕ. οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ὦνος γλυκός.

Verum tamen sunt pauci versus, in quibus duplices solutiones sequitur ante semiquinariam longa. At in Ionis versu 365: πῶς ὃ θεὸς, ὃ λαθεῖν βούλεται μαντεύσεται; inaudita inest solutio; nam in pronomen relativum alteram solutae thesis brevem cadere, alteram in verbum, nusquam alias invenias (Iph. Taur. 556?). Scribendum: πῶς θεὸς, ὃ λήθειν βούλεται, μαντεύσεται; Eur. autem frg. 174 ex Antigona laudatum apud Stob. 108, 3, in quo versus tertius: καὶ τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται

παραίτιον, scribae errore Euripidi addictum esse ratus Dobraeus Philemoni tribuit. Restant vero in Oresta et Bacchis exempla trina, unum in Iph. Aul. (quod cum versibus vicinis (465—68) secluserit Dindorfius), quae recte se habere videntur:

- Or. 248: *εἰ δ' ἄλοχον ἄγεται, κακὸν ἔχων ἦκει μέγα.*
 „ 643: *ἂ δ' ἔλαβες, ἀπόδος, πατρὸς ἐμοῦ λαβὼν πάρα.*
 „ 1603: *καὶ σφάγια πρὸ δορὸς καταβάλοις. OP. σὺ δ' ἂν καλῶς;*
 Bacch. 57: *ἐκόμισα παρῆδρους καὶ ξυνεμπόρους ἐμοί.*
 „ 494: *ἱερὸς ὁ πλόκαμος· τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω.*
 „ 1110: *προσέθεσαν ἐλάτῃ καὶ ξανέσπασαν χθονός.*
 Iph. Aul. 466: *οὐ ξυνετὰ συνετῶς· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.*

Inveniuntur autem in eisdem fabulis tribus extremis, in quibus solis thesin tertiam post longam non intercedente semiquinaria solutam esse cognovimus. Eodem autem fere tempore a Sophocle composita est Philocteta, in qua v. 1420: *ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον, ὡς πάρεσθ' ὄραν; ἀρετὴν* cum Musgravius et Martinus exemplis collatis comprobaverint, invito Meklero recte se habere confido. Itaque ut illos versus, ita hos delegabimus ad metra *ἀπεμφαίνοντα*.

Ante semiquinariam igitur tertia arsis longa conferenda erit aut ad alteram thesin, cum prima solvitur, aut ad hanc, cum illa accipit solutionem.

Primae vero arsis longitudo compensatione non utique egere neque eius ratio semper habenda esse videtur. Nam ut in trimetris ab anapaesto incipientibus aliisque metris, a quibus versus periodusve incipit, ita in primo trimetri pede dactyli longa excusatur anacrusis rhythmico tempori non subiectae libertate.

Sunt tamen certe versus quidam, in quibus arsis prima compensatur thesi sequente, dico trimetra a choriambo incipientia. Lignet enim thesin primam brevem non conferri ad arsin tertiam, quippe quae in tribus exemplis, quae extant, sit brevis. Sunt autem loci hi:

- Sept. 488: *Ἴππομέδοντος | σχῆμα καὶ μέγας κτύπος.*
 „ 547: *Παρθενοπαῖος | Ἀρκάς· ὁ δὲ τοιοῦσ' ἀνήρ.*

Choëph. 657: εἶεν, ἀκούω· | ποδαπὸς ὁ ξένος; πόθεν;

” 1049: φαιοχίτωνες | καὶ πεπλεκτανημένοι

Soph. frg. 795: Ἀλφειβοῖαν (Ἀλφεισιβ. Nauck) | ἦν ὁ
γενήσας πατήρ.

Eur. Suppl. 889: Παρθενοπαῖος | εἶδος ἐξοχώτατος.

Cf. Hec. 715: οὐδ' ὄσι', οὐδ' ἀνεκτά· ποῦ δίκαι ξένων;
(trimetr. lyricum).

Adde Aristoph. Vesp. 902. Qui loci thesin irrationalem syllaba brevi exprimi posse testantur. Nempe irrationales sunt versuum syllabae alterae et monosemum spatium excedunt, quemadmodum syllabae breves consonanti vel liquida vel sibilante vel denique muta terminatae in thesi adhibentur ab Homero. Quod autem in thesi irrationali tam raro invenitur brevis, id inesse puta aut in ipsa thesis natura diversa ab indole arsis, aut in eo, quod ἀριθμὸς τρισημιος dividitur inter thesin et arsin partibus non aequis, sed illi obvenit spatium maius.¹⁾

Aeschylo autem, ut is thesin brevem adhibuit in nominibus etiam non propriis, ita usitata fuisse videtur illa primi pedis forma irrationalis, qua fit, ut trimetri iambici tempora aequa sint tetrametri trochaici temporibus cretico primo resecto. Is enim poeta operam dedit, ut post arsin primam non intericeretur respirationis mora. Qua de causa verbum monosyllabum — nisi est articulus vel praepositio vel aliud monosyllabum, quod conecitur cum sequente verbo, velut καὶ ἦ εἰ πῶς οὐ ᾧ — dico monosyllabum ita demum in trimetri initio posuit, si aut ex disyllabo ortum est per vocalis extremi elisionem aut si alterum monosyllabum subditur; duobus autem locis, ubi prima trimetri syllaba a reliqui versus sententia dis-

1) Nescio an lateat irrationalitas quaedam in brevibus quibusdam in thesi positis. Sed quamquam de tantilla temporum mutatione vix quidquam cognoscitur e syllabis ipsis, tamen aliquo iure eam exaudire mihi video in choriambis, praesertim cum diiambis respondent vel admiscuntur:

Phil. 1138: μὐρι' ἀπ' ἀισχρῶν ἀνατέλλονθ', ὅσ' ἐφ' ἡμῖν κάκ' ἐμήσατ'
οὐδέεις. ~ 1161: μηκέτι μηδένοσ κρατύνων ὄσα πέμπει βιόδωροσ ἀλα.

iungitur, cohaeret cum versus antecedentis sensu, eam expressit brevi (Prom. 821. Suppl. 483); quo accedit, quod ea syllaba in altero loco per elisionem, in altero per enuntiatorum conexum arte cohaeret cum sequente. Dactylum autem, si omittimus nomina propria, in primo pede Aeschylus et ante eum iambographi ¹⁾ praeter Hipponactem (cf. frg. 35, 2(?). 3) raro admiserunt atque ita quidem semper, ut in arsi inesset monosyllabum (Archil. frg. 21, 4. Sept. 653. Ag. 1312. Choëph. 216. Aesch. frg. 250. 383, 1), cum tribrachi primi syllabas uno verbo comprehendere solerent.

Sophocles vero et Euripides ab utraque re abscessere; nam in pede primo verbum dactylicum posuerunt (Mueller p. 19) in fabulis recentioribus, ille quidem ita tantum, ut a priore brevi inciperet verbi compositi pars (Oed. Col. 1634. Phil. 999. 1003. 1392), hic autem item in Andromacha (v. 464. 1157), inde autem ab Herculis furentis fere aetate (a. circiter 421) verba incomposita quoque a dactylo incipientia in trimetri exordio posuit. Eidem haud raro monosyllabum longum ad versus prioris sensum pertinens posuere in posterioris arsi prima: Ai. 752. El. 340. OR. 546. 986. 1448. Ant. 464. Phil. 1396. Heraclid. 407. 455. Hec. 963. Herc. fur. 326. 1284. Ion. 801. Phoen. 491. Hel. 46. 1409, alias; quin Euripides post primam arsin longam non veritus est admittere *ἀντιλαβήν*: Herc. fur. 1421.

Ea autem irrationalitatis forma, qua arsis tertia ad thesin alteram confertur, in membro penthemimeri usitatissima fuisse credenda est. Unica autem erat ea irrationalitatis forma in tetrametri partis prioris exitu, quoniam thesis tertia, cum compensaret arsin antecedentem, conterri non poterat ad arsin quartam et quia id tetrametri spatium, quod respondet penthemimeri iambico, thesibus primis tamquam terminis firmis stabilibusque coerceretur, ut nulli eius tempori quidquam posset addi, quod non detrahendum esset de alio tempore. Quo factum est, ut tetrametri thesin quartam ante arsin longam omnino non solverit bona ars. Nam Phoen. 607: ἐξελαυνό-

¹⁾ Archil. frg. 104, 1 lege: εὐτεῖ πρὸς ἄεθλα, Sim. Amorg. 7, 78: δῆ-
νεγ δὲ; Aesch. Ag. 7 et frg. 452, 12 sunt spuria.

μεσθᾶ πατρίδος ET. καὶ γὰρ ἤλθες ἐξελιῶν verborum transpositione sublata est a Blomfieldio; Or. 786: ἀκλεῶς et Ion. 512: ἱερόν per synizesin legenda atque hoc quidem etiam scribendum est ἱρόν, quemadmodum Pers. 745: ὅστις Ἑλλησποντον ἱρόν δοῦλον κτλ. praeter scribarum usum forma dissyllaba extat in codicibus; item nescio an in frg. Hippon. 80: μηδὲ μωμύλλειν Λεβεδίην nomen Λεβεδίην tribus syllabis pronuntiandum, fortasse etiam scribendum sit (Λεβέζην, ut κάρζα pro καρδία Aesch. Sept. 288. Suppl. 71. 799). In Euripidis vero fabula sola ea, quam a posterioribus edolatam ac supplementam esse scimus, ante longam arsin solvitur thesis quarta duodecies (Iph. Aul. 317. 324. 334. 355. 358. 379. 881. 882. 886. 888. 911. 1354). Quin ne ante brevem quidem saepe solvitur thesis illa, nempe eadem de causa, qua trimetri thesis quinta, etiamsi antecedit brevis, tamen raro solvitur. Nam irrationalis esse videtur thesis quoquomodo, siquidem ei compensanda est temporis rhythmici in arsi positi non modo pars, quae expletur syllaba brevi, sed etiam pars minuscula inter verba intercedens. Itaque praeter Or. 1524 et Iph. Aul. 346. 884. 1382 eam solutionem semel una habet Iph. Taur. v. 1232. Quoniam autem tempora bina irrationalia inter se conferenda inter duas personas distributa esse non est consentaneum, ἀντιλαβή, cum post ceteras tetrametri sedes omnes praeter primas et ultimas inveniatur, ut non post alteram utriusque partis arsin longam (verum post brevem: Phoen. 612. Ion. 531. Iph. Aul. 1351. 1364), ita ne post quartam quidem thesin admittitur. (De Rhes. vv. 685. 687. cf. pp. 273. 275). In trimetro autem post primam syzygiam ἀντιλαβή ita tantum invenitur, ut sequatur semisep-tenaria, quamvis item semiquinaria inesse videatur (Trach. 418: κάτοισθα δῆτ'; AIX. οὐ φημι · | πρὸς τι δ' ἱστορεῖς; O. C. 861. Alc. 1119. Phil. 1296).

Rationales autem formae, ad quas membri penthemimeris formae irrationales tres, quas posuimus, traducunt numerum mere iambotrochaicum, statuendae sunt hae:

- 1) $\bar{x} \cup \cup \bar{x} \bar{x} : - \cup \cup \cup -$; 2) $\bar{x} \bar{x} \cup \bar{x} \bar{x} : \bar{x} \cup \cup -$;
- 3) $\bar{x} \bar{x} \cup \bar{x} \bar{x} : \bar{x} \cup \cup -$.

Quarum tertia, in qua ditrochaeus inclinatur ad ionicum a minore, eadem utitur irrationalitatis specie, quae inest in metris anaclomenis et in ultima trimetri iambici et tetrametri trochaici syzygia, nisi quod sedes irrationales non vicinae, sed temporibus rationalibus separatae sunt, quo fit, ut ἀριθμὸς ἕξτος insit in hexasemo demum spatio.

CAPUT XXIII.

De altero temporum irrationalium ordine. De duabus irrationalitatis duplicis formis.

De ceterarum penthemimeris formarum initio iam satis dictum est; restat ut de earum fine loquamur. In quo inversa est altera irrationalitatis forma, nam arsis irrationalis thesi, ad quam confertur, non antecedit, sed sequitur eam. Quae quo facilius intellegatur, delineemus tetrametri totius formam eam, ad quam irrationalis inclinare statuenda est:

$$\text{—} \cup | \text{—} - \cup \cup | \text{—} - , \text{—} \cup | \text{—} - \cup \cup | \text{—} \frac{\text{—}}{\wedge}$$

Quae si nostro more dividitur in tactus hexasemos, componitur primum ex anacrusi trochaica, sequitur ionicus a maiore, qui inclinatur ad epitritum quartum ($\text{—} \cup \text{—} \cup$), ad quam pedum hexasemorum vicissitudinem metra anaclomena redigi posse apertum est; tum antispastus, in quo tempora duo priora, quae iambi speciem praebent, cum feriatur brevis, inclinatur ad trochaicum. Quem antispastum sequitur rursus ionicus ille a maiore, denique metrum clauditur thesi et tempore inani, quae ad anacrusin addita complent spatium hexasemum. In quo tactu hexasemo, si thesin extremam esse brevem, tempus inane autem disemum esse statuimus, eadem inest antispasti figura, quae in altero. Iure igitur dicere possumus, tetrametrum redigendum esse ad tactus hexasemos ita alternos, ut alius ad ionicum a maiore, alius ad antispastum inclinet. In trimetro autem iambico modo duo tactus ad ionicum inclinatur, unus ad antispastum, modo duo ad antispastum, unus ad ionicum, modo omnes tres ad ionicum. Paenultimus enim tactus, qui incipit a thesi

quarta, inclinatur semper ad ionicum, antepaenultimus semiquinaria utens ad antispastum, semiseptenaria vero vel media utens caesura ad ionicum; ultimus, qui extremam et tres primas sedes comprehendere cogitandus est, ad ionicum inclinatur, si prima arsis confertur ad thesin sequentem, si minus, ad antispastum.

Videntur autem universe statuendae esse duplices irrationalitatis et anaclasis formae, quae positae sunt in varia pedum hexasemorum percussione. Quae accuratius exponere longum est et abhorret a proposito. Quem autem ad modum rem se habere cogitem, doceat haec diagrammatorum tabula:

Anaclasis prima, in qua percutiuntur longarum vicinarum priores:	Anaclasis altera, in qua percutiuntur longarum vicinarum posteriores:
.... - ˘ ˘ ˘ - ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ - ˘ ˘ ˘ -
.... ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘
.... ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘

Unde elucet inclinare

choriambum I ad syzygiam iambicam (˘ ˘ ˘ ˘ ˘),	
" II " " trochaicam (˘ ˘ ˘ ˘),	
ionicum a min. I ad " " (˘ ˘ ˘ ˘),	
" " " II " " epitritam I (˘ ˘ ˘ ˘),	
antispastum I " " " I (˘ ˘ ˘ ˘),	
" II " " " IV (˘ ˘ ˘ ˘),	
ionicum a mai. I " " " IV (˘ ˘ ˘ ˘),	
" " " II " " iambicam (˘ ˘ ˘ ˘),	

Rhythmicae autem doctrinae erit ostendere, quae ex eis figuris fuerint in usu, quae formae rationales inter se diversae, sed ad communem formam metricam irrationalem redigendae in mutationibus rhythmicis sint adhibitae, denique indagare, num in aliis spatiis, velut octasemis, extiterint tales rhythmorum vicissitudines. Quod ut exemplo doceam, metrorum quae in strophis dactyloepitritis inesse solent, vicissitudines explicari possunt ita, ut syzygiae trochaeae, quae antecedunt tripodias dactylicas, quae inesse dicuntur, habeant irrationalem pedem alterum trochaeidem, syzygiae vero iambicae, quae subduntur tripodiae anapaesticae, utantur irrationali priore pede iamboidi,

ita ut trochaei antecedentes inclinent ad choriambum (II) insequentem, iambi insequentem ad choriambum (I) antecedentem:

.... ˘ ˘ ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ - | ˘ ˘ -
 ˘ ˘ ˘ | - ˘ ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘

choriambi autem, qui epitritis alteris immiscentur (velut Py. I str. 2), sequantur anaclasis speciem alteram (˘ ˘ ˘ ˘ : ˘ ˘ ˘ -).

CAPUT XXIV.

De irrationalitate simplicis.

Disseruimus autem hactenus de binorum maxime temporum, quae ad commune spatium rationale revocantur, irrationalitate, quam Aristoxenus in rhythmis (ἐν ῥυθμοῖς) inesse ait. Alteri autem irrationalitati, quae inest in pede singulari (ποδι ἐκάστω), in quo τὸ ἄνω est ἄλογον πρὸς τὸ κάτω, non τὸ κάτω πρὸς τὸ ἄνω, adscripsimus, si quis pes in versus vel periodi exordio arsi producta plus temporis sibi vindicat, quam medio in versu mediave periodo ei conceditur, nisi is ipse pes tantopere augetur, ut, quemadmodum fit in trimetris ab anapaesto incipientibus, spatium rationale uno tempore primo maius legitimo assequatur. Item in versus vel periodi fine arsis extrema irrationalis excedere putanda est spatium legitimum, velut si numerum trochaicum iambicumve claudit spondeus trochaeoïdes. Nam quoties versus in thesin desinit, thesin statuimus esse rationalem atque ictu graviore percussam ea de causa, ne in infinitum excurrat neve debilem effeminatumque praebet exitum. Ea enim de causa tetrametrum illud trochaicum, quod κατὰ στίχον adhibetur, catalecticum esse videtur. Partes enim eius aequae comparatae sunt, praeterquam quod, cum in altera parte ventum est ad thesin quartam, ut debilis exitus in duo tempora irrationalia effugiatur, ultimum tempus inane relinquatur. Item extrema versus thesis plerumque rationalis esse mihi videtur, si ei additur arsis praeter numeri spatium longa. Quod ut documentis certis probari non posse concedo, ita maxime est consentaneum. Quamquam enim

ut nullum thesis claudentis¹⁾, ita thesis extremae ante arsin solutae exemplum non extat certum (Aleman. frg. 23, 2? Pind. Nem. III 14? Telest. frg. 4, 2), tamen ea solutio evitata esse videtur, non quia irrationalis esset thesis extrema illa, verum quod ictus ultimus paenultimo tempore longius a versus fine abesse nequit. Quamquam thesin versus extremam semper esse rationalem nego. Nam ex. gr. in carmine illo Anacreonteo (frg. 75 Bgk.), quod constat e trinis dimetris trochaicis catalectis et quarto dimetro catalectico stropha una comprehensis (cf. Christ. Metr. p. 291), bina dimetra uno versu complectenda esse docent clausulae libertates post dimetra paria admissae. Tamen stropharum dimetra altera non alia clausulae forma uti ac prima et tertia manifestum est. Atque clausula illa mollis ter repetita atque in versuum etiam exitu adhibita maxime consentanea est cum carminis lascivia. Ab aliorum vero carminum imprimis eorum, quae numero dactyloepitrito composita sunt, natura abhorret clausula binorum temporum irrationalium. Atqui versus in epitritum alterum desinentes a carminibus dactyloepitritis non absunt. Multo autem acceptior est clausula acatalecta quam catalectica in stropharum epodorumque fine; ibi enim apud Pindarum invenitur illa vicies quater, haec tredecies, in ceterorum vero versuum exitu raro adhibetur epitritus II²⁾, nempe quia media in stropha inter versus non tantum quantum inter strophas intermittitur temporis, ex quo petatur numeri legitimi augmentum. In eis igitur ver-

1) Solutiones vero in metrorum tam creticorum, dochmicorum, glyconeorum quam dactylicorum finibus, quibus in codicibus editionibusque claudi videntur versus, demonstrant metra illa arte cohaerere cum sequentibus, quamvis mutetur numerus, unamque facere periodum unumve versum.

2) Liqueat in epitrito altero versus vel periodi finem non significari syllaba ancipiti, sed solo hiatu. Tamen editores, quamvis hiatus non invenissent, versus saepe clausere pede acatalecto (ed. Teubnerianam recogn. Christius: Ol. VII ep. 4, XI ep. 8, XII ep. 1. 4, XIII ep. 1, Py. IV ep. 5, IX ep. 4, Ist. I str. 1, ep. 4, II str. 4, III str. 1. 3. 4, V str. 3, ep. 4). Invenitur autem hiatus his novem locis solis: Ol. VI str. 3 (v. 52), XIII ep. 3 (v. 42), Py. IV str. 3 (vv. 57. 103? 172), str. 4 (vv. 35. 119. 242. 268), Nem. V str. 2 (v. 26), ep. 1 (v. 13), Ist. II ep. 2 (v. 12), ep. 3 (v. 45), III str. 5 (vv. 41. 83).

Leipziger Studien. XIV.

sum clausulis *χορείον* illum *ἄλογον*, quam describit Aristoxenus, inesse mihi persuasum est.

CAPUT XXV.

De metrorum claudorum natura ac generibus.

Maxime autem usu venit simplex illa atque absoluta irrationalitas in metris, quae clauda appellantur.

In trimetri iambici et tetrametri trochaici syzygia ultima arsin et thesin paenultimas irrationalitatem excipere docuimus, thesin autem extremam, sive disema est sive monosema, semper rationalem esse debere, ne in temporum spatia indefinita versus excurrat, expositum est. Atqui arsis ultima, quae monosema esse debet propter rhythmici iambici naturam, tamen longam excipit in metris quibusdam, quae clauda appellari consuerunt. Quod si ita se habere sumemus, nullum erit in metro tempus, cuius correptione arsis ultimae productio possit compensari. Nam in trimetro clauda, quamvis raro, tamen pedem paenultimum irrationalibus temporibus interdum affectum esse iam a metri inventore Hipponacte constat, Ananius autem eo saepius usus esse videtur, quo factum est, ut ea trimetri claudi species metrum Ananium appellaretur. *Ἰσχιόρρηωγικὸν* autem idem metrum vocatur (grammat. Bernens. apud Hermann. E. D. M. p. 142 sq.), quod numeri iambici natura ac vis triplici irrationalitate prorsus tollitur. Quae cum ita sint, arsis ultimae irrationalitatem singularem atque absolutam esse putabimus. Habemus igitur sine ulla dubitatione in metris claudis exempla eius pedis, quem in priore de irrationalitate capitis parte descripsit Aristoxenus.

At quae de metris claudis statuimus, non probabuntur a viris doctis. Plerique enim metrorum claudorum tempora extrema plane aliter metiuntur. Alii enim in eis ultimum pedem ita inversum esse aiunt, ut pro iambo legitimo ponatur trochaeus, syllabamque metri percutiunt paenultimam, qua longarum duarum percussarum collisione fieri, ut insit in numero

absona quaedam ac singularis natura (Hermann. opusc. III p. 121 sqq., Caesar. Grdžge. p. 142 adnot.). Quibus alii suo iure oblocuti rhythmum ita sibi constare posse negant, nisi antepenultima syllabae tribuatur spatium trisemum (Christ. Metr. p. 361). At neutram sententiam cum rebus ipsis convenire mihi persuasum est. Primum enim de illa percussione et mensura ne metrici grammaticique quidem quidquam compererunt. Marius enim Plotius Sacerdos (p. 519, 23 Keil.) „Hipponactium, inquit, trimetrum clodum percutitur sicut iambicum trimetrum Archilochium, comicum vel tragicum, sed paenultimam longam habet contra illorum rationem.“ Iuba apud Rufin. p. 562, 19 de choliambico: „est autem proceritatis eiusdem versus, qui pedis differentiâ nomen amittit.“ Irrationalem autem sedem paenultimam esse nec thesis, immo arsis loco positam inde elucet, quod interdum exprimitur syllaba brevi. Quod iam animadvertit Heliodoros apud Priscian. p. 428, 24 K.: „Hipponactem etiam ostendit Heliodoros iambos et choliambos confuse protulisse“; exemplo autem attulit illud (frg. 16 Bgk.):

Ἐρμῆ φίλ' Ἐρμῆ, Μαιαδεῦ Κυλλήνιε,
ἐπεύχομαι τοι· κάρτα γὰρ κακῶς ἔργω.

Quamquam huic *Κυλλήνιε* Welckerus (Hippon. et Anan. frgg. p. 38) et Meinekius (poes. chol. p. 104) vim intulere, cum scribant ille *Κυλλήνιε*, hic *Κυλλήναιε*, invito, ut videtur, ipso Hipponacte, in cuius frg. 20 extat forma *Κυλλήνιε*.¹⁾ Bergkius „librariorum manifesto errore“ Heliodorum illud protulisse ait; at quis credat Heliodorum ex hoc uno exemplo praeceptum hausisse? Atqui ne nos quidem, qui integro Hipponacte nondum utimur, latebit, cum habeamus alia iamborum purorum choliambis admixtorum et testimonia et exempla. Nam iam comici veteres et Rhinthon phylacographus trimetris suis puris choliambos admiscuerunt; Eupolis enim in Baptis iure iurando usus est eodem illo quo Ananius (Priscian. p. 427 Keil.), Rhin-

1) Qui locus non sat expeditus. Fortasse Ἐρμῆ glossema iam Heliodori aetate in verborum contextum illapsus est; nescio an significet poeta locum illum ipsam frg. 16, cum dicit: ἔρω γὰρ οὕτω· Μαιαδεῦ Κυλλήνιε.

thon autem (apud Hephaest. p. 6, 12 W.) καὶ ἐν λάμβῳ ἐπιση-
μασίας ἤξιωσε τὸ τοιοῦτον· ἐν γὰρ Ὀρέστη δράματι φησιν·
ὄς σὲ Διόνυσος αὐτὸς ἐξώληθει·

Ἴππώνακτος τὸ μέτρον, οὐδὲν μοι μέλει.

Paenultimam illum duxisse arsin irrationalem inde liquet, quod longam illegitimam etiam in aliis pedibus paribus usurpare potuisse Hipponactem opinatus est. Hipponactem autem imitatus Callimachus librum, quo trimetra pure iambica cum choliambis coniunxit, inscripsit *λάμβους* (frg. 90 Schneider). In quo carmina alia ex puris iambis, alia ex choliambis composita fuisse putavit Schneiderus (Callimachea II p. 230). At librum in carmina complura et ad diversas poetae aetates spectantia divisum fuisse non est cur credamus; sed quamvis fragmenta rariora sint, quam ex quibus argumentum unum ac continuum fuerit necne, appareat, tamen cum Heckero (comment. Callim. p. 40) faciam, qui fragmentum 82 b restituens utrumque metrum miscuit; in frg. 87, 3 inter clauda exhibent libri trimetrum purum, quod quidem in scazon mutare Bentleius et Meinekius tentarunt.

In ipsis autem Hipponactis Ananiique libris metra pura inventa sunt.

Hippon. frg. 43, 4: *κυκῶνα πίνων φάρμακον πονηρίης*; in quo *ι* de industria produxisse poetam, ut Bupalī malam artem carperet, quis credat Tenbrinkio (Philol. VI p. 52)? Nam si mala adversarii carmina illudere voluisset, certe non falsam verbi prosodiam addidisset rhythmō illegitimo, ita ut hoc illo tolleretur. — Frg. 49, 6: *ἦν αὐτὸν ὄπρις τῶντικνήμιον δάκη*, sic enim sive *δάκοι* habent Tzetzae loci complures, Hermannus vero scripsit *δάκη*; pro *μάρτυσιν* frg. 51, 1 Bergkīus *μάρτυρσιν*, formam inauditam; tetrametri autem claudī paeultima est brevis apud Hippon. frg. 84: *ἐποργάσαι*, apud Anan. frg. 5, 3: *κρέας*, ubi *κρείας* Hermannus; sequens versus desinit in *ἐσθλειν*, ubi *ἐστ'* ἠδὲ Schneiderus, ἠδιστον Bergkīus coniecere, ille autem scripsit in frg. 5, 5 *ἀλωπήκων* pro forma unice probata *ἀλωπέκων* et eo audaciae progressus est hic, ut eandem in Timocreonteo illo (frg. 3, 5 Bgk.⁴ III p. 539) proponeret.

Atque idem Bergkii in longae paenultima studio eo descendit, ut ceteros Hipponactis versus, ubi brevis mutari nullo modo potuit, in peculiare caput, nimirum ex alio libro peti- tum, congereret, et cum in uno fragmento (74) choliambum cum puro trimetro coniunctum invenisset, choliambum trimetro puro adaptare studuit, cum scriberet *δόμω* pro *δούλω*, quod verbum et singularitate sua et Hesychii glossa satis tutum est. Sane quidem unicus versus integer (frg. 26), qui ex libro al- tero nominatim citatur, pede ultimo utitur iambico, sed inde nequaquam sequitur eum librum ex meris trimetris composi- tum fuisse, priorem autem ex choliambis. Nam uterque eadem voce appellatur *οἱ ἰαμβοὶ, ὁ πρῶτος ἰαμβος* (frgg. 1. 2. 3. 22), *τὸ πρῶτον τῶν ἰαμβῶν* (frg. 15), *τὸ δεύτερον τῶν ἰαμβῶν* (frg. 26), neque in eis carmina ex meris trimetris composita infuisse videntur; unum enim mere iambicum (frg. 72) est sub- ditivum.

Exemplis autem illis brevi paenultima utentibus alia certe addenda sunt, si paenultimam arsis vicibus fungi credimus. Hipponactem enim vocalem ante vocalem medio in verbo semper corripuisse in arsi docent exempla ab Hephaestionis scholiasta (p. 107 W.: *παρὰ δ' Ἰππώνακτι ἐπὶ τῆς αὶ καὶ οἱ διφθόγγου πολλή ἐστὶν ἡ χρῆσις* (scil. *τῆς συστολῆς*)) allata (frg. 22 A. B.), quibus addas exempla inventa et in arsi quarta (frg. 42, 1: *καὶ Θρηϊκίων πῶλων*) et quinta, quam raro productam esse constat (frg. 6; 14, 1; 42, 3; 43, 3; 44, 1). Item diphthongum iudico corripui ab Hipponacte in ultimo pede versum frg. 2, 1: *καῦης* et 51, 2: *καπηλεύει*. Etenim si choliambos suos cum trimetris puris confundi noluisse poeta, in extremis se- dibus certe syllabis usus esset eis, quarum quantitates non essent dubiae. Quod ne in antepaenultima quidem sede fecit. Quam si voluisset esse trisemam, certe eam adinvisset plena perfectaue longa, non, ut compluribus locis fecit, levissima positione syllabam produxisset, scilicet ea, quae fit duabus consonantibus, a quibus verbum subsequens incipit, velut 15, 1: *ἐπὶ Σμύρνης*, 15, 5: *γαστέρα τρέψας*, 35, 5: *μητέρα τρώγων*; 15, 3; 48; 49, 1; 51, 4; 63, 1: *παρὰ ἑπητήρ*. Nam si con-

sideramus talem productionem, constat nec vocalem fieri productionem quam natura est, nec consonantes duas tantam habere vim, ut disemum temporis spatium, quod superest de spatio trisemo, unquam explere potuerint, nisi vis eis inferatur, ut non dicam de syllaba positione longa per ρ literam (frg. 63, 1). Neque vero tempore inani interiecto trisemum expletur spatium; quid enim tum omnino opus esset positione? Accedit quod si antepaenultima esset trisema, paenultima autem thesis, choliambus non esset trimetrum, verum heptapodia iambica catalectica icosasema, tetrametrum, autem claudum non ad tetrametrum purum catalecticum, sed ad acatalectum esset conferendum. Quo obscuratur ac tollitur plane affinitas inter metra $\acute{o}\rho\theta\acute{\alpha}$ et $\chi\omega\lambda\acute{\alpha}$ intercedens, qua eorum, qui audiebant, aures pellicere studebant poetae. Atque hoc quoque quaeso cogites. Etenim supra (p. 278) exposuimus in metris iambicis catalecticis syllabam antepaenultimam, quae in acatalectis est irrationalis, irrationalitate eximi propterea, quod thesis subsequens ad productionem illius artis compensandam non est idonea. Atqui metrorum et claudorum et catalecticorum illorum mensura Christiana (p. 361, coll. pp. 110. 341 aliis) una eademque est, praeterquam quod illa auctiora sunt unâ syllabâ. Ergo cum easdem leges rhythmicas in utrisque pariter valere existimandum esset, a choliambi sede inde a fine quarta abesse deberet irrationalitas. At quoniam id non accidit, sequitur mensuras metrorum diversas esse. Itaque in metris claudis antepaenultimam trisemam esse nego, cum tamen in metris catalecticis illis paenultimam trisemam esse non concedam.

Indicia autem, quibus alii freti paenultimam esse thesin, antepaenultimam autem trisemam volunt, caduca sunt. Neque enim quidquam dandum est versuum nomini nec pedis rhythmi clauditati cum pede humano conferendae neque ex usu Babrii, qui paenultimaes semper addiderit accentum, neque inde, quod poetis latinis verbi trochaici brevem percutere non liceret, quidquam de metri percussione ab Hipponacte instituta efficiendum.

Metrorum claudorum vis inde oriri mihi videtur, quod

λεξέως tempus tempori numeri legitimi non convenit, sed rhythmus ipse syllabâ longâ intumescit neque alterius temporis correptione purgatur ac reficitur. Quod certamen syllabae rhythmum extendentis cum rhythmō lexin reprimere frustra laborante quicumque laxa temporum productione tollere studet, eius aures hebetes factae sunt nostro sermone, qui litteras non tam pronuntiare quam evomere, syllabas autem nimis corripere et quasi devorare consuevit. Quotus enim quisque est nostrum, cuius aures arrigantur animusque percutiatur versibus Schillerianis:

„Und huldiget der furchtbarn Macht.“

„Und rufe selbst das Unglück her.“

„Sobald das Mädchen Abschied nahm.“

vel Klopstockianis:

„Die das Ross, mutig im Lauf, niemals gab“

(Eislauf v. 11).

„Doch wenn dich, Jüngling, andere Sorg' entflammt“

(Rheinwein v. 45).

Quis vero erit, quin vituperet Klopstockii eiusdem illud:

„Sieht er, von richtendem Ernst schauernd, die

Leichname“ (Lehrling der Griechen v. 19)?

At id mihi quidem optimum e litteris nostris metri claudi videtur specimen. Persuasum autem habeo plebem graecam, cum litteras distincte et articulate pronuntiaret, rhythmos multo subtilius audivisse et mutationem numeri quantulumcunque auribus percepisse, praesertim si eo loco, ubi numerum purum ac sincerum audire consueverat, sonus illegitimus obiciebatur.

Mirum autem est, quod in trimetro et tetrametro claudio paenultimam irrationalem esse non concedunt viri docti plerique, cum in aliis metris similibus iam dudum intellexerint concesserintque. Nam inter metra clauda referenda sunt, quaecunque in arsi ultima ante thesin extremam posita exhibent pro syllaba legitime brevi longam. Quod saepe invenitur in metris dochmiacis, creticis, telesilleis glyconeisque, asclepiadeis, rarius in aliis.

Omnibus autem metris claudis id commune est, ut in thesin eam, quae sequitur arsin singulariter irrationalem, desinat si non versus, at certe verbum, exclusa autem utique est metri claudi ea cum sequente communio verborum, quam metricam vocamus synaphiam. Nam quoniam in hac absoluta irrationalitate numerus transgreditur tempus legitimum, metri partes, quae sequuntur tempus illegitime productum, tanto temporis spatio dimoventur loco suo ac serius accidunt, quanto illud unum tempus legitimo procerius est. Quod ne in infinitum pergat neve totus numerus perturbetur periculumque sit, ne in plurium concentu voces dissonent, numero quam primum finis est faciendus, tum tempore intermisso instaurandus. Atque quemadmodum in irrationalitate, quae inest ἐν ῥυθμοῖς, tempus alterum altero compensatur, ita in hac absoluta irrationalitate opus est tempore, quo rhythmus perturbatus reficiatur, dico tempus rhythmico non subiectum, quod intercedit inter metra ac versus.

Sed iam quae posuimus, poetarum usu probanda sunt. Ac de trimetro tetrametroque choliambico, de glyconeo asclepiadeo aliisque metris minus usitatis, quae clauda esse ex ipsa sede extrema cognoscimus, non est quod moneamus. Cotidiana autem est χωλότης in dochmiis. Ad rem nostram erunt formae Seidlerianae (de versibus dochmiacis pp. 29—52) inde a nona usque ad sextam decimam.

At excludendae inde sunt eae, in quibuscunque post sedem paenultimam longam solvitur thesis. Nam ipsa thesis extremae solutio, etiamsi non accedit synaphia metrica, tamen metrum cum sequente arte cohaerere indicat. Itaque ex. gr. versus Herc. fur. 887 vulgo dirimuntur:

ἰὼ Ζεῦ, τὸ σὸν | γένος ἄγονον αἰτίκα | λυσσάδες ὠμο-
βρωῖτες κτλ. At videtur primus bacchius absceidendus esse, ut Med. 1251: ἰὼ γὰ | τε καὶ παμφαῆς ~ 1261, Or. 145: ἀᾶ,
σῆριγγος ὄπως πνοᾶ ~ 157; ab αἰτίκα vero incipiunt duae tripodiae dactylicae catalecticae: αἰτίκα λυσσάδες ὠμο-βρωῖ-
τες ἀποινόδικαι. Suo autem iure Matthiae scripsit Herc. fur. 1183 ἔκανε pro ἔκτανε (Seidler. p. 77) in dochmii fine.

Sunt autem inter ceterarum formarum exempla, quae attulit Seidlerus, nonnulla, quae per synaphiam cum insequentibus cohaereant. Sed constat Seidlerum furore quodam dochmiorum investigandorum inflammatum multa dochmiis adscripsisse, quae ab eis aliena sunt. Cum enim dochmii longae sine ulla exceptione solvi et pro arsis brevibus ubique longas poni posse crederet, factum est, ut numerus dochmiacus constitueretur tamquam asylum omnium metrorum, quibus aliter prospici non poterat.

Prom. 692: *λύματα δειματ' ἀμ-φήκει κέντρῳ ψύ-χειν ψυχὰν ἐμάν* (Seidl. p. 33) a Weilio in anapaestorum modum disposita sunt:

πήματα, λύματα, δειματα κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἀμφάκει.
Oed. Col. 1491: *ἰὼ ἰὼ παῖ βᾶ-θι βᾶθ' εἴτ' ἄκραν* Seidlerus; lacunosum esse indicavit iam Reiskius; antistropa (v. 1477) iambicum potius dimetrum cum hiatibus (Wundero auctore) significare videtur quam dochmios. Sept. 205 ~ 213 (Seidl. p. 77) erit paeon quartus cum trimetro dactylico logaoedico:

ὄτε τε σύ-ριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι
~ *ὄτ' ὀλοᾶς | νιφομένας βρόμος ἐν πύλαις.*

Aliis autem locis aliter atque a Seidlero distribuenda sunt verba in numeros dochmiacos:

O. Col. 1563 ~ 1574 (Seidl. p. 30) cum Wundero melius bacchium et dochmium, quam dochmium cum cretico facias. Eandem numerorum coniunctionem video in Phoen. v. 176 (Seidl. p. 32): *Σελάνα* (*Σελαναία* libri) *χρυσόκικλον* (sic codd., *χρυσείοκικλον* vulgo) *φρέγγος*; Med. 1251 ~ 1261. Or. 145 ~ 157. Phoen. 169. In Phil. v. 1096 ratus est Seidlerus dochmium complecti syllabas *ὦ βαρύποτιμ' οὐκ ἄλλ-*, mihi videtur arsis ultima hypercatalecta dimetri iambici antecedentis trahenda ad dochmium esse, quem sequatur tetrapodia dactylica:

σύ τοι σύ τοι κατηξίω-σας, ὦ βαρύπῳτιμ' οὐκ
ἄλλοθεν ἅ τυχὰ ἄδ' ἀπὸ μείζονος.

Iph. Aul. 1289 (Seidl. p. 52) si dochmios inesse vis, lege: *ματρός ἀπὸπρὸ νο-σφίσας ἐπὶ μόρφω | θανατόεντι Πάριν | ὄς*
Ἰδαῖος Ἰ-δαῖος ἐλέγετ' ἐλέγετ' | ἐνὶ Φρυγῶν πόλει. — In

Iph. Taur. v. 828 sqq. Seidlero (pp. 76. 115. 219) videtur pes iambicus solus dochmiis praemissus esse. Melius vero verba sic distribuuntur, ut praemittatur dochmiis membrum penthemimeres iambicum, tum dochmii, quibus laetitiae ex fratris amplexu captae admiscetur exulis dolor, sic constituuntur eiecto glossemate *Ἀργόθεν: ἔχω σ' Ὀρέστα — — τριλοῦ γε χθονός | πατρίδος, ὦ φίλος*. Similiter Seidlerus (pp. 76 et 133) dispersit est versus Ionis 717, ubi video penthemimeres iambicum, quod sequitur tetrapodia dactylica; cf. Ion. 1483 sq. Or. 1277. Herc. fur. 1184 sqq. Idem a Seidlero (p. 77) factum est in Hel. v. 687, quem scribo: *οὔκ ἐστι μήτηρ· | ἀγχόνιον δὲ βρόχον δι' ἐμὲ | καταδίσατο δίγαμον αἰσχύναν*; cf. Ion. 1441 sq.

Alibi autem correctum est; velut Sept. 155: *δορυτίνακτος δ' αἰ-θήρ*, δ' eiecit Hermannus. — Or. 327 sq., in quo legit Seidlerus (p. 38): *μαινιάδος φοιτᾶ-λέου γεῦ μόχθων*, ab Hermannus mutatum in *μαινιάδος δεινᾶς | φοιτᾶλέου μόχθων*, ut accurate respondeat antistr. 343 sq. — Herc fur. 758 (Seidl. p. 77): *ἄφρονα λόγον οὐρανί-ων* ~ 745: *πάλιν ἐμολεν ἂ πάρος*, formam a tragicis non alienam *ὀρανίων* scribi velim; proposuit enim eam Dindorfius Aesch. Suppl 808: *ἔνξε δ' ὀμφάν ὀρανίαν* ~ 817: *γένος γὰρ Αἰγύπτειον ἔβριεν*, et O. Col. 1466: *ἔπτηξα θυμὸν ὀρανία γὰρ*. — Ion. 797: *αἰθέρα πρόσω (πρόσω codd.) γαί-ας Ἑλλανίας*; facili emendatione scribo: *αἰθέρ' ἀπὸπρὸ γαί-ας*. — E dochmiis claudis eximendus est diphthongi correptione v. Bacch. 1006: *χαίρω θηρείου-σα κτλ*. Item, cum post dochmium claudum liqueat dochmium non posse incipere ab enclitico, diphthongum corripio in Phoen. 187: *εὐ-χεται Λερναίᾳ τε δώσειν τριαί-να*.

Sunt autem dochmii claudi, qui videntur respondere dochmiis puris per synaphiam metricam cum sequente coniunctis. Quamquam multa inter se respondere opinatus est Seidlerus, quae non convenire inter se editores post eum consentiant: Phoen. 114 (~ 147), 194 (~ 170), 196 (~ 172), 323 (~ 331), Herc. 1075 (~ 1059), Or. 154 (~ 142). Alia eius usus exempla levare possumus diphthongi correptione: Pers. 657: *βαλῆν ἀρχαῖος* ~

664: ὅπως καινά τε κλύης, Ant. 1307: τί μ' οὐκ ἀνταίαν ∞ 1330: ὦ κάλλιστ' ἐμῶν ἐμοὶ τερμῖαν; alia tolluntur emendationibus: Sept. 698: μὴ ποτρυ-νον· κακὸς οὐ κεκλή-σει βιον εὔ κρησας ~ 705: παρέ-στακεν· ἐπεὶ δαίμων | λήματος ἐν τροπαί-α, ubi pro δαίμων Hermannus recte κλύδων; versus autem eius, cui in Oed. Col. respondet v. 1478: Ἰλαος ὦ δαῖμον nimis incerta est lectio; lacuna enim, quae in Laur. intercedit post γύαλον maior esse videtur, Ποσειδωνίῳ L autem vel Ποσειδαονίῳ rece. codd. glossema est. Qui autem Wecklinium sequens scribit Phil. 188: ἄ δ' ἀθυροστομοῦσ' | ἀχῶ (ἀθυρόστομος L), ei non licet in antistropha v. 177 retinere Laurentiani ὦ παλάμαι θνητῶν, ubi θεῶν Lachmannus. Item quod Hipp. 826: βαρύποτμον, γύναι ~ 845: μέλεος, οἶον εἶ-δον ἄλγος δόμων pro γύναι codd. PC habent τλήμον, nullo modo ferri potest.

Sedis autem eius, quae antecedit arsin irrationalem, solutio non admitti videtur. Nam quod Hipp. 1272: ποτᾶται δ' ἐπὶ γαι-αν εὐαγγιόν θ' | ἀλμυρόν ἐπὶ πόντον Seidlerus (p. 54) sublato ἐπὶ priore in dochmiorum formam redegit, parum probabile. Si enim ea cum verbis antecedentibus coniungemus, resiliens choriambi anaclomeni, quod metrum maxime sensui idoneum est, claudit eos pherecrateus, ut Herc. fur. 681 ~ 695. Sic enim scribo: ὠκντάτῳ πτέρῳ, ποτᾶ-ται δ' ἐπὶ γαῖαν εὐαγγῆ θ' (cf. Pers. 466) ἀλμυρόν τ' ἐπὶ πόντον. — De Herc. fur. v. 887 iam supra dictum est.

Si igitur dochmio claudio versus clauditur, quemadmodum trimetrum iambicum plerumque desinit in verbum e duabus pluribusve syllabis compositum, in monosyllaba vero ita tantum, si cum antecedente verbo arte coniunguntur vel aliud monosyllabum antecedit, ita et in dochmio et in aliis metris claudis accidere oportet. In trimetro enim respirationis mora ante thesin extremam ea de causa evitatur, ne metrum clauditem quandam sibi contrahat, item a claudis metris ante thesin extremam exclusa est respiratio sive caesura, ne arsis spatium ita quoque satis amplificatum eo magis angeatur neve numerus, cum continuum eum esse aures vixdum percipiant,

non tam tumere quam rumpi videatur. Quae cum ita sint, in dochmiis his: Sept. 699: *κυρή-σας· μελάναιγισ δ' ἐκ εἰσι δόμων* recte Weilius *ἐκ δ'*; Phil. 517: *δόμους, τὰν ἐκ θεῶν*, Hermannus: *τὰν θεῶν*; Or. 147 sequor codd. M et V (sec. man.) lectionem: *ἴδ' ἀτρεμαῖον (ἀτρεμαῖαν vulgo) ὡς ὑπ' ὄροφον φέρω βοᾶν*. Concessus vero est monosyllabi usus, si adhibetur encliticum:

Or. 146: *φίλα, φώνει μοι*. ~ 159: *φερομένη χάριν*.

Phil. 845: *ὦν δ' ἄν ἀμείβῃ μ' | αὐθις, βαιάν μοι, βαιάν, ὦ τέκνον,*

~ 828: *εὐαῆς ἴμῃν | ἔλθοις, εὐαίων εὐαίων, ὦναξ.*

Praeterea poetae monosyllabo claudabant dochmios claudos in exclamationibus, quas uno spiritu pronuntiatas esse verisimile est:

Ai. 694: *ἰὼ ἰὼ Πᾶν Πᾶν* ~ 707: *ἰὼ ἰὼ νῦν αὖ*

Soph. El. 1084: *ῥώνυμος, ὦ παῖ παῖ* ~ 1092: *νῦν ὑπόχειρνα λεις*.

Hipp. 365: *ἰὼ μοι, φεῦ φεῦ* ~ 672; *ἰὼ γὰ καὶ φῶς*.

Eur. El. 1177: *ἰὼ Γᾶ καὶ Ζεῦ | πανδερχέτα*, melius Nauckius: *ἰὼ Γαῖα καὶ Ζεῦ πανδερχέτα*.

~ 1190: *ἰὼ Φοῖβε, σὰν υμνήσας δίκαν*.

Bacch. 1169: *τί μ' ὀροθύνεις ἄ';* ~ 1083: *τί μετέχω τλάμων;*

Hec. 1056: *ᾗ μοι γῶ, πᾶ βῶ, πᾶ στῶ, πᾶ κέλω;*

Hipp. 814: *αἰαὶ τόλμας, ὦ Ddf., ὦ τόλμας PC*.

Quibus addenda fortasse Sept. 134: *οὐ δ' Ἄρης φεῦ φεῦ* (~ 116: *ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ*), Dindorfius eiecit *φεῦ φεῦ*; et Herc. fur. 1052: *φόνος ὅσος ὄδ'· AM. ᾗ ᾗ*.

Ea autem absurditas (*δεινότης: μέτρον δεινόν, ὡς οἱ χωλιᾶμοι Demetr. de el. p. 251; vel σκληρότης: τριῶν ἐφεξῆς μακρῶν κειμένων σκληρὸν γίνεται τὸ ποίημα Aristid. Quint. p. 55 Mb.*), quae inest in numero, eadem expressa est verbis metrorum claudorum extremis, quibus id proprium est, ut grave terribile vastum quidquam significant. Nam cum iam ab Hipponacte in choriambi fine adhibeantur verba gravitate

partim generosa partim scurrili praedita velut *ῥιγῶ*, *ῥιγηλή*, *ῥιγεῖς*, *παλμύς*, *φαρμαῖκός* (*φαρμαῖκός?*, cf. Eq. 1405), *πύργοι*, *τοῖχος*; *πέργα*, *πυρόν*, *κριθαί*, *μαῖζα*, alia, tum apud tragicos in fine metrorum claudorum invenias, ut ita dicam, thesaurum tragicæ ampullæ. Sed de eis adi ipsos poetas.

Mihi vero restat, ut afferam cetera claudorum metrorum genera. Invenitur autem clauditas in pedibus incompositis generis hemiolii. Cretico enim numero tribuo metra, quæ longis trisemis factis vulgo expediri solent:

Sept. 346: *ὀρχάνα πυργῶτις*

~ 358: corruptum, ὄμμα πῶς ἀλγύνει Weil.

Choëph. 587: *πόντια τ' ἀγάλαι κνωδάλων ἀνταίων*

~ 597: *καὶ γυναικῶν φράσαι τλαμόνων παντόλμους.*

Choëph. 806 sq. = 818 a?

Choëph. 819: *καὶ τότε ἤδη πλοῦτον*

~ 831: *Περσέως τ' ἐν φρεσίν.*

Soph. El. 160sq.: *ὄλβιος, ὃν ἄ κλεινὰ*

γὰ ποτε Μυκηναίων

~ 180 sq.: *οὔτε γὰρ ὁ τὰν Κρίσα*

βούνομον ἔχων ἀκτάν

504 sqq.: *ἄ Πέλοπος ἄ πρόσθεν*

πολύπονος (πολύπ. codd.) ἵππεια,

ὡς ἔμολες αἰανής

ταῦδε γὰ.

εὔτε γὰρ ὁ ποντισθεῖς

Μύρτιλος ἐκοιμάθη,

~ 510 sqq.: *παγχρύσων | ἐκ δίφρων*

δυστάνοις | αἰκίαις

πρόρξιζος | ἐκριφθεῖς,

οὔ τί πω

ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκου

πολύπονος (πολύπ. codd.) αἰκία.

Oed. Col. 121sq.: *προσδέρκου,*

λεῦσσε νιν, προσπεύθει

πανταχῇ

- ~ 151 sq.: ἀλλ' οὐ μὰν
 ἔν γ' ἐμοὶ προσθήσεις
 τάσδ' ἀράς.
- Trach. 653 sq.: νῦν δ' Ἄρης | οἰστροθεῖς
 ἐξέλυσ' ἐπιπόνων ἀμερᾶν.
- ~ 661 sq.: τὰς πειθοῦς | παγχρόστῳ
 συγκραθεῖς | ἐπὶ προφάνσαι θηρός.
- Trach. 828 sq.: ἔμπεδα κατουρῖζει
 πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λείσσων
- ~ 838 sq.: φλέγματι; μελαγχαιτα
 δ' ἄμμιγά νιν αἰκίζει.
- Trach. 846 sq.: ἦ ποῦ ὄλοα στένει | ἦ ποῦ ἀδινῶν χλωρᾶν,
 sequitur telesilleum claudum: τέγγει δακρύων ἄχραν, ~ 857 sq.:
 ἄ τότε θοᾶν νύμφαν | ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς | τάνδ' Οἰχαλίας
 αἰχμᾶ.
- Phil. 832 sqq.: ἴθ' ἴθι μοι παιήων

 πῶς δέ μοι τάντεῦθεν
 φροντίδος· ὀρεῖς ἴθι
 πρὸς τι μένομεν πράσσειν.
- ~ 848 sqq.: ὑπνος ἄπνος λείσσειν.

 ἐξιδού ὅπα πράξεις.
 οἶσθα γὰρ ὃν αὐδῶμαι.
- Troad. 512: Μοῦσα, καινῶν ὕμνων ~ 532: πρὸς πύλας ὤρμά-
 θη. Adde Bacch. 598. Post dochmium creticus irrationalis
 Ion. 695: φίλαι, πότερ' ἐμᾶ | δεσποῖνα ~ 676: ὀρῶ δάκρυα
 καὶ | πενθήμους.
- Non claudicare videntur vv. Andr. 275: Ἰδαῖαν ἐς νάπαν
 ~ 285: οὐρεῖ ἂν πιδάκων, Phoen. 1021 ~ 1045. 1287. Eur. El.
 1157. In aliis autem metris, quae huc spectare videntur, nescio
 an insit bacchius irrationalis cum cretico coniunctus: Troad.
 579 sqq. ~ 583 sqq.
- Venio ad glyconeae clauda. In quibus syllabae paenul-
 timae irrationalitatem non ita esse explicandam, ut quemadmo-
 dum in choriambico anaclomeno choriambum insequatur arsis

anceps, inde efficitur, quod inter glyconeum et choriambicum anaclomenum nulla intercedit necessitudo, nedum ea, quae a metricis dicitur ἐπιπλοκὴ μέτρων, tum inde quod glyconeum arsi ultima irrationali utens eisdem legibus accipit longam quibus clauda alia. Quamquam in eo metro ab editoribus peccata sunt plura, quam quae enumerari possint. Sed exemplis rem explanabo. Sunt enim (ex. gr. Wolffius in ed. Teubn. in us. schol. pp. 127. 131), qui dactyli cyclii sedes potius quam temporum, quae metris continentur, convenientiam secuti scripserint invitis codicibus Ant. 104 sq. ~ 121 sq.:

ἀμέρας βλέφαρον Διγκαί- ~ αἱμάτων γένυσιν πλησθῆ-
ων ὑπὲρ ξέθρων μολοῦσα ναί τε καὶ στεφάνωμα πύργων.
Vel metrorum divisionibus, quales extant in codicibus, nimis freti sunt, ut Ant. vv. 814 sqq. ~ 832 sqq. dirimerent hunc in modam:

ἄκταν, οὐδ' ὕμεναίων
ἔγκληρον, οὐδ' ἐπινύμφειός
πῶ μέ τις ὕμνος
ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω.
~ χιών τ' οὐδαμὰ λείπει,
τέγγει δ' ὑπ' ὄφρῦσι παγκλαύτοις
δειράδας· ἧ με
δαίμων ὁμοιοτάταν κατευνάζει.

Quae ita ordinanda, ut syllabae, quae clauditatem efficere videntur, cadant in basin metri sequentis:

χιών τ' οὐδαμὰ λει-πει, τέγγει δ' ὑπ' ὄφρῦσι παγκλαύ-
τοις δειράδας· ἧ με δαι-μων ὁμοιοτάταν κατευνάζει. Cf. Eur.
Suppl. 956 sq. ~ 964 sq. El. 709 sq. ~ 722 sq., alia.

Ultimae autem duae periodi syllabae utrum pedem claudum efficiant an bina tempora trisema cum illo Antigonae loco (816 ~ 833) tum aliis (Soph. El. 123 ~ 139. Ai. 597 ~ 610. 604 ~ 615. 1191 ~ 1198. Alc. 576 ~ 586. Med. 159 ~ 183. Hipp. 130 ~ 140. Hec. 926 ~ 936. Eur. El. 174 ~ 197. Iph. Taur. 1093 ~ 1110), in medio relinquo.

Restant autem glyconea clauda locis his: Ant. 1122 ~ 1133. Trach. (1006) ~ 1016. Phil. (1128) ~ 1151. Med. 851 ~ 861.

Hipp. 141 ~ 151. 150 ~ 160. 741: τὰς ἠλεκτροφαεῖς αἰγὰς (στάγας Weilius) ~ 751: χθῶν εἰδαιμονίαν θνατοῖς (sic Nauckius et ante eum Brunckius, θεοῖς codd. et Weilius), in quo emendationem Nauckianam praefero, quoniam purum glyconeum alterum, quod dicitur, nusquam invenitur ad strophae finem positum apud veteres poetas, apud recentiores in strophis asclepiadeis III et IV, quae a poetis lesbicis adhibitae esse non videntur; Eur. Suppl. 1008 ~ 1030. Hel. 1462 ~ 1476. El. 116 ~ 131 et fort. 167 (secundum Plut. Lys. c. 15), Iph. Aul. 789, item invenitur clauditas in pentapodia pseudologaoedica: Bacch. 887 (~ 867), in telesilleo: Ai. 198. 200. 704 ~ 717. Trach. 848 ~ 859. Troad. 514 ~ 533. Iph. Aul. 799; in asclepiadeis: Simonid. frg. 32, 3. O. R. 870 ~ 880. Ant. 706 ~ 718. 708 ~ 720. 786 ~ 796. 945 sqq. Soph. El. 836 ~ 848. Trach. 851 ~ 862. Phil. 681 ~ 697. Alc. 984 ~ 995. Hipp. 734 ~ 744. Quin ne a choriambicis quidem aliisque metris anaclomenis abesse videtur clauditas: Trach. 949 ~ 952. Hipp. 147 ~ 157. Troad. 515 ~ 535. Cycl. 502 ~ 510 ~ 518. Abest vero certe a metris, quae non desinunt in thesin, ita ut in paroemiaco logaoedico, quod dicitur, Eur. El. 740: χρυσωπὸν ἔδραν ἀλλάξαντα scribendum sit ἀμείψαντα, ut voluit Dindorfius; in phalaeceo autem Ion. 1236: λέύσιμοι δὲ καταφθοραὶ δεσποίνῃ (δ'σποινα codd.) scribo κρεοῖσα.

Est autem in Baccharum vv. 72 sqq. ~ 88 sqq. locus, quo altera irrationalitatis species traducat ad alteram: ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαίμων | τελετὰς θεῶν εἰδὼς | βιοτὰν ἀγιστεύει κτλ. Nam quin in tertiis periodorum metris insit clauditas, non dubium; parum enim verisimile est et ultimas periodorum theses esse irracionales et arses irracionales conferri ad theses antecedentes, quippe a quibus plerumque dirimuntur caesuris. In prioribus vero periodorum metris binis inerit ἀλογία ἢ ἐν ἔνθεμοις; nam quamquam pleraque metra in verbum desinant simul cum thesi, quae sequitur arsin irracionalem, tamen neque hiatus post thesin illam usquam invenitur et semel (v. 9^{2/3}) metrorum synaphia metrica accedit, qua re excluditur clauditas. Itaque periodi ita comparatae esse mihi videntur, ut in primis alte-

risque metris arsis irrationalis compensetur thesi sequente, cum autem ad tertia metra ventum est, ipso periodi fine thesis extrema fiat rationalis, pes autem claudus. Quo fit ut bina metra, quae ceterum ad telesillea magis quam ad choriambica anaclomena inclinare videntur, sequatur hypercatalectum.

Eodem autem modo claudicant interdum metra dactylo-epitrita et vere logaoedica, cum arsis irrationalitas non aliam teneat sedem quam in irrationalitate duplici. Quod inest in eis et post membra, quae e dactylis constare videntur (Simonid. frg. 57, 4; Bacchylid. 2, 2; 29, 3; Eur. Troad. 258 ~ 267. El. 701 ~ 715; numeri continuas clauditate non interrumpi videtur: Pind. Ol. VI v. 54 (ceteroquin brevis) et Py. I str. 2) et post membra ex epitritis composita: Stesichor. frg. 32, 2 (clauditatis exemplum vetustissimum?), Simonid. 4, 4. Bacchylid. 13, 1. Melanippid. 6, 2 (?), Pind. Py. IX str. 2; in versibus vere logaoedicis: Ion. 1480: τὸν ἐλαιοφῶν πᾶγον θάσσει, vv. 1482. 1486. 1494. Hel. 657. 680 sq. Alc. 586 (?).

Haec habui de irrationalitate quae dicerem. Quae autem exposuimus, ea brevi complectamur summario.

Summarium.

Prooemium: Rhythmicæ græcæ rationes, quales a viris doctis adhuc traduntur, et Aristoxeni praecepta violant neque adhiberi possunt ad poetarum metra, nisi vis eis inferatur. Itaque qui arbitrariis syllabarum aut correptionibus aut nimis productionibus efficiunt pedum singulorum aequalitatem numerorumque concinnitatem, non sunt sequendi (pp. 175—180). Loci enim, quibus nixi viri illi effrenatam producendi et corripendi licentiam sibi vindicarunt, non recte ab eis intellecti; quos si inter se conferimus atque examinamus, elucet finibus sat angustis circumscriptas esse temporum rhythmicorum declinationes a syllabarum spatiis eis, quae metricorum doctrinae subiecta sunt (pp. 181—188).

Tum exponitur de praecipuis rhythmicæ doctrinae fontibus quid iudicandum sit; Aristoxeni praecepta, quae libri *στοιχείων ῥυθμικῶν* alterius exordium integrum esse vulgo credunt, ex eodem libro primo excerpta sunt, e quo Pselli *προλαβανόμενα εἰς τὴν ῥυθμικὴν ἐπιστήμην*; denique de necessitudine, quae intercedit inter Aristidem Quintilianum et Martianum Capellam, quid sentiam (pp. 189—195).

Pars I: De irrationalitatis natura.

Quid senserint viri docti de irrationalitate, imprimis G. Hermannus et Aug. Boeckhius (pp. 196—198).

De duabus capitibus de irrationalitate Aristoxeni partibus. Aristoxeno duce confertur irrationalitas rhythmica cum ea irrationalitate, quae pertinet ad harmonicam; disputatur, quae intervalla ab Aristoxeno dicta sint rationalia, quae et qualia

irrationalia, quid sit ῥητὸν et ἄλογον, quid τὸ κατὰ μέρος ῥητὸν et τὸ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητὸν, de paralage, de aliis rebus (pp. 198—247). Unde elucet duas esse irrationalitatis species, alteram simplicem atque absolutam, quae spectat ad pedes singulares, alteram vero, quae invenitur ἐν ῥυθμοῖς, pertinere ad tempora bina.

Adumbratur universa Aristoxeni de temporibus explanatio, maximeque quae in ea de temporibus irrationalibus docuerit et quae eorum sint indicia, exponitur (pp. 247—258).

Pars II: De irrationalitatis sedibus.

Aristoxenus doctrinam suam non ad omnia metra pertinere voluit; quae autem non curavit, ea vocantur ἀπεμφαινόμενα (pp. 258—268).

Irrationalitatis sedes indagantur legibus tribus. Primum de ea irrationalitate, quae inest ἐν ῥυθμοῖς. Ostenditur thesin, quae sequitur arsin irrationalem syllaba ancipiti expressam, esse irrationalem, cum nec solvatur nec caesura ab arsi illa dirimatur (lex a Porsono observata); quod accidit non modo in ultima trimetri iambici et tetrametri trochaici syzygiis, sed etiam in priore tetrametri parte, in metris choriambicis ionicisque a minore anaclomenis, in glyconeis telesilleisque, aliis; simul exponitur, quid e sedibus irrationalibus de pedum compositorum origine effici possit (pp. 268—319).

Alius autem irrationalium binorum temporum ordo diversaeque numeri natura et origo inest in trimetro iambico ante semiquinariam et in prioris tetrametri trochaici partis fine et in aliis eiusmodi metris (pp. 320—332).

De altera irrationalitate, quae spectat ad pedes singulares. Quae invenitur, ut iam antea sparsim demonstratum est, in versuum periodorumve exordiis, tum in arsi extremis inesse consentaneum est (pp. 332—334), maxime autem in clausulis metrorum claudorum, de quorum natura et generibus exponitur (pp. 334—349).

I. Zu Plantus' Bacchides.

In dem kunstvollen Finale führt die feine Schattirung der Charaktere hier und da auf eine von der gewöhnlichen abweichende Vertheilung der Personen. Ohnehin geben die Handschriften, die zum Theil (besonders CD) jede Bezeichnung unterlassen, zum Theil schwanken, auch geradezu Unmögliches bieten, freien Spielraum. Der polternde Nicobulus hält länger und energischer an seiner sittlichen Entrüstung fest als der behäbige lässigere Philoxenus, der selbst gesteht, dass er in seiner Jugend ein lockerer Vogel war. Jenem kommt es zu, den Spott der Schwestern gleich zu Anfang übel zu nehmen, während dieser sich nichts daraus macht. Also 1125 NICOBULUS. *ut videntur|deridere nos.* PHILOXENUS. *sine suo usque arbitrato.* Wie nun die Spottreden immer boshafter werden, muss wiederum Nicobulus die bittere Bemerkung dazwischen werfen (1132): wir haben es nicht anders verdient, *merito hoc nobis fit, qui quidem huc venerimus.* Er fährt denn auch auf die Mädchen los, als diese Anstalten machen sich zurückzuziehen, und hier giebt der Vetus, dem schon Camerarius gefolgt ist, auch das richtige Zeichen (1140): *ilico ámbae|manéte: haec oves volúnt vos.* Aber auch die gleich darauf (1142) erfolgende Drohung gehört ihm, wie im Widerspruch zum Vetus der Lipsiensis richtig angiebt: *haec oves vobis malam rem magnam quom (quam B cum rell.) debent dabunt.* Schon die spitze Wiederholung des Ausdruckes 'haec oves' führt darauf; vgl. auch 1172.

Von den beiden Schwestern spielt die eine die vornehmere Rolle der Hausherrin, sie hat die führende Stimme; die

Schwester begleitet sie mit witzigen und anmuthigen Bemerkungen. Schwerlich würde Nicobulus V. 1122 im Plural sprechen: *ovis nos vocánt pessumaé*, wenn nicht beide Schwestern bereits das Wort genommen hätten. Demnach wird 1121 mit Brachmann unter beide zu vertheilen sein: *A quid hoc est negóti nam, amábo?* | *B quis háscé huc oves adégít?*

Pistoclerus erklärt dem Lydus, dass er sich drinnen bei den Damen nicht als Pädagogen aufzuspielen habe, V. 139: *non pár videtur neque sit consentaneum, Quom haec intus (haec intus intus CD) sit et cum amica accubet . . . praesente una illis paedagogus ut siet* (der letzte Vers nach G. Hermann). Im zweiten Vers kommt Vahlens Conjectur 'quom ephelus intus sit' der Absicht des Dichters am nächsten, aber den Spuren der Ueberlieferung, wie sie in CD vorliegen, schliesst sich noch enger an: 'quom alumnus intus sit.' So wird dem zudringlichen *paedagogus*, der seine Auctorität auch geltend machen will wo sie nicht hingehört, der emancipirte *alumnus* unter die Nase gerieben.

V. 123: *i stultior es barbaro puticio* ist doch wohl am passendsten '*balbulo p.*' herzustellen (vgl. Rhein. Mus. XXXXV 313).

II. Zu Aischylos.

Choeph. 763 ff. K. ist überliefert:

*νῦν παραιτουμένα μοι, πάτερ
Ζεῦ θεῶν Ὀλυμπίων,
δὸς τύχας τυχεῖν δέ μου κυρίως
τὰ σωφροσυνεν μαιομένοις ἰδεῖν.
διαδικᾶσαι πᾶν ἔπος
ἔλαχον.*

Richtig hat Bamberger hergestellt *δὸς τύχας εὖ τυχεῖν κυρίως*. Die Ergänzung *εὖ* hatte sich in die folgende Zeile (*σωφροσυνεν*) verirrt. Ich fahre fort: *τὰ σύμφορον* (vgl. 786) *μαιομένοις ἰδεῖν*, d. h. 'quae consciis videre est lubentibus', was

die Verschworenen erfüllt zu sehen wünschen. Sie sprechen das verhängnisvolle Wort, das ihnen auf der Zunge schwebt, nicht aus. Sie verwahren sich, dass jedes Wort, was sie gesagt. in Dike's Sinne sei: *διὰ δίκας πᾶν ἔπος ἔλακον* (Panw: vgl. 624. Die Sylbe *αι* nach *δίκας* scheint von einem Glossem *δικαίως* herzuführen, welches die Scholien geben).

V. 790 ist *τόδε καλῶς κτάμενον* einfach durch Interpunktion vom Folgenden zu trennen und als selbständiger Satz zu fassen: *laudabilis haec caedes*. Apollo soll geben, dass Agamemnon's Haus von neuem aufleuchte, 791: *εἰ δὲ ἀναίθειν δόμον ἀνδρός* (überliefert ist in Strophe und Antistrophe *ἀνιδεῖν*: vgl. 523 *πολλοὶ δ' ἀνήθον, ἐκτεφλωθέντες σότῳ, λαμπτήρες* nach Valckenaers Verbesserung für *ἀνήθον*, in den Schol. erklärt: *ἀνέλαιψαν*). Dazu passt das folgende: *καὶ νῦν ἔλενθερίας φῶς | λαμπρὸν ἰδεῖν φίλοις | ὄμμασιν ἐκ δνοφερᾶς καλύπτρας* (mit Dindorf und Hermann).

Septem 751 K.

Der Chor hat von den Wogen des Krieges gesungen, welche das Schiff der Stadt umbranden, und die Befürchtung ausgedrückt, dass sie bezwungen werde (*δέδοικα δὲ σὺν βασιλεῦσι μὶ πόλις δαμασθῆ*, 747 f.). Er begründet sie (749 f.):

*τέλειαν γὰρ παλαιῶτων ἄρᾶν
βαρεῖαι καταλλαγαί.*

„Denn wenn ehemals ausgesprochene Flüche sich erfüllen (vgl. 814. 678. Agam. 1356), ist die Versöhnung schwer.“ Der Mediceus hat von erster Hand *τέλεια* mit Rasur eines Buchstabens, von jüngerer Hand übergeschrieben: *αι*. Der Scholiast las unmetrisch *τέλεια*; aber richtig erklärt er *βαρεῖαι καταλλαγαί*: *δυσχερὲς τὸ φιλιωθῆναι αὐτοὺς διὰ τὰς κατάρας*. Er wollte *τέλεια* . . *ἄρᾶν* verbinden im Sinne von *τέλειαι* . . *ἄραί*, und nach *ἄρᾶν* interpungiren, so dass 749 und 750 als zwei unabhängige Sätze neben einander ständen. Weiter liest man im Mediceus von erster Hand: *τὰ δ' ὄλοα πέλομεν' οὐσπαρέρχεται* d. h. einfach *οὐσπαρέρχεται*. „Das Unglück (womit die Flüche drohen) erfüllt sich bereits in dem gegenwärtigen Kriegsgetöse und dringt unmittelbar an mein Ohr.“ Offenbar

hat auch der alte Erklärer so gelesen, denn das Scholion τὰ δὲ δεινὰ τελούμενα οὐ παρέρχεται ἡμῶν ist sinnlos, wenn man nicht οὐ in οὐς verbessert. Einen Gegensatz zwischen Armuth (πενόμενος nach Conjectur) und Reichthum (ὄλβος 754) kann ich hier nicht angezeigt finden, denn nicht der Uebermuth, der die Folge des Wohllebens ist, hat über Theben das Verhängniss gebracht. Die Phantasie der Mädchen, an deren Ohr der Waffenlärm dringt, kehrt zu dem Bilde von Meereswogen und Sturm (741 ff.) zurück. Die über die Mauer der Stadt stürzenden Leichen der Krieger erscheinen ihnen wie der Ballast, welchen Kaufleute über Bord des zu schwer beladenen Schiffes werfen:

πρόπρυμα δ' ἐκβολῶν φέρει
 ἀνδρῶν ἀλγιστῶν
 ὄλβος ἄγαν παχυνθεῖς.

(Med.: ἐκβολῶν, übergeschrieben à).

O. R.

Druck von J. B. Heroldfeld in Leipzig.

LEIPZIGER STUDIEN
ZUR
CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

FÜNFZEHNTER BAND

Erstes Heft.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1893.

1

2

3

4

DE
LEGIONIBUS ROMANORUM

I. MINERVIA ET XXX. ULPIA.

SCRIPSIT

OTTO SCHILLING.

Duabus de causis permulta, quae ad legiones Romanorum pertinent, vel in dubio adhuc relictæ vel omnino non sunt tractatæ, quarum altera est, quod nostri demum sæculi viri docti cura intentiore singularum legionum historias enarrare coeperunt, altera, quod hac potissimum ætate haud pauci lapides vel recens effossi vel accuratius descripti sunt.

Quod quidem maxime valet in iis legionibus, quae in Germania castra stativa habuerunt, ut haud alienum mihi visum sit res gestas casusque duarum illarum legionum, quae per saecula in Germania Inferiore tendentes idem fere gesserunt et passae sunt, legionum I. Minerviae et XXX. Ulpiae, una disputatione persequi.

CAPUT I.*)

De origine et nominibus legionis I. Minerviac.

§ 1. De origine legionis.

A quaestione omnium sine dubio difficillima nobis incipiendum est; quae cum in historia legionis describenda quasi fundamentum sit, quo neglecto opus vel perfectum stare nequeat, quid in utramque partem de uniuscuiusque sententia dicere fas sit, accuratissime est inquirendum.

Cuinam imperatori originem debeat legio I. Minervia, hoc certe satis constat. Cassius enim Dio in libri LV. capite 24 disertis verbis tradit Domitianum τὸ πρῶτον (sc. στρατόπεδον) τὸ Ἀθηναῖον τὸ ἐν Γερμανίᾳ τῇ κάτω constituisse; neque vero si hoc testimonio careremus, dubium esse posset, quoniam

*) Singulos viros doctos suis locis laudabo. Hic eos tantum enumerare satis habeo, qui plura de legionibus I. Minervia et XXX. Ulpia protulerunt:

Grotefend: „legio“ in Pauly Realencycl. IV. p. 871 sqq. et 901 sqq.

Borghesi: „Sulle iscrizioni del Reno“ in „oeuvres complètes“ vol. IV. p. 202 sqq.

Pfitzner: „Geschichte der römischen Kaiserlegionen von Augustus bis Hadrianus.“ 1851.

Ritterling: „De legione Romanorum X. Gemina“. Diss. Lips. 1855.

Libris atque fontibus praeterea usus sum his potissimum:

Corpore inscriptionum Latinarum (soli voluminum numeri notantur);

Ephemeridis epigraphicae voll. I.—VIII. (Eph. ep.);

Brambachii corpore inscriptionum Rhenanarum (Bramb.);

Wilmansii exemplis inscriptionum Latinarum (Wilm.);

Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande 1—93 (B. J.).

omnium imperatorum ipsum Domitianum Minervam deam maxime habuisse in deliciis haud ignoramus¹⁾, quippe qui in illius honorem et templa consecraverit et nummos percusserit plurimos et ludos constituendos curaverit Quinquatria, quae summa pompa caerimoniaque sollemni esse celebrata testes sunt Suetonius²⁾, Cassius Dio³⁾, Statius⁴⁾, Martialis.⁵⁾

Quo vero tempore quaque de causa Domitianus legionem I. Minerviam conscripserit, neque Cassius Dio neque alii rerum scriptores docent; ne tituli quidem, summum mehercule in omnibus antiquitatis quaestionibus subsidium, hac in re indaganda nos satis adjuvant, cum pauci tantum aetatis Domitianaee ad illam legionem pertinentes reperti sint, eique tam difficiles ad interpretandum⁶⁾, ut non desint, qui ne unum quidem exstare arbitrentur.⁷⁾

Itaque nullius admirationem movebit inter viros doctos de hac re esse litem. Sed suo iure mirabitur quispiam, quod tanta exstitit controversia, ut de decenniis fere spatio certaretur; Rothius⁸⁾ enim censuit legionem I. Minerviam anno 846/92 esse conscriptam, contra is, qui nuper in appendice de hac legione verba fecit, Ritterlingius⁹⁾ demonstrasse sibi

1) Etenim Cassius Dio LXVII. 1 haec memoriae tradidit: *Θεῶν μὲν γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν ἐς τὰ μάλιστα ἠγάλλε*. Suetonius v. Dom. cap. 15: „Minervam, quam superstitiose colebat, somniavit excedere sacrario negantemque ultra se tueri posse.“ — Quintil. inst. orat. X. 1, 91: „Cui magis suas artes aperiret *familiare* numen Minervae.“

2) V. Domit. cap. 4: „Celebrabat et in Albano quot annis Quinquatria Minervae, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur ederentque eximias venationes et scaenicos ludos, superque oratorum ac poetarum certamina.“

3) I. l.: *καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Παναθηναῖα μεγάλως ἐώρταζε, καὶ ἐν αὐτοῖς ἀγῶνας καὶ ποιητῶν καὶ λογογράφων μονομάχων τε καὶ ἔτος ὡς εἰπεῖν ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἐποίει*.

4) Silv. III. 5, 28; IV. 2, 64 sqq., 5, 24; V. 3, 227 sqq.

5) IX. 23.

6) cf. infra p. 11 sqq.

7) cf. Freudenberg B. J. 57, 80.

8) In „Mittheilungen der Gesellschaft für vaterländische Alterthümer in Basel“ I. p. 18.

9) p. 72 et in indice I. A.

videtur post annum 837/83 non potuisse eam constitui. Quibus terminis omnes, quae de hac re prolatae sunt sententiae ¹⁾, circumcluduntur.

At certissimo argumento vetamur statuere post annum 842/88 legionem esse creatam. Hoc enim anno legionem I. Minerviam in seditione Antonii Saturnini ²⁾, legati Germaniae Superioris, opprimenda ita esse versatam, ut cognomine „Piae Fidelis“ a Domitiano ornaretur, ex antiquissimis eius titulis luculentissime apparet. Quae quamquam nuper a Ritterlingio (p. 13 sqq.) sagacissime et optime sunt demonstrata, tamen hoc loco nobis sunt repetenda. Ille enim cum de legione X. Gemina ageret, obiter, licet argute sagaciterque, de legione I. Minervia disputavit, ut nonnulla iam restent, quae de ea in medio reliquit.

Itaque ut summam rei proponam, totum Inferiorem exercitum, id est legiones I. Minerviam, VI. Victricem, X. Geminam, XXII. Primigeniam simulque classem Germanicam in seditione Antonii Saturnini, cum Domitiano imperatori fidem et sacramentum servassent, cognomine „Piarum Fidelium“ exornatas esse hinc efficitur:

Uno eodemque tempore omnes illas legiones et classem Germanicam cognomen illud accepisse facile probatur cum ex titulis in vallis „Brohl“ prope Antunnacum lautumiis repertis (cf. p. 9 sqq.), in quibus omnes „Piae Fideles“ cognominantur, tum ex aliis singularum legionum ³⁾ haud paucis aetatis Traiani, rarioribus Domitiani.

1) cf. Schiller „Röm. Kais. Gesch.“ I. p. 532; Mommsen „Röm. Gesch.“ V. p. 133 adn. 1; Aschbach „Wien. Sitz. Ber.“ XX. (1856) p. 326; Pfitzner pp. 77. 134. 221; Asbach „Westd. Zeitschr.“ III. p. 18 adn. 11; Klein B. J. 25, 88 sq.

2) Quae quo anno facta sit, postquam diu haesitarunt viri docti, nunc videtur inter omnes constare; quod effectum est actis potissimum fratrum Arvalium anni 843/89, quibus illorum sententia probatur, qui censuerunt hieme inter annos 842/88 et 843/89 seditionem et ortam esse et sedatam. Accuratissime omnes, qui de hac re disputarunt, viros doctos enumeravit Ritterl. p. 12 adn. 1, quem quaeso inspicias.

3) cf. Ritterl. iud. I. B.

Iam quaestio exoritur, quaenam illis legionibus occasio fuerit tantum sibi fidei et religionis praemium comparandi. Et bella quidem permulta eaque gravia invenies a Domitiano Nerva Traiano variis cum gentibus variis de causis eventu vario gesta, sed nullum, in quo pietatem fidelitatemque manifestandi facultatem adeptae sint legiones, nisi seditionem Antonii Saturnini. Primo enim saeculo nondum abusus ¹⁾ ille temporum posteriorum irrepserat, ut propter res in bello externo bene gestas legiones cognomine „P. F.“ ornarentur, sed rarus erat ornatus et plenus propria illa et nativa, quam prae se fert, dignitate (cf. Cass. D. LX. 15). Nam si omnes perlustraveris legiones, tres tantum invenies, quae saeculo primo cognomine „P. F.“ exornatae sunt: VII. et XI. Claudias, quae in seditione Furi Camilli Scriboniani fide religioneque integra servata Claudii imperatoris imperium defenderant ²⁾, et II. Adiutricem, quae ab initio ipso a Vespasiano „P. F.“ nominata videtur esse ³⁾, quod conscripta erat ex classariis, qui omnium primi ad Vespasianum desciscentes optime de eo erant meriti. Itaque cum quattuor uno fere tempore legiones eiusdem provinciae et classem una Germanicam (quae sola omnium classium hoc honore affecta est) eodem cognomine „Piarum Fidelium“ exornatas fuisse constet, non solum non temeritatis videtur esse, sed etiam necessarium concludere his omnibus propter eandem rem gestam insigne illud nomen esse inditum. Quod quam verum sit, etiam inde perspicitur, quod iisdem legionibus ab

1) Si enim tecum computaveris, quaenam illis cognominibus insit vis et origo, concedes, credo, eas tantum suo iure sic esse appellatas legiones, quae quoquo modo contra imperatorem rebellantibus pio fidelique animo restiterant. — Nam alia haud pauca in usu erant cognomina, quibus, quae in bellis externis laude dignas se praestiterant legiones, ornabantur: Victricis, Fortis, Firmae, Felicis, Constantis.

2) cf. Cassius Dio LX. 15, 3: *Κλαύδιος δὲ τέως μὲν πάνν κατέδεισεν . . . τότε δὲ ἀναθαρσήσας τοὺς μὲν στρατιώτας ἄλλοις τέ τισιν ἡμίψατο καὶ τῶ τὰ πολιτικά αὐτῶν στρατόπεδα, τό τε ἔβδομον καὶ τὸ ἐνδέκατον, καὶ Κλαυδέια καὶ πιστὰ καὶ εὐσεβῆ καὶ πρὸς τῆς βουλῆς ἐπονομασθῆναι κ. τ. λ.*

3) cf. Ritterl. ind. II.

imperatore grato ipsius cognomen „Domitianae“ additum est, de quo infra p. 12 disputabimus.

Sed ii, qui censuerunt legionem I. Minerviam post annum 842/88 esse conscriptam, adiuvari videntur titulo Bramb. 680 (n. 70) in valle „Brohl“ reperto, quem post annum 854/100 esse positum nomine Acutii, consulis suffecti anni 854/100, demonstratur.¹⁾ Nam hoc in titulo, quem vexillarii legionum I. Minerviae, VI. Victricis, X. Geminae, alarum, cohortium, classis Germanicae Herculi Saxano sacrarunt, legio I. caret cognomine „P. F.“, unde si quis concluderet illo tempore legionem cognomine nondum fuisse exornatam, suo iure fecerit. Ut enim per se consentaneum est cognomen tam rarum, tam honorificum illa aetate, tam brevi temporis spatio post praemium acceptum intermisso non neglegi in titulis legionum, ita plane absurdum est cogitare alteram legionem in eodem titulo cognomine suo „P. F.“ esse insignitam, alteri quamvis eodem cognomine exstructae dimidium tantum honoris tribui; legit enim Brambachius „leg. I. M. F.“

Haec suo iure aliquis concluderet, dico; sed videamus, num re vera genuina lapidis fuerit lectio, quam Brambachius et ante eum Kannegieterus statuerunt; nam cum „litterae tituli pleraeque omnes perditae et atramento refictae“ sint, non securo animo in iis, quae viri docti viderunt, acquiescendum, sed accuratissima indagazione res denuo inquirenda est.²⁾ Titulus quidem, qui servatur in curia Neomagensi, hodie multo est corruptior quam Kannegieteri aetate, ut vir doctissimus Carolus Zangemeister, qui novum fecit ectypum, roganti mihi

1) Nam ut dubitari nequit, quin Acutius idem sit atque Acutius Nerva consul suffectus anni 854/100, ita fieri non potuit, ut ante consulatum Germaniam Inferiorem regeret, quod Freudenbergius, cum primo quidem contradixisset, postea ab Urlichsio (B. J. 36, 100 sqq.) refutatus concessit (B. J. 38, 93 sqq.). — Atque Ritterlingius (p. 40 sq.) formulae „quae sunt sub . . .“ usu rationeque in titulis accuratissime examinatis demonstravit *legatum* re vera fuisse Acutium neque de munere praepositi vel praefecti posse cogitari.

2) Breviter quae secuntur iam perstrinxit Ritterlingius (p. 39 adn. 5), nec tamen pertractavit quaestionem neque diiudicavit.

rescripserit ne vestigia quidem litterarum apparere iis tituli locis, qui ad hanc quaestionem pertinent. Sed aliter Fortuna nos valde adiuvit, cum ex duobus titulis ibidem ab iisdem fere vexillariis eodemque tempore — sub eodem scilicet Q. Acutio legato, Iul. Cossuto centurione — dedicatis (Bramb. 660 et 662) eas liceat restituere litteras, quae in hoc lapide sunt detritae vel difficiles lectu.

Age vero conemur quae fuerit lectio genuina enucleare. Sunt autem tituli apud Brambachium hi:

T H · ERC
 L · VI · VI · PF · LX
 GP · F · L · XXII PRP
 ET · AL · CO · CL*
 Q · S · Q · A CVT
 S V · C V M · I*
 C O S S V T I
 X L V I V I C
 P · F

Bramb. 660.

I O M
 ET HER SAX
 VEXIL

L · V I V I C F L X G F
 ET · AL · CO · CLAG
 F Q S O A CVT
 S V · C V · M I V L
 C O S S V T I · > ·
 · L V I V I C · F

Bramb. 662.

H R C V S A
 V E X I L L A R
 L I M F L V I V I C T
 L X G P E A L C O I
 C L Q S O A C V T
 S V C V M I V L I
 C O S S V T I [?] L V I
 V I C P I

Bramb. 680.
 (n. 70)

In titulis igitur Bramb. 660 et 662 legiones VI. X. XXII. videmus ornatas cognomine „P. F.“ ad unam omnes, ut in altero titulo P F quadrataris insculpserit, in altero F vel F ligaturam. In illo autem lapide Bramb. 680 (n. 70) Brambachius Kannegieterum secutus legioni I. Minerviae attribuit cognomen F, legioni X. Geminae P, VI. Victrici primum quidem nullum, deinde PI, quod quin PF fuerit in dubium vocare non licet.¹⁾ Quoniam autem intellegi nequit, cur eadem legio X. Gemina sub eodem Q. Acutio ab iisdem fere militibus bis „P. F.“ nominata in hoc titulo dimidio cognominis amisso „Pia“ dicta sit, atque patet in versu tertio LVIVICT male lectum esse, quia eadem legio omnibus fere in titulis VICPF, semel VIPF (Bramb. 660, 2), numquam VICT nominatur, elucet in hoc titulo esse legendum

in versu tertio: VIVICF pro VIVICT

in versu quarto: LXGF pro LXGP.

Quae quidem emendationes certae et necessariae esse videntur, quippe quae testes quasi habeant titulos illos cognatos; iam restat, ut cognomen illud LIMF quid sibi velit quaeramus, ad quod defendendum Freudenbergius contulit tegulas duas Bonnae repertas: LEGIFM²⁾, quod idem esse atque LIMF probare studuit. Quamquam enim eum non fugit ordinem cognominum esse inversum, tamen non intellexit ordine mutato etiam sententiam esse mutatam³⁾; immo et hic et istic F compendium confidenter interpretatur „Fidelis“.

Sed numquam si quid video „Fideles“ cognominatae sunt

1) Kannegieterus (Post. p. 170) et Janssen (B. J. 7, 44) legendum esse censuerunt PC (ponendum curaverunt); quod ad titulos sepulcrales magis quam ad dedicationem deo factam quadrare mihi videtur.

2) Idem Freudenbergius eas edidit in „Festschrift zu dem internationalen Kongress für Alterthumskunde und Geschichte zu Bonn im Sept. 1865“ p. 26.

3) Nam quod dixit l. l. p. 73: „doch mit dem Unterschiede, dass auf beiden das F. dem M.(inervia) vorgesetzt ist, was wohl daher rühren mag, dass die Ziegler bei den Stempeln bewegliche Typen gebrauchten, während die Töpfer meist hölzerner Formen sich bedient zu haben scheinen“, rationem et viam plane neglexit.

illa aetate¹⁾ legiones, si fidem aliquo modo praestiterant, sed „Piae Fideles“ semper, ita quidem, ut F cognomine, si legitur solum, „Felix“ potius vel „Firma“ significetur. Igitur si recte se haberet F cognomen, legio I. Minervia „Firma“ (vel „Felix“) intellegenda esset. Multo autem gravius est, quod L E G I F M interpretatus est: „*leg. I. Fidelis Minervia.*“ Inauditum enim et plane absurdum est legionis cognomen nativum et proprium a dea petatum postponi alteri, quo per tempus tantum legio ornata est. Immo littera F duarum illarum tegularum sine dubio ad „Flaviam“ domum attinet, ut eo magis mirer Freudenbergium in hac re tam vehementer erravisse, quod et ipse in explicando alio titulo B. J. 57, 70 (n. 50) (quem p. 12 accuratius tractabimus) hac interpretatione usus est, collatis legione IIII. F. F. = „Flavia Felice“ et cohorte I. F. D. = „Flavia Damascenorum“.²⁾ Itaque iam concedes tegulis illis Bonnensibus non posse demonstrari usitatum fuisse legioni I. Minerviae cognomen F(irmae) vel F(elicis), quia ne uno quidem bonae aetatis exemplo probari potest.

Ergo si deliberaverimus titulum hodie omnino fere deletum ne Kannegieteri quidem aetate corruptelis fuisse liberum, quas ad cognomina potissimum pertinuisse ex iis, quae modo de legione X. Gemina „P“ et VI. Vict. diximus, satis perspicue apparet, non temere coniciemus pro L I M F legendum esse L I M F.

Ligatura enim statuta intelleges, quomodo ter idem mendum in cognomina irrepere potuerit: unius litterae spatium a cognominibus obtineri cum recte animadverterit Kannegieterus, primum F, deinde P, postremo T ex ligatura illa elicit, quod quidem nos, qui titulum gravissimis corruptelis inquinatum fuisse sciamus, non miramur. Accedit quod in titulo Bramb. 662 eadem ligatura „P. F.“ cognomina includuntur.

1) Titulus enim B. J. 59, 40 (n. 56), in quo legio L P M F appellatur, multo posterioris aetatis se esse testatur ipso nomine „Filippi“. Attamen credo lectionem neque integram esse neque genuinam.

2) cf. J. Becker: „Römische Inschriften des Museums d. Stadt Mainz“ Nr. 220 et ibidem: „Verbesserungen“ p. 119. —

Quodsi demonstravimus legionem I. Minerviam Acutio legato Germaniae Inferioris cognomine „Piae Fidelis“ iam fuisse honoratam et recte p. 7 de ratione imperatorum illud praemium legionibus tribuendi (Ritterlingium secuti) diximus, concedes fieri non potuisse, quin una cum aliis legionibus Germaniae Inferioris, X. Gemina, VI. Victrice, XXII. Primi-genia propter fidem in seditione Antonii Saturnini sedanda servatam „Pia Fidelis“ cognominaretur. Atque idem aliis quoque causis comprobari infra videbimus.

Itaque *post annum 842/88 legionem I. Minerviam non con-scriptam esse demonstratum est.*

Et hactenus quidem Ritterlingium secuti sumus; iam autem facere non possumus, quin eius sententiam impugnemus. Nam studio nimio accuratissima de omnibus Germaniae legio-nibus statuendi perductus et falsa *unius* tituli interpretatione fretus dixit (p. 72) iam anno 837/83 vel 838/84 legionem I. Minerviam esse constitutam. — Quo de titulo a Freudenbergio edito B. J. 57, 70 sqq. (n. 50), cum ad initia legionis eruenda summi momenti sit, quam accuratissime disserendum est. Est autem scriptus litteris pulcherrimis iisque ad unam omnibus optime servatis his:

L M A G I V S . L
O V F . D V B I V S
M E D I O L A N M I L
L E G . I . F . M . P . F . D . A R
M O R M C V S T O S . O
A F I D I . M A R T I A L I S
A N N . X X X I . S T I P . X I I I
H . F . C

Atque primum quidem summae difficultates videntur ob-stare interpretationi compendiorum illorum, quae in versu quarto leguntur. Freudenbergius, qui l. l. de hac re verba fecit, F. litteram, ut iam p. 11 dixi, recte interpretatus est F(laviam). Sed alterius, quod scrupulos excitare potest, compendii D. iustam explicationem „D(omitianae)“ repudiavit propterea, quod illa aetate nondum fuisset usitatum legiones imperatoris

cognomine exornare. Quare cum aliam ex angustiis viam invenire non potuerit, ad sequentia litteram D. rettulit explicatam „D(uplarium)“.

Sed miram L. Magii Dubii heredes in titulo concipiendo rationem secuti essent, si „duplarium“, quod munus in titulis sepulcralibus numquam D. compendio notatur (cf. Ritterl. p. 15 adn. 1), in hanc unam coegissent litteram, contra munus armorum custodis, quod sequitur, nulla fere littera detracta („armorum custos“) scripissent, quamquam abundant tituli huius ipsius verbi compendiis.¹⁾

Sed effugit sine dubio Freudenbergium — id quod iam Ritterlingius (p. 15 adn. 1) ei obiecit — D. illud non solum in hoc titulo inveniri, sed etiam in titulis legionum X. Geminae, XXII. Primigeniae et classis Germanicae²⁾, neque usquam quidem nisi post P. F. — Itaque sic D. compendium explicandum est, ut non solum ad hunc unum quadret titulum, sed etiam ad illos, qui omnes exercitus Germaniae Inferioris sunt. Quare id quod paucis iam Mommsenus in Eph. ep. vol. V. p. 202³⁾ adnotaverat, rectissime mihi videtur pluribus Ritter-

1) cf. III. 3529: vet. ex c. a. leg. II. Adi.; III. 3560: vet. leg. II. Adi. ex c. a.; III. 4239: armor. cst.; III. 4242: a. c.; III. 4323: c. a.; III. 7688: ex c. a.

2) Tituli, a Ritterlingio (p. 15 adn. 1) collati, sunt hi: Bramb. 651: I. O. M. || Her. Sax. Sex. || Donnius || Vindex o leg. || X. G. P. F. D. et || comili || tones l. m. — B. J. 61, 73 n. 12: L. X. G. P. F. D. — Bramb. 140, d. 3: leg. XXII. Pr. P. F. D. — Bramb. 140, d. 4: . . g. XXII. Pr. P. F. DC. — Bramb. 673: Suleviabus || G. Paccius || Pastor || vet || leg. XXII. P. P. F. D. v. s. l. m. — Bramb. 1377, g. 31: leg. XXII. Pr. P. F. D. — Bramb. 1626: Abnobae || Q. Antonius || Silo > leg. I. A || diutricis et || leg. II. Adiutri || cis et leg. III. Aug. || et leg. IIII. F. F. || et leg. XI. C. P. F. || et leg. XXII. P. F. D. || v. s. l. l. m. — Bramb. 694: Matribus || suis || Similio mil || es ex casse Ger || manica P. F. D. || Pler. Cresimi || v. s. l. l. m. — Bramb. 677 (incertus), 678 (quo in tit. iure, ut puto, Ritterl. coniecit pro Coh. Asturum P e D esse legendum P F D.), 1952 (dubius). —

3) Ad L. Magii Dubii titulum explicandum haec adnotat: „Litterae bonae aetatis sunt neque abhorrent a temporibus Domitiani, quem cum propter alias causas veri simile sit hanc legionem constituisse, ex hoc titulo scilicet scripto ipso imperante probari videtur a conditore duo nomina adsumpsisse, mox eo damnato abolita“.

vingius probasse littera illa D. significari „D(omitianam)“ et „legionibus, quae pietate et fidelitate sua imperatorem summo periculo eripuerant, non solum cognomina P. F. donata esse, sed etiam ipsius imperatoris, id quod multo honorificentius erat, cognomen impositum esse“.1) Quos enim moverat scrupulus Freudenbergius, optime idem de medio sustulit2) (p. 15 sq.).

Sed dixerit quispiam duplex eiusdem imperatoris nomen eidem legioni impositum cum per se offensionem esse tum propterea, quod aliis cognominibus sit seiunctum. Quod quidem primo obtutu videtur praebere offensionem; accuratius autem quaerenti facile scrupulus ex animo evelletur. Origo enim dignitasque duorum illorum cognominum F. et D. legioni I. Minerviae tributorum plane diversae sunt. Namque littera F. ante cognomen, quod legionis proprium est, „Minerviae“ posita efficitur, ut eodem modo, quo legio III., quippe quae a Vespasiano conscripta sit, F(lavia) cognominata est, etiam leg. I. Min. ab ipsa origine cum domo Flavia coniunctam fuisse ostendatur. — Ergo ab initio legio appellabatur „leg. I. Flavia Minervia“; quo declaratur tegulas illas Bonnenses p. 10 sq. commemoratas antiquissima esse legionis monumenta, ad annos nimirum ab origine eius usque ad finem anni 842/88 pertinentia.

Itaque cum hieme anni 842/88 ad 843/89 una cum aliis Germaniae Inferioris legionibus Domitiano fidem servasset, et ipsa honorificorum cognominum „Piae Fidelis Domitianae“ particeps facta est, ut in titulo L. Magii Dubii iure legatur: „legio I. Flavia Minervia Pia Fidelis Domitiana“, mira quadam insignium laudis cumulatione nec tamen ita difficili intellectu.

Post mortem Domitiani cum senatores male oppressi et odio iracundiaque incensi omnia fere, quae sive ab imperatore

1) Ritterlingii verbis utor.

2) In memoriam enim revocat legionem II. *Traianam*, I. *Macrianam* (a Clodio Macro anno 822/65 in Africa constitutam), legionem VII. *Galbianam*, alam I. *Dardan. Vespasianam*.

inviso instituta erant sive ad memoriam eius servandam idonea esse videbantur, furore et saevitia flagrantibus delevisset¹⁾, ne legionarii quidem, quamvis fautor eis semper exstitisset Domitianus, mortui cognomen retinendum censuerunt. Neque vero „F.(laviae)“ cognomen, quo tamen IIII. legio per saecula est usa, postea in legionis I. Minerviae titulis invenitur. Quae diversitas etsi dubitationem excitare potest, num omnino, quae de F. compendio statuimus, recte se habeant, tamen facile expeditur. Quartam enim legionem creatam esse a *Vespasiano*, cuius optima erat apud omnes memoria, cum nemo ignoraret, leg. IIII. Flavia Felix ab omnibus intellegebatur *Vespasiani* legio IIII. Felix. Neque quisquam nesciebat legionem I. Minerviam conscripsisse *Domitianum*; itaque legio I. Flavia Minervia non Flaviae domus memoriam Romanis servabat, sed unius *Domitiani*. Cuius cum Minervae deae nomine coniunctio tam arcta erat, ut etiam „legio I. *Minervia*“ admonitionem tyranni invisi efficeret; fortasse cognomen ab ea quoque petitum expunctum esset, nisi deae fuisset. Quae cum ita sint, facile intellegimus Domitiani defuncti nominibus contemptis iis tantum ornatam fuisse cognominibus legionem I. Minerviam, quibus invidia non inerat, „Piae Fidelis“. — Omnes igitur tituli, in quibus D. compendium legitur post P F et F ante M(in.), ante diem XIV. mensis Septembris anni 850/96, quo die de vita decessisse constat Domitianum, positi sint necesse est.

Qua argumentatione nisus Ritterlingius, cum L. Magium Dubium XIII stipendia in legione I. F. M. P. F. D. meruisse titulus indicet B. J. 57, 70 (n. 50), contendit (p. 72) legionem esse conscriptam anno 837/83 vel 838/84. Neque vero in titulo legitur L. Magium *XIII stipendia meruisse in legione*

1) Cf. Sueton. v. Dom. cap. 23: „Contra senatus adeo laetatus est, ut novissime eradendos titulos obolendamque omnem memoriam decerneret.“ Cassius Dio LXVIII. 1: *Μίσει δὲ τοῦ Δομιτιανοῦ αἱ εἰκόνες αὐτοῦ, πολλαὶ μὲν ἀργυραὶ πολλαὶ δὲ καὶ χρυσαὶ οὖσαι, συνεχωνεύθησαν.* Macrob. I. 12, 37: „infaustum vocabulum ex omni aere vel saxo placuit eradi.“

I. Minervia, sed *mortuum* esse, *cum militaret in illa legione*, annos *vixisse XXXI*, *stipendia fecisse XIII*. Qui *utrum ab initio in legione I. Minervia fuerit an alibi coeperit militare*, ex illo titulo *concludere non licet*. Tum *demum Ritterlingio assentiremur*, si *demonstrasset legionem I. Minerviam ex tironibus solis esse constitutam*, quod *minime potuit fieri*. Immo *cum per se consentaneum tum certis testimoniis traditum est ad legiones novas creandas ab aliis legionibus, cohortibus, auxiliis, classibus milites et centuriones esse missos, qui robor legionis essent tironesque exercerent docerentque.*¹⁾ Nihil igitur *impedit*, quominus *L. Magium Dubium*, priusquam in *legione I. Minervia coeperit militare*, iam *alibi stipendia meruisse arbitremur*, fortasse in *auxiliorum quadam cohorte Germaniae Inferioris*, ut non *miremur tacere plane heredes*, qui *posuerunt titulum, de priore defuncti militis officio minus nobili, laudare tantum, id quod multo honorificentius erat, stipendium legionarium*.

Itaque *L. Magii Dubii titulum efficere quidquam in certo anno originis legionis I. Minerviae definiendo negamus*. Et *demonstrare conabimur illo anno, quem hoc ex titulo constituere posse sibi visus est Ritterlingius, novae legionis conscribendae neque locum fuisse neque causam*.

Interim *acquiescendum est in certissimo illo termino, qui seditione Antonii Saturnini definitur, ante quam aliquid temporis iam in Germania Inferiore esse moratam legionem I. Minerviam comprobatur illis tegulis Bonnensibus: L · I · F · M.*

Agedum *perlustremus ab hoc termino profecti totum Domitiani, quod quidem huius quaestionis intersit, imperii spatium, id est annos 835/81 usque ad 842/88, et computemus, quae nam causa novae legionis conscribendae esse potuerit. Quod quo melius eliciatur, antea, quam imperatores hac in re secuti sint rationem, circumspiciamus; quae quaestio et ad hanc materiam illustrandam necessaria neque in universum parvi*

1) Eandem rationem esse secutum Traianum in legione XXX. Ulpia conscribenda infra haud improbabiler coniecisse nobis videtur.

est momenti ad imperatorum potestatem eiusque fines vel legibus vel usu constitutos emetiendos.

Quamquam enim pleraeque legiones quibus de causis paratae sint, non ignoramus, de nonnullis tamen dubitari potest.

Atque Ritterlingius quidem, qui summo cum acumine non solum de illius, quam tractandam sibi proposuerat, legionis factis casibusque disputavit, sed etiam permultis, quae ad aliarum legionum historiam pertinent, cum in adnotationibus tum in appendicibus modo obiter modo subtili gravique quaestione operam navavit, cum L. Magii Dubii titulo fretus anno 837/83 vel 838/84 legionem I. Minerviam conscriptam esse statueret, huius rei causam invenit bellum a Domitiano cum Chattis gerendum. Quae sententia ei optime videtur confirmari eo, quod alii quoque imperatores „qui et ipsi moliebantur maiorem aliquam expeditionem“ novas constituerint legiones, cuius rei exempla affert legiones XV. et XXII. Primigenias, I. Italicam, XXX. Ulpiam, II. Traianam, II. et III. Italicas. — Sed videamus, num recto talo illius sententia stet.

Atque XV. quidem et XXII. Primigenias legiones a Claudio imperatore esse creatas et iam antea omnes viri docti (primus Grotefendius Paulyi enc. real. IV. p. 895) putaverunt et Ritterlingius ipse, Pfitzneri sententia refutata, recte demonstravit. Nec tamen quam ille sibi finxit bellum Britannis inferendum causa erat, sed insula „spatiosissima et gentibus ferocibus infensissima in perpetuum occupanda“; itaque potius crediderim bello iam peracto legiones esse creatas.

Manifestissimum autem est eadem causa commotum Traianum imperatorem legionem II. Traianam conscripsisse. Nam Arabia paulo ante ab A. Cornelio Palma in provinciae formam redacta legio III. Cyrenaica, quae usque ad id temporis in Aegypto tetenderat, ad novam provinciam custodiendam remota locum suum cessit legioni II. Traianae modo creatae (cf. Pfitzner p. 225). Eadem re Neronem, qui legionem I. Italicam conscripsit, esse adductum non contendam; sed simillimam fuisse causam apertum est. Nam cum in oriente multos iam per annos motus Parthorum aliorumque barbaro-

rum populo Romano infestorum rem Romanam summum in periculum duxissent, Nero magnam expeditionem paravit „ad Caspiae portas“, ut Suetonius v. Neronis cap. 19 tradit, non solum ut hostes bello devictos ab imperii Romani finibus repelleret, sed etiam ut tota Asia occupata Alexandri Magni imperium renovaret. Hoc enim consilium ut per se a Neronis indole non abhorret, ita confirmatur eo, quod legionem curavit conscribendam „ex senum pedum tironibus, quam Magni Alexandri phalanga appellabat“. Itaque si non provincia iam occupata, at tamen occupanda, ut novam legionem crearet, Nero adductus est.

Aliter res se habet in aliis legionibus, quas Ritterlingius laudavit, conscriptis. Nam cum Domitiano regnante duae legiones interissent¹⁾, quarum in locum altera tantum ab eodem imperatore erat suppleta, legio I. Minervia scilicet (cf. infra p. 23), altera iam erat supplenda; ob hanc causam legionem XXX. Ulpiam (cf. infra p. 31 sqq.) Traianus constituit. Et Marcus Aurelius, qui legiones II. et III. Italicas conscripsit, nihil fecit nisi ut detrimentum multis annis ante in bello acceptum resarciret; interierant enim legio IX. Hispana in Britannia sub Hadriano et altera quaedam²⁾ (fortasse XXII. Deiotariana; cf. infra cap. II. § 1) anno 915/161 bello Parthico sub Severiano legato. Vides igitur stare non posse Ritterlingii sententiam, qui contendit (p. 72 adn. 2) nullam legionem inde ab Augusti temporibus in locum legionis deletae conscriptam esse.³⁾ Neque eo fulcitur sententia eius, quod in locum legionis IX. Hispanae neque ab Hadriano ipso neque

1) Quod infra (p. 21) argumentis probabimus.

2) cf. Schiller „R. K. Gesch.“ II. p. 639. — Cassius Dio LXXI. 2, 1: *Ὅ γὰρ Οὐλόγμισος πολέμον ἤρξε, καὶ στρατόπεδόν τε ὄλον Ῥωμαϊκὸν τὸ ἐπὶ Σεουηριανῶ τεταγμένον ἐν τῇ Ἐλεγείᾳ, χωρὶς τινὲ τῆς Ἀρμενίας, περισχῶν πάντοθεν αὐτοῖς ἡγεμόσι κατετόξευσε καὶ διέφθειρε.* — Lucian. quomodo hist. conscrib. sit 21. 25; Alexandr. 27. — Fronto p. 209 et 212 ed. Naber.

3) Falsa est etiam ea sententia, quam idem protulit legionem XXX. Ulpiam fuisse iam conditam, cum legio XXI. Rap. interiret, ut infra (pp. 24 et 31 sqq.) cognoscemus.

ab eius successore nova legio creata est.¹⁾ Id quidem ei concedendum est non post detrimentum ullum acceptum novas statim esse paratas legiones, sed multis persaepe annis intermissis, tum nimirum, cum rerum necessitas, ut pristinum legionum robur restitueretur, postularet et aerarii publici copiae suppeditent.²⁾ Neque vero solum belli casibus legiones esse desierunt, sed etiam fieri potuit, ut ab imperatore propter laesum sacramentum exauctorarentur, quod revera Vespasianum fecisse scimus (cf. infra cap. II. § 1).

Itaque ut iam paucis, quae modo protulimus, comprehendamus, certam videntur imperatores in legionibus novis creandis rationem esse secuti ita, ut aut provinciae novae occupandae causa aut in locum amissae legionis recentem conscribere solerent. Nec tamen nimia subtilitate eundem legionum numerum anxie servantes, si forte una alterave earum esse desierat, statim supplementum parabant, sed quamdiu ceterae ad imperium exercendum sufficere videbantur, exercitu quamvis comminuto contenti erant; gravioribus autem bellis instantibus in locum legionum deletarum recentes conscriptas esse re factisque comprobatur.

Quae si recte sunt disputata, sequitur, ut bellum Chaticum causa legionis creandae esse non potuerit; neque enim nova erat occupanda provincia neque supplenda legio aut deleta aut exauctorata. Atque omnibus his rebus neglectis: si propter solum bellum Chaticum Domitianus conscripsisset legionem, quot putabis ei fuisse constituendas propter bella Dacica et Sarmatica, quae multo graviora fuerunt variisque perniciosis cladibus?

1) Immo facile hoc expeditur eo, quod uterque imperator summo opere studuit pacem servare. Accedit, quod Hadrianus fines imperii a Traiano accepti adeo non propagavit, ut eos potius minueret; itaque legione IX. Hispana caesa satis praesidii supererat, quo imperium Romanum defenderetur.

2) Quod vel maximi fuisse momenti in exercitu augendo minuendove cum per se consentaneum est tum pro certo confirmatur dilucidis Suetonii verbis v. Dom. 12: „Exhaustus operum ac munerum impensis stipendioque, quod adiecerat, temptavit quidem ad relevandos castrenses sumptus, numerum militum deminuere.“

Sed iam videamus, quos ex ratione illa exemplis modo probata ad hanc quaestionem fructus percipere possimus. Atque imperii fines non propagasse Domitianum satis constat. Necesse igitur est legio I. Minervia conscripta sit in locum amissae cuiusdam alterius sive bello deletae sive post seditionem factam exauctoratae. Quoniam autem ante rebellionem Antonii Saturnini, quae sola, quantum scimus, aetate Domitiani facultas oblata est fidei laedendae, legio in Germania Inferiore iam tetendit, elucet nihil restare nisi ut in locum deletae legionem I. Minerviam constitutam esse confidenter credamus. Ergo si re vera ante annum 843/89 sub Domitiano legionem bello perisse demonstraverimus, simul comprobatum erit¹⁾ rectam esse, quam protulimus de imperatorum in legionibus constituendis ratione, sententiam. Quod demonstrare posse mihi videor.

Nam Cassius Dio in libri LXVIII. cap. 9 de primo bello Dacico Traiani ineunte haec memoriae prodidit: *Ὁ δὲ Τραιανὸς ὄρη τε ἐντετειχισμένα ἔλαβε καὶ ἐν αὐτοῖς τὰ τε ὄπλα τὰ τε μηχανήματα καὶ τὰ ἀλγμάλωτα τό τε σημεῖον τὸ ἐπὶ τοῦ Φούσκου ἄλὸν εὔρε.*

Quibus ex verbis luculentissime apparet exercitum Romanum a Decebalo rege gravissima clade affectum esse, qua clade non solum Fuscus dux exstinctus est, sed etiam castra tota cum armis machinisque permultis ab hostibus capta sunt. Sed, id quod gravissimum est, *σημεῖον* quoque in barbarorum venit potestatem, quod quale fuerit ex ipso numero singulari apparet. Si enim *σημεῖα* esse recuperata Cassius Dio scripsisset, de cohortium signis cogitari poterat, quae ad ipsam legionem servandam nullius sunt momenti; τὸ *σημεῖον* autem nihil est nisi aquila, legionis proprium numen, ut Tacitus dicit, quo amisso legio prorsus dissolvebatur.

Sed circumspiciamus, quid de eadem Fusci ducis clade alii rerum scriptores memoriae tradiderint:

1) Etiamsi ne nos quidem contendimus fieri non potuisse, ut ratione illa neglecta Domitianus arbitrio soli et libidini indulgens legionem conderet, tamen, si *certa* eadem aetate exercitus augendi causa occurrit, quid statuendum sit, dubium esse non potest.

Suetonius v. Domit. cap. 6: „Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessario: sponte . . . necessario . . . in Dacos duas, primam Oppio Sabino consulari *oppresso*, secundam *Cornelio Fusco*, praefecto cohortium praetorianarum, cui belli summam commiserat.“

Iordanis Get. § 78: „Tum Gothi haud segnes reperti arma capessunt primoque conflictu mox Romanos *devincunt Fuscoque duce extincto* divitias de castris spoliant magnaue potiti per loca victoria iam proceres suos, quorum quasi fortuna vincebant, non puros homines, sed semideos, id est „Ansis“ vocaverunt.“

Disertis igitur verbis illi non tradiderunt legionem ab hostibus esse deletam, sed ingentem fuisse cladem uno verbo Suetonius („oppresso“ scilicet, quod et ad Sabinum et ad Fuscum pertinet), pluribus Iordanis enarrat, quippe qui *devictos esse Romanos a Gothis* ¹⁾ dicat.

Alius tamen rerum scriptor, quem ex fontibus haud parvi aestimandis historiam suam conscripsisse inter omnes constat, nos recte illud „*σημειον*“ Cassii Dionis intellexisse legionis aquilam testis est, Orosium dico, qui in libri VII. cap. 10, 4, postquam permagnas fuisse enarravit Domitiani clades, quas tamen accurate describere consilio neglexerit Tacitus, haec addat: „Domitianus tamen pravissima elatus iactantia sub nomine superatorum hostium de *extinctis legionibus* triumphavit.“

Itaque duas minimum legiones interisse sub Domitiano necesse est; quarum alteram a Sarmatis cum legato simul caesam esse Eutropius ²⁾ et Suetonius ³⁾ iisdem fere verbis

1) cf. Cass. D. LXVII. 6, 2: *Δακούς δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω, ὡσπερ πον καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς καὶ οἱ Ῥωμαῖοὶ σφας ὀνομάζουσιν, οὐκ ἄγνωσόν, ὅτι Ἑλλήνων τινὲς Γέτας αὐτοὺς λέγουσιν, εἴτ' ὀρθῶς εἶτε καὶ μὴ λέγοντες.*

2) Eutrop. VII. 23: „Multas tamen calamitates isdem bellis passus est. Nam in Sarmatia legio eius cum duce interfecta est et a Dacis Oppius Sabinus consularis et Cornelius Fuscus praefectus praetorio cum magnis exercitibus occisi sunt.“

3) Sueton. v. Dom. 6: . . . „necessario unam in Sarmatas (expedit. suscepit), legione cum legato simul caesa“ e. q. s. (cf. supra).

affirmant, alteram in bello cum Dacis gesto signo amisso delatam esse ex Cassii Dionis verbis diximus.

Quaenam illae fuerint legiones, infra accuratius anquiremus. Nunc quo anno clades illae acceptae sint — quod scire nostra maxime interest — investigandum est. Et quamquam rerum, quae sub Domitiano gestae sunt, memoriam, quippe quae consilio arteque nonnumquam mendosior sit facta, valde turbatam esse nemo ignorat, de Dacico tamen bello certi quid nos posse statuere credimus, dummodo res gestas vel auctorum fide vel lapidum integritate traditas accurate contemplemur.

Asbachius enim cum demonstraverit (B. J. 82, 26 sqq.) anno 836/82 permagnas copias in Moesiam coactas esse sub C. Vettuleno Civica Ceriale legato ¹⁾, iam initio imperii Domitiani cum Dacis rixas vellicationesque exortas esse statuere possumus, quas compositas esse a L. Funisulano Vettoniano ²⁾ ante diem V. mensis Septembris anni 839/85 ³⁾, quod antea veterani non sunt missi, conicere non sine veritatis quadam specie licet. Nec tamen diuturna cum Dacis pax videtur fuisse. Necessae enim est clades illas Oppii Sabini et Cornelii Fusci famosissimas cadere in annos 840/86 et 841/87, quod, cum antecedentibus annis haud paucas accepisset salutationes imperatorias, illo temporis spatio Domitianus nulla fere videtur affectus esse.⁴⁾

1) Quod evincitur ex tabula honestae missionis die XIX. mensis Sept. anni 836/82 factae (Eph. ep. IV. p. 496): iisque, qui militaverunt in ala Claudia Nova et cohortibus duabus III. Gallorum et V. Hispanorum, quae sunt in Moesia sub C. Vettuleno Civica Ceriale.

2) cf. tabulam hon. miss. III. p. 855: iis, qui militaverunt equites et pedites in alis sex et cohortibus decem et quinque et sunt in Pannonia sub L. Funisulano Vettoniano eqs.

3) Cuius viri titulus exstat III. 4013 hic: L. Funisulano || L. f. Ani. Vettoniano || trib. mil. leg. VI. Vict. quaes || tori provinciae Siciliae || trib. pleb. praet. leg. IIII. Scythic. praef. aerari Satur || ni curatori viae Aemiliae cos. || VII vir epulonum leg. pro pr. || provinc. Delmatiae item pro || vinc. Pannoniae || item Moesiae || Superioris donato . . || || . . bello Dacico coronis IIII murali vallari classica aurea || hastis puris IIII vexillis IIII || patrono || d. d.

4) Salutationes X., XI., XII. Domitianus accepit a die V. mens. Sept. anni 839/85 usque ad diem XIII. mens. Mai. 840/86; XIII. et fortasse XIV.

Contra proximo anno 842/88 tot salutationibus honoratus est quot neque antea neque postea pari temporis spatio, ut et facile et recte liceat concludere pertinere illas ad victoriam clarissimam Tettii Iuliani (cf. Cass. D. LXVII. 10), qui Dacos apud Tapas victos fugatosque ad Sarmizegethusam usque persecutus est; qua victoria factum est, ut proximo anno ¹⁾ bello patrato triumphum splendidissimum Domitianus ageret.²⁾

Atque cum satis constet Oppii Sabini clade factum esse, ut Fusco summa belli committeretur, de recta via vix aberamus, si cum Asbachio Oppium anno 840/86 esse interfectum statuimus, Fuscum simulque totam legionem anno 841/87.

Quoniam igitur ante seditionem Antonii Saturnini legionem bello deletam esse satis certis argumentis probasse nobis videmur, iam te nobis adstipulaturum esse spero concipientibus in locum illius legionem I. Minerviam conscriptam esse.

Inde efficitur, ut et *post* cladem Fusci ducis anno 841/87 acceptam et *ante* seditionem Antonii Saturnini anno 842/88 exeunte exortam legio illa constituta sit. Quod si concesseris, ipso anno 841/87 Domitianum eam conscripsisse dixerim. Nam cum per se consentaneum est — bello nimirum instante cum Dacis, duplici iam victoria elatis et populo Romano summum periculum moventibus, quod ut repelleretur, quam maximus erat adducendus exercitus, — tum eo confirmatur, quod duabus illis tegulis Bonnensibus L I F M, paululum temporis ante Saturnini post hunc diem (cf. Eckhel D. N. VI. 351 sqq.); anno 842/88 imperator XV. — XX. appellatus est.

1) cf. Hirschfeld in „Goett. gel. Anzeigen“ 1869 p. 1506 sqq., qui ostendit annum 2106 Eusebii non a primo die mensis Octobris anni 844/90 usque ad eundem diem anni 845/91 patere, sed ab anno 843/89 usque ad 844/90. — Friedlaender, Martial. praef. p. 56.

2) Optime quadrat ad hanc sententiam, quod Sabinus anno 838/84 consulatu functus est, et quod Martialis in epigrammatum libro VI., quem anno 844/90 edidisse eum constat, in epitaphio Fusco dedicato dicit mortem clademque illius ita iam ultos esse Romanos, ut iugum iam receperit Dacus. Ipsa verba sunt VI 76:

Non timet hostiles iam lapis iste minas.
Grande iugum domita Dacus cervice recepit
Et famulum victrix possidet umbra nemus.

seditionem in Germania Inferiore legionem I. Minerviam iam esse versatam demonstratur.

Iam age ad quaestionem illam (p. 22) solvendam adgre- diamur, *quaenam* interierint sub Domitiano legiones, ac primum quidem, cuius legionis aquila a Dacis anno 841/87 capta sit, explorabimus. Atque duarum tantum legionum rationem habendam esse nobis persuasum est, V. Alaudae et XXI. Rapacis, quas Traiano imperatore exstitisse nullis, quantum videmus, argumentis probari potest.¹⁾ — Sed cum nuperrime Iuene- mannus²⁾ certissimis argumentis nisus legionem XXI. Rapacem in seditione Antonii Saturnini partes egisse demonstraverit, legionem V. Alaudam anno 841/87 a Dacis esse deletam existi- mo. Itaque quoniam ex Cassii Dionis et Orosii verbis ap- paret *duas* sub Domitiano interisse legiones (cf. p. 21), altera earum, scilicet legio XXI. Rapax a Sarmatis „cum legato simul caesa“ sit necesse est. Falso igitur quispiam Bergkium se- cutus legionem XXI. Rapacem propter laesum sacramentum a Domitiano exauctoratam esse coniecerit; immo puto legionem scelere commaculatam in Moesiam esse translata, ut in bello cum Sarmatis gerendo scelus expiaret. Paulo igitur post, for- tasse anno 846/92, si Asbachium sequimur, hoc in bello deleta³⁾ prorsusque dissoluta est.

Restat, ut computemus, ubinam legio I. Minervia recens con- scripta constituta quibusque castris stativis imposita esse videat- ur. Atque id quidem veri non est simile novam legionem — licet detrimentum pugna acceptum bellumque cum Dacis fortius gerendum causa eius creandae fuerit — statim in bellum missam esse, cum cautissime providendum esset, ne quibus hostium

1) Quod enim Aschbachius „Wien. Sitz. Ber.“ 1856 contendit: „die Existenz der leg. XXI. Rapax kann noch unter Hadrian behauptet werden“, iam Pfitznerus p. 63 recte refutavit. Contendi quidem potest, sed nullo modo demonstrari.

2) „De legione Romanorum I. Adiutrice.“

3) Idem iam coniecit Schillerus „R. K. Gesch.“ p. 531 Anm. 1, nec tamen argumentis probavit. — cf. Wilm 1464. — Ex tit. V. 7447 evincere studuit Movat Rev. Arch. 41, 142 legionem XXI. exstitisse sub Traiano, quod iure negavit Schillerus ex lapide illo posse elici (cf. adn. 1).

incursionibus eius primordia turbarentur. Aptissima igitur erat provincia Germania Inferior, cui nova legio imponeretur, quippe quae iam XV. annum pace perpetua, ut videtur, gauderet. Accedit, quod, cum quattuor legionum stativa in illa provincia exstarent, in tribus tantum illa aetate legiones tetenderunt: Noviomagi legiones X. Gemina et XXII. Primigenia, Veteribus legio VI. Victrix. Nam quae Bonnae antea tetenderat legio XXI. Rapax tum iam in Germaniam Superiorem erat translata¹⁾, unde numquam in Inferiorem rediit, ut facile intellegatur, cur anno 841/87 in castris Bonnensibus legio I. Minervia recens conscripta collocata sit.²⁾

In pauca summam disputationis cogam:

Legio I. Minervia condita est ab imperatore Domitiano anno 841/87 exeunte in locum legionis V. Alaudae, quae eodem anno sub Fusco duce a Dacis signo amisso caesa erat, castrisque Bonnensibus imposita. Ab initio legio I. Flavia Minervia nominata et post seditionem Antonii Saturnini oppressam una cum aliis Germaniae Inferioris legionibus cognominibus „Piae Fidelis Domitianae“ honorata est; sed Domitiani defuncti nominibus abiectis postea leg. I. Minervia Pia Fidelis est cognominata. Praetera statuimus Domitiano regnante bello amissas esse legiones duas, leg. V. Alaudam bello Dacico anno 841/87 et legionem XXI. Rapacem bello Sarmatico anno 846/92.

1) Persuasum enim habeo rectissime coniecisse Bergkium („Zur Gesch. u. Topogr. d. Rheinl.“ p. 69) Sosii Senecionis, consulis anni 853/99 nomen restituendum esse in tabula aenea in Germania Superiore reperta, quod Ritterlingius quoque probavit (p. 74). — Inde efficitur, ut legio XXI. Rapax, in qua circa annum 838/84 tribunus ille Sosius militavit, hoc anno iam in Germania Superiore tetenderit.

2) Adde, quod ibidem in solo aquaeductus tegulae repertae sunt et legionis XXI. Rapacis et I. Minerviae *P. F.* (cf. B. J. 80, 231); qua ex re facile concludimus legionem I. Minerviam opus, quod leg. XXI. Rap., cum in Germ. Sup. deduceretur, imperfectum reliquerat, post annum 842/88 confecisse.

§ 2. De nominibus legionis.

Quoniam supra p. 6 sqq. permulta de cognominibus disputavimus, quod gravissima argumenta ad primordia eius eruenda praebebant, pauca habeo quae addam.

Proprium legionis et quasi nativum cognomen „Minerviae“ per omnia tempora piis animis legionarii in titulis scripserunt; unum enim ex tanta copia inveni titulum¹⁾, in quo omissum sit, quamquam in provincia ipsa cognomine, quo ab aliis legionibus numero I. insignitis distingueretur, non opus erat. Et ipsi legionarii Domitianum secuti Minervam deam religiose coluisse videntur, quod optime anulo aureo nuper reperto Bonnae probatur optionis cuiusdam legionis I. Minerviae Piae Fidelis, in quo Minerva armata conspicitur (B. J. 90, 24 (n. 53)).

Cognomina „P. F.“ per saecula gessit legio I. Minervia; nec tamen semper ea adscripta sunt, sed plurimis in titulis omittuntur. Atque in inscriptionibus Rhenanis quidem saepius²⁾, ut par est leguntur, rarius³⁾ in iis, quae alibi repta sunt.

Minoris sunt momenti cognomina⁴⁾, quibus tertio saeculo interdum legio ornata occurrit: Antoniniana, Severiana, Gordiana, quae cognomina per tempus tantum sibi indidit, mox imperatore a quo traxerat defuncto abiecit.

Incertissimum autem est, quod Rothius statuit legionem

1) X 3596 (n. 61); videtur tamen intellegenda esse legio I. (Minervia) Severiana, quippe quam alio ex titulo Bramb. 475 (n. 52) cognomine illo ornata fuisse cognitum habeamus; qui titulus item patriam militis Coloniae nati indicat.

2) Nam ex titulis Rhenanis illis 54, qui infra collecti sunt, 21 occurrunt, in quibus P. F. legatur.

3) Ex titulis illis 61 infra expressis 11 tantum invenies, in quibus cognomen illud notatum sit.

4) Collata sunt in indice cognominum infra adiecto. — Plane taceo de cognomine „Septimianae“, quod temerius quam rectius legioni vindicavit Bellermann (B. J. 28, 109a) ex tit. Bramb. 461 (n. 33). — Elucet enim eodem iure posse suppleri: Septimia (uxor p. c.).

Aureoli aetate appellatam fuisse „leg. I. Minerviam Restitutam“; nummus enim, qui sic dicitur fuisse inscriptus, non iam exstat neque umquam videtur exstitisse, et in tegula, quam affert, L E G I M R male legit sine dubio (cf. infra cap. V.). Ceterum conferas quaeso indicem cognominum titulis adiectum.

§ 3. De origine militum legionis.

Duplici de causa pauca habemus, quae de patria militum addamus. Quarum altera est, quod Mommsenus hanc quaestionem tam sagaciter pertractavit¹⁾, ut, quam rationem imperatores in dilectu instituendo secuti sint, iam pateat. Altera causa in eo posita est, quod rarissimi sunt tituli, ex quibus certi quid de patria militum huius legionis colligatur. Atque primum quidem, si titulorum copiam spectaveris tecumque reputaveris ex aliarum legionum titulis multo plura de militum patria posse elici, fortasse dices hoc mirum in modum temporum iniquitate accidisse. Sed quoniam idem occurrit in titulis legionis XXX. Ulpiae (cf. infra cap. II. § 3), alia causa investiganda est atque ea, quae ad utramque pariter quadret legionem, quippe quae per saecula in eadem tetenderit provincia.

Quae causa plane in promptu mihi videtur esse. Utraeque enim legiones exeunte demum saeculo primo conditae sunt, cuius temporis perpauci earum tituli exstant. Sed inde ab Hadriani aetate, ut Mommsenus luculenter demonstravit l. l., talis legionum dilectus institutus est, ut ex ipsa, in qua forte tendebant, provincia ipsisque castris supplementa deligerentur. Quo factum est, ut miles, cum in patria ipsa plerumque stipendia faceret, missionem perciperet, de vita decederet, non iam in titulis de origine sua quidquam commemoraret. Quo autem pauciora exstant testimonia, eo attentiore cura studere oportet, ex illis quam plurimum cognoscere.

Atque quamvis recte monuerit Mommsenus summopere esse providendum, ne nimium eliceremus ex *veteranorum* titulis, nimis caute tamen mihi videtur versatus esse in titulo

1) In Eph. ep. V. p. 198—231; in Herm. vol. XIX. p. 1—23.

Boissieu 306 (n. 96) interpretando. Dicit enim (Eph. ep. V. p. 162): „veterani duo tituli Lugdunensis milites facti esse possunt dilectu Durocortorensi et Agrippinensi, sed item post missionem originem antiquam mutavisse accepto praedio in civitatibus memoratis“. Sed quamnam secutus esset rationem M. Aurelius Primus veteranus, cum pro se suoque contubernali faceret sepulcrum *Lugduni*, si ipse in *Remorum* finibus, ille *Coloniae* praedium accepisset? Immo quin uterque post missionem honestam Lugdunum in coloniam sit deductus, non licet dubitari, praesertim cum et alii tituli veteranorum legionis I. Minerviae ibidem reperti sint (cf. infra cap. V.). Minime igitur hic titulus ambiguitate qua dicit Mommsenus mihi videtur laborare.

Pauca praeterea addam tabulae a Mommseno compositae. Satis quidem scrupulorum mihi movet, quod ex titulo Tarusconensi valde corrupto elicere conatus est Hirschfeldius XII. 985 (n. 85) Caecilium illum Baeterris natum in legione I. Minervia stipendia fecisse. Neque si plane manifestum esset, ad hanc quaestionem quidquam certi efficeretur, quoniam diiudicari non potest, utrum antea in legione I. Minervia an VI. Victrice militaverit. Valde autem miror, quod Mommsenus, qui ex titulo Bramb. 201 (n. 143) conclusit Britanniam legionarios praebuisse legioni XXX. Ulpiae (Eph. ep. V. p. 231), ad legionis I. Minerviae dilectum cognoscendum plane neglexit titulum B. J. 47,48, 161 (n. 39), ex quo, si eandem rationem sequimur¹⁾, ex Norico quoque supplementa arcessita esse elucet.

1) Falsa enim est Leemannsii sententia, qui (B. J. 47, 161) hunc titulum sic explicat: „Höchstwahrscheinlich hatte Anneus Maximus mit dieser seiner Legion unter dem Befehle des Hadrian die Expedition im 2. Dacischen Kriege mitgemacht und sich dem Dienste der Norischen Mütter, die, wie ich glaube, bisher auf Inschriften noch nicht vorgekommen sind, angeschlossen. Später, nachdem sein Befehlshaber Kaiser geworden, mit der Legion nach Germ. Inf. zurückgekehrt und in den hiesigen Gegenden stationirt, löste er seine Gelübde, die er vielleicht während seines Aufenthaltes in Noricum versprochen“. Leem. igitur putat legionem I. Minerviam usque ad Hadriani imperium in provincia quadam apud Danuvium flumen sita tetendisse. Sed infra demonstrabitur (cap. III.) statim

Quod quo confidentius credamus, titulo Aurelii Aruseni B. J. 85, 65 (n. 57) maxime commovemur, qui ex Norico oriundus¹⁾, cum in legione I. Minervia stipendia fecisset, accepta missione veteranus in ipsis castris Bonnensibus diem supremum obiit. Neque quo tempore dilectum legionarium ex Norico petierit legio I. Minervia ignoramus, cum tituli B. J. 47/48, 161 (n. 39) litterae saeculi secundi ineuntis se esse testentur, ut non videar temere conicere causam fuisse bellum Dacicum Traiani. Nam cum duabus illius imperatoris expeditionibus in Dacos factis legio interfuerit²⁾, facile fieri potuit, ut detrimenta priore bello accepta ex Norici vicini finibus resarcirentur. Restat, ut Iusti frumentarii titulum Bull. d. corr. hell. 1889, 317 (n. 92) Heraclae Ponticae nuper repertum addamus, ex quo etiam in Gallia Lugdunensi legionis I. Minerviae milites esse conscriptos apparet.

Itaque si ea, quae Mommsenus composuit, cum paucis, quae nos addidimus, coniunxeris, haec fere statuenda erunt: Inde ab initio in legione I. Minervia Italos³⁾ stipendia meruisse docet antiquissimus qui servatus est legionis titulus L. Magii Dubii (cf. supra p. 12), qui Mediolano oriundus Oufentinae tribui adscriptus erat. Praeterea ex proximis provinciis iam tum supplementa delecta esse, quamquam exemplis probari non licet, tamen idcirco veri est simile, quod eiusdem

post bellum Dacicum confectum legionem Bonnam redisse. — Non igitur apta L. interpretatio; potius cogitandum est Annum Maximum ex Norico oriundum ne tum quidem, cum in Germania Inferiore versaretur, matrum Noricarum cultum neglexisse.

1) Recte enim puto Kleinium coniecisse (B. J. 85, 65) „Turesi“ illud ad patriam Aruseni „Turum“ nimirum, Norici oppidum, pertinere. — Carolus Zangemeister censuit intellegendum esse nomen Celticum collato Orosii loco V. 8, 1.

2) Quod infra cap. III. § 1 Domaszewskium secuti ostendemus.

3) Haud scio an liceat adhibere titulum Sex. Magri Saturnini IX. 2851 (n. 106); nam cum tribui Arniensi ille adscriptus sit, cuius ipsius est Histonium, ubi monumentum effossum est, conicimus Magrum in eadem legione I. Minervia et militem fecisse stipendia et vite esse donatum, deinde nescio qua de causa domum reversum de vita decessisse. — Neque tamen certi quidquam statuere audeam.

Germaniae Inferioris legionem X. Geminam ex Gallia Narbonensi illa aetate habuisse milites ex titulis discimus Bramb. 118 et Rev. archéol. XVII. 1868, p. 388.¹⁾ Post reditum ex bellis Dacicis haud paucos in legione I. Minervia milites ex Norico oriundos stipendia fecisse probavimus ex Annei Maximi militis et Aurelii Aruseni veterani titulis. — Unde postea legionarii acciti sint, cum Hadriani rationem, quam de dilectu faciendo instituit, satis certo sciamus, dubium non est, nempe ex provincia potissimum castrisque ipsis. Denique secundo saeculo exeunte, ineunte tertio legionis milites ex Pannonia Dalmatiaque fuisse haud paucos recte, ut credo, Mommsenus²⁾ ex titulo B. J. 83, 164 (n. 22) conclusit, cum teste Herodiano³⁾ in exercitu Germaniae Pannonii permulti sub Alexandro Severo militarent. — Eodem tempore ipsam Germaniam Inferiorem et Belgicam legionarios prae-buisse titulis demonstratur X. 3896 (n. 81)⁴⁾ et Boissieu 306 (n. 96)⁵⁾, neque prioris esse aetatis videntur tituli XII. 985 (n. 85)⁶⁾ et Bull. d. corr. hell. 1889, 317 (n. 92)⁷⁾, ex quibus Gallias et Lugdunensem et Narbonensem dilectum admisisse elucet. Quodsi militem natione Thracem in legione I. Minervia militasse Alexandri Severi temporibus ex titulo Bramb. 475 (n. 52)⁸⁾ comperimus, hoc factum est, quod vexillarii legionis identidem missi ad bella cum Parthis aliisque orientis gentibus gerenda (cf. infra cap. V.), per Thraciam pergentes dilectum ibidem fecisse videntur, ut detrimenta bello accepta sarcirent.

1) cf. Ritterl. p. 18 adn. 5.

2) Eph. ep. V p. 202: „Dedicatio videtur referenda ad patrias militum sub dedicante constitutorum.“

3) VI. §, 2 et 3: *Τὸν δὴ Μαξιμίον τοῦτον διὰ τὴν προειρημένην στρατιωτικὴν ἐμπειρίαν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπέστησε πάσῃ τῇ τοῦ στρατοῦ νεολαίᾳ, ὡς ἀκοιῆ τε αὐτοῦς 3. . . . ὅθεν οἱ νεανίαι, ἐν οἷς ἦν τὸ πολὺ πλῆθος Παϊόνων μάλιστα κτλ.*

4) Silvanus Silvester, mil. leg. pr. Sever. natus col. Agrippinense.

5) M. Aurelius Primus, civis Remus; C. Modestinius Peregrinius, civ.

Agripp.

6) P. Caecilius Baeterrensis; (incertum, cf. p. 26).

7) Iustus, χώρας Λιουγδούνου.

8) M. Aurelius Heracles, natione Trax.

CAPUT II.

De origine et nominibus legionis XXX. Ulpiae.

§ 1. De origine legionis.

Ubi primum Nervae imperatori Traianus successit, quo erat ingenio et consilio, bellum potissimum cum Decebalo rege gerendum paravit, quod et necessarium et difficile confectu esse haud ignoravit.¹⁾ Atque cum duarum illarum legionum, quas sub Domitiano bello deletas esse p. 21 demonstravimus, altera tantum, scilicet I. Minervia, suppleta esset, causa legionis creandae ei aderat gravissima. — Obviam autem fiunt inde a Traiani aetate duae legiones, quae ab illo imperatore conscriptas se esse cognominibus testentur, legio II. Traiana et XXX. Ulpia. —

Legionem II. Traianam a Traiano Arabia anno 859/105 in provinciae formam redacta conditam esse iam p. 17 diximus scimusque ideo „secundam“ eam esse nominatam, quod iam antea ab eo alia legio creata erat.²⁾ Altera igitur, quam ab eodem imperatore constitutam esse manifestum est, legio XXX. Ulpia, ante annum 859/105 condita est. Itaque si artioribus studemus circumcludere terminis annum, quo conscripta esse putanda sit, certi nobis fines offeruntur anni 852/98 et 859/105.

Sed ut *initio* imperii sui Traianum legionem conscripsisse credamus, hac fere computatione commovemur: Plinius enim in panegyrico, quem habuit anno 854/100, ut principi gratias ageret, Traianum annis 852/98 et 853/99 hostes trans Danu-

1) Recte enim Schillerus l. l. p. 548: „Da ihm (sc. Traiano) wohl schon damals (851/97) die Notwendigkeit des Dacischen Krieges klar war, so mussten wenigstens hier (in Germ.) einigermaßen sichere Zustände hergestellt werden. Wahrscheinlich wurde jetzt der Pfahl von Main und Neckar bis ans Schwäbische angelegt, Baden und Ladenburg (Lupodunum) gegründet; aber auch am Niederrhein wurden Strassen gebaut und an Stelle von Vetera jetzt Castra Traiana (Xanten) angelegt.“

2) Hanc enim rationem imperatores etiam in alis constituendis secuti sunt, quo facile explicatur, cur tot legiones et alae „primae“ nominatae sint. — Anno igitur 859/105 Traianus habuit legiones triginta et unam.

vium habitantes, qui bellum illaturi ¹⁾ fuissent populo Romano, virtute sola et gravitate ita coercuisse memoriae tradidit, ut consilio mutato pacem servare perseverarent.²⁾ Cuius rei gravissimus ipse Traianus testis est, qui cum Coloniae Agrippinae imperium suscepisset, non confestim, ut fas erat, Romam se contulit, sed per duos circiter annos inter barbaras gentes commorabatur³⁾, primo ad Rhenum ⁴⁾ flumen, deinde ad Danuvii ripas. — Videtur mehercule causa fuisse maximi momenti summumque instituisse finibus Romanorum a Danuvii accolis periculum, cum imperator legatis rem gerendam mandare non aude- ret, sed sua ipsius virtute et constantia opus esse censeret, „ne quid detrimenti caperet res publica.“ —

At profecto, cum plurimum interesset Traiani compositis tumultibus quam celerrime Romam proficisci, bellum non intulit barbaris superbientibus. Nam cum timendum esset, ne gravissimo et diuturno bello opus esset, alia quadam re tantum timorem illis incussit, ut armis nondum conlatis incepto desisterent.

Itaque hoc temporis puncto Traianum in locum legionis XXI. Rapacis novam constituisse et ad Danuvium flumen collocasse concipientibus nobis et causa indagata est, qua commoti barbari in pace perseverarent, et *annus*, in quo legionem XXX. Ulpiam conscriptam esse veri simillimum sit, hiemem dico anni 852/98 ad 853/99. —

Quod Traianus legionem recens creatam „tricesimam“ appellavit, sine dubio eo adductus est, quod legionibus unde-

1) cf. Plin. paneg. cap. 56: „Magnificum est civibus iura, quid hostibus reddere? Speciosum certam fori pacem, quid immanes campos sella curuli victorisque vestigio premere, imminere minacibus ripis tutum quietumque, spernere barbaros fremitus hostilemque terrorem non armorum magis quam togarum ostentatione compeescere?“

2) Id. ibid. cap. 16: „Non times bella nec provocas. Magnum est, Imperator Auguste, magnum est stare in Danuvii ripa, si transeas, certum triumphi, nec decertare cupere cum recusantibus, quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur.“

3) cf. Eckhel D. N. VI. p. 413.

4) Namque imperium suscepit Coloniae Agrippinae, ut Eutropius VIII. 2 tradidit, imperator autem apud Agrippinam in Gallis factus est.

triginta, quas a Nerva acceperat, tricesimam addidit.¹⁾ — Iam quaestio exoritur, quaenam illae legiones undetriginta fuerint, quod, cum varias viri docti sententias de singulis primi saeculi legionibus protulerint²⁾, haud alienum est investigare.

Atque aptissimum quidem mihi videtur proficisci a columnis illis duabus (VI. 3492), quibus omnia legionum — quae quidem tum fuerint — nomina insculpta sunt. Quoniam autem ad hanc quaestionem non pertinet, quo anno illae tabulae compositae sint, accurate discernere, adquiescamus statuente fieri non potuisse, ut ante annum 874/120³⁾, post annum 924/170⁴⁾ scriberentur. Itaque exceptis illis legionibus, quarum nomina postea demum addita esse constat⁵⁾, hoc loco non enumerabimus nisi eas, quas sub Hadriano floruisse certum est.

Sunt autem hae:

II. Aug.	II. Adi.	III. Scyth.
VI. Vic.	III. Flavia	XVI. Flavia
XX. Vic.	VII. Claud.	VI. Ferr.
VIII. Aug.	I. Ital.	X. Fret.
XXII. Prim.	V. Maced.	III. Cyren.
I. Min.	XI. Claud.	II. Traian.
XXX. Ulpia	XIII. Gem.	III. Aug.
I. Adi.	XII. Fulm.	VII. Gem.
X. Gem.	XV. Apoll.	
XIII. Gem.	III. Gall.	

Quarum legionum duae, XXX. Ulpia et II. Traiana, a Traiano ipso conscriptae sunt. Eo igitur, quo tabula posita est anno, ex undetriginta illis legionibus, quas successor Nerva

1) cf. Eckhel. doctr. num. VIII. p. 492.

2) Omnium fere virorum doctorum de hac re sententias accuratissime collegit Ritterlingius (p. 66 adn. 1), quem quaeso inspicias. Longum enim neque huius quaestionis est singula diligenter examinare.

3) Quod legio VI. Vic. inter Britannicas iam legiones enumeratur.

4) Quod legiones II. et III. Italicae, quarum nomina postea demum adscripta esse perspicuum est, illo anno iam conditae erant (cf. Ritterl. p. 50 adn. 1).

5) I. II. III. Parthicae nimirum — praeter illas, quas modo nominavimus, II. et III. Italicas.

reliquerat, viginti sex tantum supererant. Sed quandoquidem certe traditum est legionem IX. Hispanam sub Hadriano deletam esse neque dubium esse potest, quin sub Nerva nondum legio XXII. Deiotariana ¹⁾ interierit, sequitur, ut ex undetriginta Nervae legionibus cognitae non habeamus nisi duodeviginti. Restat igitur, ut anquiramus, quae legio undetricesima fuerit.

Agedum investigemus illam undetricesimam legionem ex numero earum, quas in Vespasiani bello civili versatas esse certis testimoniis traditum est, exceptis istis, quas antehac laudavimus. Necesse enim est eam interfuisse perturbationibus illis internis.

Legionem V. Alaudam sub Domitiano iam interisse, quae sola ex legionibus tum ad Danuvium flumen in stativis tendentibus in columnis desideratur, et XXI. Rapacem sub eodem imperatore a Sarmatis „cum legato simul caesam“ esse, supra (p. 24) certis argumentis comprobavimus. Itaque quattuor illarum legionum tantum rationem habeamus, quas anno 824/70 in Germania tendentes Vespasianum exauctorasse omnes fere viri docti consentiunt: legionum I. Germanicae, IV. Macedonicae, XV. Primigeniae, XVI. Gallicae. — Reliquas enim, quarum aquilae tum in Italiam provectae erant, legiones I. Italicam, V. Macedonicam, XXI. Rapacem, XXII. Primigeniam, cum scelerum, quibus illae erant commaculatae, non participes factae essent, Vespasianum recepisse certis testimoniis probatur.²⁾ Quae tamen remanserant legiones, cum non semel sacramenti fidem violavissent, in Galliarum imperium iuravissent, legatos necassent, alia nefanda permulta commisissent, summo supplicio dignae erant. Atque apertis verbis memoriae traditum est legiones III. Mac. et XVI. Gall. prorsus dissolutas earumque in locum IV. et XVI. Flaviae conscriptas esse. Legiones I. Germanicam et XV. Primigeniam eadem poena esse punitas, id quod fere omnes, ut iam diximus, viri docti coniecerant, nuper Pfitznerum secutus Ritterlingius (p. 66) argumentis pro-

1) cf. Grotefend. in Pauly Realenc. IV. p. 899.

2) Plane assentior Ritterlingio, qui uberius de hac re disseruit p. 66.

bare studuit. Sed facere non possum, quin eiusdem viri docti sententiam reiciam. Primum enim tecum deliberes velim Vespasianum praeter IV. et XVI. Flavias unam solam legionem conscripsisse, II. Adiutricem dico, ut in locum illarum quatuor tres tantum creatae essent. Neque tamen Vespasiani intererat exercitus robur mutilare; immo is erat rerum status, ut augendi potius exercitus oblata esset occasio, praesertim cum in oriente res valde turbatae essent (cf. p. 37 adn. 1).

Accedit, quod simplici ratione ex numero „XXX,“ quo legionem Ulpianam Traianus appellavit, collegimus praeter illas duodeciginta legiones, quarum certa habemus testimonia, *unam* fuisse illa aetate, cuius tamen ne vestigia quidem exstant. Itaque statuimus legionem undetricesimam fuisse ex numero earum, quae Vespasiani bello civili in Germania Inferiore tendenterunt.

Puto igitur te mihi esse assensurum concienti alteram illarum legionum (I. Germ. et XV. Prim.) esse exauctoratam a Vespasiano, servatam alteram. Iam anquiramus, utra graviore supplicio dignam se praebuerit, utri potius ignoscere potuerit Vespasianus. Qua in re ne minimi quidem scrupuli relinquuntur. Nam ex Taciti historiis evincitur legionem I. Germanicam in primis utique rerum novarum adeo cupidam ¹⁾ fuisse, ut *prima* omnium legionum *neque* ulla necessitate *coacta* tamen sacramento rupto cum „civitatibus Galliarum“ sese coniungeret ²⁾, bello haud semel victam ³⁾ et omnium legionum

1) Huc pertinet, quod Tacitus hist. I. 55 enarrat: „*primani* quintanique turbidi adeo, ut quidam saxa in Galbae imagines iecerint“. Contra de legione XV. Primigenia memoriae prodidit: „*quinta decima* ac *sexta decima* legiones nihil ultra fremitum et minas ausae initium erumpendi circumspectabant“.

2) Tac. hist. IV. 37: „Centuriones cum epistulis ad civitates Galliarum misere auxilia ac stipendia oraturos“.

3) Nam cum Bonnam defendere legio I. iussa esset, haec teste Tacito (hist. IV. 20) acciderunt: „Cedentibus Belgis pellitur legio et vallum portasque trepidi petebant. Ibi plurimum cladis: cumolatae corporibus fossae nec caede tantum et vulneribus, sed ruina et suis plerique tellis interiere“. — Et paulo infra idem (IV. 37): „ipsi, ut est vulgus sine rectore

summo scelere oblitam, cum duplicis ducis nece — Hordeonii ¹⁾ et Voculae ²⁾ — commaculata esset. Contra legionis XV. Primigeniae ea pars, quae *cum aquila* in Germania relicta erat, una cum legionis V. Alaudae vexillariis Vetera castra bis a Civilis catervis fortissime defendit. ³⁾ Et fame sola hostiumque numero superante ⁴⁾ factum est, ut castris deditis in imperium Galliarum iurare *cogerentur*. Neque tanti momenti est, quod vexillarii legionis ⁴⁾, qui cum Vocula profecti erant, in eadem fere noxa erant qua „primani,“ quoniam aquila, legionis numen, cum iis non fuerat. Persuasum igitur habemus legionem I. Germanicam a Vespasiano plane dissolutam esse, legionem XV. Primigeniam veniam impetrasse. Quod si verum est, hanc legionem Traianus a Nerva imperatore accepit undetricesimam.

At unde factum est, ut legionis XV. Primigeniae inde ab anno 824/70 monumentorum ne minima quidem vestigia servata sint? Constat inter omnes rarissima monumenta in lucem prodisse earum legionum, quae in oriente tetenderunt ⁵⁾,

praeceps pavidum socors, adventante Civile raptis temere armis ac statim omissis, in fugam vertuntur“.

1) id. ibid. IV. 36.

2) id. ibid. IV. 59: „Et Classicus misso Aemilio Longino, desertore primae legionis, caedem eius maturavit“.

3) id. ibid. IV. 22sq., 28 sqq., 35.

4) Accedebat, quod Vocula praesidium Veteribus constitutum comminuerat; cf. Tac. hist. IV. 35: „Addit exercitui suo Vocula mille delectos e quinta et quinta decuma legionibus apud Vetera obsessis“.

5) Cuius rei et aliae causae exstant neque haec negligenda videtur, quod seditionibus permultis orientis gentes, Iudaei praecipue et Parthi, furore et insania affecti omnia, quae aut a Romanis facta essent aut ad memoriam eorum servandam idonea viderentur, debebant et diruebant. Quarum seditionum ferocissimam et cruentissimam sub Traiano factam esse annis 868/114 ad 870/116 Cassius Dio testis est LXVIII. 32, 1: *καὶ ἐν τούτῳ οἱ κατὰ Κυρήνην Ἰουδαῖοι . . . τοὺς τε Ῥωμαίους καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐφθειρον . . . ὥστε τὰς πάσας δύο καὶ εἰκοσι μυριάδας ἀπολέσθαι κτλ.* — cf. Orosii locum VII. 12, 6: „Incredibili deinde motu sub uno tempore Iudaei, quasi rabie efferati, per diversas terrarum partes exarserunt. Nam et per totam Libyam adversus incolas atrocissima bella gesserunt: quae adeo tunc interfectis cultoribus desolata est, ut nisi postea Hadrianus Im-

ut recte statuere videamur post annum 824/70 legionem XV. Primigeniam esse translata in illam imperii partem, ubi seditiones adeo non compositae erant, ut potius quam maximis copiis opus esset.¹⁾ Quae coniectura mox etiam aliis causis probabitur.

Namque ex Cassii Dionis²⁾ loco, quem paene neglexerunt viri docti, conicere licet bello Traiani Parthico, cum imperator ipse ultimis regni Parthici gentibus bellum inferret, ut ad Mesenem usque progredere, ab Armeniis post tergum victoris seditione subito facta legionem sub Maximo legato constitutam totam esse deletam.³⁾ Quae coniectura ad certum producitur iis, quae Fronto in „principiis historiae“ (p. 204 ed. Naber) dicit: „Soli homines Parthi adversus populum Romanum hostile nomen haud umquam contemnendum gesserunt: id satis demonstrant non Crassi modo fuga, sed etiam fortissimi imperatoris Traiani ductu legatus cum exercitu caesus et principis ad triumphum decedentis haudquaquam secunda nec incruenta regressio.“ Nam si legatus cum exercitu occisus est, elucet legionem illi exercitui interfuisse; quae sententia eo firmatur, quod aliis locis⁴⁾ idem Fronto Maximi perator collectas aliunde colonias illuc deduxisset, vacua penitus terra ab-raso habitatore mansisset. Aegyptum vero totam et Cyrenem et Thebaida creuentis seditionibus turbaverunt“ eqs.

1) Ad Iudaeam enim custodiendam tota legio X. Fretensis ex Syria missa est; et Cappadociae et Galatiae, quae provinciae antea legionibus caruerant, legiones XII. Fulminatrix et XVI. Flavia impositae sunt. cf. Kuhn: „Die städtische und bürgerliche Verfassung des Röm. Reichs“ II. 146, 184. Cass. Dio LV. 23: *καὶ τὸ δωδέκατον τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ τὸ κεραννοφόρον*. Iosephus B. Iud. VII. 1, 3. —

2) Cass. Dio LXVIII. 29, 4: *Ἐν γὰρ τῷ χρόνῳ ἐν ᾧ ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν κατέπλει (sc. Traianus) καὶ ἐκεῖθεν αὐθις ἀνεκομίζετο, πάντα τὰ ἐλαυρότα ἐταράχθη καὶ ἀπέστη, καὶ τοὺς παρὰ σφίσι ἐκαστοὶ φρονροὺς οἱ μὲν ἐξέβαλλον οἱ δ' ἀπεκτίνυσαν. (30) μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Τραιανὸς ἐν Βαβυλῶνι τὸν τε Λούσιον καὶ τὸν Μάξιμον ἐπὶ τοὺς ἀφειστηκότας ἔπεμψε. καὶ οὗτος μὲν ἀπέθανεν ἠττηθεὶς μάχῃ κτλ.*

3) cf. Schiller. l. l. p. 560: „er (sc. Maximus) wurde von den Aufständischen vollständig geschlagen, vielleicht eine Legion dabei aufgerieben“.

4) Princip. hist. (p. 209 ed. Naber): „bello Parthico utroque consulares viri duo exercitum utriusque ducentes obruncati: Severianus quidem, Lucio

cladem cum celeberrima illa Severiani comparat, quem cum toto exercitu Marci Aurelii et L. Veri bello Parthico esse interfectum Cassius Dio memoriae tradidit (cf. supra p. 18 adn. 2). —

Anno igitur 870/116 Traiano imperatore, anno 915/161 M. Aurelio imperatore in bello cum Parthis gesto legionem interisse apparet. Atque cum ex istis undetriginta legionibus, quas a Nerva acceperat Traianus, non nisi viginti sex in illis legionum tabulis enumerentur et cum satis constet legionem IX. Hispanam sub Hadriano anno 874/120 in Britannia esse deletam, statuimus duas illas reliquas, quae desiderantur, legiones XV. Primigeniam et XXII. Deiotarianam, alteram Traiani, alteram Marci Aurelii temporibus, a Parthis caesas esse.

Nec tamen utra prior deleta sit, pro certo affirmare licet, quoniam neque legionis XV. Prim. neque legionis XXII. Deiotarianae vestigia Traiani aetate recentiora reperta sunt; ut in iis, quae demonstrasse nobis videmur, adquiescendum sit.

Sed iam redeamus ad eam, de qua agitur, legionem XXX. Ulpianam. Cum p. 32 evicerimus Traianum legionem recens conscriptam ad Danuvium flumen collocavisse, nunc accuratius definire conabimur, quibus stativis inde ab initio imposita fuerit. Quam quidem quaestionem, etsi pro certo nequimus decernere, paucis tamen ad veritatis quandam speciem producere licet. Nam ex tegulis legionis XXX. V. V. Brigetione, Carnunti, Vindobonae repertis¹⁾ elucet bellis Dacicis confectis²⁾ in Pannonia Superiore eam tetendisse. Cumque plane ca-

ab urbe necdum etiam profecto, enimvero cum praesens Traianus Euphrati et Tigridis portoria equorum et camelorum trib[uta onera] . . cer caesus est“. (Nab. adn: „Qui caesus est nomen habuit Maximum.“) Idem de bello Parth. (p. 217 Naber): „Nonne a Parthis consularis aequae vir in Mesopotamia trucidatus“? —

1) cf. III. 4663 (n. 198 b XVIII.) et „Arch. Ep. Mitt. a. Oestr.“ III. 147 (n. 198 b XVIII.).

2) Namque cognomine *Victricis* iam addito intellegitur post annum 860/106 tegulas illas coctas esse; cf. quod infra p. 41 sq. de hac re dicemus. Neque cogitari potest de temporibus anno 874/120 posterioribus, quod ab illa aetate legio in Germania Inferiore tetendit; cf. infra p. 53.

reamus legionis monumentis, quae ad aetatem bellis Dacicis priorem pertineant, aut confiteri debemus nos nihil scire aut conicere, ubi post bella Dacica legio morata sit, eam antea quoque ibi tetendisse.

Neque ea, quae ex titulo VIII. 2354 (n. 191) colliguntur, quia ad originem legionis XXX. Ulpiae spectant, parvi sunt momenti. Namque M. Annius Martialis, qui testamento titulum illum faciendum curavit, primum quidem miles factus est in legione III. Augusta, quae tum in Africa erat; deinde in alam Pannoniorum, quae et ipsa in Africa erat, translatus et in dupliciarii et decurionis ordinem proventus ad legionem remissus viteque exstructus est. Vides igitur Annum ad id temporis in Africa semper esse versatum, quam eius patriam fuisse et tribus Quirina indicat et facile eo probatur, quod post honestam missionem acceptam eodem rediit. ¹⁾

Quomodo autem factum esse putabis, ut subito ex Africa in legionem XXX. Ulpiam transferretur, quam ad Danuvii ripas illa aetate tetendisse modo conati sumus demonstrare? Ita mihi quidem videtur res facile posse explicari, ut ad ipsam legionem XXX. Ulpiam constituendam M. Annum Martialem arcessitum esse dicamus. Maxime enim idonea erat legio III. Augusta ad centuriones militesque, quibus ad novam legionem conscribendam opus erat, pro sua parte mittendos, cum provinciae nullis tum, quantum scimus, motibus turbatae praesidio posita esset. Miimeque abhorret a tali interpretatione tempus, quo exaratus est titulus, annus nimirum 869/115 vel 870/116 ²⁾; quo anno cum veteranus iam fuerit Annius, nihil obstat, quominus censeamus anno 852/98 centurionem legionis XXX. Ulpiae eum fuisse.

Neque in eo acquiescendum est, quod centurionem legionis III. Ang. ad leg. XXX. Ulpiam constituendam esse trans-

1) cf. Kubitschek: Imperium Romanum tributim descriptum p. 271. — Thamugadi quidem, qua in urbe titulus in lucem prodiit, non est tribus Quirinae, sed Papiriae. Urbes autem finitimae haud paucae tribui Quirinae adscriptae sunt.

2) cf. infra p. 41 et adn. 4.

latum lapidis auctoritate nisi statuimus; immo veri est simile una cum illo Annio centurione milites quoque eiusdem legionis in Europam transductos esse, qui quasi robur novae legionis essent, vel — quod fortasse rectius — ab ipso Annio ad Danuvium fluvium esse deductos. Vidimus enim p. 32 per multum interfuisse Traiani quam celerrime exercitum ad Danuvium flumen collocatum augere.

Ut igitur summatim quae protulimus repetamus:

Legio XXX. Ulpia a Traiano condita est anno 852/98 in locum legionis XXI. Rapacis et collocata in Pannonia Superiori. — Ex numero quem habebat efficitur, ut antea undetriginta exstitisse legiones putemus; quarum viginti sex in legionum tabulis enumerantur, vicesimam septimam et undetricesimam legiones IX. Hispanam et XXII. Deiotarianam fuisse certum est. Iam quae desideratur legio non potest non alia fuisse nisi legio XV. Primigenia; quam a Vespasiano non exauctoratam, sed receptam et in orientem missam esse paucis demonstratum est. Denique legionem III. Augustam milites misisse cum Annio Martiale centurione ad legionem XXX. Ulpiam constituendam ex eius ipsius titulo collegimus.

§ 2. De nominibus legionis XXX. Ulpiae.

Ulpiae cognomen a conditore ipso petum in plerisque legionis titulis invenitur, quae res cum per se ¹⁾ intellegitur tum eo facile explicatur, quod legionis gloria et auctoritas victoris illius et iusti imperatoris nomine, plebi militique aequo grato, haud mediocriter augebatur. Attamen saepius quam in titulis legionis I. Minerviae cognomen omissum est. Nam cum *unus* illius legionis titulus exstet, in quo „Minerviae“ cognomen desideretur ²⁾, contra legionis XXX. octo ³⁾ invenimus, in quibus numerus solus notatus sit. Sed plane perspicua

1) Nam et alias legiones cognomina propria et quasi nativa non omittere solere notissimum est.

2) cf. tit. X. 3896 (n. 81).

3) cf. infra ind. cognominum leg. XXX · V · V.

huius rei est causa: „Primae“ enim legiones praeter „Minerviam“ aliae quoque appellatae erant (I. Adi., I. Germ., I. Ital., I. Parth.), ut cognomine omisso facile cum aliis illis confunderetur. „Tricesima“ autem inde ab Augusti temporibus nulla¹⁾ appellata est legio nisi XXX. Ulpia, quo factum est, ut ipse numerus ad legionem certe definiendam sufficeret.

Falsum igitur est, quod Henzenus ad titulum 6669 a adnotavit²⁾, ex solo legionis numero „XXX“ posito evinci legionem Antonii³⁾ esse accipiendam, quod „postea solam legionem XXX. Ulpiam Victricem lapides exhiberent“. Immo ex indice cognominum legionis infra addito cernitur Ulpiae cognomen interdum omitti. Ex eodem titulo, de quo p. 39 verba fecimus, dico Anni Martialis VIII. 2354 (n. 191), comperimus anno 871/117 legionem XXX. Ulpiam cognomine „Victricis“ iam fuisse exornatam. Minime enim potest non post hunc annum, quo medio mortuus est Traianus, titulus esse exaratus⁴⁾, quia „Divus“ non appellatus est imperator. Itaque in bello quodam inter annos 852/98 et 871/117 gesto legionem aliquid praeclari fecisse patet; id unum dubium est, utrum bello Dacico factum sit an Parthico. — At cum ante bellum Parthicum Annius missionem honestam percepisset — nam ante bellum confectum veteranos dimissos esse vix credibile est —, disertis autem verbis se centurionem legionis XXX. Ulpiae *Victricis* fuisse gloriatur, elucet iam bello Dacico cognomen illud honorificum sibi parasse legionem XXX. Ulpiam. Qua re optime

1) Antonii enim legio XXX., cuius haud pauca Beneventi reperta sunt monumenta (cf. VI. 3636; IX. 1603, 1605, 1610, 1616, 1620, 2114, 2115, 2217), bello civili peracto ab Augusto statim dissoluta est.

2) Ad titulum: „C. Clodio P. f. Ste. leg. XXX. || et (Val)eriae Sex. L. | . . odora || h. f. c.“ adnotat haec: „Et miles et legio cognomine carentes aetatem satis antiquam testantur. Postea solam leg. XXX. Ulpiam Victricem lapides exhibent“.

3) Neque enim aliud quicquam mihi videtur dicere voluisse, cum scriberet: „aetatem satis antiquam“.

4) Neque vero potest non ante annum 868/114 positus esse, cum Traianus iam Parthici cognomine honoratus sit; quod utrum factum sit anno 868/114 an 869/115, adhuc dubium.

confirmatur ea, quam p. 32 protulimus, sententia, iam anno 852/98 legionem constitutam et ad Danuvium flumen collocatam esse. Nam si postea esset conscripta, vix ad tantum robur processisset, ut ad bellum tam grave gerendum iam tum (annis 855/101 — 860/106) mitteretur; ac ne sic quidem puto alia causa commotum Traianum eam arcessivisse, nisi quod haud ita procul a Dacia tetendit. Hoc quoque cognomen plerisque in titulis legioni adscriptum est; nec tamen omnia monumenta, in quibus desideratur, ante annum 860/106 posita esse oportet.¹⁾

Sero demum „Piae Fidelis“ cognomen honorificum legio XXX·V·V· sibi paravit. Titulo enim Bramb. 151 (n. 120), quem anno 977/223 esse positum nomina consulum demonstrant, nullus exstat antiquior, in quo legatur „P. F.“ — Sed quinques²⁾ tantum in lapidibus invenitur. Cuius rei non ea sola est causa, quod multo serius hoc praemio Ulpia legio affecta est quam aliae (VII. XI. Cl., I. M., VI. Vic., X. Gem., XXII. Pr.), sed alia quaedam accedit eaque gravior, quod non eadem illi cognomini inerat vis atque antea³⁾, quod inde a saeculo secundo medio temere facileque legionibus tribuebatur ab imperatoribus. Neque igitur est, quod miremur iam annis 986/232 et 993/239 P. F. illud in titulis omitti.⁴⁾

Et quamquam vix operae pretium est investigare, qua de causa illis temporibus „P. F.“ cognomina legionibus sint attributa, tamen plane de hac re tacere non possumus, praesertim cum aptissima, ni fallor, illa aetate praemia fidei comparandi legionibus occasio oblata sit.

Nam cum anno 947/193 Septimius Severus, Pescennius Niger, Clodius Albinus a suis quisque legionibus imperatores

1) Namque iam paulo post cognomen acceptum interdum omitti „Victr.“ ex titulis cognoscitur III. 2732 (n. 119) sub Hadriano, III. 5211 (n. 123) sub Antonino Pio exaratis.

2) cf. ind. cognominum leg. XXX. Ulpiae.

3) cf. supra p. 7.

4) Concedes igitur errasse Lerschium (Centr. Mus. II. 14), qui propterea ante annum 977/223 positum esse censuit titulum Bramb. 373 (n. 155), quod P. F. cognomina nondum addita essent.

essent creati, totus Germaniae exercitus a Septimii Severi partibus inde ab initio stetit, quod non solum ex nummis a Severo „in fidem legionum“ censis¹⁾ apparet, sed etiam titulo nuper reperto²⁾ probatur, secundum quem vexillationes legionum IIII Germanicarum (I. Min., XXX. Ulpiae, VIII. Aug., XXII. Prim.) „adversus defectores et rebelles“³⁾ accitae sunt. Quarum quattuor legionum tres iam antea cognominibus „P. F.“ exornatae erant — leg. I. Min. et XXII. Prim. sub Domitiano (cf. supra p. 7 sq.), VIII. Aug. sub Commodio⁴⁾ —, ut sola legio XXX. Ulpia illo praemio careret. Itaque haud absona mihi videtur esse coniectura tum a Septimio Severo illam quoque legionem cognominibus „P. F.“ esse ornatam⁵⁾, ut totus, qui fidem praestiterat, exercitus Germaniae praemio honoris uteretur. Quod quo confidentius credam, titulo maxime commoveor XII. 683 (n. 176), quem adhuc non satis recte lectum esse persuasum habeo. Exstat enim in versu quinto post LEGXXX signum quoddam ¶, quod quomodo explicandum sit se nescire confitetur, qui titulum edidit, Hirschfeldius ratus de supplementis „centuria prima“ vel „immunis centuriae“ non posse cogitari. Quoniam autem eo, quod miles legionis XXX·V·V· Arelate coniugi titulum exaravit, pro certo licet accipere aut totam legionem aut saltem partem eius illo loco fuisse neque temporibus Septimio Severo prioribus eam in Gallia moratam esse satis constat (cf. infra p. 68), eiusdem fere aetatis mihi videtur esse titulus — cuius litteras saeculi secundi esse Hirschfeldius adnotavit

1) cf. Eckhel. doctr. num. VII. 167sq.: Imp. Cae. L. Sep. Sev. Pert. Aug. ¶ Fidei leg. tr. p. cos. (mulier stans, d. Victoriolam, s. vexillum). — Praeterea Septimius Severus earum legionum, quae cum eo fecerant, nomina speciatim nummis inscripsit.

2) tit. „Corr. d. Westd. Zeitschr.“ 1890 p. 9 (n. 11 b).

3) Pescennium Nigrum et Parthos nimirum, qua de re infra (p. 64 sq.) pluribus disseremus.

4) cf. tit. Wilm. 1459 et Urlichs, B. J. 60, 52sqq.

5) Quod P. F. cognomen desideratur in titulo Bramb. 220 (n. 129), quem consulum eiusdem anni nominibus adscriptis anno 964/210 positum esse comperimus, non obstat, quia cognomine omnino neglecto solo numero „XXX“ legio notata est.

—, qua a Septimio Severo legionem cognomine „P. F.“ esse honoratam modo coniecimus. Suspicio igitur in signo illo ¶ latere cognomina F. —

Parva series monumentorum est, in quibus „Antoniniana“ appellata est; nam duae ¹⁾ tantum Noviomagi effossae sunt tegulae sic inscriptae, id quod eo magis miror, quia legionis I. Minerviae „Antonin.“ permultae eodem loco in lucem prodierunt, quamquam ad Vetera potius quam ad Bonnam pertinere Noviomagi praesidium plane perspicuum est.

Plura monumenta (septem scilicet) ²⁾ exstant legionis, quae cognomine „Severianae Alexandrinae“ adiecto artius cum illo imperatore eam fuisse coniunctam pronuntient. Quod in uno titulo XIV. 4178 b (n. 195) legio appellatur „Germanica XXX·V·V.“, nullius momenti est neque inde efficitur, ut proprium illud legionis fuisse cognomen putemus; nihil aliud sine dubio qui posuerunt titulum iuvenes Lanuvini voluerunt nisi eos, qui legerent, patronum suum in legionibus *Germaniae*, XXII. Prim. et XXX·V·V., fuisse certo scire.

Mero denique errore factum est, ut cognomen „Valeriae“ legioni Henzenus (6683) vindicaret, et plane assentior Reniero (adn. 2 ad pag. 259 opp. Borgh.), qui umquam hoc cognomine esse ornatam legionem XXX. negat. ³⁾

Quid praeterea de cognominibus statuendum sit, ex indice titulis adiecto facile intelleges.

§ 3. De origine militum legionis XXX·V·V.

Quae supra (p. 27) de origine militum legionis I. Minerviae diximus, in hac quoque legione valent, ut paucissimis

1) cf. tit. Bramb. 128 i 11, 12 (n. 198 c).

2) cf. infra ind. cogn. leg. XXX. Ulpiae.

3) Fiedler in „Alterthümer am Niederrhein“ p. 189 sq. et primus et solus contendit tegulas se vidisse legionis XXX·V·V·V·S. A. Aug. (quod explicat: Valeriae Severianae Alexandrinae Augustae). Sed Steinerus in „Inscr. Rhen.“ altera editione affirmavit nihil legi in illa tegula nisi LEG·XXX·V·V· — Quod Murat. 1088, 5 (n. 181) legitur XXX·V·V·V· suspectum est.

hanc dissertationis partem liceat absolvere. — Etenim inde ab initio milites legionis III. Augustae, cui provinciam Africam potissimum, in qua tetendit, legionarios praebuisse ex tabula a Mommseno composita ¹⁾ luculentissime apparet, in legionem XXX. Ulpiam translati sunt, quod ex Annii Martialis titulo evincere p. 39 sq. studuimus. Quibus ex gentibus praeterea aetate Pannonica milites legionis XXX · V · V · fuerint, hoc neque ex lapidibus scriptis neque ex auctoribus colligi potest; tamen veri simile videtur esse legioni provincias ad Danuvium sitas, Pannoniam, Noricum, Moesiam dilectum admisisse. Cum in Germania Inferiore in locum legionis VI. Victricis successisset (cf. infra p. 53), ex hac provincia supplementa eligebantur; nam duos milites invenimus ex Colonia Agrippina oriundos ²⁾, unum ex finibus Batavorum ³⁾, qui etsi frequenter stipendia fecerunt in alis et cohortibus ⁴⁾, perraro tamen in legiones recepti ⁵⁾ videntur esse. — Permulti legionarii ex Belgica sine dubio acciti sunt, quam provinciam etiam legioni I. Minerviae dilectum legionarium misisse p. 30 ostendimus. Omnium autem gentium Treveros maxime in legione XXX · V · V · versatos esse apparet; nam praeter titulum Bramb. 149 (n. 140) matribus Treveris dedicatum, ex quo liceat concludere milites in legione fuisse ex Mosellae valle oriundos, disertis verbis duobus in lapidibus ⁶⁾ Treveros se esse natos gloriantur legionarii huius legionis, ut dimidia fere eorum titulorum pars ⁷⁾, ex quibus de patria militum aliquid elici potest, ad Treveros pertineant. — Deinde, ut paululum tabulae Mommseni addamus, non uno tantum titulo Bramb. 201 (n. 143) iubemur statuere Britannos quoque in legione XXX · V · V · stipendia meruisse, sed idem ex

1) In Eph. ep. V. 207 sqq.

2) tit. Bramb. 433 (n. 130), VI. 3334 (n. 78).

3) tit. Eph. ep. IV. 308, 208 (n. 174).

4) cf. Eph. ep. V. p. 173 sq.

5) Nam unus titulus praeter illum exstat, in quo legionarius Batavus dicitur, Bramb. 1517: Titus Flavius Germanus veter. leg. XXII. Pr. P. F. natione Batavus.

6) tit. Murat. 1088, s (n. 181), Bull. ep. II. 186 (n. 182).

7) Tres sunt ex octo titulis.

altero titulo Bramb. 208 (n. 149) elicitur.¹⁾ — Postremo Pannonios inde a tertio saeculo ineunte legionarios leg. XXX · V · V. exstitisse cum ex eo suspicamur, quod legionem I. Minerviam ex eadem provincia supplementa conduxisse titulo Pompeiani B. J. 83, 164 (n. 22) demonstratur, tum loco Herodiani p. 30 adn. 3 laudato, qui ad totum Germaniae exercitum spectat, ad speciem quandam veritatis perducitur.

CAPUT III.

De legionibus I. Minervia et XXX. Ulpia

inde a primordiis usque ad annum 874/120.

§ 1. De legione I. Minervia.

Quoniam supra quo anno quaque de causa legio I. Minervia constituta sit, accuratius tractavimus, iam ad ipsam historiam enarrandam accedere liceat. — Atque ex iis quidem, quae de cognominibus legionis „P. F.“ suo loco disputavimus, apertissimum evadit una cum aliis Germaniae Inferioris legionibus etiam I. Minerviam in seditione Saturnini opprimenda versatam esse. Qua tamen ratione fidem imperatori praestiterit, prorsus latet²⁾, cum auctorum de hac re testimonia ac-

1) Fortasse alienum non est hoc loco monere in Britannia vasculum, legionis numero signatum, repertum esse, VII. 1335,3 (n. 196) „anaglyphis venationum et muneris gladiatorii ornatum“. Qua ex re etiamsi adeo non eliciam legionem XXX. in Britannia fuisse — quia quoqueversus facile vasculum potuit portari —, ut eum, qui ita statuerit, satis temerarium existimarim, id tamen evincitur in castris legionis XXX. gladiatores adfuisse. Quod cum ex Taciti loco (ann. I. 22) Augusti aetate fuisse usitatum didicerimus, Severo Alexandro quoque imperante in usu fuisse ex titulo Bramb. 211 (n. 134) cognoscimus, quem Deo Silvano ursarius legionis XXX · V · V · S · A · dedicavit.

2) Longum est omnes, quas viri docti hac de re protulerunt, sententias percurrere. Conferas quaeso ea, quae Ritterlingius p. 13 adn. 1 et 2 collegit. Nuperrime sagaciter nec non frustra hanc quaestionem tractavit Iuenemannus l. l.

curata desint, ut ne de totius quidem Inferioris exercitus factis certi quidquam tradatur. Veri tamen est simillimum non armis ac fortitudine, sed mera religione et fide ¹⁾ legiones Germaniae Inferioris pro sua parte Antonii consilium nefarium refregisse.

Contra quindecim annis post summas in bello laudes sibi conciliasse legionem certissimis et auctorum et titulorum testimoniis traditum est.

Namque Spartianus ²⁾ enarravit secunda expeditione Dacica Hadrianum legioni I. Minerviae esse praepositum. „Quandoquidem multa egregia eius facta claruerunt. Quare adamante gemma, quam Traianus a Nerva acceperat, donatus ad spem successionis erectus est.“ Eximia mehercle et ducis et legionis praedicatio! Et eundem Hadrianum eodem bello donis militariis esse honoratum e titulo III. 550 (n. 2) discimus, quem Athenienses anno 866/112 exaraverunt. Neque vero solum legatum legionis Hadrianum Traianus imperator praemio decoravit, sed etiam centurionum duorum adhuc exstant tituli, quorum alter torquibus, armillis, phaleris, corona vallari se exornatum esse gloriatur VI. 3584 (n. 103), alter donis se esse affectum a Traiano imperatore bello Dacico praedicat II. 2424 (n. 112). Denique militis quoque legionis I. Minerviae huc pertinet titulus, Iulii Mansueti, qui Coloniam reversus votum solvit, quod apud Alutam, Daciae flumen, fecerat Bramb. 405 (n. 31). Atque adhuc fere omnes viri docti censuerunt alteri tantum bello Dacico legionem I. Minerviam interfuisse.³⁾ Sed ex columna illa, quam Traianus exstruxit, ut facta sua a posteris quoque cognoscerentur, iam ad prius bellum Dacicum legionem in Daciam deductam esse apparet. Nam in ea parte illius monumenti, in qua arte manuque omnia ea ficta sunt, quae ad prius bellum cum Deceballo gestum pertinent, legio quaedam comprehenditur eo ipso momento, quo

1) Idem narrat de legionibus VII. et XI. Cl. Cassius Dio LX. 15, 4 (cf. p. 7 adn. 2).

2) Spart. v. Hadr. 3, 6.

3) cf. Urlichs, B. J. 38, 100sq.; Pfitzner p. 84, 135, 221.

a legato ducta Danuvium flumen transgressura est. Quam legionem I. Minerviam esse accipiendam rectissime contendit Domaszewskius.¹⁾ Arietis enim imago, quae ab illius legionis imaginifero praefertur, fieri non potest quin ad legionem I. Minerviam spectet, quippe quae sola omnium in nummis Victorini et Carausii arietis imaginem sibi adscitam habet.²⁾ Neque ignoramus, cur aries legioni I. Minerviae potissimum attributus sit. Animalium enim imagines, quibus ne una quidem legio plane caret, cum a siderum nominibus saepissime petitae sint, propterea arietem sibi assumpsit legio I. Min., quod eo mense, qui *Minervae* sacer est, circuitus solis usque ad *arietis* sidus provectus³⁾ est; quae explicatio eiusdem viri docti ingenio et acumini debetur. —

Itaque quoniam statuendum est utrique bello Dacico legionem interfuisse, optime quae in Dacia nuper repertae sunt tegulae L E G · I · M⁴⁾, explicantur. Nam cum neque antea — id quod paulo infra demonstrabimus — legionem in his regionibus versatam esse constet neque postea, eas esse cocctas inter primum bellum et secundum manifestum est.

Quae cum ita sint, annus, quo titulus Bramb. 680 (n. 70) exaratus sit, accuratissime finiri potest. Nam cum inde ab anno 855/101 usque ad annum 860/106 in Germania Inferiore legio I. Min. non adfuerit neque fieri potuerit, ut Acutius Nerva, qui anno 854/100 consulatu functus est, ante annum 857/103 provinciam inciperet administrare⁵⁾, sequitur, ut bellis Dacicis confectis demum titulus positus sit. Quod haud ita multo

1) In „Arch.-Epig. Mitteil. aus Oesterreich“ XV. p. 163 sqq.

2) Cf. eiusdem dissertationem „die Fahnen im Röm. Heere“ in „Abh. d. Arch.-Epigr. Seminars d. Univers. Wien“ 1885, p. 55.

3) cf. Manil. II. 439.

4) cf. „Arch.-Epig. Mitt. aus Oestr.“ VI. 2 (n. 118 f.).

5) Nam ex illis Germaniarum legatis, quorum cursum honorum examinavit Ritterlingius (p. 41 adn. 3), cum permultos manifesto tribus annis post consulatum demum provinciam ingressos esse ostendatur, unus Petilius Cerialis, cos. anni 824/70, propter bellum eodem anno legationem suscepit. Omnes alii post consulatum cura alvei Tiberis vel alio officio consulari perfuncti videntur esse, priusquam in provinciam profecti sunt.

post factum esse potest, quia post annum 861/107 Acutius legatus Germaniae Inferioris iam non fuisse putandus est, ut vix de recto aberrasse mihi videar ad ipsum annum 861/107 titulo illo relato. —

Manifestum igitur est legionem XXII. Prim., quippe quae sub Q. Acutio vexillarios cum exercitu Inferiore miserit, in locum legionis I. Minerviae ad expeditionem Dacicam deductae in Germaniam Inferiorem esse translatae. Atque etiam ipsis castris Bonnensibus eam esse impositam contenderim, cum titulus militis¹⁾ leg. XXII. Pr. P. F. ibidem effossus sit. Deinde bello Dacico confecto cum leg. I. Min. Bonnam redisset, in Germaniam Superiorem reducta est. Itaque mihi controversia illa, qui titulorum trium „Brohlensium“ (cf. p. 9 sq.) primus, qui postremus exaratus sit (cf. Urlichs, B. J. 36, 100 sq.; Freudenberg, ibid. 38, 93 sqq.) disceptata videtur esse ita, ut primus quidem is titulus positus sit, in quo VI. Vic. et X. Gem. laudantur — eo nimirum tempore, quo legione I. Min. abducta legio XXII. nondum successerat —, deinde ille, quem legionum VI. X. XXII. vexillarii dedicaverunt, postremus tit. Bramb. 680 (n. 70), de quo modo egimus.

Atque, id quod hoc ipso lapide comprobatur, bello Dacico confecto statim legionem I. Min. in Germaniam Inferiorem redisse alio quoque titulo declaratur III. 6819 (n. 3), quem inter annos 869/115 et 871/117 positum esse elucet, quod in eo „Parthici“ cognomine Traianus iam honoratus, sed nondum inter „Divos“ receptus est.²⁾ Itaque cum anno 871/117 ignotus ille legatus post legationem duobus muneribus iam functus sit („leg. aug. pr. pr. provinc. Galat. Phryg. Pisid. Lycaon. Paphlag. item ad census Paphlag.“), inde ab anno 862/108 — 865/111 eum legatum legionis I. Min. fuisse pro certo habeam; atque ea ipsa de causa, quod paulo ante demum legio illa in hanc provinciam redierat, dilucidis verbis

1) Bramb. 468: D. M. || Iul. Paterno || mil. leg. XXII. Pr. || P. F. stp. XXIII || Opponius Iustus || Archit. amico || a se fecit.

2) cf. supra p. 41 adn. 4.

additum est „in Germ. Inf.“, quod neque antea neque postea in titulis post „I. Min.“ addi solet.¹⁾

Atque in eadem castra stativa, Bonnensia scilicet, in quibus ante bellum Dacicum tetendisse legionem p. 24 sq. demonstravimus, bello feliciter patrato rediit; quod cum per se consentaneum est tum ex titulis tegulisque ibidem repertis plurimis apparet. Neque obstat, quod Iulius Mansuetus (cf. p. 47) non Bonnae quae ad Alutam flumen susceperat vota solvit, sed Coloniae. Caput enim totius provinciae haec urbs erat, ut facile nescio quibus de causis fieri potuerit, ut singuli ex legione milites sive ad officia quaelibet administranda sive, si forte Colonia erant oriundi, com meatu accepto ibidem aliquamdiu versarentur.

Proximis deinde annis usque ad annum 874/120 nullis, quantum scimus, bellis aut expeditionibus interfuit legio; nec tamen cura negotioque vacavisse videtur, sed viis aedificiisque struendis operam navavisse, quod ex ipso titulo Bramb. 680 (n. 70), qui in lautumiis Herculi Saxano dedicatus est, perspicitur. Accedit, quod paulo post legionis I. Minerviae reditum legio X. Gemina in Pannoniam Superiorem translata est²⁾, ut quae antea quattuor vel tribus legionibus fuerat custodienda provincia Germania Inferior a duabus I. Min. et VI. Victrice occupata esset.

§ 2. De legione XXX · V · V.

Quoniam quae de legione XXX · V · V. inde a primordiis ipsis usque ad bellum Dacicum confectum elici possint, cap. II. diximus, venimus ad quaestionem difficillimam, ubinam usque ad annum 874/120 tetenderit quibusque rebus gestis interfuerit legio. Quam quaestionem, cum certis testimoniis adhuc prorsus careamus, ad finem perducere posse vix credo; quas enim viri docti protulerunt sententias, eae meris coniecturis nituntur.

1) Non inveni nisi in uno titulo C. I. Gr. III. 4011 (n. 5b).

2) cf. Ritterling. p. 51 sq. et adn. 1. 2. 3.

Nihil igitur constat de legione XXX · V · V · nisi bello Dacico confecto in Pannonia per tempus eam tetendisse (cf. p. 38 adn. 2) et postea in Germaniam Inferiorem esse translata. Sed plane in medio relinquendum est, utrum ex ipsa Pannonia in Germaniam missa an alibi antea morata sit. Atque Renierus ¹⁾ quidem et Dierauerus ²⁾ pro certo acceperunt legionem ad bellum Parthicum gerendum a Traiano arcessitam esse, quod quo iure contenderint, iam examinemus. Sed in uno Anni Martialis titulo VIII. 2354 (n. 191) sententia eorum posita est. Renierus enim — ut taceam de Dierauero prorsus in eius castra transeunte — contendit coloniam Ulpiam Thamugadi constitutam esse a veteranis legionis XXX · V · V ·, quos victoriis nonnullis de Parthorum rege reportatis honesta missione donatos in Numidiam deduxisset Traianus; quo factum esse, ut „Victoria Parthica“ ibidem cultu proprio celebraretur. Atque primum quidem plane absurdum est, id quod iam p. 41 statuimus, cogitare veteranos dimissos esse, cum ipsum bellum magis magisque exardesceret.³⁾ Deinde, id quod gravissimum est, in alio titulo ibidem reperto disertis verbis scriptum videmus anno 854/100 Traiano auctore coloniam Thamugadi conditam esse a L. Munatio Gallo legato ⁴⁾, ut concidat Renieri coniectura. — Vides igitur ne speciem quidem probabilitatis prae se ferre opinionem illam bello Parthico legionem interfuisse. Immo sic existimo titulum esse explicandum, ut Annius Martialis, post bellum Dacicum veteranus legionis XXX · V · V · factus et Thamugadem in coloniam missus, cum moriturus bellum esse exortum cum Parthis audivisset, in testamento titulum faciendum curaverit, quo Parthis devic-

1) Léon Renier in „Archives des missions scientifiques et litteraires“. Paris, 1851, tom. II. p. 183.

2) Dierauer in „Büdinger, Unters. zur Röm. Kaisergesch.“ I. p. 159.

3) cf. supra p. 37 adn. 4; p. 41.

4) VIII. 2355: Imp. Caesar (divi) || Nervae f. Nerva Traian(us) || (aug.) Germani(c)us pon(t.) || (max.) tr(i)b. po(t. IIII co)s. III p. (p.) co(l.) || (Mar)c(i)anam Tr(a)ianam Th(a) || (muga)di per leg. III. Au(g.) || (condidit L. M)unati(us) Gallus leg. || Aug. pro (pr.) || d. (d.)

tis „Victoria Parthica“ celebraretur; quod votum eiusdem liberti Protus, Hilarus, Eros amplissime postea perfecerunt.

Aliorum quoque legionis XXX · V · V · veteranorum vestigia ad eandem aetatem mihi videntur spectare, L. Lepidi Iusti V. 2391 (n. 178) et M. Ulpii Bellici V. 5010 (n. 179) titulos dico, quorum alter „in castro Stenico“ prope Tridentum repertus est, alter Vigoentiae prope Ferraram.

Nam cum in eadem fere regione, Montegaldae, titulus effossus sit militis legionis eiusdem V. 3105 (n. 171), quem optimae aetatis esse et vix Traiano posteriorem patris et avi nomina addita testantur, haud spernenda, credo, est coniectura veteranos leg. XXX · V · V ·, qui Decebalo oppresso permulti nimirum dimissi sunt, a Traiano in Galliam Cisalpinam potissimum esse deductos.

Ac ne id quidem, quo anno legio in Germaniam Inferiorem venerit, certis auctorum vel lapidum testimoniis demonstratur; neque enim ullus in Germania Inferiore titulus exstat anno 918/164 antiquior „Corr. d. Westd. Zeitschr.“ 1891, p. 112 (n. 162), et qui primus huius rei memoriam tradidit, Ptolemaeus¹⁾, haud ita multo ante hunc annum²⁾ scripsit. Itaque plane ignoro, qua causa commotus Pfitznerus p. 82 contenderit legionem XXX. Ulpianam recens conscriptam non diu post annum 855/101 in Germaniam Inferiorem missam esse. Quod eo maiori mihi offensionem est, quia paulo infra p. 85 dicit: „Ob vielleicht auch schliesslich noch leg. XXX. Ulp. auf kürzere Zeit nach Pannonien gekommen, um den Abgang der dortigen Legionen nach dem Kriegsschauplatze zu decken, ist nicht zu entscheiden, da die wenigen Ziegeln, welche zu Carnuntum und Vindobona gefunden sind, weiter keine Anknüpfungspunkte gewähren.“ Attamen inter omnes constat certissima ad stationes legionum cognoscendas indicia esse putandas tegulas.

Sed quamquam non traditur, quando in Germaniam Inferiorem legio translata sit, certissimam tamen licet proferre coniecturam omnibus fere viris doctis probatam causam

1) Ptol. geogr. II. cap. 9 § 15.

2) cf. Erhard „Regesta historiae Guestphal.“ p. 42sqq.

fuisse interitum legionis IX. Hispanae, quam circiter annum 874/120 funditus deletam esse scimus. Nam cum statim ad hostes victores castigandos legio VI. Victrix, quippe quae haud procul, Veteribus nimirum, tetenderit, in Britanniam translata esset neque unius, quae remansit, legionis I. Minerviae vires ad tantam provinciam custodiendam sufficerent, legio XXX. V. V. nescio qua ex provincia in Germaniam deducta iisdemque castris stativis imposita est, ex quibus modo profecta erat legio VI. Victrix.

CAPUT IV.

De legionibus I. Minervia et XXX. Ulpia

in Germ. Inferiore inde ab a. 874/120.

§ 1. De castris et stationibus legionum.

A. Legionis I. Minerviae.

Quamdiu in Germania Inferiore legio I. Min. tetendit, stativa castra semper habuit Bonnae; cuius rei testes sunt ipsorum castrorum reliquiae¹⁾, quae hac potissimum aetate permultae effossae sunt; testes sunt etiam tegulae fere innumerabiles²⁾ militumque tituli haud pauci sepulcrales³⁾, quibus potissimum adiuti, quae quaeque legio castra habuerit, definire possumus.⁴⁾ —

Castella praeterea stationesque, in quibus variis de causis partes legionis constitutae erant, permulta tota provincia in-

1) cf. B. J. 78 tab. 1; 82 tab. 3, ubi accurate descriptum invenies, quibus locis monumenta reperta sint; praeterea uberius de castris Bonnensibus egit I. Klein in „Westdeutsch. Zeitschr. Corr.“ VII. 147.

2) cf. Bramb. 511 a (n. 117 a X, b IV, d V); „Wink. Progr.“ 1888, 33, 34 (n. 117 c III).

3) cf. Bramb. 461 (n. 33); „Wink. Progr.“ 1888 38, 4 (n. 44); B. J. 85, 88 (n. 47); B. J. 57, 70 (n. 50); „Wink. Progr.“ 1888, 38, 8 (n. 51) Bramb. 475 (n. 52); — B. J. 59, 40 (n. 56); B. J. 85, 65 (n. 57); Bramb. 452 (n. 58); B. J. 82, 56 (n. 64).

4) Accedit locus Ptolemaei geogr. II. 9, 16.

veniuntur inde ab Oceani Germanici litore usque ad Superioris provinciae fines.

Fuerunt autem castella stationesve hisce locis posita: Cattvici ¹⁾, Fori Hadriani ²⁾, Castris Albinianis ³⁾, in vico „Wijk bij Duurstede“ ⁴⁾, ad oppidum Noviomagum ⁵⁾, Geldubae ⁶⁾, in vico „Rindern“ ⁷⁾, Cliviae ⁸⁾, Divitiis ⁹⁾, Durnomagi ¹⁰⁾, Coloniae ¹¹⁾, Aquisgrani. ¹²⁾

Atque hoc quidem per se consentaneum est cum provinciae defendendae causa haec castella exstructa esse tum quo facilius pacis munera, quae ad vias restituendas aut ad aedificia in militum usum condenda pertinebant, perficerentur.

Quod Noviomagi legionis I. Minerviae tegulae permultae repertae sunt aetatis Antoninianae ¹³⁾, quamquam legionis XXX · V · V · potius haec erat provincia, eo fortasse explicari potest, quod ad legionem XXX. adiuvandam leg. I. Min., quae tum forte negotiis vacabat, vexillarios misit, qui aedificiis Noviomagi aedificandis operam navaverunt.

Neque silentio praetereundum est, quod prope oppidum, quod nunc dicitur „Iversheim“, monumenta reperta sunt ¹⁴⁾, quibus longum per tempus ibidem partem legionis ad cal-

1) cf. Bramb. 2 (n. 12 b); Bramb. 4 A a 8 (n. 117 a I).

2) cf. Bramb. 23 a (n. 117 a III c. I); Bramb. 12 (n. 67); Orell. 1894 (n. 69).

3) cf. Bramb. 9 (n. 117 a II).

4) cf. Bramb. 63 a (n. 117 a IV).

5) cf. Bramb. 128 (n. 117 a V c II); „Wink. Progr.“ 1888, 33, 31 (n. 117 c III).

6) cf. Bramb. 245 a (n. 117 a VIII, b III).

7) cf. Bramb. 165 a (n. 117 a VII).

8) cf. B. J. 61, 72 (n. 117 a XI).

9) cf. Bramb. 443 (n. 72).

10) cf. Bramb. 436 a (n. 117 a IX); B. J. 82, 19 (n. 117 b V); Bramb. 382 (n. 30); Bramb. 351 (n. 56); „Corr. d. Westd. Zeitschr.“ II. 63 (n. 55).

11) cf. B. J. 60, 81 (n. 117 b VI).

12) cf. „Westd. Zeitschr.“ II. 428 (n. 43).

13) cf. Bramb. 23 a (n. 117 c I); Bramb. 128 a (n. 117 c II).

14) Bramb. 520 (n. 11 a); B. J. 50, 186 (n. 42); B. J. 50, 187 (n. 45); B. J. 50, 184 (n. 68).

carias exercendas moratam esse demonstratur. Quod cum iam ex titulo Bramb. 520 (n. 11 a), qui circiter annum 954/200 „furno arvali facto“ a Castino¹⁾ legato exaratus est, concludere licuisset, optime eo confirmatum est, quod postea ipsae fornaces calcariae²⁾ repertae sunt simulque tituli ad tempora inde ab anno 915/161³⁾ usque ad Alexandri Severi⁴⁾ aetatem pertinentes. Nec parvi momenti illam vexillationem fuisse vel inde elucet, quod signifer legionis B. J. 50, 187 (n. 45) et miles medicus B. J. 50, 186 (n. 42) in illis titulis laudantur. Atque cum non sine quadam veritatis specie Eickius B. J. 23, 79 coniecerit illius loci cultum matrum Anfaniarum proprium fuisse, facile intellegitur, cur tituli illis deabus dedicati sint a legionis I. Min. militibus.⁵⁾ Iure igitur miretur quis, quod quo loco per septies denos annos non exiguam partem legionis persaepe tetendisse conspicimus, ne una quidem tegula reperta est, qua aedificia in usum legionum structa esse certe demonstrari possit. Quod optime Freudenbergius⁶⁾ explicavit monens non longe ab illo loco, Belgicae nimirum (nunc „Billig“), partem legionis commorata esse. Ex hoc igitur loco vexillarios in officinas calcarias missos esse suspicamur.

Eadem fere de causa in valle „Brohl“ vexillarii legionis per tempus quoddam versabantur, qua de re uberius egit Ritterlingius p. 45. Sed praeter titulum Bramb. 680 (n. 70), de quo iam (p. 9 sq., 48 sq.) accuratius exposuimus, nullum ibidem effossum est monumentum, quo postea quoque lapides ex illis lautumiis legionem adportasse ostendatur. Itaque inde a se-

1) Infra (p. 64 sqq.) fusius de Castino agemus, quo anno legatus legionis I. Minerviae in Germania Inferiore fuerit.

2) Qua de re conferas velim B. J. 50, 186 (n. 42).

3) tit. enim Antonino IIII et Vero II coss. positus est.

4) tit. B. J. 50, 184 (n. 69) pro salute imperatoris Severi Alexandri dedicatus.

5) Sunt tituli hi: B. J. 83, 164 (n. 22) a tribuno militum T. Cl. Pompeiano, Bramb. 405 (n. 31) a Iulio Mansueto, B. J. 83, 136 (n. 37) a Q. Clodio Marcellino militibus dedicati. — Neque id casui tribuendum est quod nullius alius legionis milites Anfaniabus matronis titulos dedicaverunt.

6) cf. B. J. 50, 184 sq.

cundo saeculo legionarii Germaniae Inferioris aliunde materiam aedificiis struendis idoneam petisse videntur; nam ne minimum quidem legionis XXX·V·V., quae haud ita multis annis postquam titulus ille Brohlensis exaratus erat, in Germaniam sese contulit, vestigium illo loco repertum est, quamquam antea omnium Germaniae Inferioris legionum vexillarios ibidem versatos esse ex titulis p. 9 sq. laudatis manifestum fiat.

B. Legionis XXX·V·V·

Legioni VI. Victrici in Britanniam translatae in provincia et in ipsis castris, dico Veteribus¹⁾, legio XXX·V·V· successit. Itemque cum per saecula una cum legione I. Minervia in Germania Inferiore tetenderit, ea, quae de illius castris stationibusque omnino explicavimus, etiam de hac legione dicta sunt, ut iam stationes, quibus partes legionis impositas fuisse veri simile est, enumeremus. Nam de castris Veteribus taceam, quamquam adhuc acerrima de his inter viros doctos lis fuit. Sed Schmidtius²⁾ neglectis illorum ariolationibus suo iure scriptorum narrationes, monumenta reperta, reliquias aedificiorum viarumque adhuc exstantes ita examinavit, ut mihi quidem persuasum sit castra et Augusti et Traiani in monte, qui nunc dicitur „Fürstenberg“, collocata fuisse, qui, si inde a Bonna Rhenum fluvium sequeris, primus isque satis in altum editus est collis, qui ad aggrediendos aequae et repulsandos hostes quam maxime erat idoneus.

Stationes praeterea legionis fuisse permultas ex tegulis titulisque sepulchralibus luculentissime apparet. Et quod supra iam statuimus (p. 44) non solum illis locis militum operumque monumenta exstare, quae alteri legioni ut custodirentur

1) Testes sunt cum Ptolemaeus (II. 9, 15) tum tegulae titulique Veteribus exstantes hi: Bramb. 151 (n. 120); Bramb. 220 (n. 129); Bramb. 211 (n. 134); Bramb. 202 (n. 139); Bramb. 149 (n. 140); Bramb. 145 (n. 141); Bramb. 146 (n. 142); Bramb. 201 (n. 143); Bramb. 219 (n. 145); Bramb. 217 (n. 147); Bramb. 208 (n. 149); Bramb. 204 (n. 164).

2) B. J. 31, 80sqq.

attributa videntur esse, sed per totam provinciam utriusque legionis vestigia deprehendi, id optime illustratur eo, quod cum in Hollandia tegulae repertae sunt sic inscriptae: „leg. I. M. P. F. et leg. XXX · V · V.“¹⁾ tum ipsis in castris Bonnen-sibus lapis servatur²⁾, in quo **LEGTEXXX** magnis litteris insculptum est. Videmus igitur coniunctas fuisse interdum utriusque legionis copias, si forte alterius ad maius quoddam opus perficiendum vires non suffecerunt.

Neque praetermittendum esse videtur quod iam altero post Chr. saeculo legionarii haud ignorarunt admodum esse salubres Aquisgrani fontes, quibus potissimum „Aachen“ oppidum nostratum celebritatem suam debere nemo nescit. Exstat enim ibidem inscriptio quaedam (B. J. 60, 23): „Fort(unae salutari) et tutelae loci Candidinius C. VI vir Augustalis“, quam dedicasse C. Candidinium Sanctum, legionis XXX · V · V. signiferum (qui laudatus est in tit. Bramb. 101 (n. 133)), post missionem acceptam ad speciem quandam veritatis eo adducitur, quod tegulae legionis XXX · V · V. Aquisgrani³⁾ repertae sunt in aquaeductus balnearumque reliquiis.

Eo quoque loco, qui nunc dicitur „Düsseldorf“, monumenta reperta sunt (cf. Bramb. 294 (n. 152)), ex quibus partem legionis XXX · V · V. ibidem collocatam fuisse facile colligitur. Neque temere Moellerus⁴⁾ et Minola ex ruinis fossae vel limitis coniecerunt viam munitam a Novesio in Germaniam fuisse perductam, qua in Boructuariorum potissimum fines profecti essent Romani. Denique per tempus partes legionis constitutae erant his in locis:

Hollandiae eo in loco, quo in tabula Peutingeriana „Mansio Niger pullus“⁵⁾ exstitisse significatur, Cattvici⁶⁾, Fori Ha-

1) cf. Bramb. 137 (n. 117 g I).

2) cf. B. J. 89, 211 (n. 117 g II).

3) cf. Bramb. 629 b 1 (n. 198 b IX); B. J. 73, 154 (n. 198 b XIII); „Corr. d. Westd. Zeitschr.“ II. 54 (n. 198 b XVI).

4) Moeller „Über Hohensyberg“, Dortmund. 1804 p. 17.

5) cf. „Westd. Zeitschr.“ VII. p. 306 (n. 198 b XVII).

6) cf. Bramb. 4 A c 1, 2 (n. 198 a I).

driani ¹⁾, Traiecti ²⁾, eo loco, qui appellatur „De Meeren“ ³⁾, prope vicum „Wijk bij Duurstede“ ⁴⁾, Holledoorni ⁵⁾, prope vicum „Louisendorf“ ⁶⁾ (Geldern), ad oppidum Noviomagum ⁷⁾, Calcare ⁸⁾, ad vicum „Grtnthal“ ⁹⁾, Divitiis ¹⁰⁾, in vico „Alpen“ ¹¹⁾, Trepitiae ¹²⁾, Coloniae ¹³⁾, Bonnae. ¹⁴⁾

§ 2. De historia legionum I. Min. et XXX. Ulpiae.

Traianus, qua erat fortitudine et prudentia, cum iam Nerva imperatore et limite amplius munito (cf. p. 31 adn. 1) et militum disciplina redintegrata ¹⁵⁾ Rheni fines confirmasset, Dacico praecipue bello effecit, ut omnes trans Rhenum Danuviumque barbari imperatoris nomine perterriti a fluviorum transitu prorsus impedirentur. Qui nominis Romani timor tantus erat, ut etiam post Traiani decessum, cum Hadrianus imperator pacis amantissimus successisset, summa tranquillitate totum fere imperium gauderet. Quo factum est, ut ne I. et XXX. quidem legionibus, quae inde ab anno 874/120 eadem fere sorte coniunctae erant, ulla virtutis praestandae facultas illis temporibus offerretur. Sed prudenter Hadrianus providit, ne

1) cf. Bramb. 23 e, 1, 2 (n. 198 a III).

2) cf. Bramb. 60 c, 1, 2 (n. 198 a IV).

3) cf. Bramb. 63 a (n. 198 a V).

4) cf. Bramb. 63 a (n. 198 d II).

5) cf. Bramb. 140 e (n. 198 b V); Bramb. 106 (n. 125).

6) cf. Bramb. 193 (n. 198 b VII).

7) cf. Bramb. 128 i (n. 198 a VI).

8) cf. Bramb. 185 b, c (n. 198 b VI).

9) cf. Bramb. 225 (n. 198 e I).

10) cf. B. J. 81, 208 (n. 198 d VI).

11) cf. Bramb. 227, 1, 2 (n. 198 a VIII).

12) cf. B. J. 21, 39 (n. 198 e IV).

13) cf. Bramb. 436 e, 1, 2, 3 (n. 198 b X); B. J. 73, 110 (n. 198 b XII); B. J. 73, 209 (n. 198 b XIV); Bramb. 436, 9, 2 (n. 198 e III); Bramb. 433 (n. 130); B. J. 57, 81 (n. 158).

14) cf. B. J. 59, 211 (n. 197 d VII); B. J. 53, 238 (n. 137).

15) Plin. et Traian. epist. 29, 30. — Paneg. 9: „ubi deinde disciplina? ubi mos a maioribus traditus, quodcumque imperator munus iniungeret, aequo animo paratoque subeundi“? eqs.

legionarii nimio otio corrupti nefaria consilia agitent; exercebat enim, ut Cassius Dio epit. LXIX. 5, 2. memoriae prodidit, τὰ στρατιωτικὰ ἀκριβέστατα ὥστ' ἰσχύοντα μήτ' ἀπειθεῖν μήτε ὑβρίζειν; et Spartianus¹⁾ dilucidis verbis enarravit Germanicas potissimum legiones sic exercitatas esse. Qua ratione duplex et sibi et rei publicae paravit commodum, quod et optima disciplina tenerentur milites — cuius rei praeclarissimus testis titulus est III. 3676, in quo Batavus miles „aequora Danuvii cunctis transnare sub armis“ se potuisse gloriatur — et hostes tenerentur in pace.²⁾

Neque vero solum sub Hadriano tanta imperii Romani apud barbaras gentes erat auctoritas, sed postea quoque Antonino Pio imperatore, quantum deberetur Hadriani prudentiae et gravitati satis, cognitum est. Quamquam enim Iulius Capitolinus (v. Anton. Pii V. 4) dicit „Germanos et Dacos et multas gentes“ . . . eum contudisse „per praesides et legatos“, tamen minimae videntur fuisse rixae vellicationesque, cum Aurelius Victor (epit. 15) memoriae prodiderit Antoninum „orbem terrae nullo bello auctoritate sola rexisse adeo trementibus eum atque amantibus cunctis regibus nationibus et populis, ut . . . de controversiis inter se iudicem poscerent.“³⁾ Nam Germanicum illud bellum, quod Iulius Capitolinus laudat, nihil aliud videtur fuisse nisi discidia inter barbaros ipsos orta, quae

1) Spart. v. Hadr. 10, 1: „Inde in Germaniam transit pacisque magis quam belli cupidus militem, quasi bellum immineret, exercuit tolerantiae documentis eum inbuens, ipse quoque inter manipula vitam militarem magistrans, cibus etiam castrensibus in propatulo libenter utens, hoc est lardo caseo et posca“ eqs.

2) Cass. D. epit. LXIX. 9 fin.: οὕτω γὰρ καλῶς ἤσκητο τὸ στρατιωτικὸν αὐτῷ ὥστε καὶ τὸ ἰππικὸν τῶν καλουμένων Βαταύων τὸν Ἰστρὸν μετὰ τῶν ὄπλων διενήξαντο· ἃ ὀρῶντες οἱ βάρβαροι τοὺς μὲν Ῥωμαίους κατεπλίττοντο, τρεπόμενοι δὲ ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐχρῶντο αὐτῷ διαιτητῇ τῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορῶν.

3) Suo iure certe Bossart et Mueller (in „Büdinger, Unters. z. Röm. K. Gesch.“ II. p. 304) statuerunt propterea Capitolini narrationem pugnare cum Victoris, quia sua quisque ratione Antoninum studisset praedicare, alter cum pacis, alter cum belli gloriam nimis cumularet.

Romanos composuisse ex nummo quodam ¹⁾ („rex Quadis datus“) elicitur. Accedit, quod Aristides (*Eis βασιλέα* I. p. 112 Dind.) eadem fere tradidit atque Aurelius Victor. Celtas enim, de quibus dicit: *νῦν προσκυνοῦσι τὸν δεσπότην*, intellegendos esse Germanos Appianus testis est, qui circiter annum 904/150 in praefatione III. scripserit: *Κελτῶν . . . ὅσα ἔθνη . . . παρὰ Ῥῆνον ποταμὸν ὄκηται*. — Videmus igitur per quater denos annos legiones I. Minerviam et XXX. Ulpiam nihil armis fecisse dignum, quod commemoretur.²⁾ Sed paulo post in locum placidissimae pacis subito cesserunt bella et gravissima et maxime diuturna. Nam cum iam Antonino imperatore in oriente res ita turbatae essent, ut undique vexillationes in Syriam deducerentur³⁾, summum in discrimen venit res Romana, ubi primum M. Aurelius et L. Verus imperium susceperunt.

Vologaeses enim Parthorum rex anno 915/161 P. Aelium Severianum legatum cum exercitu toto apud Elegeiam delavit⁴⁾, quo factum est, ut statim, qui sub ditione Romanorum erant, principes Adiabenes, Edessae, Nisibis deficerent.⁵⁾ Atque cum iam antea ad bellum Parthicum vexilla accita esse sciamus, clade illa turpissima accepta quam maximas copias in orientem missas esse est veri simillimum. Itaque si in

1) cf. Eckhel. doct. num. VII. p. 15 : Imp. T. Acl. Caes. Antoninus || Rex Quadis datus s. c. (Imp. togatus stans dexteram cum Quadorum rege iungit).

2) Nec tamen plane omittamus, quod legio I. Minervia his temporibus vexillarios misit in Africam, id quod ex duobus titulis militum Carthennae repertis VIII. 9654, 9662; (n. 83, 84) facile elicitur. Accuratius de hac re egit nuperrime Iuenemannus l. l., quem quaeso inspicias.

3) Nam in titulo Wilm. 1155 scriptum legimus L. Neratium Proculum missum esse ab imp. Antonino Aug. Pio ad deducendas vexillationes in Syriam ob bellum Parthicum. Recte adnotat Wilm.: „bellum indicatur, quod Vologaeses III., postquam anno 148 rex factus est, proximis annis minitabatur, sed priusquam inciperet, pax inter Pium et Parthorum regem convenit“.

Cf. Borgh. opp. V. p. 373 sq. — Napp „de rebus imp. M. Aurelio in oriente gestis“ p. 12sq.

4) cf. supra p. 18 adn. 1; p. 37 adn. 4; p. 38.

5) Iulius Capitolinus v. Veri VI. 9: „nam cum interfecto legato, caesis legionibus Syris, defectionem cogitantibus oriens vastaretur, ille in Apulia venabatur“ eqs.

titulo III. 1457 (n. 8 b) legitur eadem aetate M. Claudium Frontonem fuisse „legatum legionis I. Minerviae in expeditionem Parthicam deducendae“, nihil est in quo offendamus. Scrupuli contra eo excitantur, quod a Ligorio solo hic titulus est servatus, cui, cum persaepe inscriptiones aut plane finxerit aut interpolaverit, ne hic quidem fidem esse habendam facile coniciat quispiam, cum reputaverit titulum Dacicum eiusdem Frontonis III. 1457 (n. 8 a) et de expeditione legionis I. Minerviae Parthica et de aliis rebus, quae in lapide urbano commemoratae sunt, plane tacere. Contra recte iudicat Mommsenus ratus paene incorruptum esse titulum.

Suo enim iure mihi videtur monuisse Schillerus („R. K. Gesch.“ p. 638 adn. 4) in Belgicae quodam loco, qui nunc vocatur „Bevay“¹⁾, nummos, sine dubio consulto terra obrutos, effossos esse Antonini Pii et Faustinae, matris et filiae, et Lucillae et paulo post in vico „Vechten“²⁾ nummos inde a rei publicae aetate usque ad Antoninum Pium; unde recte ut opinor coniecit illis temporibus barbaros in Germaniam Inferiorem invasisse.³⁾ Itaque si eadem aetate legionem I. Minerviam, quae in Germ. Inf. tetendit, in expeditionem Parthicam deductam esse comperimus, non modo *licet* statuere aliquo modo has duas res inter se cohaerere, sed prorsus *neccesse est*. Nam si ante annum 915/161, cum nondum profecta esset legio I. Minervia, Germani incursionem illam fecissent, vix credo imperatorem eam in orientem arcessiturum fuisse. Immo cen-

1) cf. „Rev. Num. Belg.“ 1869 p. 209.

2) cf. ibidem 1872 p. 368.

3) Falsa tamen est Schilleri sententia (cf. l. l.) Didium Iulianum hac aetate victoriam illam de Cauchis reportasse, quam Aelius Spartianus praedicat. Nam fieri non potuit, ut Didius, qui Spartiano teste anno 137, Cassio Dione auctore, qui Didii aequalis erat, a. 133 natus est, etiamsi quaestorem eum designatum esse „ante annum quam legitima aetas sinebat“ (Spart. v. Did. Iul. 1, 4) non neglegamus, anno 162 iam praetura perfunctus sit et legatus legionis XXII. Prim. fuerit. Accedit, quod Spartianus addidit: „ob quae consulatum meruit testimonio imperatoris“; nam nimis sero profecto praemium accepisset Iulianus, cum anno 929/175 demum consul factus sit.

seam legione iam profecta, id quod saepenumero factum esse scimus ¹⁾, barbaros belli cupidissimos neque ignorantes copias, quae Rheni transitum custodirent, imminutas esse, impetu subito facto provinciam Germaniam vastavisse.

Haec si statuerimus, non nihil proficiemus. Primum enim demonstratur Ligorio fidem hac in re esse habendam, ut recte censuerit Mommsenus. Deinde efficitur, ut barbarorum incursio, quam ex nummis illis in Belgica provincia repertis satis certe definire non potuimus, certo anno attribuat.

Tum autem elucet legionem XXX · V · V., quae sola in Germania Inferiore remanserat, gravissima quaedam proelia cum Germanis anno 916/162 commisisse.

Quod Fronto legatus appellatur legionis I. Minerviae in exp. Parth. *deducendae*, ipso titulo urbano Ligorii facile explicatur. Nappio enim prorsus assentior, qui in dissertatione „de rebus imper. M. Aurelio Antonino in oriente gestis“ conscripta (p. 69 sq.) dicit Frontonem „bello Parthico legioni I. Minerviae, tum maiori exercitui ex copiis legionariis et auxiliariis composito praefuisse eumque in Armeniam et Osrhoenam et Anthemusiam duxisse.“

Qua in re optime intellegitur, quam exigua sit memoria omnium rerum, quae inde a saeculo secundo ab imperatoribus gestae sunt; nam neque de Germanorum illa invasione certi quidquam accepissemus neque a Rheni ripis totam legionem in bellum Parthicum subsidio esse missam comperissemus, nisi lapidem urbanum servasset Ligorius.

Quando in Germaniam redierit legio I. Minerviae etsi pro certo demonstrari nequit, tamen bello Parthico demum confecto eam remissam esse conicere licet. Nam Iulius Capitolinus (v. Marci cap. 12, 13) dicit: „Dum Parthicum bellum geritur, natum est Marcomannicum, quod diu eorum qui aderant arte suspensum est, ut finito iam orientali bello Marcomannicum agi posset.“ Anno igitur 920/166 legionem I. Min. ex oriente redisse censemus.

Quid deinde legiones Germaniae Inferioris aetate belli Marcomannici gesserint, in medio relinquendum est. Sed tamen

1) cf. infra p. 72.

certis testimoniis demonstratur illis quoque temporibus bella eis gerenda fuisse, cum „omnes gentes ab Illyrici limite usque in Galliam ¹⁾“ conspirassent. Accedit, quod apertis verbis bellum Marcomanicum et Germanicum discernuntur.²⁾ Neque a vero aberramus, si hac aetate Cauchos erupisse et a Didio Iuliano, Belgicae legato, tumultuariis auxiliis provincialium repulsos esse³⁾ censemus; sic enim multo melius intellegitur, quod Spartianus memoriae tradidit: „ob quae consulatum meruit testimonio imperatoris“ (cf. p. 61 adn. 3).

Atque optime hac ex re cognoscitur, quantis perturbationibus tumultibusque tum Germania Inferior vexata sit; elucet enim Cauchis, qui Albis fluvii erant accolae, priusquam in Belgicam provinciam penetrarent, totam Germ. Inf. percurrendam fuisse, ut statuendum sit aut legionum I. Min. et XXX · V · V. vires ad impetum repulsandum non valuisse aut partem earum alioversus deductam fuisse.

Ac ne Commodus quidem imperatore Germania pacata videtur fuisse. Nam prorsus consentiunt, qui de hac aetate scripserunt, Lampridius⁴⁾, Capitolinus⁵⁾, Eutropius⁶⁾, Orosius⁷⁾, Hieronymus⁸⁾, bella cum Transrhenanis esse gesta narrantes.

1) Iulius Capitol. v. Marci 22, 1.

2) Idem ibid. 21, 7: „Emit et Germanorum auxilia contra Germanos. Omni praeterea diligentia paravit legiones ad Germanicum et Marcomanicum bellum“.

3) Ael. Spart. v. Did. Iul. 1, 6 sqq.: „post praeturam legioni praefuit in Germania vicensimae secundae Primigeniae. inde Belgicam sancte ac diu rexit. ibi Cauchis, Germaniae populis, qui Albim fluvium adcolebant, erumpentibus restitit tumultuariis auxiliis provincialium. ob quae consulatum meruit testimonio imperatoris“.

4) Ael. Lampr. v. Commod. 13, 5.

5) Capitolin. v. Clod. Alb. 5, 4; 6, 3: „per Commodum ad Galliam translatus (sc. Clod. Alb.), in qua fuis gentibus Transrhenanis celebre nomen suum et apud Romanos et barbaros fecit“.

6) Eutropius VIII. 15: „Commodus . . . contra Germanos feliciter et ipse pugnavit“.

7) Orosius VII. 16, 12: „Commodus . . . adversus Germanos bellum feliciter gessit“.

8) Hieronym. Chron. ad annum 2196: „Commodus de Germanis triumphavit“.

Quas res inde ab anno 947/193 legiones I. Min. et XXX·V·V. gesserint, accuratius quodammodo videtur statui posse. Atque quod ab initio a Severi partibus legiones illae steterunt, id quod iam p. 43 diximus, haud scio an ea re explicetur, quod, cum Germanico exercitui ille praepositus esset (anno 940/186), „ita se in ea legatione egit, ut famam nobilitatam iam ante cumularet.“¹⁾

Ac primum quidem consentaneum est legionibus quattuor Germanicis fines provinciae custodiendos fuisse, ne Albinus impetu ex Britannia facto Septimium prohiberet, Romam iter facere rerumque potiri. Deinde postquam Didio Iuliano interfecto Septimius, ne cum duobus una sibi dimicandum esset adversariis, pactionem cum Clodio Albino fecit, vexillarii legionum Germanicarum acciti sunt, qui bellum Pescennio inferrent. Quod factum esse cognoscimus ex titulo nuper in Pannonia reperto „*Corr. d. Westd. Zeitschr.*“ 1890 p. 9 (n. 11 b), in quo C. Iulius Castinus dux vexillationum IIII Germanicarum VIII. Aug., XXII. Prim., I. Min., XXX·V·V. appellatus est.

Qui titulus quo anno exaratus sit, satis accurate definiri potest propter triplex illud *G* in „*Auggg*“, *N* in „*Dom. n. n. n.*“ positum. Elucet enim significatos esse tres illos Augustos Septimium Severum patrem, M. Aurelium Antoninum Caracallam, P. Septimium Antoninum Getam filios, quorum Caracalla anno 952/198²⁾, Geta anni demum 963/209 mense Septembri³⁾ „*Augusti*“ declarati sunt.

Itaque cum die IV. mensis Februarii anni 965/211 Septimius pater de vita decesserit, titulus ille post mensem Septembrem anni 963/209, sed ante Februarium ineuntem anni 965/211 positus est. Anno igitur 964/210 C. Iulius Castinus

1) *Spart. v. Sept. Sev.* 4, 7.

2) Cum ad hanc quaestionem nullius momenti sit, utrum iam mense Iunio an Octobri demum huius anni M. Aurelio Antonino trib. pot. data sit, mittamus virorum doctorum de hac re sententias examinare; accurate eas collegit Schillerus p. 721 adn. 1.

3) Quod sagaciter enucleavit Dittenberger, *C. I. A. III.* n. 10 p. 9b.

legatus Auggg. pr. pr. prov. Pannoniae fuit. Atque quo anno consulatu Castinus functus sit, etiamsi traditum non habeamus, tamen alio eiusdem viri titulo Bramb. 520 (n. 11 a) adhibito terminis artioribus circumcludi potest. Nam in tituli illius Rhenani versu extremo Brambachius AVGGCOS exstare affirmat, quod, si totam fastorum consularium seriem perscrutatus eris, non nisi ad annum 956/202, quo Septimius eiusque filius M. Aurelius Antoninus Caracalla consulatu functi sunt, referri posse concedes. Itaque anno 956/202 Castinus legioni I. Minerviae legatus praefuit¹⁾; et quoniam tres fere semper anni intermitti solebant inter consulatum et provinciae imperatoriae administrationem, sequitur, ut inter annos 957/203 et 961/207 Castinus consul fuerit.

Iam redeamus ad vexillarios, quos „adversus defectores et rebelles“ duxisse Castinum supra (p. 64) diximus, et investigemus, qui illi fuerint adversarii. Atque manifestum est aut Pescennium Nigrum aut Clodium Albinum intellegendum esse. Sed cum apertis verbis traditum videamus cum Clodio Albino apud Lugdunum ita decertatum esse, ut utrimque quam maximae copiae adducerentur (Cassius Dio epit. LXXV. 6 enarrat: *πεντεκαίδεκα μὲν μυριάδες στρατιωτῶν σὺν ἀμφοτέροις ὑπῆρχον, παρήσαν δὲ καὶ ἀμφοτέροι τῷ πολέμῳ ἅτε περὶ ψυχῆς θείοντες κτλ.*), non vexillarios tantum legionum Germanicarum illi proelio interfuisse, sed quattuor illas legiones plenas esse accitas putandum est. — Vexillarios igitur illos a Castino contra Pescennium Nigrum in Asiam ductos esse consentaneum est. Neque scrupulos movet duplex significatio „defectorum et rebellium“, cum Pescennium Parthos socios habuisse haud ignoremus, quibus aemulo devicto interfectoque Septimius bellum intulit.²⁾ Immo firmum hoc argumentum esse suspicor vexil-

1) Etiamsi duplex illud „G“ in titulo non exstaret, tamen ex solo „AVG“ nomine in lapide sculpto efficeretur ante annum 956/202 Castinum non fuisse legatum legionis I. Minerviae. Nam si re vera AVGCOS legendum esset, titulus pertineret ad annum 959/205 — quo anno Antoninus Caracalla iterum consulatu functus est —, ut ab anno 957/203 usque 859/205 Castinus legioni I. Min. praefuisse putandus esset.

2) Ael. Spart. v. Severi 9, 9: „Deinde (sc. Pescennio devicto et inter-

larios legionum Germanicarum Parthicae quoque Severi expeditioni interfuisse.

Quales in proelio apud Lugdunum commisso legiones I. Min. et XXX. Ulpia sese praestiterint, cum certa rerum scriptorum testimonia de singulis legionibus plane desint ac ne ex lapidibus quidem de hac re elici quidquam possit, in medio relinquendum est, nisi forte refugimus ad illam coniecturam iam supra (p. 43 sq.) a me prolata, legionem XXX · V · V. illis temporibus a Septimio Severo propter fidem virtutemque probatam cognominibus „Piae Fidelis“ ornatam esse.

Quod Lugduni permulti tituli legionum quattuor Germanicarum reperti sunt, variis modis viri docti explicare conati sunt. Atque ex legionis XXII. Primigeniae lapidibus Lugdunensibus Wienerus¹⁾, cum ei non innotuissent nisi *veteranorum* tituli sepulcrales²⁾, Lugduni veteranorum legionis XXII. Primigeniae coloniam fuisse coniecit.³⁾ Optimo quidem iure, ut puto. Sed plane eum fugit etiam reliquarum Germaniae utriusque legionum, VIII. Aug.⁴⁾, I. Min., XXX · V · V., titulos permultos non solum veteranorum ibidem exstare, sed etiam *militum*, centurionum, tribunorum. Ac Grotefendus⁵⁾ quoque erravit militum titulis prorsus neglectis idcirco tot veteranorum vestigia inveniri Lugduni ratus, quod milites legionum quattuor Germanicarum ex Gallia Lugdunensi potis-

fecto) circa Arabiam plura gessit, Parthis etiam in dicionem redactis nec non etiam Adiabensis, qui quidem omnes cum Pescennio senserant“.

1) Wiener, de legione Romanorum vicesima secunda, Darmstadii 1830; cf. p. 20.

2) cf. eiusdem libelli p. 98 sq. — Plures titulos habes in inscript. Lugd., quas Boissieu. edidit; cf. p. 328 sqq.

3) Id quidem falsum est, quod Fuchsii („Alt. Gesch. v. Mainz“; II. p. 202) et Fiedleri („Gesch. d. unteren German.“; p. 188) sententia probata censuit titulos illos primi esse saeculi et legionem XXII. Prim., antequam in Germaniam transisset, in Gallia excubuisse. Quod cum aliis de causis ineptum est tum vel eo refutatur, quod „Pia Fidelis“ in illis monumentis leg. XXII. appellata est (cf. supra p. 6 sqq.).

4) Boissieu. l. l. p. 321 sqq.

5) Grotefend. in „Pauly Realenc.“ IV. p. 900 sq.

simum oriundi missione accepta in patriam saepissime redissent.

Agedum contemplemur, quid ad hanc quaestionem ex titulis, qui Lugduni reperti sunt, elici possit:

Lugduni *sepulti* sunt:

- | Legionis I. <i>Minerviae</i> : | Legionis XXX. <i>Ulp. Vic.</i> : |
|--|--|
| 1. <i>Imaginifer</i> , Orell. 3478 (n. 89); monum. posuit <i>uxor</i> . | 1. <i>Tribuni mil. uxor</i> , Boiss. 334 (n. 124); mon. pos. <i>maritus</i> . |
| 2. <i>Miles</i> , Boiss. 299 (n. 90); VII stip.; mon. pon. cur. <i>mater</i> . | 2. <i>Miles</i> (l. XXX · V · V · P. F.), Boiss. 335 (n. 172); mon. pos. <i>uxor et liberi</i> . |
| 3. <i>Centurio</i> , Boiss. 300 (n. 105); mon. pos. <i>mater</i> . | 3. <i>Miles</i> , Boiss. 334 (n. 175); mon. pos. <i>frater et uxor</i> . |
| 4. <i>Centurionis</i> (l. I. M. Anton.) <i>uxor</i> , „Bull. ép.“ II. p. 185 (n. 110); pos. <i>maritus</i> . | 4. <i>Centurio</i> (l. XXX · V · V · S. A.), „Bull. ép.“ II. p. 185 (n. 193); pos. <i>uxor et liberi</i> . |
| 5. <i>Veteranus</i> , Boiss. 303 (n. 93); pos. <i>coniux et filius</i> . | 5. <i>Veteranus?</i> (vel <i>miles</i>) stip. XXV . . ., Boiss. 340 (n. 173). |
| 6. <i>Veteranus cum uxore</i> , Boiss. 304 (n. 94); pos. <i>socer</i> (<i>veteran. eiusdem leg.</i>) <i>genero et filiae</i> . | 6. <i>Veteranus</i> (l. XXX · V · V · Alexandr.) „Bull. ép.“ II. p. 186 (n. 182); pos. <i>uxor</i> . |
| 7. <i>Veteranus</i> , Boiss. 304 (n. 95); pos. <i>uxor</i> . | 7. <i>Veteranus</i> , Boiss. 338 (n. 184); pos. <i>fil. et coniux</i> . |
| 8. <i>Veteranus</i> , Wilm. 2569 (n. 98); pos. <i>uxor et filius</i> . | 8. <i>Veteranus</i> , Boiss. 337 (n. 185); pos. <i>filius et coniux</i> . |
| | 9. <i>Veterani uxor</i> , Boiss. 340 (n. 186); pos. <i>maritus</i> . |
| | 10. <i>Emeritus</i> , Boiss. 340 (n. 187); pos. <i>frater</i> . |
| | 11. <i>Veteranus</i> , Renier., „Compt. rend.“ 1865, p. 112 (n. 188); pos. <i>uxor</i> . |

Vivi sepulcrum sibi fecerunt Lugduni:

- | | |
|--|--|
| 9. <i>Veterani</i> duo, Boiss. 306
(n. 96). | 12. <i>Veteranus</i> , Boiss. 338
(n. 183).
Dubium num sepulcralis sit
titulus. |
| | 13. <i>Signifer</i> , Eph. ep. IV. p. 368,
206 (n. 174). |

Accedunt tituli votivi:

- | | |
|---|--|
| 10. <i>Tribuni mil.</i> , B. J. 83, 164
(n. 22). | |
| 11. <i>Legati leg.</i> , Boiss. 65,
XLVIII. (n. 13). | |

Praeterea legionis XXII. Primigeniae *sex* tituli exstant veteranorum, *unus* militis, legionis VIII. Augustae *quattuor* veteranorum, *unus* militis. —

Vel primo obtutu intelleges permagnum esse numerum eorum titulorum, qui aut veteranis positi aut a veteranis dedicati sunt, cum ex *sedecim*¹⁾, quae omnino servata sunt, legionis I. Minerviae monumentis veteranorum *sex*, ex *duodeviginti*²⁾ legionis XXX · V · V · *septem* Lugduni reperta sint.

At vides non paucos lapides exstare militum, centurionum, tribunorum, ex quibus, cum nonnullos tertio saeculo ineunti attribuere liceat propter adiecta cognomina „Piae Fidelis“ (Boiss. 335 (n. 172)), „Antoniniana“ („Bull. ép.“ II. p. 185 (n. 110)), „Severiana Alexandrina“ („Bull. ép.“ II. p. 185 (n. 193)), nullus autem prioris aetatis vestigia prae se ferat, intellegatur partes legionum illis temporibus Lugduni esse versatas. — Quas non solum Lugduni tetendisse, sed utramque Galliam custodivisse ex titulis in variis provinciarum locis repertis luculentissime apparet.

Namque sepulti sunt in Gallia:

1) Quorum *sex* in Germ. Inf., *singula* Augustoduni, in castro Rauricensi, Arelate, Valentiae exstant.

2) *Septem* in Germ. Inf., *singula* Vigoentiae, in castro Stenico, Salonis, Cabilloni.

A. Lugdunensi:

Leg. I. Min.:

1. *Veteranus*, Murat. 776, 1
(n. 97) *Augustoduni*; *hered.*
pos.

Leg. XXX. V. V.

1. *Veteranus cum uxore*, Murat.
1088, 5 (n. 181) *Cabilloni.*

B. Narbonensi:

- | | |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 2. <i>Miles</i>, XII. 985 (n. 85)?
<i>Taruscone.</i> 3. <i>Miles</i>, XII. 1576 (n. 86)
<i>Deae Vocont.</i>; <i>pos. amicus bf.</i> 4. <i>Militis nepos</i>, XII. 1874
(n. 87) <i>Viennae.</i>; <i>pos. avunculus.</i> 5. <i>Signifer</i>, Gruter. 561, 10
(n. 88) <i>Arausione</i>; <i>pos. hospes.</i> 6. <i>Emeritus</i>, XII. 687 (n. 100)
<i>Arelate</i>; <i>pos. uxor.</i> 7. <i>Veteranus cum coniuge</i>,
XII. 1749 (n. 101) <i>Valentiae.</i> 8. <i>Centurionis uxor</i>, XII. 264
(n. 108) <i>loco ignoto</i>; <i>pos. maritus.</i> | <ol style="list-style-type: none"> 2. <i>Militis uxor</i> XII. 683 (n. 176)
<i>Arelate.</i> |
|---|--|

Ac ne id quidem in medio relinquendum est, inde a quo anno legiones Germaniarum — nam idem de legionibus VIII. Aug. et XXII. Prim. valere persuasum habeo — Lugdunum vexillarios, qui provinciae Galliae praesidio essent, mittere coeperint. Sagaciter enim Renierus¹⁾ ex eo, quod in tabula honestae missionis anno 970/216 concepta cohors III. urbana, quae inde ab Augusti temporibus usque ad secundi saeculi finem Lugduni tetenderat²⁾, non iam nominata est, a Septimio Severo eam dissolutam esse conclusit, propterea nimirum, quod a Clodii Albini

1) In „Revue archéol.“ N. S. IX. 1864, p. 214.

2) cf. Flav. Ioseph. B. Iud. II. 16, 4: ὑπὸ χιλλοῖς καὶ διακοσίοις στρατιώταις δουλείουσι. — cf. Jung, „Die Romanischen Landschaften des Röm. Reiches“ p. 220.

partibus stetisset. Illius in locum aliud Lugduno urbi praesidium impositum esse „soit par une cohorte auxiliaire, soit par une cohorte tirée des légions de Germanie“. Id quoque pro certo affirmari posse mihi videtur vexillariis legionum Lugduni tendentibus tribunos militum praefuisse, quod probatur titulis B. J. 83, 164 (n. 22) et Boissieu 334 (n. 124).

Quod denique ad veteranorum titulos attinet, elucet cum Wienero faciendum esse, ita tamen, ut utriusque Germaniae legiones post annum 951/197 Lugdunum potissimum milites honesta missione praeditos deduxisse statuamus. Cuius rei quae fuerit causa, facile mihi videor explicare posse. Septimium enim, postquam victoriam de Albino reportavit, summo furore odioque omnes, qui illum adiuverant, persecutum esse ex Spartiani narratione vitae Severi discimus (cap. 12): „Interfectis innumeris Albini partium viris, inter quos multi principes civitatis, multae feminae illustres fuerunt, omnium bona publicata sunt aerariumque auxerunt; tum et Hispanorum et Gallorum proceres multi occisi sunt“; quibuscum conferas Herodiani verba haec III. 2, 2: . . . τὰ τε κατὰ τὰς Γαλλίας. ὡς ἦτο, ἄριστα διαθείς, πάντας τε τοὺς Ἀλβίνου φίλους εἴτε ἐξουσίῳ εἶδ' ἐπὶ ἀνάγκῃς αὐτῷ γνωρισθέντας φρονεῖσας. τὰς τε οὐσίας αἰτῶν διμεύσας, ἐς τὴν Ῥώμην ἠπέιγετο κτλ.

Itaque illis temporibus permulta praedia agrisque per Gallias et in primis Lugduni, quae urbs maxime omnium a militibus victoribus vexata videtur esse, vacua erant, quibus veterani pro meritis donarentur.

Restat, ut Boissienium, qui (l. l. p. 65 sq.) contendit totam legionem I. Minerviam circiter annum 964/210 Lugduni tetendisse, refutemus. Namque cum in inscriptione Boiss. 65, XLVIII. (n. 13) — quae eodem anno quo Castini titulus in Pannonia exarata est (cf. supra p. 64) — T. Flavius Secundus Philippianus appellatus sit leg. Auggg. prov. Lugud., leg. legg. I. Minerviae et XIII. Geminae, ille vir doctus munus legati provinciae necessario coniunctum fuisse cum illis sequentibus legati legionum I. Min. et XIII. Gem. censet, ut efficiatur, „que la première légion géminée (!?), surnommée Miner-

vienne, et la quatorzième géminée tenaient alors garnison à Lyon“. — Quod maxime propterea falsum est, quod in Germania Inferiore lapides reperti sunt, quibus demonstratur annis 955/201 ¹⁾, 956/202 ²⁾, 959/205 ³⁾, 964/210 ⁴⁾ legionem I. Minerviam non solum Bonnae tetendisse, sed etiam vexillationes ad vias restituendas (Bramb. 2 (n. 12b)) et calcarias exercendas (Bramb. 520 (n. 11a)) demisisse.

Hoc igitur unum ex Philippiani titulo cognoscitur legionum I. Minerviae et XIII. Geminæ (quae inde a Dacico bello Traiani in Pannonia utique tetendit ⁵⁾) legatum illum fuisse, priusquam provinciae Lugdunensis legatus factus sit.

Quamdiu legiones Germanicae vexillationes in Gallias miserint, pro certo dici non potest. Sed cum usque ad aetatem Severi Alexandri partem certe legionis XXX·V·V· sub centurione Lugduni commorata esse e titulo „Bull. ép.“ II. 185 (n. 193) eluceat, postea autem cohors XVII. Lugdunensis in inscriptione ab Hirschfeldio ⁶⁾ edita deprehendatur, audacis vix est conicere in locum vexillariorum Rhenanorum eam successisse; quae mutatio haud scio an aetate Severi Alexandri facta sit, quippe cui tantum cum Germanis bellum gerendum esset, ut maximas undique copias cogeret.

Utrum ad bella a Septimio cum Britannis eoque mortuo a Caracalla cum Alamannis, Chattis, Cennis ⁷⁾ gesta legionum, de quibus agitur, vexillationes accitae sint necne, nescimus. Certe autem constat legionem XXX·V·V· si non plenam Severi Alexandri bello cum Persis gesto interfuisse, at tamen

1) Bramb. 481 (n. 29); Muciano et Fabiano coss. pos.

2) Bramb. 520 (n. 11a); Augg. (Severo et Antonino) coss. cf. supra p. 65.

3) Bramb. 2 (n. 12b); Sev. Pius Pert. Aug. Max. trib. pot. XIII.

4) B. J. 73, 72 (n. 41); Faustino et Rufino coss.

5) cf. Grotefend. I. I.; Orell. 2103.

6) Hirschfeld in „Lyon in d. Kaiserzt“, Vindob. 1878, p. 27 adn. 4: L. Fufio Equestre || mil. coh. XVII. || Lugduniensis ad || monetam || > Ianuari || I. I. f. p. IIII r. p. IIII. — Adnotavit idem saeculi tertii exeuntis esse titulum.

7) Cass. Dio ep. LXXVII. 14, 1: ἐπολέμησε καὶ πρὸς τινὰς Κέλτωνες, Κελτικὸν ἔθνος κτλ.

haud exiguam legionariorum copiam misisse, cum Ancyrae, in urbe Galatiae, signiferi legionis XXX · S · Al. ¹⁾ titulus repertus sit. Sed iterum Germani, quod copiae ad Rhenum Danuviumque fluvios tendentes nimis imminutae erant propter bellum Persicum, flumine trajecto provincias Romanas vastaverunt et oppida castraque impetu vehementissimo aggressi ²⁾ sunt, quod etiam septuaginta annis ante factum esse supra p. 62 sq. demonstravimus. Unde accidit, ut Severus Alexander pace statim cum Persis facta magnis itineribus in Germaniam properaret.

Quae praeterea inde ab his temporibus de legionibus I. Min. et XXX · V · V. statuere se posse censuerunt viri docti, omnia fere vanae sunt ariolationes.

Atque Jungius ³⁾ quidem contendit: „Erst im dritten Jahrhundert erscheint die bis dahin in den „Castra vetera“ stationirte leg. XXX. Ulpia rheinabwärts verschoben, in die Gebiete des heutigen Holland“. Nescio quo iure id dixerit. Nam ut plane omittam, quod in Hollandia sat multi tituli tegulaeque legionis XXX · V · V. reperti sunt, nequaquam inde concludi posse in ipsa Hollandia eam tetendisse — quia vexillarios in illis regionibus persaepe versatos esse notum est —, prorsus Jungium fugisse videtur omnia monumenta illius legionis, quae ad saeculum tertium pertinere certum est, *Veteribus* ⁴⁾ ipsis esse reperta. Neque quod Rothius ⁵⁾ nummo

1) III. 6764 (n. 177). — Sic enim recte mihi videtur Domaszewskius illud S A C emendasse.

2) Herodian. VI. 7, 2 Γερμανοὶ Ῥῆνον καὶ Ἰστρον διαβαίνοντες τὴν Ῥωμαίων πορθοῦσιν ἀρχὴν καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς ὄχθαις στρατόπεδα ἐπικείμενα πόλεις τε καὶ κώμας πολλῇ δυνάμει κατατρέχουσιν.

3) l. l. p. 242.

4) Tituli nimirum Bramb. 145 (n. 141) anno 239 pos., Gordiano et Aviola coss.; Bramb. 146 (n. 142) anno 232, Lupo et Maximo coss.; Bramb. 151 (n. 120) anno 223, Maximo et Aeliano coss.; Bramb. 202 (n. 139) anno 230, Agricola et Clementiano coss.; Bramb. 220 (n. 129) anno 210, Faustino et Rufino coss. — Hi omnes Veteribus aut Sanctis aut in pago „Birthen“ vel „Berthen“ reperti sunt.

5) In „Mitth. d. Gesellsch. f. vaterl. Alterth. in Basel“ I. p. 17.

quodam, cuius auctoritas utpote iam pridem amissi Eckhelio ¹⁾ suspecta fuit, et tegula ²⁾ sine dubio male lecta fretus coniecit legionem I. Minerviam ab Aureolo restitutam castro Rauricensi impositam esse, recte sese habere existimo, quoniam ex titulo *veterani* signiferi legionis I. Minerviae Momms. Helv. 279 (n. 99) minime ipsam legionem ibidem tetendisse concludendum est. Et si re vera tegulae legionum I. Minerviae et XXX · V · V · in castro Rauricensi repertae sunt, tamen, quo tempore coctae sint, in medio relinquitur. Accedit, quod anno 1049/295 legionem I. Minerviam Bonnae fuisse sub Aurelio Sinto praefecto lapide Bramb. 467 (n. 28) quamvis valde corrupto satis probatur. Id unum addamus legiones ambas Gallieno imperatori fuisse, qui eas in nummis non solum VI · P · VI · F., sed etiam VII · P · VII · F. appellavit. ³⁾

Usque ad illam aetatem quas res gesserint legiones, si non perpetuo dilucideque cognoscere licuit, at certe specie quadam veritatis aut saltem probabilitatis interdum intellegere contigit ex lapidibus inscriptis potissimum, rerum ipsarum testibus locupletissimis. Contra temporum quae secuntur monumenta per rara eaque tam vilia aut dubia exstant, ut certi quidquam statuere non audeam.

Adquiescamus igitur in iis, quae iam enarravimus. Id unum liceat addere legionem I. Minerviam postea deprehendi inter „legiones Comitatus magistri militum per Illyriam“, XXX. Ulpianam Ammiano Marcellino ⁴⁾ teste sub Constantino II.

1) Eckhel., doct. num. VII. p. 465: „Bandurius ex uno Tristano produxit, sed cuperem ab aliis quoque conspectos adprobatosque“:

Imp. Aureolus || I. I. Min. Restituta.

2) Rothius l. I.: LEGIM vel LEGNP vel LEGIMR.

3) Cohen, „médailles impériales“, Gallienus: n. 459—462: Gallienus Aug. || leg. I. Min. VI p. VI f.; 463 sqq.: leg. I. Min. VII p. VII f.; 552—554: leg. XXX. Ulp. VI p. VI f.; 555—557: leg. XXX. Ulp. VII p. VII f.

4) Etenim Ammianus Marcellinus XVIII. 9, 3 memoriae prodidit haec: „Cuius oppidi (sc. Amidae) praesidio erat semper quinta Parthica legio destinata cum indigenarum turma non contemnenda. Sed tunc ingruentem Persarum multitudinem sex legiones raptim percursis itineribus antegressae muris adstetero firmissimis. Magnentiaci et Decentiaci, quos post

ad bellum cum Sapore gerendum Amidam in oppidum Mesopotamiae translata esse, quod iam ille statuit, cui permulta debemus, Grotfendius.

consummatos civiles procinctus, ut fallaces et turbidos ad orientem venire compulit imperator, ubi nihil praeter bella timetur externa, et *Tricensimani* Decimanique Fortenses et Superventores atque Praeventores cum Aeliano iam Comite, quos tirones tum etiam novos hortante memorato adhuc protectore erupuisse a Singara Persasque fusos in somnum retulimus trucidasse complures.

CAP. V.

Index militum legionis I. Min.

A. *Legati* legionis I. Min.

I. *L. Licinius Sura*; n. 1.

Ad hunc virum iam Lipsius rettulit titulum, quam conjecturam affirmavit Borghes. „ann. inst. arch.“ 1846, p. 343, opp. V. p. 33. — Legatus legionis videtur fuisse iam Domitiano imperante. Quia enim cum Huebnero faciendum esse puto, qui (II. 4548) primo consulatu eum anno 98 functum esse statuit, siquidem antea (fortasse anno 95 sqq.) legatus pr. pr. prov. Belgicae exstitit, elucet circiter annum 94 legioni I. Minerviae eum praefuisse. — Omnia de hoc viro testimonia accuratissime collata sunt in Onomast. Forcell. (de-Vit.) IV. p. 153 a, quod quaeso inspicias; item apud Liebenam. „Verwaltungsgesch. des Römischen Reichs“ p. 73 sq.

II. *P. Aelius Hadrianus*; n. 2.

Legatus fuit altero bello Dacico; cf. Spartian. v. Hadr. 3, 6 et supra p. 47 sq.

III. *Ignotus*; n. 3.

Legatus legionis I. Min. ab anno 108 usque ad 111 in Germania Inferiore; cf. supra p. 49 sq. Primus igitur videtur fuisse legionis I. Min. post reditum ex bellis Dacicis legatus.

IV. *Ignotus*; n. 4.

Legatus fortasse Hadriano imperante; titulus positus est sub M. Antonino.

V. *L. Calpurnius Proetus*; n. 5 a et b.

Falso Liebenam. (p. 76) ad hunc virum rettulit inscriptionem III. 1007: „Fortunae Aug. sac. P. Calpurnius Proculus leg. Angg. pr. pr.“ Ex titulo Rhenano enim, quem plane neglexit, intellegitur latine hunc *Πρόκλον* non „Proculum“ dici sed „Proclum“, neque „P.“ praenomen eius esse, sed „L.“ — Legatus fuit sub Antonino Pio circiter annum 150.

VI. *L. Iulius Latinus Gargilius Antiquus*; n. 6.

Nummi restant huius viri propraetoris provinciae Thraciae cum Antoniniana aetatis tum Aurelianae et Verianae (cf. Eckhel, doctr. num. II. p. 37. 39. 42. 45). Functus est igitur Antiquus munere propraetoris prov. Thraciae annis 161 et 162; atque cum constet per triennium pertinuisse propraeturam provinciarum imperat. (cf. „Bull. ép.“ IV. p. 311), aperte evadit Gargilium inter annos 160 et 164 Thraciam administrasse. Itaque, cum antea consulatu functus sit, legatum legionis I. Min. eum fuisse ante annum 159 sub Antonino Pio sequitur.

VII. *L. P(aullinus)*; n. 7.

Sub Antonino Pio.

VIII. *M. Claudius Fronto*; n. 8 a et b.

Ex titulo urbano a Ligorio solo servato efficitur, ut legatus fuerit Fronto legionis I. Min. in expeditionem Parthicam deducendae anno 162; cf. supra p. 61 sqq. — Itaque in locum Gargilii (sub VI. laudati) successisse eum licet suspicari. — Consul suffectus fuit anno 170. Cecidit in pugna dum praesidet Daciae Moesiaeque per bellum Marcomannicum M. Aurelii anno 172. — cf. Borgh. „ann. inst. arch.“ 1855, p. 32. — Huebner, de act. senat. p. 32 in fin. — Napp, de rebus imper. M. Aurelio Antonin. in oriente gestis. — Liebenam., l. l. p. 141 sq. — Lucian., quomodo hist. scrib. cap. 22.

IX. *Claudius Apollinaris*; n. 9.

Legatus legionis M. Fusciano II. Silano II. coss. anno 188; cf. C. I. Gr. III. add. 3837 et III. 3840.

X. *M. Marius Titius Rufinus*; n. 10.

Inter M. Aurelii et Sept. Severi aetates; cf. Klein, „die Verwaltungsbeamten von Sicilien und Sardinien“ p. 122.

XI. *C. Iulius Castinus*; n. 11 a et b.

Legatus legionis I. Min. fuit circiter annum 202. — De viro eiusque cursu honorum nonnulla memorabilia praebente cf. supra p. 64 sqq.

XII. *Q. Venidius Rufus Marius Maximus L. Calvinianus*; n. 12.

Septimio Severo imperante, ante annum 198.

XIII. *T. Flavius Secundus Philippianus*; n. 13.

Anno 210 legatus Augusti provinciae Lugdunensis, cf. supra p. 70 sq.; antea igitur legionis I. Min. legatus.

XIV. *Aufidius Coresnius Marcellus*; n. 14.

Conferendus est titulus C. I. Gr. (4379 d) (Pednelissi, Pissidiae): *Τὸν λαμπρότατον πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον Αὐφίδιον Κορέσνιον Μάρκελλον ἢ πόλις*, in quo idem atque in titulo Bramb. 464 laudari videtur Coresnius. — Legioni prae-fuit circiter annum 222; deinde legatus Ciliciae provinciae. Cf. „Bull. de corr. hell.“ I. p. 101, 1.

XV. *Cn. Cornelius Aquilius Niger*; n. 15.

Incerti temporis.

Haud scio an etiam *Clodius Albinus* huc pertineat, quem „primanorum legionem egisse“ testis est Iul. Capitolinus (v. Clod. Alb. 6, 2). Sed quaenam illa legio I. fuerit, diiudicari adhuc nequit. — Neque certi quidquam statuere licet de *Q. Gargilio Macro Acidino* III. 4120, quem legatum legionis I. M. fuisse coniecit Mommsenus, nescio an suo iure.

B. *Tribuni* legionis I. Min.

I. *Meminius (?) Sextus Florentinus*; n. 16.

Officium sub Traiano; post illud enim peractum quaestor fuit provinciae Achaiae, deinde tribunus plebis et legatus legionis VIII. Hispanae — *quae anno 120 esse desiit*. — cf. Borghes. „ann. inst. arch.“ 1839, p. 171. — Liebenam. p. 45.

III. *L. Sempronius Arvanicus*; n. 17.

Sub Hadriano. Hinc debet esse Arvanus Maximus amicus
 ad Marc. VIII. 72, cuiuslibet Bergau. Gall. Neri. p. 177 not. 34 a.

III. *M. Sornibis Patruus Maximus*; n. 18.

Moensiam Superiorem administravit annis 141—149, Asiae
 circiter annum 150. Antea praetor. sed. cur. ab omni senatus,
 quaestor iudicis, et tribunus legionis L. M. circiter annum 140
 fuisse videtur.

IV. *L. Plotus Sabius*; n. 19.

Trib. latiacrius sub Ant. Pio.

V. *M. Petronius Honoratus*; n. 20.

Sub Marco Aurelio; cf. Labus, Epigr. d'Egino⁴ p. 125.

VI. *P. Plotus Romanus*; n. 21.

Lapidem esse positum Commodo imperante Wilm. censet.
 Certe post M. Aurelium, qui iudicis instituit; cf. Wilm. 1197.

VII. *Ti. Claudius Pompeianus*; n. 22.

Officium anno 197. — Testimonia coll. cf. Osem. Forcell.
 de-Vit. II. p. 326.

VIII. *Q. Petronius Melior*; n. 23.

Tribunus latiacrius. — Circiter aetatem Severi Alexandri;
 cf. Bull. Inst. arch.⁴ 1830, p. 202. Postea legioni XXX. Ulpiae
 praefuit legatus.

IX. *us Annianus*; n. 24.

Sub Gordiano.

X. *T. Annius Maximus Pomponianus*; n. 25.

Temporis incerti. Fortasse Annii Maximi Grati, consulis
 anni 250, filius.

XI. *M. Iuventius Secundus Rixa Postumius Pansa Va-*
lerianus Severus; n. 26.

Incerti temporis; cf. Borghes. opp. IV. p. 110; Liebenam.
 p. 11 sq.

XII. *Λιχίννιος Ὀφ(έλλ)ιος*; n. 27.

Χειλίαρχος λιγώνος ἁ Μινερβίας εὐσεβοῦς πιστῆς. —
 Incerti temporis.

*Praefectus leg. I. Min.**Aurelius Sintus*; n. 28.

Circiter annum 295.

*Praefectus castr. leg. I. Min.**C. Maximus Paulinus*; n. 29.

Anno 201.

*Praefectus turmae al. II. leg. I. Min.**L. Ogulnius Velus*; n. 102*.*Praefectus vex. leg. I. Min.**Salvius Nepotianus*; n. 9.*Centuriones.*

- | | |
|--|--|
| a) Primpili: | 12. Licinius Fortis; n. 18. |
| 1. Q. Numenius Calvus Latinus; n. 109. | 13. Licinius Honoratus; n. 18. |
| 2. G. Publicius Priscilianus; n. 14. | 14. L. Lucretius Faustianus; n. 69. |
| b) Stratores: | 15. Sex. Mager Saturninus; n. 106. |
| T. Flavius Dubitatus; n. 62. | 16. Mercator; n. 63. |
| c) Reliqui: | 17. Petronius Aquila; n. 11. |
| 1. M. Aebutius Victorinus; n. 115. | 18. [M. Petronius Fortunatus?] n. 107. |
| 2. P. Aelius Marinus; n. 62. | 19. Sex. Pilonius Modestus; n. 114. |
| 3. L. Aemilius Paternus; n. 111. | 20. M. Septimius Magnus; n. 116. |
| 4. M. Alpinus Firmanus; n. 62. | 21. Simplicinius Victor; n. 64. |
| 5. Aufidius Martialis; n. 50. | 22. L. Solicius Aurelianus; n. 108. |
| 6. Ti. Claudius Felix; n. 110. | 23. Sulpicius Calvio; n. 113. |
| 7. Ti. Claudius Vitalis; n. 103. | 24. L. Terentius Rufus; n. 112. |
| 8. Q. Clodius Marcellinus; n. 65. | 25. M. Ulpus Martialis; n. 104. |
| 9. T. Flavius Peregrinus; n. 67. | 26. Ignotus (cent. ?); n. 105. |
| 10. Q. Iulius Flavos; n. 66. | |
| 11. P. Iulius Memorinus; n. 62. | |

*Milites et Veterani.*a) *Milites.*

- | | |
|---|---|
| 1. M. Aetern. Claudius Victor, bf. trib.; n. 55. | 25. Haedavvonius Verus?, bf. leg. leg.; n. 47. |
| 2. Amandinius Severus, frum.; n. 77. | 26. Iulius Betto, frum.; n. 77. |
| 3. Anneus Maximus; n. 39. | 27. Iulius Eugenianus; n. 40. |
| 4. A(te)gius Iullinus (?); n. 43. | 28. Iulius Felix, bf. leg. leg.; n. 48. |
| 5. Atticius Maternus; n. 32. | 29. C. Iulius Mansuetus; n. 31. |
| 6. M. Aur. Heracles, dupli-
carius; n. 52. | 30. Ἰουῆτος, frum.; n. 92. |
| 7. Aurelius Titus, bf.; n. 86. | 31. Liberalinius Vitalis, eques
leg. I. Min.; n. 44. |
| 8. P. Caecilius . . . ; n. 85. | 32. L. Magius Dubius, armor.
cust.; n. 50. |
| 9. Caelius Vitalis; n. 33. | 33. Ti. Marcus Martinus, frum.;
n. 78. |
| 10. M. Callienius Placidinius,
bf. leg. leg.; n. 79. | 34. L. Marcus Verecundus; n. 34. |
| 11. C. Campanius Victor; n. 35. | 35. Marinus Iuvenis; n. 40. |
| 12. Carminius Cupitus, optio;
n. 91. | 36. Martinus; n. 80. |
| 13. Cassianus Lupulus; n. 90. | 37. Maternus; n. 82. |
| 14. Cassius Valens, signifer;
n. 9. | 38. Modestius Anicetus; n. 40. |
| 15. L. Cassius Verus; n. 83. | 39. Peregrinus Pertinax; n. 40. |
| 16. Cassius Victor, bf. leg. leg. ?;
n. 49. | 40. Placidinus Paternus, frum.;
n. 79. |
| 17. Tib. Claudius Avitus, si-
gnifer; n. 45. | 41. M. Sabinianus Quietus, mil.
medicus; n. 42. |
| 18. Claudius Saturninus; n. 30. | 42. Saturninius Lucius; n. 40. |
| 19. Q. Clodius Marcellinus;
n. 37. | 43. Saturninius Parthicus; n. 40. |
| 20. Constantinius; n. 41. | 44. Sedulus . . , bf. ?; n. 87. |
| 21. Flavius Alphius; n. 40. | 45. L. Servilius Bassilas; n. 84. |
| 22. Q. Flavius Amandus; n. 36. | 46. D. Sextius Victor, signifer;
n. 88. |
| 23. Flavius Iustus; n. 40. | 47. Silvanus Silvester; n. 81. |
| 24. L. Gradonius Clarus; n. 38. | 48. Solemnus Fidus, imagini-
fer; n. 89. |

- | | |
|---|------------------------------------|
| 49. Valentinius Dignissimus; n. 40. | 53. anus, frumentar.;} n. 76. |
| 50. Valentinius Fortunatus; n. 86. | 54. anus, frumentar.;} n. 76. |
| 51. Valerius Bassus, optio; n. 54. | 55. ctor, duplarius; n. 51. |
| 52. Venconius Crescens, bf. leg. leg.; n. 48. | 56. dus, frumentar.; n. 76. |
| | 57. ...rp... ius, signifer; n. 46. |
| | 58. Ignotus, optio; n. 53. |

b) *Veterani.*

- | | |
|-------------------------------|---------------------------------------|
| 1. C. Aemilius Victor; n. 97. | 10. C. Modestinius Peregrinus; n. 96. |
| 2. Aludisas; n. 94. | 11. Opponius Paternus; n. 58. |
| 3. Aurelius Arusenus; n. 57. | 12. Petronius Castus; n. 101. |
| 4. " Filippus; n. 56. | 13. L. Sabinus Amandus; n. 93. |
| 5. M. Aurelius Primus; n. 96. | 14. Salvius Memor; n. 94. |
| 6. T. " Rufinus; n. 59. | 15. M. Superinius Fruendus; n. 100. |
| 7. Iovinus Valerio; n. 95. | 16. Vitalinius Felix; n. 98. |
| 8. C. Iulius Maternus; n. 61. | 17. Ignotus; n. 99. |
| 9. Iulius Primus; n. 60. | |

CAP. VI.

Index militum legionis XXX·V·V.

A. *Legati* legionis XXX·V·V.

I. *L. Aemilius Karus*; n. 118.

Conferendi sunt tituli eiusdem ut videtur viri: III. 1153, 1415; Steiner 1063, 2; „Arch.-Epigr. Mitt.“ IX. 246.

Legatus legionis XXX. fortasse Traiano imperante (cf. Borgh. opp. IV. p. 159); quo anno consulatu functus sit, incertum est. — cf. Liebenam p. 44.

II. *Ignotus*; n. 119.

Sub Hadriano; cf. Liebenam. p. 98.

III. *Cannutius Modestus*; n. 120.

Legatus legionis anno 223.

IV. *Q. Petronius Melior*; n. 121.

Sub Alexandro Severo; antea etiam tribunus militum legionis I. Minerviae.

B. *Tribuni* legionis XXX. Ulpiae.I. *T. Caesernius Stadius Quinctius Macedo Quinctianus*; n. 122.

Officium circiter annum 150, ut videtur. cf. Onom. Forc. (de-Vit.) II. 47, ubi testimonia diligentissime collata invenies. — Napp l. l. p. 75 sq.

II. *T. Varius Clemens*; n. 123 a, b, c, d.

cf. Seidl. Monument. Celeiana n. 15. — Pausanias VIII. 43. — Cass. Dio LXXI. 12. — Temporibus Antonini Pii eiusque successorum floruit. Officium Antonino Pio imperante.

III. *T. Marius Martialis*; n. 124.

Saeculo tertio ineunte praepositus vexillariorum, qui Lugduni tendebant; cf. supra p. 70.

IV. *C. Sagurus Priscus*; n. 125.

Incerti temporis.

*Praefectus legionis.**Titus Statilius*; n. 126.

Titulus est positus anno 129; officium compluribus annis ante. Idem fortasse Statilius atque ille T. Statilius Maximus Severus, cuius tegulae permultae exstant (cf. Marinii „Atti“ I. p. 317 sq.); cf. Inst. II. 11; Wilm. 1744.

*Praepositus legionis.**L. Petronius Taurus Volusianus*; n. 127.

Centuriones.

- | | |
|---|--|
| 1. Albinus Vitalis; n. 157. | 8. C. Iulius Proculus; n. 161. |
| 2. M. Annius Martialis; n. 191. | 9. M. Petronius Fortunatus;
n. 192. |
| 3. C. Caesius Silvester; n. 189. | 10. L. Septimius Marcellinus;
n. 193. |
| 4. T. Flavius Constans; }
5. T. Flavius Superus; } n. 158. | 11. M. Verecundinius Simplex;
n. 162. |
| 6. T. Flavius Victorinus;
n. 159 et 160. | |
| 7. Q. Iulius Aquila; n. 190. | |

*Milites et Veterani.*a) *Milites.*

- | | |
|---|---|
| 1. M. Aemilius Nigrinus, frum.;
n. 167. | 16. Q. Flaccinius Verus, frum.;
n. 168. |
| 2. Aemilius Venustus; n. 172. | 17. Flavius Fructus, frum.;
n. 169. |
| 3. Ammius Secundinius; n. 128. | 18. T. Flavius Severinus, si-
gnifer; n. 136. |
| 4. M. Antisthius Placidin;
n. 129. | 19. T. Flavius Ulfus, signifer;
n. 174. |
| 5. M. Aurelius Antiochus;
n. 130. | 20. C. Incundus Similis; n. 137. |
| 6. L. Aurelius Dosso; n. 131. | 21. Iulius Amandus, frum.;
n. 78. |
| 7. T. Aurelius Lavinus; n. 132. | 22. C. Iulius Annalis, custos
arm.; n. 138. |
| 8. C. Candidinius Sanctus,
signifer; n. 133. | 23. C. Iulius Firminus, vic-
timarius; n. 130. |
| 9. Celerinius Fidelis, mil.
exact. proc. p. Lugd.; n. 175. | 24. Iulius Marcianus, frum.;
n. 170. |
| 10. Cessorinius Ammausius, ur-
sarius; n. 134. | 25. T. Mansuetus Marcus;
n. 132. |
| 11. A. Considius Capito; n. 171. | 26. Martius Victor, signifer;
n. 139. |
| 12. M. Cuspis Quietus, frum.;
n. 168. | 27. M. Massiaenus Secundus;
n. 131. |
| 13. Fannius Paternus; n. 176. | |
| 14. Felicius Fuscus; n. 135. | |
| 15. T. Flavius Incundus, frum.;
n. 169. | |

- | | |
|--|---|
| 28. T. Paternius Perpetuus, cornicular.; n. 140. | 30. Rufus; n. 135 |
| 29. T. Quartinius Saturnalis, signifer; n. 141. | 31. Sanctinius Severus, signifer; n. 177. |
| 32. Septimius Callus, } candidati; } | } n. 120. |
| 33. , Deosporus, } | |
| 34. , Mucatra, imaginifer; } | |
| 35. , Mucatra, } | |
| 36. , Mucatra, } candidati; } | |
| 37. , Sammus, } | |
| 38. Tertinius Vitalis, librarius (?); n. 142. | 46. . . . us Iustus; n. 146. |
| 39. M. Ulpinus Aspadus; n. 129. | 47. . . . us Liberalis; n. 173. |
| 40. M. Ulpinus Lellavvo; n. 132. | 48. C.; n. 135. |
| 41. M. Ulpinus Panno; n. 132. | 49. cus; n. 76. |
| 42. Q. Vetinius; n. 144. | 50. ianus; n. 76. |
| 43. Q. Vettius Quintus, optio; n. 145. | 51. ius; n. 147. |
| 44. Victor; n. 129. | 52. ns; n. 76. |
| 45. Victor, frum.; n. 169. | 53. Ignotus, librarius; n. 172. |
| | 54. Ignotus, aquilifer?; n. 148. |
| | 55. L. Anda(sius)?; n. 149. |

b) *Veterani.*

- | | |
|---|-------------------------------------|
| 1. C. Annius Flavianus; n. 154. | 10. Quintinius Primanus; n. 182. |
| 2. M. Annius Antoninus; n. 153. | 11. Rusticinius Erennius; n. 185. |
| 3. M. Caesius Mutilus; n. 150. | 12. C. Severinius Vitealis; n. 155. |
| 4. Flavius Severus; n. 151. | 13. C. Sextilius Lepidus; n. 156. |
| 5. P. Gratinus Primus; n. 152. | 14. M. Ulpin. Bellicus; n. 179. |
| 6. Inlius Heliaticus (vel „Hiliarius“); n. 153. | 15. M. Veratius Severus; n. 180. |
| 7. Iustinus Mercator; n. 181. | 16. Verecundinius Senilis; n. 186. |
| 8. L. Lepidus Iustus; n. 178. | 17. M. Verinius Ursio; n. 187. |
| 9. L. Mettius Firmus, emeritus; n. 187. | |

TITULI
legionis I. Minerviae.

A. *Tituli legatorum.*

n. 1.

VI. 1444.

Romae.

[L. Licinio L. f. Serg. Surae cos. III]
cum? imp. Caesar Nerva Traianus Aug. Germanicus || Dacicus
gentem Dacor. et regem Decebalum || bello superavit sub
eodem duce leg. pro pr. ab || eodem donato hastis puris VIII
vexillis VIII || coronis muralib. II vallaribus II classicis II ||
auratis II leg. pro pr. provinciae Belgicae leg. leg. I. || Mi-
nerviae candidato Caesaris in praetura et in tribunatu pleb.
quaestori provinciae || Achaiae IIIviro viarum curandarum ||
huic senatus auctore imp. Traiano Aug. || Germanico Dacico
triumphalia ornament. || decrevit statuamq. pecun. public.
ponend. censuit.

n. 2.

III. 550 = C. I. A. III. 464.

Athenis.

P. Aelio P. f. Serg. Hadriano || cos. VII viro epulonum so-
dali Augustali leg. pro pr. imp. Nervae Traiani || Caesaris Aug.
Germanici Dacici Pannoniae Inferioris praetori eodemque || tem-
pore leg. leg. I. Minerviae P. F. bello Dacico item trib. pleb.
quaestori imperatoris Traiani et comiti expeditionis Dacicae
donis militaribus ab eo donato bis trib. leg. II. || Adiutricis P. F.
item legionis V. Macedonicae item legionis XXII. Primigeniae
P. F. seviro || turmae eq. R. praef. feriarum Latinarum Xviro
s. i. || ἡ ἐξ Ἀγέλου πάγον βουλὴ καὶ ἡ τῶν ἐξακοσίων καὶ
ὁ || δῆμος ὁ Ἀθηναίων τὸν ἄρχοντα ἐαντιῶν || Ἀδριανόν.

n. 3.

III. 6819.

Antiochiae (Pisidiae).

leg. Aug. pro pr. provinc. Galat. Phryg. || Pisid. Lycaon. Paphlag. item ad census Paphlag. leg. leg. I. M. P. F. in Germ. Infer. praetori candidato imp. Traiani Aug. Germ. Daicici Parth. trib. pleb. candid. eiusdem [XV] || vir sac. fac. ad acta senatus q. V[I]vir || eq. R. trib. leg. XXII. P. P. F. Xvir stlit. iudi || candidis.

n. 4.

VI. 1549.

Romae.

. [comiti imp. Antonini Aug. et divi Veri bello Germanic. || item comiti imp. Antonini Aug. Germanici Sarmatici leg. leg. I. Miner. curator civit. Araus. || prov. Galliae Narb. praetori trib. pleb. candidato || imp. divi Hadriani ab act. senat. quaestori prov. || Narb. trib. mil. leg. VI. Vict. cum qua ex Germ. in || Brittan. transiit IIIvir viar. curandar. || huic senatus auctore M. Aurelio Antonino Aug. || Armeniac. Medic. Parthic. Maximo Germ. Sarmat. || statuam poni habitu civili in foro divi Traiani || pecunia publica censuit.

n. 5 a.

B. J. 73, 65.

Bonnae.

Hercul[i] || L. Calpurnius Proclus leg. Aug. || leg. I. M. P. F. || [p]eracto op[er]e valetudinar[i].

n. 5 b.

C. I. Gr. III. 4011.

Ancyrae.

Καλπούριον || Πρόβλον ἐκ συήκλητικῶν καὶ ἱπατικῶν χειλίαρχον || ἐν Δακίᾳ λεγιῶνος || ἡ Γεμίνης δῆμαρχον στρατηγὸν Ρώμης ἐπιμεληθέντα ὁδῶν ἡγεμόνα λεγιῶνος ἃ Ἀθηνᾶς ἐν Γερμανίᾳ ἀνθύπατον Ἀχαΐας πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστρατῆγον Βελγικῆς ἢ μητρόπολιν τῆς Γαλατίας σεβαστὴν Τεκτοσάγων Ἀγκυρα τὸν ἑαυτῆς σωτῆρα καὶ εὐεργέτην.

n. 6.

III. 7394 = „Arch. Ep. Mitt.“ VIII. 216. Heracleae (Thrac.)

L. Iul. Latino Gargilio || Antiquo || Xv. stlitib. iudic. trib. laticl. || leg. III. Gallic. quaest. cand. Aug. || trib. pl. pr. curat.

viae Clodiae || Cassiae Ciminae trium Trajannar. legato leg. I. Minerv. || leg. Augustor. pro pr. prov. || Thrac. cos. designato || Gaius Alexander et || Aelius Sacerdos et || Flavius Valens || corniculari.

n. 7.

Bramb. 2032.

„Nieukerk“, Boruss. Rhen.

? [pro salut. si s . . . || [im]p. Caes. M. Au . . . || i Anton. || [A]ug. Pii i . i || [le]g. I. Min. P. F. || . . L. P. inus || [le]g. Augusti || [et l]eg. eiusdem || [v.] s. l. m.

n. 8 a.

III. 1457.

Sarmizegethusae.

M. Cl. Ti. filio Quirin. || Frontoni cos. leg. Aug. || pr. pr. trium Dac. et Moes. Sup. || comiti divi Veri Aug. donat. || donis milit. bello Armen. et Parth. ab || imp. Antonin. Aug. et a divo Vero August. || coron. mural. item vallar. item classic. || item aurea item hast. puris IIII item vexill. || curator. oper. locorumq. public. leg. leg. I. Min. || leg. leg. XI. Cl. praetori aedili curuli ab actis || senatus quaestori urbano decemviro || stlitibus iudicandis || col. Ulp. Traian. Aug. Dac. || Sarmiz. patrono fortissim. duci amplissim. || praesidi.

n. 8 b.

III. 1457 = Henzen 5478; tit. urb. a Ligorio solo servatus.

M. Claudio [Ti.]f. Q. || Frontoni cos. || leg. Aug. pr. pr. provinciarum Daciarum et || Super. simul leg. Aug. pr. pr. provincia . . || Daciar. leg. Augg. pr. pr. Moesiae Super. || Daciae Apulesis simul leg. Augg. pr. pr. provinciae Moesiae Super. comiti divi Veri || Aug. donato donis militarib. bello Armeniaco et Parthico ab imperatore Antonino Aug. et a divo Vero Aug. corona || murali item vallari item classica item || aurea item hastis puris IIII item vexillis || IIII curatorum operum locorumq. publicor. || misso ad iuventutem per Italiam legendam leg. Augg. pr. pr. exercitus legionarii || et auxilior. per orientem in Armeniam || et Osrhoenam et Anthemusiam ducto || rum leg. Augg. legioni primae Minerviae in expeditionem

Parthicam deducen[dae] leg. divi Antonini Aug. leg. XI. Cl. prae[tor]i aedili curuli ab actis senatus quaes[tor]i urbano Xviro stlitibus iudicandis || huic senatus auctorem imperatorem Au[re]lio Antonino Aug. Armeniaco Medico || Parthico Maximo quod post aliquot se[cun]da proelia adversum Germanos || et Iazyges ad postremum pro r. p. fortiter || pugnans ceciderit armatam statuam et || in foro divi Traiani pecunia publica cen.

n. 9.

B. J. 50, 188.

„Iversheim.“

[I. O.] M. et Gen[io] loci et Inno[ni] r[eg]e. et c[ae]teris dis dq.] pr[o] s. || im[p.] M. Aur. Com[modi] Aug. sub || Cl. [A]-pollin[are] l[eg]e. leg. I. M. || et Sa[lv]io Nep[otian]o pref. vexil. || sub c[ur]a C[ass. Va]lentis sig. || leg. ss. F[usciano II et Silano] it[erum] cos.

n. 10.

IX. 1584.

Beneventi.

M. Mario M. f. || Stel. Titio Rufino || cos. || leg. leg. I. Miner. P. F. || cur. col. Claud. Aug. || Agrippinensium || procos. prov. Siciliae || cur. Amerinor. praet. || tr. pl. q. prov. Macedon. || sevir. turmar. eq. Rom. || trib. laticl. leg. I. Adi. P. F. || IIIviro stlitibus iudic. || Fides cum Hellade et || Tertio parentibus fec.

n. 11 a.

Bramb. 520.

Prope „Münstereifel“.

Sub Iulio Cas[tino] leg. leg. I. M. || cura Petroni || Aquilae
 ⊖ fur[iv]us factus ar[ist]o. am. ? an. ? dlo ? || cente || Augg.
 cos

n. 11 b.

„Westd. Zeitschr. Corr.“ 1890, p. 9.

„Alt-Ofen“.

G. Iul. Sept. Castinus cos. desig. leg. Auggg. pr. pr. P. I. leg. leg. I. M. ex praec. dom. nnn. dux vexil. IIII Germ. VIII. Aug. X[X]II. Pr. I. Min. XXX. Ulp. advers. defectores et rebelles procos. Cretae et Cyr. iurid. per Apu. Cal. Luc. Brutt. cur. viae Sal. cur. Ae[c]l. praet. tutel. tr. pl. quaest. tr. mil. leg. I. Adi. item V. Mac.

n. 12a.

Bramb. 516. In arce „Godesberg“.

Fortunis || salutaribu[s] || Aesculapio Hyg. || Q. Venidius
Ruf. || Mariu[s] Maxim. || L. Calvinianu[s] || leg. leg. I. Mi[n]
. || leg. Aug. pr. [pr.] || provinc. Gin?
d

n. 12 b.

Bramb. 2. Cattvici.

[S]ever. Pius Pert. A[ug.] || Max. trib. pot. XI II || [A]n-
tonin. Pius Au[g.] || [restitu]er. milit. leg. I. Me || [Q. V]eni-
dio Ru[fo].

n. 13.

Boiss. p. 65, XLVIII = Or. 922. Lugduni.

. . . . vi . de || bonae menti ac re[du]ci Fortunae
red[hibita] et suscepta || provincia || T. Flavius Secundus Phi-
lippia[nus] v. c. leg. Auggg. prov. Lugud. || leg. legg. || I. M.
et XIII. Gem. allect. || inter praetorios tribunicios quaestorios
trib. militum || leg. VII. Gem. cum Iulia Nepotilla c. f. sua
et T. Fl. Victorino Philippiano c. i. trib. mil. leg. V. Ma[ced].
et Fl. Ariciano c. p. lecto in patricias familias || aram constituit
ac || dedicavit.

n. 14.

Bramb. 464. „Dedekirchen“ prope Bonnam.

Victoriae Aug. || G. Publicius C. filius Septimia || Siscia
Priscilianus p. p. || leg. I. M i f. || d. d.
dedicante Fl. Apro || Comodiano leg. Aug. pr. pr. || et Aufidio
Coresnio Marcelli. || leg. leg. eiusde al. Maias || d. n.
. Aug. || cos.

n. 15.

Bramb. 463. Ibidem.

Apollini Livici. || Cn. Cornelius || Aquilius Niger || leg. leg.
I. M. P. F. || item proconsul || provinciae Gal. || Narbonensis
item || sodalis Hadrianal.

B. *Tituli tribunorum.*

n. 16.

III. 87. cf. add. III. 2 ad n. 87. Hadrianae Petrae.

. . . ninio L. f. Pal. Sexto Florentino IIIviro aur. arg. flando trib. milit. || leg. I. Minerviae* q. [pr]ov. Achaiae trib. pleb. leg. leg. VIII. Hisp. pro cos. || pr[ov. Na]rb. leg. Aug. pr. pr. prov. A. ti . . . patri pi . . . o ex testamento ipsius.

*Variae lectiones: MINERVIE et MINERVIAE; fortasse legendum: MINERVI. P. F.; cf. tit. n. 79.

n. 17.

XII. 4354.

Narbone.

L. Aemilio L. f. Pap. Arcano || trib. mil. leg. XI. gem. et trib. || mil. leg. I. Minerv. item trib. || mil. leg. II. Aug. omnib. honoꝛibus in colonia sua funct. || adlecto in amplissimum || ordinem ab imp. Caes. || Hadriano Aug. IIIIvir. || equitum Romanor. curioni || quaestori urbano trib. || plebis praetori designat. || L. Aemilius Moschus IIIIvir. || Aug. patrono optumo post || obitum eius inlatis arcae. || seviror. ob locum et tuitio[nem] statuae H. S. N. IIII || L. D. D. IIIIviror. || et sportulis dedicavit X III >.

n. 18.

VI. 1517.

Romae.

M. Servilio Q. f. Hor. || Fabiano Maximo || leg. Augustorum pro praetore provinciarum Mysiae || Superioris item Mysiae Inferioris curatori aedium sacraꝛum cos. fetiali praef. aer. S. || leg. leg. III. Gall. cur. viae Valeꝛiae leg. pr. provin. Asiae praet. || aed. cur. ab actis senatus q. || urb. tr. mil. leg. I. Minerv. || IIIIviro viar. curandar. || Licinii Fortis et Honoratu[s] || centurio leg. I. . . . || ami[co].

n. 19.

„Atti d. Reale Accad. d. Lincei

Romae.

(Rendi conti)“ 1890.

Dis Genitoribus || L. Plotio C. f. Pol. Sabino || praetori sodali Titiali || aedili cur. seviro eq. R. || quaestori urb. trib. laticl. || leg. I. Miner. P. F. Xvir. || stl. iudic. habenti quoq. ||

salutation. secundam || imp. Antonini Aug. Pii || Sabinus praetor magna res Formis. periit.

n. 20.

VI. 1625 b; cf. 1625 a.

Romae.

M. Petroni[o M. f.] || Quir. Honorato || praef. coh. I. Raet[orum] || trib. mil. leg. I. Miner[viae] || P. F. praef. alae Aug. P. F. [Thrac.] || proc. monet. proc. XX [hered.] || proc. prov. Belg. et duar. || Germaniar. proc. a ratio[n.] || Aug. praef. annon. praef. || Aegypti pontif. minor[i] || negotiatores ole[ari] ex Baetica patron[o] || curatoribu[s] || Cassio Faus[to] || Caecilio Honorato].

n. 21.

VI. 332.

Romae.

[Her]culi || Victori || P. Plotius Romanus cos. sod. Aug. Cl. || leg. Aug. pr. pr. prov. Arab. item Gal. || praef. aer. Sat. leg. Aug. cens. acc. Hisp. Cit. || iur. per Aem. Lig. cur. viae Labic. cur. Vere. || pr. urb. trib. pl. q. kand. VIvir eq. R. tur. II. || trib. mil. legg. I. Min. et II. Adiut. IIII v. v. cur. || aedem cum omni cultu consecravit.

n. 22.

B. J. 83, 164.

Lugduni.

Pro salute dom. || n. imp. L. Sept. Seve[ri] || Aug. totiusq. dom. || [e]ius Aufanis ma[t]ronis et matribu[s] || Pannoniorum [et] || Delmatarum || [T. Cl. P]ompeianu[s] || [trib. mil. leg. I. Mi[n.]] || [lo]co exulto cum || [disc]ubitione et tabul[a] || v. s.

n. 23.

Henzen 6048.

Tarquiniis.

Q. Petronio Meliori viro || cos. cur. r. p. Tarquiniens. || et Graviscanor. praefecto frum. dandi legat. leg. || XXX. Ulpiae curat. Pyrgens. || et Ceretanor. leg. leg. || VIII. Aug. praet. trib. pleb. || candid. quaest. prov. Narbon. quaest. sodali Aug. || Claudiali sexvir turm. || pr. trib. laticl. leg. pr. Min. || Xviro stlitib. iudicand. || ordo et cives Tarquiniensium patrono optimo quod rem p. fove[er]it et thermas restituerit.

n. 24.

B. J. 84, 88 sq.

Magontiaci.

[I. O. M. ceterisque diis de]abu[sque omnibus pro] sal[u]t. a[tque incolumitat]e et victor[iis imp. Caes. M. Antonii G]ordiani Pii [Felicitis Aug. et S]abiniae Tranqu[illinae totiusque] d. d. eorum us L. f. Fab. Annian[us Xvir stli]tibus iudicandi[s trib. mil. leg. . . . et I.] Min. Gordianarum in [quibus vi]c. leg. sustinuit q. pr[o pr. per prov . . .]iam c. c . . . c[i]vit. adm. Li[lybit]an. Haliq nitan. [V]ivir turm. I. eq. [Rom.] adl[ectus inter tribu]n. praef. fr. dan[di leg. pr. pr. p]ro[vinciae . . .] missus ad [missus] ad tir. legend. et arm[a] fabr. in [agro Me]diol. iurid. per Ca-[la]briam [Luc]a. et Bruttios leg. [le]g. XXII. [Pri]mig. P. F. Gordianae votum solvit [l. a.] Kal. Iul. [Atti]co et Praetextato cos.

n. 25.

V. 5266.

Comi.

T. Annio T. f. || Quir. Maximo Pomponiano || flam. divi Aug. auguri praef. || alae mil. pr. U[lp.] cont. praef. alae || pr. praetor. [trib. m]il. leg. pr. Miner.

n. 26.

V. 4335.

Brixiae.

[M. Iuven]tio M. f. || [Fab. Secun]do Rixae || [Postumio Pan]sae Valerian || Severo || [tri]b. leg. prim. Min. || [eod]emque tempor || [t]ribun. pleb. pr. || [prae]f. frument. dand. || t. procos. provinc. || . . [leg. Aug. pro]vinc. Aquitan. co[s.] || [cur. alvei Tib. et ripa]r. et cloac. urb[is] || [d. patro]no d.

n. 27.

C. I. Gr. II. add. 1813b.

Prevesae, ex parietinis Nicopolis.

Λι. Ὁφ[ελλ]ίω Μ . . ω . . . || Μακεδό[νι ἐ]πάρχω σ[πεί]ρο[ς] || ἐπιγ[ε] πραιτωρίας χειλι[άρχω] || λεγυῶνος ᾧ [Μ]ινερβίας Ε[ὐσε]βοῦς [Πι]στῆς ἐπιτρόπῳ Σ[εβασ]τοῦ Ἡπειροῦ ἐπιτρόπῳ [ἐπαρ]χίας Πόντου καὶ Βιθυν[ίας] || ἐπιτρόπῳ ἀπὸ τῶν ἀπο-

[ὀμημή]||σεων? Σεβαστοῦ || [Μνη]στῆρ? Σεβαστοῦ ἀπελ[εύθε]||ρος
βοηθὸς αὐτοῦ κατὰ τὸ [ψῆ]||φισμα τῆς βουλῆς τὸν ἴδιον ||
εἰεργέτην.

n. 28.

Bramb. 467.

Bonnae.

In h. d. **ϛ**. || pro salute imp. || Dioc[1]e[tiani] e[t] Maxim[
[ani] Augg. C[onsta]n[tii] || [et] Maxim[iani] nobb. || [Cae]ss.
te[implum] Marti[s] M[i]||[i]taris ve[t]us[tate] co||[n]lapsu[m] Aur.
Si[n]tus prae[f.]. || [leg]. I. M. [p.] a solo resti||tuit die XIII. Kal.
Oc[t.]. || [T]usco et Anulino cos.

n. 29.

Bramb. 481.

Bonnae.

I. O. M. || Cons[er]vatori || C. Maximus Pauli||nus prae[f.
cas||ror. le[g. I.] M. ||v. s. l. [l. m.] || dedicata III. K. Nov. || Muciano
et || Fabiano cos.

C. *Tituli Rhenani.*

I. Militum.

n. 30.

Bramb. 382.

Prope Coloniam.

D. M. || [Cl]audio Saturnino || ? [mili]t. leg. I. Pri?
Mini? || B.

n. 31.

Bramb. 405.

Coloniae.

Matronis || Aufanib. C. || Iul. Mansue||tus m. l. I. M. || P. F.
v. s. l. m. f. v * || t(?) ad Alutum || flumen secus || mont. Caucasi.
* *fui*||t Brambachius.

n. 32.

Bramb. 454 = B. J. 83, 137.

„Endenich“.

Matribu[s] || [V]acall[i]||neis Attici. || Maternu[s] || m. l. I. M.
p. || ius. ipsa || l. m.

n. 33.

Bramb. 461.

Bonnae.

. || Ca[eli]o Vi||[t]ali mil. leg. I. M. || Septimia . . .

n. 34.

Bramb. 541.

Tolbiaci.

Matronis Cuchi|nehis L. Marcius Ne|ronis f. Verecundus ||
mil. leg. I. M. P. F. v. s. l. m.

n. 35.

Bramb. 560.

In pago „Hersel“.

Gabiabus || C. Campanius || Victor m. l. I. M. P. || F.
v. s. l. m.

n. 36.

Bramb. 584.

Prope „Wettweis“.

Matronis || Vesuniahensis || Q. Flavius || Amandus mili. || [le]g.
I. M. P. F. v. s. l. m.

n. 37.

B. J. 83, 136.

Bonnae.

Matribus sive || matronis Auf|aniabus dom|esticis Q. Clo|dius
Marcelli|nus miles leg. I. M. v. s. l. m.

n. 38.

Bramb. 519 = B. J. 41, 136.

„Kirchheim“.

[M]atronis Gab. || L. Gradon. C||larus miles || leg. I. M.
P. || F. i. p. m.

n. 39.

B. J. 47/48, 161.

„Vechten“ prope „Utrecht“.

Matribus || Noricis || Anneus || Maximus || mil. leg. I. M. ||
v. s. l. m.

n. 40.

B. J. 67, 47.

Magontiaci(?).

Fragmenta duarum tabularum ahenearum cum nominibus
XVI militum leg. I. Min. et XXX. Ulp., a Mommseno sic
restituta:

C. legione XXX. || Rufius legione XXX. ||
Flavius Alphius legione I. Min. || Modestius Anicetus legione
I. Min. || Saturninius Lucius legione I. Min. || Saturninius Par-
thicus legione I. Min. || Felicius Fuscus legione XXX. || Valen-
tinius Dignissimus leg. I. Min. || Peregrinius Pertinax legione

I. Min. || Flavius Iustus legione I. Min. || Iulius Eugenianus legione I. Min. || Iulius Ursulus n. G. . . . || Valer. Felicissimus n. B. || Censorinius Maternus n. G. . . . || Marinus Iuvenis legione I. M. || Refidius Victorinus n. A. . . .

Tabula Magontiaci creditur reperta; quod num verum sit, valde dubitat Mommsenus, cum in Inferiore legiones I. Min. et XXX. Ulp., non in Superiore, semper tetenderint Germania.

n. 41.

B. J. 73, 72. Bonnae.

In h. leg. I. M. P. F. [deae Dia]nae || [C]onstantiniu[s] || [mi]l. leg. s. s. Fau[stino et Rufino] coss.].

n. 42.

B. J. 50, 186. „Iversheim“.

Genio . . . || vexilatio[n]is I. I. M. P. F. || M. Sabinian[us] Quietus || miles medicus || Antonino IIII et Vero || II cos.

n. 43.

„Westd. Zeitschr.“ II. 428. Aquisgrani.

Tras Renum f. A[tegi?][us] Iullinus m. I. [I. M.].

n. 44.

„Winkelm. Progr.“ Bonn. 1888, 38,1. Castr. Bonn.

D. [M.] Liberalinio Vitali eq. [leg. I. Min.] Immaturatione Galet[ana?] coniugi inconpara[bili] subito desiderato.

n. 45.

B. J. 50, 187. „Iversheim“.

. . . . [Ti]b[erius C]laudiu[s] || Avi[t]us sig[nifer] I. I. M. || Antonino IIII et || Vero III cos.

n. 46.

Bramb. 351. Coloniae.

. . . rp ius . . . sig. || [l]eg. I. M. coniug[i] || [o]bsequentis[simae] || d. d. i?.

n. 47.

B. J. 85, 88. Castr. Bonn.

Haedavonio V[ero?] bf. I. leg. I. M. obito [an. XL?] stip. XXIII Genialini[a] Iustina coniux [f. c.].

n. 48.

Bramb. 500.

Bonnae (?).

[In] h. d. d. I. O. M. || et Genio loci || dis deabusque omnibus aed. || Venconius Crescens et Iulius || Felix bbff. leg. || [l]eg. I. M. P. F. pr[o] se || [et] suis v. s. l. m. Bal. || [s]ep. imp. p. d. d. nn. G[a]||[ll]o et Volusiano || [a]ug.g. coss.

n. 49.

Bramb. 293.

Originis incertae.

[D.] M. Iuliae || Sabinae soror[i] || T. Au[r]el. Pisto[r] || coniugi eius || Cassius Vi[c]tor || f. leg. I. M. c.

n. 50.

B. J. 57, 70.

Bonnae.

L. Magius L. || Ouf. Dubius || Mediolani mil. || leg. I. F. M. P. F. D. ar[m]orm custos ☉ || Aufidi Martialis || ann. XXXI stip. XIII h. f. c.

n. 51.

„Winkelm. Progr.“ Bonn. 1868, 38,5.

Castr. Bonn.

[Vi]ctor[i?] militi duplario leg. I. M. Decumnia Verina coniugi incopara[bili et sibi v]iva f. c.

n. 52.

Bramb. 475.

Bonnae.

D. M. M. Aur. Heracle Her. . . . || dupliciario leg. I. M. Severi . . . || natione Trax domo || stip. XXI testame[nto] || e p f i s ?

n. 53.

B. J. 90, 24.

Bonnae.

In pala anuli aurei Minerva dea ficta est, circa quam litterae scripta sunt hae:

OPT · LEG · I · M · P · F

n. 54.

B. J. 93, 222.

Rigomagi.

[D]eae || [Sun]uxali || . . . Valer. || [Ba]ssus op[t]io || [leg.] I. M. P. F. || [pro se] et suis || [v.] s. l. m.

n. 55.

„Westd. Zeitschr. Corr.“ II. 63. Coloniae.

M. Aetern. [Clau]||dio Victo[ri mil.] || leg. VII. Ge[m. F. in] ||
Hispania [in ead.] || fact. fru[m. bf.] || trib. leg. I. [Min. P. F. ?] ||
sepulchr[um po] || suit Mod[ius Pr?]||imus avunc[lo in] || com-
para[bili et] || nici . . . 1?

II. Veteranorum.

n. 56.

B. J. 59, 40.

Bonnae.

[Deum] propitium || ex voto || Aur. || Filippus || veter. || l. p.
M. F.

n. 57.

B. J. 85, 65.

Castris Bonn.

D. M. Aureli Aruseni Turesi vet. ex leg. I. M. et Aureli
Avitiani filii h. h. f. c. et sibi Secundinia Avita viva f. c. et sub
ascia d. d.

n. 58.

Bramb. 452.

„Lessenich“.

[Opp]onio Pater||[no] p. b. vet. ex c. a. leg. I. . . . || Op-
ponius Zoilus lib. || et heres f. c.

n. 59.

Bramb. 435.

Prope Coloniam.

T. Aurelio || Rufino || veterano || leg. I. M. || coniugi pen[tis].
Quadratia || Primitiva f. c.

n. 60.

Bramb. 329.

Coloniae.

Matrib . . || Mediotaveh . . . || Iul. Primus || vetranus || leg.
I. M. || P. F. v. s. l. m.

n. 61.

Bramb. 319.

Coloniae.

D. M. C. Iul. Maternus || vet. ex leg. I. M. vius sibi || et
Marie Marcellinae || coiungi dulcissime || [et] castissimae obitae f.

III. Centurionum.

- n. 62.
 Bramb. 453. „Hersel“.
 || || || ... [Ger]ma-
 niae Infer. || [i]tem Hispaniae Citer. || T. Fl. Dubitatus strat.
 eius || M. Alpinus Firmanus || P. Aelius Marinus || P. Iulius Me-
 mori[n]us || ☉ ☉ leg. I. Miner. || praesidi sanctissimo.
- n. 63.
 B. J. 88, 124. Bonnae.
 [Leg. I.] M. P. Ant. < || [Mer]catoris || [v]eterano || [leg.]
 XXX · V · V ·
- n. 64.
 B. J. 82, 56 = 69, 45. Bonnae.
 D. M. || Aelia Arvania viva sibi et Simplicinio Victori c.
 leg. I. M. et III. Parthicae coniugi pientissimo fecit.
- n. 65.
 B. J. 73, 74. Bonnae.
 Herculi || Magusano || Q. Clodius || Marcellinus || ☉ leg. I. M.
 P. F. || v. s. l. m.
- n. 66.
 Bramb. 332. Coloniae.
 Dianae || Q. Iulius || Flavos || > leg. I. M. P. F. || v. s. l. l. m.
- n. 67.
 Bramb. 12. „Voorburg“.
 I. O. M. Iunoni re[gg]inae Minervae || et Genio loci T. Fl. ||
 Peregrinus ☉ || leg. I. Min. pro se || et suis v. s. l. m. || duobus
 Sila[n]is cos.
- n. 68.
 B. J. 50, 184. „Iversheim“.
 [In honorem d. d. deae] || Hludenae [sacrum] || pro salute
 im[per]atoris M. Aurel. || [S]everi Alexa[n]dri Pii || Fel[icis] in-
 victi [Aug. et Iul.] || Mamaee ma[tris Aug.] || vexillat[i]o leg.
 [I. M. P. F.] || [cu]r[am a]gen[te] Ing[enuo] || ||

n. 69.

Or. 1894.

„Vorbürg“.

I. O. M. Sarapi || Isidi frugifero || caelesti Fortun. || bono
evento || felicitati || lari || viali et genio || loci L. Lucretius || Pal.
Faustinian || ⊃ leg. I. M. P. F. pro se || suisq. her. v. l. consacr.

n. 70.

Bramb. 680.

In valle „Brohl“.

Hercu. Sa. || vexillari || l. I. M. F. l. VI. Vict. || l. X. G. P.
et al. co. . || cl. q. s. Q. Acut. || su. cum Iuli || Cossuti [7] l. VI. ||
Vic. P.

n. 71.

Bramb. 408.

In museo Col.

Lamave[r]us leg. . . I. || M. . . . in || v. || v. s. l. m.

n. 72.

Bramb. 443.

Ex castro Divitensi(?).

Regula || ninus ex n[on]. tra. l. a || I. sub cura || G.
I. M. Añon.

n. 73.

Bramb. 457.

Prope Bonnam.

. . d. Val. d. [f.] . . . || Volt. Va[leri] . . || Anovie[nna] . . . ||
mil. leg. [I. M.] . . || > Sall. . . . || . . . n

n. 74.

Bramb. 665.

In valle „Brohl“.

I. O. M. || et Herc. Sax. || vexil. cl. G. su[b] cura Rufri ||
Caleni \overline{R} || et Iul. l. I. M. . . || s. . l. m.

n. 75.

B. J. 93, 182.

Bonnae.

. || armatura leg. I. M. obito || Iunia Materna coiux ||
coiungi karissimo et || sibi viva || heredes f. c.

D. *Tituli alibi exstantes.*

I. Militum.

n. 76.

VI. 2409.

Ad viam Appiam.

..... nus || dus I. M[in]. ||
 anus I. Min. || anus I. Min. Atali ||
 cus XXX. Variu[s] || ns XXX. Claudius
 || ... ianus XXX. Popilius Reg[inus] || ... itillae eius

n. 77.

VI. 3333.

Romae.

D. M. || Amandinio || Severo fr. leg. || I. Minerviae || Iulius
 Betto || h. contubernal. || b. m. f.

n. 78.

VI. 3334.

Romae.

D. M. || Ti. Marci Mar[tini] fr. leg. I. M[in]. Iulius Ama[ndus]
 fr. leg. || XXX·V·V· h. f. c.

n. 79.

VI. 3335.

Romae.

D. M. || M. Callienio || Placidinio || benef. legat. || leg. I. Mi-
 nervi. || faciendum || curavit || Placidinus || Paternus || frument. ||
 leg. I. Min.

n. 80.

Eph. Ep. IV. p. 339 n. 911.

Romae.

Marcella Martino coiugi bene merenti fecit qui vi[si]t ann.
 XXXVIII in prima Minerbes mil. ann. V in und. || ann. IIII
 in Lanciaria ann. V in *pr.** ann. V fecit cum col[li]ge sua ann.
 IIII bene mer. in pace.

* „in *protectoribus*“ coniecit Mommsenus (l. l.), quod quo
 tempore titulus incideretur, *praetoriani* nulli fuissent.

n. 81.

X. 3896.

Originis incertae.

D. M. || Silvanio Silvestri mil. leg. || pr. Sever. stip. IIII
 vixit ann. || XXV natus col. Agrippinense || Deccius Matutinus
 heres || memoriam binemerenti || fecit.

n. 82.

Pais, Suppl. Ital. ad C. I. L. vol. V. Aquileiae.

. || Maternus || mil. leg. I. Miner. || fratri piissimo || v. f.
n. 83.

VIII. 9654. Cartennae.

D. M. || L. Cassi Ve[ri] mil. leg. I. M. stip. || XVIII Ael. ||
Alban. h. p.

n. 84.

VIII. 9662. Cartennae.

D. M. || L. Servilius || Bassilas mil. || leg. I. Miner. || stip. XXII ||
vixit annis || LV h. f. c.

n. 85.

XII. 985. Taruscone.

P. Caecil. P. f. Pupinia Mal. . . . || Minervio Baeterrens
provin[ci]ae Narbonens. primae et || sextae patri et m. et cet.

Tit. corruptum sic restituere conatus est Hirschfeldius: P. Cae-
cil[io] P. f. Pupinia Baeterrens[i] provinciae Narbonens[is]
m[i]l[iti] legionis primae Minerv[iae] et sextae [Vic]tri[cis . . .].

n. 86.

XII. 1576. Deae Vocontiorum.

D. M. || Valentinio || Fortunato || mil. leg. I. Mo* || Aur.
Titus || b. f. amico fet.

* „fuit fortasse cognomen *G[ordiana]* vel simile leg. I. M.“
adnotavit Hirschfeldius.

n. 87.

XII. 1874. Viennae.

D. [M.] || Quieti A[etern]. || L. Val. Castr[ensis] || an. III m.
VI d || Sedulus mil. [leg. I.] || Minerviae b.[f? . . .] || ne-
poti suo d[e suo f?] || et s. [a. d.].

n. 88.

Gruter 561, 10. Arausione in arcu triumphali.

D. Sextio Victori || legionis Minerviae || signifero Tit. Si-
lius || hospes.

n. 89.

Or. 3478 = Gruter 562, 1. Lugduni.

D. M. || et memoriae aeternae || Solemnio Fido milit. leg.

I. Minerviae imaginifero || Maturinia Victorina con||iugi caris-
simo ponendum || curavit et sub ascia dedica||vit.

n. 90.

Boiss. p. 299.

Lugduni.

D. M. || et memoriae aete[r]||nae Cassiani Lupuli mil. leg.
I. M. P. . || stip. VII qui vixit annis XXV di . || bus XIV iu-
venis optimi || Cyrilla Marcellina mate[r] || laboriosissima facien-
du[m] || curavit posterisque s. . . || et sub ascia dedicavit || pro-
curante Gellio Iu[sto] || seviro Augustale C. C. C. Aug. || Lug.

n. 91.

III. 5333.

„Seckau“ in castro.

Q. Carminio || Latino et Carminio || Cupito opt. leg. || I. Min. ||
Catulla avnc. et frat. || f. c.

n. 92.

„Bull. d. corr. hell.“ 1889. p. 317. Heracleae Ponticae.

Ἰοῦστος Βικτωρίω || Σαβίνω τῷ πατρῶνι || ἑαυτοῦ κατε-
σκεύασα. || τὸ λατόμιν ἐκ τῶν || ἑαυτοῦ λεγεῶνος || πρώτης Μει-
νέρβα. || φρουμεντάρης Αὐγούστο[v] χώρας Λουγ|δόουνοῦ χαίρει
πολεῖτα || πόλεως Οὐλοκασ||σέινου.

II. Veteranorum.

n. 93.

Boiss. p. 303.

Lugduni.

D. M. || et memoriae aete[r]||nae L. Sabini Ama[n]di veter.
leg. I. Mine[r]ve Ianuarinia || Verina coniunx || et Sabin. Victor ||
[fi]lius heredes || [p. c.] et s. a. d. d.

n. 94.

Boiss. p. 304.

Lugduni.

. aeternae || Salvio Memori || vet. leg. I. M. ex op-
ti||one et Isatiae || coniugi eius Alu|disas vet. leg. I. M. || genero
et filiae || pientissimae || posuit.

n. 95.

Boiss. p. 304.

Lugduni.

D. M. || Iovino Vale[r]ioni vet. ex leg. || I. M. Iulia Ma|terna

coningli incomparaibili memoriam || posuit e medio critate sua
et sub || ascia dedicavit.

n. 96.

Boiss. p. 306.

Lugduni.

D. M. || M. Aurel. Primus || veteranus leg. I. M. || missus
honest. mission. civis Remus vi[v]us || sibi fecit et C. || Mode-
stinio Peregrino veterano leg. || eiusdem misso honest. || mission.
civ. Agripp. || contubernali mihi || carissim. et sub ascia dedi-
caverunt.

n. 97.

Murator. 776, 1.

Augustoduni.

D. M. || C. Aemili || Victoris || veteran. || leg. P. M. P. F. ||
haeredes || posuerunt.

n. 98.

Wilm. 2569.

Lugduni.

D. M. || et memoriae aetern[ae] || Vitalini Felicis vet. leg.
[I.] || M. homini sapientissim[o] || et fidelissimo negotia[to]ri
Lugdunensi artis c[re]tariae qui vixit annis [L?] || VIII m. V
d. X natus est d[ie] || Martis prob[a]tus die Martis missione[m] ||
percepit die Martis def[un]ctus est faciendum c[ur]. || Vitalin.
Felicissimus filius et Iulia Nice con[i]unx et sub ascia de-
d[i]caverunt.

n. 99.

„Mitth. d. Gesellsch. f. vaterl.

Ex castro Rauricensi

Alterth. i. Basel“ I. p. 9; cf.

prope Augustam.

Momms. Helv. 279.

. . . || I diens XLV. || vetaeranus || militavit in || l. p. M. sig.

n. 100.

XII. 687.

Arelate.

Vettitia
Valeria viva
D. sibi posuit.

M. Superinio
Fruendo
emerito leg. I. M. M.
Vettit. Valeria
coningi incomparabili.

n. 101.

XII. 1749.

Valentiae.

[D. M. || et || memoriae aeter. || Petr]oni Cas[ti vet.] || missi
honesti || missione ex leg. || prim. Min. ex optio[n]e proc. du-
cenar. || et Vitalinae Florae || coningi eius || vivi sibi ponend. ||
curaver. et sub || ascia dedicave[r]unt.

n. 102.

Zell 1054 — Fabret. p. 176.

Dis Manib. L. Ogulnio C. f. Arn. Velo equo publico prae-
fecto turm. alae II. leg. I. Minerv. vix. ann. LIX mens. VII
d. XIX ex testamento M. Ogulnius L. f. Arn. Auctus eq. Rom.
patri optimo poni curavit h. m. d. m. a. in fronte ped. XIII in
agro pedes XVI h. monum. ustrinum applic. non licet.

III. Centurionum.

n. 103.

VI. 3584.

Romae.

Ti. Claudio Ti. f. [G]al. Vitali ex equite R. || ordinem ac-
cepit in leg. V. [Mac.] successione || promotus [ex] leg. V. Ma[c].
in leg. [I. It]al. donis d. || torquib. armill. phaler. corona val[1].
bello || Dacico successione promot. ex leg. I. Ital. in leg. ||
I. Miner. [it]er. donis d. torquib. armil[1]. phaler. || corona val[1].
bello Dacico successione pro[m]ot. ex leg. I. Miner. in leg.
XX. Vict. item prom. || in leg. ead. item successione promotus
ex leg. XX. || Vict. in leg. IX. [Hi]sp. succ. promot. ex leg.
IX. [Hi]sp. in leg. VII. Cl. P. F. item successit in leg. ead. ||
milit. & in II. pr. post. annis XI vixit annis XLI.

n. 104.

„Not. degl. Scav. d. Antich.“ 1891. p. 129.

Romae.

I. O. M. || Iunoni || Herclenti || Campestribus || M. Ulpius Mar-
tialis || ex decurione || factus & ab || imp. Caesare || Hadriano ||
leg. I. Minerviae || voto suscepto || d. d.

n. 105.

Boiss. p. 300.

Lugduni.

..... Minerviae || qui militavit || [7?] ann. VII ex cornuel. ||
vixit ann. XXXXV || posuit ei || Appia mater || miserruma.

n. 106.

IX. 2851.

Histonii.

Ossa sita || Sex. Magri || Q. f. Arn. || Saturnini || ☉ leg.
I. Miner.

n. 107.

VIII. 217.

Cillii (Afric.).

[M. Petronius Fortunatus] . . . militavit L annis IV in leg.
III. Aug. || librar. tesserar. optio signifer || factus ex suffragio
leg. IV. . . . || militavit ⁊ leg. II. Ital. leg. VII. . . || ⁊ leg.
I. Min. ⁊ leg. X. Gem. ⁊ leg. II. . . . || ⁊ leg. III. Aug. ⁊ leg.
II[I]. Gall. ⁊ leg. XXX. Ulp. || ⁊ leg. VI. Vic. ⁊ leg. III. Cyr.
⁊ leg. XV. Apol. || ⁊ leg. II. Par. ⁊ leg. I. Adiutricis || conse-
cutus ob virtutem in || expeditionem Parthicam || coronam mu-
ralem vallarem || torques et phaleras agit in || diem operis per-
fecti annos LXXX || sibi et || Claudiae Marciae Capitolinae ||
coniugi carissimae quae agit || in diem operis perfecti || annos
LXV et || M. Petronio Fortunato filio || militavit ann. VI ⁊ leg.
X[X]II. Primig. || ⁊ leg. II. Aug. vixit ann. XXXV || cui For-
tunatus et Marcia parentes || carissimo memoriam fecerunt.

n. 108.

XII. 264.

In Gall. Narb.

Dis Ma. || Numisiae Caesiae G. Numisi f. || coniugi pien-
tissimae vixit || annis LX L. Solicius Aurelianus || ☉ leg. V. Mac.
et leg. p. Miner]viae P. Fidelis se vivo et Nu]misius Chrestus
libertus sib. || et suis fecerunt.

n. 109.

Zell 975.

Q. Numenio Q. f. Q. n. Ouf. Calvo Latino primopilo leg.
Miner. mil. ann. XXVI vix. ann. XLII Numenia Vivania mat.
f. c. in fr. ped. XIII s. in agr. ped. XIIX.

n. 110.

„Bull. ép.“ II. p. 185.

Lugduni.

D. M. || et quieti aeternae || Sertoriae Festae Fab. Rom.
filiae || Sertori Fortunati ⁊ leg. III. Cyr. || Antonianae quae vix.
ann. XVII || d. XXII Ti. Cl. Fab. Rom. Felix ⁊ leg. I. M. ||

Antonianae coniug. sanctiss. || ponend. curavit et sub asc. dedic. ||
salvi redeatis b. || salvi eatis b. ||

n. 111.

II. 4461.

Prope Isonam (Hisp.).

L. Aemilio || L. fil. Gal. || Paterno p. p. || praef. fabr. ⊃ leg.
VII. G. || ⊃ leg. I. M. ⊃ leg. VII. Cl. || ⊃ leg. XIII. G. ⊃ coh.
V. urb. || ⊃ coh. III. Pr. CCC leg. II. Aug. || et p. p. ter donis
donato || ab imp. Traiano torquibus armillis phaleris || corona
vallari bis || in Dacia semel in Parthia || Atilia L. fil. Vera bejne
de se merito.

n. 112.

II. 2424.

Bracarae.

L. Terentio || M. f. Quir. Rufo || praef. coh. VI. Britto. || ⊃
leg. I. M. P. F. don. don. ab imp. Traiano bell. Dac. p. p. leg.
XV. Apoll. || trib. coh. II. vig. || d. d.

n. 113.

III. 1918.

Vergoratii (Dalmat.).

I. O. M. || Sulpicius Calvio c. leg. I. M. praepositus chlo.
I. Belg. hoc in || loco maiestate et numin. || eius servatus.

n. 114.

III. 1450.

In Dacia.

Sex. Pilonius || Sex. f. Ste. Modestus Benevento || > leg.
III. F. F. III. Hast. || post. ann. XXXVII ordine accepit ex
equite Romano || militavit in leg. VII. C. P. F. et VIII. Aug. ||
XI. C. P. F. I. Miner. P. F. || stipendis centurionis XVIII
h. s. e. s. t. l.

n. 115.

III. 260.

Ancyrae (Galat.).

D. M. || M. Aebutius M. f. Ulp. || Papir. Troiana Victorinus
Poetovio || stip. XIV an. LXIII mil. || leg. X. G. > leg. XI. Cl.]
[⊃] leg. XIII. G. > leg. I. Mine. || [⊃] leg. XXII. Pr. > leg.
XIII. G. || [⊃] leg. VI. Cl. > leg. XV. [Ap.].

n. 116.

III. 186.

Aradi (Syr.).

M. Septimio M. f. Fab. Magno > | leg. III. Gal. iter. et leg.

III. Scyt. et || leg. XX·V·V· iter. et leg. I. Miner. et leg. X. Fr.
II || L. Septimius Marcellus fratri optimo. ||

Μάρκιω Σεπτίμιω Μάρκου υἱῷ Φαβ. Μάγνῳ γ || λεγεῶνος
γ. Γαλατικῆς τὸ β καὶ λεγ. δ. Σκυθικῆς καὶ || λεγ. κ. Οὐαλερίας
νεικηφόρου τὸ β καὶ λεγ. ᾱ. Μινερβούλας καὶ λεγ. ι. Φρετην-
σίας τὸ β || Λούκιος Σεπτίμιος Μάρκελλος ἀδελφῷ ἀγαθῷ.

Tegulae.

n. 117.

a) Tegulae leg. I. Min.

- | | | | |
|-------|------------------|--------------------------------------|---|
| I. | Bramb. 4 A a 8 | Mus. Lugdun. (Cattvici fort. rep.) | |
| II. | " 9 | Castris Albinianis. | |
| III. | " 23 a. | Mus. Leidens. (Voorburgi fort. rep.) | |
| IV. | " 63 a. | " Wijk bij Duurstede " | |
| V. | " 128 a. | Noviomagi. | |
| VI. | " 140 a. | Prope "Calcar" aut in Hollandia. | |
| VII. | " 165 a. | " Ryndern " | |
| | B. J. 61, 72 | " | |
| VIII. | Bramb. 245 a. | Geldubae. | |
| IX. | " 436 a. | Prope Coloniam. | |
| X. | " 511 a. | Bonnae. | |
| | B. J. 57, 209 | " | |
| | " 59, 41 | " | |
| | " Wink. Progr. " | Bonn. 1888 (14, 18, 35) | " |
| XI. | B. J. 61, 72 | Cliviae. | |
| XII. | Bramb. 223 a. | " Birten " | |

b) Tegulae leg. I. Min. P. F.

- | | | | |
|------|--|----------------------------|---|
| I. | Bramb. 137 | Hollandiae loco ignoto. | |
| II. | " 223 a. | " Birten " | |
| III. | " 245 a. | Geldubae. | |
| IV. | " 511 a. | Bonnae. | |
| | B. J. 49, 181: LEG·I·P·M·F male lectum, opi- | | |
| | | nor, pro I·M·P·F | " |
| | " 59, 41 | " | " |
| | " 72, 91 | " | " |

- B. J. 80, 231 Bonnae.
 V. „ 82, 19 Coloniae.
 VI. „ 60, 81 Dormagi.
 VII. „ 61, 73 Veteribus.

c) Tegulae leg. *I. M. Anton.* [*P. F.*]

- I. Bramb. 23 a. Voorburgi an Noviomagi incertum.
 II. „ 128 a. Noviomagi.
 III. „ Winkelm. Pr.“ Bonn. 1888, 33, 34 . Castris Bonn.

d) Tegulae *variae*:

LEG · P · M ·

- I. Bramb. 4 A b. Mus. Lugdunens.
 II. „ 4C28 „ Utrecht, proche du chateau de Britten “.
 III. „ 128 Noviomagi.
 IV. „ 139 a Ex conlectione Chevalierii; Traiecti olim.
 V. „ 511, 11 δ Bonnae.

LEG · I · F · M ·

B. J. 80, 231 ”

LEG · MI

Bramb. 511, 11 ζ ”

LEG · I · F · M

I. B. J. 49, 191 ”

e) Tegulae LEGIM [*aut* LEGINP *aut* LEGIMR]?

„Mitth. d. Ges. f. vaterl. Alterth. i. Basel“

I: „D. Röm. Inschr. d. Kantons Basel v. Dr. K. L. Roth“.

f) Tegulae LEGIM

In Dacia.

„Arch. Ep. Mitth. a. Oestr.“ VI. 2.

g) Tegulae legionum *I. Min. et XXX·V·V.*

I. Bramb. 137: LEG · I · M · P · F · ET · LEG. XXX · V · V.

Hollandiae locis ignotis.

II. B. J. 89, 211: LEG. I. EXXX Bonnae.

Cognominum

legionis I. Minerviae index.

Leg. I. Minervia: n. 1, 4, 6, 8a, b, 9, 11a, b, 12a, b, 13, 16?, 17, 18, 21, 22, 23, 25, 29, 32, 33, 37, 39, 40, 45, 46, 47, 49, 51, 57, 58?, 59, 61, 62, 64, 67, 73?, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 84, 85, 87, 88, 89, 91, 93, 94, 95, 96, 98, 99, 100, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 109, 111, 113, 115, 116.

Leg. I. Minervia Pia Fidelis: n. 2, 3, 5a, 7, 10, 15, 19, 20, 31, 34, 35, 36, 38, 41, 42, 48, 53, 54, 55?, 60, 65, 66, 68?, 69, 70, 90, 97, 108, 112, 114.

Leg. I. Minervia Antoniniana: n. 63, 72, 110.

— — — Severiana: n. 52, (81).

— — — Gordiana: n. 24, 86?

Leg. I. Minervia: n. 1, 16?, 77, 87, 89, 104.

— — Minervi.: n. 16?, 79.

— — Minerve.: n. 93.

— — Minerv.: n. 6, 17, 18, 102.

— — Miner.: n. 62, 84, 103, 106, 116.

— — Mine.: n. 115.

— — Min.: n. 8a, 11b, 12?, 21, 22, 40, 67, 76, 91, 107.

— — Mi. (cf. Gord.): n. 86?

— — Me.: n. 12b.

— — M.: n. 9, 11a, 13, 28, 29, 32, 33, 37, 39, 45, 46, 47, 49, 51, 57, 58?, 59, 61, 64, 73?, 75, 78, 94, 95, 96, 98, 100, 111, 113.

Leg. I. Minerbes: n. 80.

— prima Minervia: n. 8b, 85?.

— prim. Min.: n. 26, 101.

— pr. Miner.: n. 25.

— pr. Min.: n. 23.

— p. M.: n. 99.

— Minervia: n. 88.

— Miner.: n. 109.

λεγ. $\bar{\alpha}$ Ἀθηνᾶς: n. 5b.

— — Μινερουία: n. 116.

— πρώτη Μεινέρβα: n. 92.

Leg. I. Minervia P. F.: n. 2.

— — Miner. P. F.: n. 10, 19, 20, 114.

— — Min. P. F.: n. 7.

— — M. P. F.: n. 3, 5a, 15, 31, 34, 35, 36, 38, 41,
42, 48, 53, 54, 55?, 60, 65, 66, 68?, 69, 70, 90, 112.

λεγ. $\bar{\alpha}$ Μινερβία εὐσεβῆς πιστή: n. 27.

Leg. p. Minervia P. Fidelis: n. 108.

— — M. P. F.: n. 97.

— I. F. M. P. F. D.: n. 50.

— — M. Antoniana: n. 110.

— — — Anton.: n. 72.

— — — P. Ant.: n. 63.

— — — Severi.: n. 52.

— pr. Sever.: n. 81.

— I. Min. Gordiana: n. 24, (86?).

— p. M. F.: n. 56?

— I. M i . . . f: n. 14.

— — ? : n. 71, 74.

— — PRIMINI (?): n. 30.

? ? Minervia: n. 105.

TITULI
legionis XXX. Ulpiae.

A. *Tituli legatorum.*

n. 118.

VI. 1333.

Romae.

L. Aemilio L. f. Cam. Karo co[s]. || leg. Aug. pr. pr. provinciae Cappadociae || leg. Aug. pr. pr. censitori provinciae Lugdunensis || leg. Aug. pr. pr. provinciae Arabiae || curatorii viae Flaminiae leg. leg. XXX · V · V · || praet. trib. pleb. quaest. Aug. || trib. militum leg. VIII. Aug. || trib. militum leg. VIII. Hispanae || Xviro stlitib. iudic. || sodali Flaviali XVviro s. f. || C. Iulius Erucianus Crispus praef. || alae primae Ulpiae Dacorum || amico optimo.

n. 119.

III. 2732.

In Dalmatia.

. || leg. A[ug]. pr. pr. || provinc. Syriae || leg. Aug. pr. pr. || provinc. Brittaniae || leg. Aug. pr. pr. provinciae German. || Inferioris praef. || aerari Saturni || leg. leg. XXX. Ulpiae || praetor. tribuno || plebis quaestori || Aug. [tribuno] latii clavio leg. X. Freten[sis] triumviro || a. a. a. f. f. || Aequenses || municipes.

n. 120.

Bramb. 151.

In pago „Birten“.

In h. d. d. pro || salute imp. Severi || Alexandri Aug. de[o] || Apollini dys. pro. Lu. S[ol]iq. de. milites leg. XXX · V · V · P · F · sub cura || agent. T. f. Apri. Com[mod]iani leg. Aug. p. p. et || Cannuti Modesti leg. || leg. Sept. Mucatra || imag. et Sept. Callus || et Sept. Mucatra et || Sept. Deospor. et Sept. || Sammus et Sept. Mucatra || candidati v. s. l. m. || Maximo T et Aeliano || cos.

n. 121.

Henzen 6048.

Tarquiniis.

Q. Petronio Meliori viro || cos. cur. r. p. Tarquiniens. || et Graviscanor. praefec^{to} frum. dandi legat. leg. || XXX. Ulpiae curat. Purgens. || et Ceretanor. leg. leg. || VIII. Aug. praet. trib. pleb. || kandid. quaest. prov. Nar^{bon}. quaest. sodali Aug. || Claudiali sexvir. turm. || pr. trib. laticl. leg. pr. Min. || Xviro stlitib. iudicand. || ordo et cives Tarqui^{niensium} patrono op^o timo quod rem p. fove^{rit} et thermas restit^{uerit}.

B. *Tituli tribunorum.*

n. 122.

V. 865.

Aquileiae.

[T.] Caese^{rnio} Statio | Quincti^o Macedoni || Quinctia-
[no c. u. cos.] || sodali Aug. [curatori] || viae Appiae p[raef. alim.] || legato legio[nis . . .] || Piae Fidelis co[m]iti imp.] || per orientem [praet. cand.] || inter cives et p[eregr. trib.] || plebis candida[to dilect. per] || Africam Maur[etania]sq. q. || candidato t[ri]bu[m] mil.] || [l]egionis tr[icesimae] Ulp.] || [Vi]ctricis t[ri]umviro] || [au]ro argen[to aere f. f.] || [pat]rono co[llegi] fabr.] || . . . d. [eor . . .] || . . . Servi[lius] || . . . amic[o . . .].

n. 123 a.

III. 5211.

Celeiae.

T. Vario T. fil. || Clementi Cl. Cel. || proc. Aug. provin-
ciar. || Raetiae Mauretan. || Caesarensis || Lusitaniae Ciliciae || praef. al. Britannicae miliar. || praef. auxiliariorum tempore || ex-
peditionis in Tingitaniam || missorum || praef. eq. al. II. Pan-
noniorum || trib. leg. XXX. Ulp. praef. coh. II. || Gallorum Macedon. || Valer. Urbanus || Licin. Secundinus || decuriones || alar. provinc. Mauretan. || Caesarensis.

n. 123 b.

III. 5212.

Celeiae.

T. Vario Clementi proc. || provinciarum Belgicae || Ger-
maniae Superioris Germaniae || Inferioris Raetiae Mauretaniae
Caesarens. || Lusitaniae Ciliciae praef. eq. al. Britannic. miliar. ||

praef. auxiliorum in Mauretanium Tingitanam ex || Hispania
missorum praef. eq. al. II. Pannonior. trib. mil. || leg. XXX · V · V ·
praef. coh. II. Gallorum Macedoniae || cives Romani ex Italia
et aliis provinciis || in Raetia consistentes.

n. 123 c.

III. 5214.

Celeiae.

[T. Vario Clementi || proc. Aug. prov. B]el[gicae German. ||
utriusq. praef. alae Britannicae] miliar. [praef. || alae II. Pann.
praef. auxiliario]rum ex Hispa[nia] || missorum Mo[. . . in
Maur. T]ingitan. trib. [mil.] || leg. XXX · V · V · pr[ae]f. coh.
II. Gallorum [Maced.] || tribun[i et conductores] public[o-
rum?] || in R[ae]tia consistentes?].

n. 123 d.

III. 5215.

Celeiae.

T. Vario Clementi || ab epistulis Augustor. || proc. pro-
vinciar. || Belgicae et utriusq. Germ. || Raetiae Mauret. Cae-
sarens. || Lusitaniae Ciliciae || praef. equit. al. Britannicae
miliar. || praef. auxiliorum in Mauret. Tingitan. || ex Hispania
missorum praef. equit. al. II. || Pannoniorum trib. leg. XXX · V · V ·
praef. || praef. coh. II. Gallorum Macedoniae || civitas Trevero-
rum || praesidi optimo.

n. 124.

Boiss. p. 334.

Lugduni.

T. Marius Martialis trib. || leg. XXX · V · V · Mariae Nicen ||
libertae et coniugi carissimae faciendum curavit.

n. 125.

Murator. 1122, 4.

Callii.

C. Saguro || C. f. Clu. Prisco || pr. design. trib. plb. || quae-
stori urban. || praef. equit. alae || prim. Flaviae ci]vium R. trib.
legio]nis XXX. Ulpiae Vic]tricis praef. coh. || III. Lingon. equi-
ta]tae praef. fabr. || IIIvir. quinq. || pontific. patron. || municipi].
decuriones et || plebs urbana.

n. 126.

„Bull. d. corr.“ IX. p. 341.

In Caria.

Ἀυτοκράτο[ρα Καίσα] || ρα Θεοῦ Τρα[ϊανῶ Παρ]||θικῶ
 υἱὸν [Θεοῦ Νερού]||α υἱωνὸν Τ[ραϊανὸν Ἀ]||δριανὸν [Σεβαστὸν
 ἀρ]||χιερέα μέ[γιστον δη]||μαρχικῆς [ἐξουσίας] τὸ γ' ὑπατο[ν
 τὸ γ'] || Τίτος Στατί[λιος] || υἱὸς Πολλί[α] ||
 νος ἑπαρχ[ος λεγεῶνος] || λ' Οὐλπί[α]||ς

n. 127.

Orell. 3100.

Arretii.

L. Petronio L. f. || Sab. Tauro Volu[s]iano v. cos. || ordi-
 nario praef. prae. || em. v. praef. vigul. p. v. trib. || coh. primai
 praet. protect. Augg. n. n. item trib. coh. III. prae. || trib.
 coh. XI. urb. trib. coh. III. vig. leg. X. || et XIII. Gem. prov.
 Pannoniae Superiori || itim (!) leg. Daciae praeposito equitum
 sin[gu]larior. Augg. n. n. p. p. leg. XXX. Ul[p]iae centurioni
 deputato eq. pub. || ex v. dec. Laur. Lavin. || ordo Arretinorum
 patrono || optimo.

C. *Tituli Rhenani.*

I. Militum.

n. 128.

Bramb. 106.

„Holdoorn“.

. . vo . sac || . . ammi || . cund || [mi]l. leg.
 XXX · [V · V ·] || v. s. l. m. || Cerano . . .

n. 129.

Bramb. 220.

Veteribus.

M. Antist. Placidin. || M. Ulp. Aspadius I . . || . . . L. Victor
 missi || hon. missione ex || [s]igniff. leg. XXX · D. D. || [F]austino
 et Rufino || co[s.]

n. 130.

Bramb. 433.

Prope Coloniam.

C. Iulio Firmino || victimario || mil. leg. XXX · V · V · || Agrip.
 stip. XXVIII || et || M. Aurelio || Antiocho. mil. || leg. XXX · V · V ·
 h. f. c.

n. 131.

Bramb. 649. Ad ripam septentr. fluvii „Vinxtbach“.

Finibus et || Genio loci || et I. O. M. milit. || leg. XXX · V · V · ||
M. Massiaeni[us] Secundus || et L. Aurelius || Dosso || v. s. l. m.

n. 132.

Bramb. 646. Rigomagi.

I. O. M. || et Genio loc[i] || Marti Herc[u]l[i] || Mercurio
Am[bi]o Marcis mi[lites] leg. XXX · V · V · || M. Ulp. Panno ||
T. Mans. Marcus || M. Ulp. Lellavv[o] || T. Aur. Lavinus ||
v. s. l. m.

n. 133.

Bramb. 101. „Geldern; in het Neder-Rijksche Walt“.

I. O. M. || et Genio || loci || C. Candidinius || Sanctus sign. ||
leg. XXX · V · V · || pro se et suis || l. m. || Aterno et At-
tico co[s].

n. 134.

Bramb. 211. „Birten“.

(viri imago truncata)

(ursus)

Deo Silvano || Cessorinius || Ammausius || ursarius leg. ||
XXX · V · V · S · A · v. s. l. m.

n. 135.

B. J. 67, 47. cf. n. 40.

n. 136.

„Westd. Zeitschr. Corr.“ V. 12 = B. J. 80, 234. „Merten“.

Nymphis sacrum || T. Flavius Severinus signi[fer] leg.
XXX · V · V · pro se || et suis v. s. l. l. m.

n. 137.

Bramb. 512. „Dottendorf“ prope Bonnam.

I. O. M. [et] || Genio lo[ci] || C. Iucund . . . || Similis m[il]. ||
leg. XXX · [V · V ·] || b. f. cos. [l. m.] || Mamertino et Rufo || [cos].

n. 138.

B. J. 53, 238.

Originis incertae. (Ex Turcii
historia duc. Iul. Cliv. Mont.)

Marti sacrum C. Iul. || Annalis c. a. leg. XXX · V · V · || P. F.
in honorem civium || d. d. l. m.

cf. Bramb. inscr. spur. n. 19.

n. 139.

Bramb. 202.

In pago „Berthen“.

I. O. M. || Martius Victor || sig. leg. XXX · V · V · || Se-
verianae Alexandri || P. F. v. s. l. m. || Agricola et Cle[m]en-
tiano cos.

n. 140.

Bramb. 149.

„Birten“ (?).

Matribus || Treveris || T. Paternius || Perpetuus || cornicular. ||
leg. leg. || XXX · V · V · l. m.

n. 141.

Bramb. 145.

„In Veterum ruderibus“.

I. O. M. Iunoni Regine || Minervae T. Quartini[us Satur-
nalis signi]fer leg. XXX · V · V · pro se || et suis v. s. l. m. || [i]mp.
d. n. Gordiano et Aviola cos. Kal. Iul.

n. 142.

Bramb. 146.

In pago „Birten“.

I. O. M. Conser[vatori Terti]nius Vitalis || mil. leg.
XXX · V · V · S · A · || I^{IB} praef. pro se || et suis v. s. l. m. ||
VI. Kal. Maias || Lupo et Maximo cos.

n. 143.

Bramb. 201.

„An der Beeck“ prope „Xanten“.

Matribus || Brittis || L. Valerius || Simplex || mil. leg.
XXX · || V · V · || v. s. l. m.

n. 144.

B. J. 84, 257.

„Monterberg“ prope „Calcar“.

Q. Vetinio || mil. leg. [XXX.]* || erede || cur.

* supplevit Jos. Klein.

n. 145.

Bramb. 219.

Sanctis?

Matribus || Annaneptis || Q. Vettius Quintus || opt. leg.
XXX · V · V · P · F · S · A · || v. s. l. m. Maximo et || Pa-
terno coss.

n. 146.

B. J. 61, 64. „Rindern“.

[Vagda]ver C[us]ti || [sacr]um || us Iustus || [mil. leg.]
XXX · V · V · || [pro se] et suis || v. s. l. m.

n. 147.

Bramb. 217. Sanctis?

D[ae] M[i]||[ne]rva[e] [l.] O|| . . . iu[s] mil||[es] leg. XXX · V · V · ||
. . . pro se || [et suis] v. s. l. m.

n. 148.

Bramb. 1078. „Magontiaci; in fossa propugnaculi S. Albani.“

. . . . II. P. F. || vodal || aquilif. || lp.
Vict. || eg. XIII. Ge|| . . leg. XIII. Gem. || [leg. XX]II.
Prim. P. F. || . . q. stip. XLV || an. LXX.

n. 149.

Bramb. 208. Veteribus(?)

M. Brittis Max . . . || acis L. Anda || m. l.
XXX · V · V · . . . || . . n . prl ||

II. Veteranorum.

n. 150.

Bramb. 235. Asciburgi.

D. M. s. || M. Caesio L. f. || Mutilo || veter. leg. XXX · V · V · ||
M. T. Caesi M. f. || Kaesones haered. || ex testamento fec. || adiect.
H. S. IX ∞.

n. 151.

Bramb. 166. Prope „Qualburg“.

. || Quadru[biis] || et Geni[o] lo[ci] || . . Flaviu[s] .
[f.] || Severu[s] || vet. leg. X[XX] · V · V · templum || cum
arbor[ibus] || constituit || v. s. l. m.

n. 152.

Bramb. 294. Duesseldorpi.

D. M. || P. Gratini || Primi vet[e]r. || leg. XXX · V · V · ||
h. f. c.

n. 153.

Bramb. 190.

Prope „Calcar“.

D. M. || Iul[i]us Hiliario || [v]eteranus ex || leg[i]one XXX · V · V · ||
frater f.

n. 154.

B. J. 55, 237.

Prope vicum „Pont (Geldern)“.

D. [M.] || Primini[o] || Tullio ve[ter]. || leg. XXX · V · V · ||
Ulp. Casua || co[n]iugi pi[en] || tissimo || [et sibi v]iva[e f. c.]

n. 155.

Bramb. 373.

Coloniae.

D. M. || C. Severinio Viteali veterano || honeste missionis
ex b. f. cos. || leg. XXX · V · V · Severinia Severina || filia patri
karissimo adseren[te] Vitalinio Hilarione liberto || faciundum
curavit.

n. 156.

Bramb. 215.

Sanctis.

Fortunae || sacrum || C. Sextilius || Lepidus vet. || leg.
XXX · V · V · || pro se et suis || v. s. l. l. m.

III. Centurionum.

n. 157.

Bramb. 124.

E conlectione Guyotiana.

Alb[in]||us V[ita]||lis ∟[leg.] || XXX · V · [V·].

n. 158.

B. J. 57, 81.

Coloniae.

T. Fl. Supero ∅ leg. XXX. || T. Fl. Constans ∅ protec. ||
fratri f. c.

n. 159.

Bramb. 321.

Coloniae.

Matribus Paternis Hannanef. || T. Fl. Victorinus || ∩ leg.
XXX · V · V · v. s.

n. 160.

Bramb. 335.

Coloniae.

Mercurio || T. Flavius || V[i]ctori||nus ∩ leg. || XXX · V · V · || v. s.

n. 161.

Bramb. 627.

„Erkelenz“.

I. O. M. || C. Iul. Fab. Procu[l]us || c. leg. XXX · V · [V.]
v. s. l. m.

n. 162.

„Westd. Zeitschr. Corr.“ 1891, p. 112. Coloniae.

Pro salute [i]mp. n. || I. O. M. || ceterisque diis || et Genio
loci || M. Verecundini[us] Simplex > leg. || XXX. Ulp. curam ||
agens strato[r]um et peditum || singularium cos. || v. s. l. l. || Ma-
crino et Celso || cos.

n. 163.

Bramb. 156.

Prope Cliviam.

. . . Vital || . . . per . . . || . [m]il. leg. || .
Iul. . . . Vere[cundus].

Lersch. „Centralmus.“ II. 56 supplevit: Vital[ini]o [Lu]per[co]
m]il. leg. [XXX · V · V.] [M.] Ul[pius] Vere[cundus].

n. 164.

Bramb. 204.

„In ripa Veterensi“.

I. O. M. D. || || || leg. XXX · V · V ·
. || || .

D. *Tituli alibi exstantes.*

I. *Militum.*

n. 165.

VI. 2409. cf. tit. n. 76.

n. 166.

VI. 3334. cf. tit. n. 78.

n. 167.

VI. 3360.

Romae.

D. M. || M. Aemilio M. f. || Cl. Nigrino Ara || mil. fru. leg.
XXX · V · V · || h. f. c.

n. 168.

VI. 3361.

Romae.

D. M. || M. Cuspio || Quietto frum. || leg. XXX · V · V · || Q.
Flaccinius || Verus frum. || leg. eiusdem || h. f. c.

n. 169.

VI. 3362.

Romae.

D. M. || T. Fl. Iucundo || fr. leg. XXX. Ulp. || Flavi Fruct[us] et Victoro || [f]r. leg. eiusdem || hered. f. c.

n. 170.

X. 6095.

Formiis.

D. M. || Victori Iuli || *mil. frum. || Marciani servo || *leg. XXX. Ulp. || benemerenti || vixit annis XV.

*Versus 3 et 5 interscripti sunt.

n. 171.

V. 3105.

Montegaldae.

Nemesi sacr. || A. Considius || M. f. Q. n. Capi[us]to mil. l. XXX. || Ulp. Vic. v. s.

n. 172.

Boiss. p. 335, 32.

Lugduni.

D. M. || Aemili Venusti mil. || leg. XXX · V · P · F · interfe[cti] Aemili Gaius et || Venusta fil. et Aemi[li]a Afrodisia li[ber]ta mater eor[um] infelicissim[a] || ponendum curave. || et sibi vivi fecer. et sub || ascia dedi[ca]ver. adi[ut]us liber exceptus est || librarius eiusdem leg.

n. 173.

Boiss. p. 340, 39.

Lugduni.

. o Liberal[i] || [mil. (vel „vet.“) leg. X]XX · V · V · Li . . . || . . . stip. XXV . . [vixit annis] || XLIII m[ensibus] . . . [diebus] || VIII avi . .

n. 174.

Eph. ep. IV. 368, 206.

Titulus ineditus Lugdunensis.

T. Fl. Ulfus sig. leg. XXX · V · V ·

n. 175.

Boiss. p. 334 == Henzen 6816.

Lugduni.

[D. M.] || et memoriae aete[r]nae Celerini Fide[li]s || civis Batavi mil. l. || XXX. exacti proc. p. L[ug]. || [qui] vixit ann. XXXXI [mo]riens reliquit super[st]ites liberos tres Cele[r]inius Augend[us] || vir a mill. fratri [ca]rissimo et Matur[ini] pia

coniugi ca[r]rissimo facien[dum] curarunt || et sub ascia dedi-
cave[runt].

n. 176.

XII. 683.

Arelate.

D. M. || Iustinae Lu[pule] Fannius || Paternus mi[les] leg.
XXX · V · V [>]* || coniugi inco[m]parabili posu[it] fe. li

*cf. supra p. 43.

n. 177.

III. 6764.

Ancyrae (Galat.).

. || Sanctinius || Severus || signif[er] || [le]g. XXX. ||
VVSAC * || ROSOMIT †.

*, S[everianae] Al[exandrianae]“ proposuit Domaszewskius.
† „posuit“ fortasse.

II. Veteranorum.

n. 178.

V. 2391.

Vigoentiae prope Ferraram.

[L.] Lepidius Iustus || ve[t]. le[g]. XXX. || Ulpia[e] Vic-
trici[s] || Sempronius Redem[p]tus || [fili]us et Numil[i]a || Mar-
cel[li]a || coniunx [f.] c.

n. 179.

V. 5010.

„In castro Stenico“ prope Tridentum.

. || M. Ulp[ia] || Bellicus || vet. leg. || XXX · V · V ·
sibi || et suis.

n. 180.

III. 2064.

Salonis.

M. Veratio || Severino || defunct. an. V. || M. Veratius || Se-
verus vet. leg. || XXX. Ulp. Vic. et || Licinia vivi || posuerunt ||
fil. suo et sibi.

n. 181.

Murator. 1088, 5.

Cabilloni.

D. M. || et aeternae memoriae Iustin[i] Mercatoris civis
Treveri || veterani leg. XXX · V · V · V* et || Natiniae Valen-
tinae civi || Agrippinensi coniugi eius || Mercator et Mercurial.
fil. || vivo patri ponendum cur.

*suspectum.

n. 182.

„Bull. ép.“ IL 186.

Lugduni.

D. M. ¶ et memoria aeternae ¶ Quintini Primani ¶ civis Treveri vet. ex ¶ leg. XXX · V · V. Alexandrian. ¶ Valeria Vera coniugi ¶ karissimo p. c. et ¶ sub ascia dedicavit ¶ et sibi viva ponend. curavit.

n. 183.

Boiss. p. 338 sq.

Lugduni.

D. M. ¶ et quieti aeternae M. Aulini Antonini vet. leg. XXX. Ulp. Vic. et Titiae ¶ Privatae coniugi eius ¶ vivi sibi et posterisque ¶ suis ponendum curaver. ¶ et sub ascia dedicaver.

n. 184.

Boiss. p. 338.

Lugduni.

D. M. ¶ et memoriae ¶ aeternae C. Anni ¶ Flaviani vet. ex leg. XXX. ¶ Anninus Resp[ectus] et ¶ Iulia Restituta filius ¶ et coniunx quae v . . .

n. 185.

Boiss. p. 337.

Lugduni.

. . . et memoriae ¶ aeternae ¶ Rusticini ¶ Erenni vet. leg. XXX. Vic. qui ¶ vixit anni LXXXX ¶ patri pientissi. ¶ Rusticinius ponend[um] curavit et ¶ Estivia Ursa conjux qu[ae] cum eo ¶ vixit annis XXXXII sine ulla macula et ¶ sub ascia dedicaverunt.

n. 186.

Boissieu. p. 340.

Lugduni.

D. M. ¶ et memoriae ¶ aeternae ¶ Satriae Ursae ¶ femine dulcissime Verecundin. Senilis ¶ vet. leg. XXX · V · V. ¶ coniug. et sibi ¶ vivus ponend[um] curavit ¶ et sub ascia dedi[cavit].

n. 187.

Boiss. p. 340.

Lugduni.

D. M. ¶ L. Metti Firmi ¶ emer. leg. ¶ XXX · V · V. ¶ L. Mettius ¶ Hilarus frat. ¶ carissimo.

n. 188.

Renier „Compt. rend.“ 1865, p. 112. Lugduni.

D. M. et || memoriae aeternae || M. Verini Ursionis vet. ||
miss. honesta missio||ne ex leg. XXX · V · V · || Verinia Marina
do||mino patrono et con||iugi karissimo sibique || viva fecit et
Verini || Ursa Aeternus Mari||nus Victor fili patri || pientissimo
ponend. || curaverunt et sub || ascia dedicaverunt.

III. Centurionum.

n. 189.

„Bulletino“ 1845, p. 132 = Eph. ep. I. p. 85, 25. Fabriani.

C. Caesius C. f. Ouf. Silvester benef. pr. pr. evoc. Aug.
leg. II. Aug. leg. III. F. F. leg. III. Gall. leg. VI. Ferr. leg.
XXX · V · V · p. p. praef. castrorum leg. III. F. F. [do]nis do-
natus bello Dacico bis [tor]quibus armillis phale[ris] [pon]tifex
curator [viarum] Umbriae et Piceni datus [ab imp. An]tonino
Aug. pio p. p. patronus municipi.

n. 190.

Eph. ep. V. p. 367, 625. Siccae (el-Kef.).

Q. Iulio C. f. Quir. || Aqu[i]||ae || equo publico || adlecto in
quinq. || decurias √ leg. I. Adiu||tricis √ leg. XXX. Ulp||ae
Victricis √ leg. X. || Fretensis || Iulius Fidus Aquila || fratri
optimo decreto || ordinis posuit p. p. || remissa.

n. 191.

VIII. 2354. Thamugadi.

Victoriae || Parthicae || Aug. sacr. || ex testamento || M.
Anni M. f. Quir. || Martialis mil. || leg. III. Aug. duplic. || alae
Pann. dec. alae || eiusdem √ leg. III. Aug. || et XXX. Ulpiae
Victric. || missi honesta || missione ab imp. || Traiano optimo ||
Aug. Ger. Dac. Parth. || sing. H. S. VIII XX. p. R. min. || Annii
M. lib. Protus || Hilarus Eros || adiectis a se H. S. III || ponend.
curaver. || idemq. dedicaver. || d. d.

n. 192.

VIII. 217. cf. n. 107.

n. 193.

„Bull. ép.“ II. p. 185.

Lugduni.

D. M. || et memoriae || aeternae || L. Septimi L. f. n. || Pan-
nonius d. Ulp. || Papir. Petavione || Marcellinus ☉ leg. I. || Ad-
iutricis item || leg. XIII. Gemine item || leg. XXX · V · V · S · A ·
Aelia || Clementina coniux || et Sept. Marcellus et Sept. Mar-
cellianus || et Sept[i]mia Marcella || fil. et h. f. c. et sub ascia ||
dedicaverunt.

n. 194.

V. 7009.

Taurinis.

. . . imaeini || . . . anno non[o] || cum
permisit [domini nostri] sic me semper [dilexerunt] || et mihi
vitem deder[unt in] || Ulpia legione missus [mox vi]tam probus
piusq. vixi . . . || qui gaudebant ordinat[i]one mea || hi mei miseri
parente[s] || quot Tiburtius fuerit.

n. 195.

XIV. 4178 b.

Civit. Lavin.

Fragmentum magnae tabulae marmoreae.

. || . . . rimig. Germ . . . || . . . F. item
Germ . . . || XXX · V · V · qua || patrono et Clu ||
iuvenum Lanivin . . . || ob merita eius . . .

n. 196.

VII. 1335, 3.

Camuloduni.

„Extrinsecus in margine superiore, quem tegebat operculum
vasculi ex terra rubra factum; ornatum est anaglyphis vena-
tionum et muneris gladiatorii, supra quae inscriptio exstat lit-
teris optimis haec“:

<i>Secundus Mario</i>	<i>Memnon Sac VIII</i>	<i>Valentinu</i>	<i>Legionis XXX</i>
(venator) (venator)	(secutor)	(retiarus)	(cervi duo)
(ursus)	(victor)	(victus digitum tollens)	(lepus) (canis)

n. 197.

V. 6890.

In summo monte S. Bernardo.

[le]g. XXX · V · [V.]

Tabella argentea.

. . . . M

Tegulae.

n. 198.

a) Tegulae leg. XXX.

- I. Bramb. 4 A c 1, 2 . . . Cattvici creduntur rep.
 II. " 4 B VIII Veteribus.
 III. " 23 e 1, 2 Fori Hadriani.
 IV. " 60 e 1, 2 Traiecti.
 V. " 63 a „De Meeren“.
 VI. " 128 i 3, *σάβγ* Prope Noviomagum.
 VII. " 139 e 1 Ex conlectione Chevalierii.
 VIII. " 227, 1, 2 „Alpen“.

b) Tegulae leg. XXX. V. V.

- I. Bramb. 23 e 3 Fori Hadriani.
 II. " 128 i 1, 2, 4, 5, 6, 7, 9, 10 . . Prope Novio-
 [magum.
 III. " 137, 1 . Ex conlectione Papenbroeckiana.
 IV. " 139 e 2, 3, 4, 5 . . Ex conlectione Cheva-
 [lierii.
 V. " 140 e . „Holdoorn“ prope Noviomagum.
 VI. " 185 b, c „Calcar“.
 VII. " 193 „Louisendorf (Geldern)“.
 VIII. " 223 i 1, 2, 3 *βγδελζ* Veteribus.
 IX. " 629 b 1 Aquisgrani.
 X. " 436 e 1, 2, 3 Coloniae.
 XI. " 1501 (valde incertum) In Nassovia.
 XII. B. J. 73, 110; cf. 87, 212 Coloniae.
 XIII. " " " 154 Aquisgrani.
 XIV. " " " 209 Coloniae.
 XV. " " 86, 288 "
 XVI. „Westd. Zeitschr. Corr.“ II. 54 Aquisgrani.
 XVII. „Westd. Zeitschr.“ VII. p. 306 . . „Süd-Holland,
 [Woerden“.

XVIII. III. 4663 Carnunti. Vindobonae.

XIX. „Arch. Ep. Mitt. a. Oest.“ III. 147 . . Brigetione.

c) Tegulae leg. XXX. *Anton.*

Bramb. 128 i 11, 12 Prope Noviomagum.

d) Tegulae leg. XXX. . . . (fractae).

I. Bramb. 1 „Egmond“?

II. „ 63a „Wijk bij Duurstede“.

III. „ 144 d Cliviae.

IV. „ 223 i 3a Veteribus.

V. „ 240 a „Crefeld“.

VI. B. J. 81, 208 Divitiis.

VII. „ „ 89, 211 Bonnae.

VIII. „ „ 21, 39 Trepitiae.

Roth in „Mitth. d. Gesellsch. f. vaterl. Alterth.

in Basel* I. p. 17 „Augst.“
n. 198.e) Tegulae *variae.*I. Bramb. 225: leg. XXX. (num accurate descriptum sit
dubium) „Grünthal“.

II. Bramb. 4 A c 3: leg. XXX. C. C. P. F. . . Cattvici.

III. „ 436, 9, 2: C. G. P. F. || M. XXX . . Coloniae.

Cognominum

legionis XXX. Ulpiae index.

Leg. XXX.: n. 76, 129, 135, 144?, 158, 175, 184, 196.

— — Ulpia: n. 119, 121, 123a, 127, 162, 169, 170,
176, 192.*λεγ. λ. Οὐλπία*: n. 126.Leg. XXX. *Victrix*: n. 185.— — Ulpia *Victrix*: n. 78, 118, 122, 123b, c, d,
124, 125, 128?, 130, 131, 132, 133, 136, 137?, 140, 141, 143,
146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157,
159, 160, 161, 164, 167, 168, 171, 173, 174, 178, 179, 180,
183, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 195, 197.Leg. XXX. Ulpia *Victrix Pia Fidelis*: n. 120, 138, 139,
145, 172, 176?

- Leg. XXX. Alexandriana: n. 182.
 — — Ulpia Victrix Severiana Alexandriana: n. 134,
 139, 142, 145, 193.
 Leg. XXX. Ulpia Victrix Valeria (?): n. 181.
-
- Leg. XXX.: n. 76, 129, 135, 144?, 158, 175, 184, 196.
 — — Ulp.: n. 123 a, 162, 169, 170, 192.
 — — Ulpia: n. 119, 121, 127.
λεγ. λ'. Οὐλίπια: n. 126.
 Leg. XXX. Vic.: n. 185.
 Ulpia legio: n. 194.
 Leg. XXX · V · V.: n. 78, 118, 123 b, c, d, 124, 128?,
 130, 131, 132, 133, 136, 137?, 140, 141, 143, 146, 147, 149,
 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 159, 160, 161, 164,
 167, 168, 173, 174, 179, 186, 187, 188, 189, 195, 197.
 Leg. XXX. Ulp. Vic.: n. 171, 180, 183.
 — — Ulpia Victrix: n. 125, 148, 178, 190, 191.
 — tricesima Ulpia Victrix: n. 122.
 — XXX · V · P · F.: n. 172.
 — — — V. P. F.: n. 120, 138.
 — — — — P [P. F.; F?]: n. 176.
 — — — — P. F. S. A.: n. 145.
 — — — — S. A.: n. 134, 142, 193.
 — — — — Severiana Alexandri P. F.: n. 139.
 — — — — SAC = S[ever]. Al[ex]: n. 177.
 — — — — V (?): n. 181.

Addendum.

Ad p. 38 adn. 1: Accedunt tegulae duae legionis XXX., Vindobonae in solo aquaeductus repertae; cf. Fuhrmann „Historische Beschreibung der Stadt Wien“ I. p. 104 sq., „Allg. Kirchen- und Weltgeschichte von Oesterreich“ I. p. 716. Nuperrime Kubitschek in „Xenia Austriaca“ Vindob. 1893 I. p. 29 haec protulit: „Von anderen Truppenkörpern ausser diesen

3 Legionen (XIII, XIV, X) haben nur noch die legio XXX Ulpia victrix, die sich irgendwann durch kurze Zeit am Garnisondienst in Brigetio, Carnuntum und Vindobona beteiligt haben muss durch Ziegelstempel eine Erinnerung zurückgelassen“. Sed paulo accuratius illud „irgendwann durch kurze Zeit“ potuit circumscribi. Constat enim inter annos 106 et 120 in Pannonia tetendisse legionem XXX. Ulpia, cf. supra p. 51 sqq.

Tabula argümenti.

	pagina
Caput I. De origine et nominibus legionis I. Minerviae . . .	4— 30
§ 1. De origine legionis	4— 25
§ 2. De nominibus legionis	26— 27
§ 3. De origine militum legionis	27— 30
Caput II. De origine et nominibus legionis XXX. Ulpiae . . .	31— 46
§ 1. De origine legionis	31— 40
§ 2. De nominibus legionis	40— 44
§ 3. De origine militum legionis	44— 46
Caput III. De legionibus I. Minervia et XXX. Ulpia inde a primordiis usque ad annum 874/120	46— 53
§ 1. De legione I. Minervia	46— 50
§ 2. De legione XXX. Ulpia	50— 53
Caput IV. De legionibus I. Minervia et XXX. Ulpia in Germ. Inferiore inde ab a. 874/120	53— 74
§ 1. De castris et stationibus legionum	53— 58
A. Legionis I. Minerviae	53— 56
B. Legionis XXX. Ulpiae	56— 58
§ 2. De historia legionum I. Minervia et XXX. Ulpia . . .	58— 74
Caput V. Index militum legionis I. Minerviae	75— 81
Caput VI. Index militum legionis XXX. Ulpiae	81— 84

Tituli	
legionum I. Minerviae et XXX. Ulpiae. Accedunt indices cognominum	85— 127

DE NOTIONUM
ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ ET ΣΟΦΙΣΤΗΣ
USU RHETORICO

SCRIPSIT

CAROLUS BRANDSTAETTER.

—

Quicumque ad legendos seu tractandos rhetorum veterum libros adverterit animum, non mediocriter, puto, desiderabit subsidia lexicæ technologiæ. Quod cum pace velim dictum Ernestii, cuius manes succensere mihi non spero, utpote qui ipse libere profiteatur in fine præfationis lexicæ techn. Gr. rhet. p. XXIII: 'Quos mihi libelli iudices fingo et opto, scient, quantas hoc genus literarum difficultates habeat; intelligent, cum talis libelli summa perfectio ab infinito propemodum lectionis observationisque labore pendeat, quam humanum sit, quaedam non observare, omnia legere non posse'. Post hoc biennium centesimum vitæ explebit Ernestii liber annum — progeniem adhuc non habet. Verum tamen viam ipse vir doctus digito monstrat, qua locupletiores et erroribus liberiores thesaurum parare possimus, videlicet 'diligentius legendo, observando diligentius'. Hoc igitur in votis, ut plures, quam adhuc ausi sunt, aggrediantur rhetoricorum scriptorum reliquias iisque, quæ alii præstiterunt, subsidiis instructi peculiarem singulis terminis arte et via tractandis operam navent.

Ipse igitur pro mea parte conatus sum satisfacere his votis, cum pauca quaedam artis vocabula suscepi persequenda per totum rhetoricæ ambitum — id enim primarium est, si modo fructuosum studium esse nostrum cupimus; nisi enim totum tenemus, non licet recte iudicare de partibus. At si paucae sunt, quas illustrabimus voces, eo maioris mihi visae sunt momenti, notiones dico πολιτικός, σοφιστής, σοφιστικός.

CAPUT I.

De notione vocis πολιτικός.

Scripsit de notione vocis πολιτικός primus, quantum inveni, Cresollius e societate Iesu Armoricus in theatri rhet. l. Ic. 3 (a. 1620), ita tamen, ut paucis pagellis 'quis esset πολιτικός quidque πολιτικός a sophista et praestantissimo dicendi artifice dissentiret' non tam diligenter tractaret, sed potius neque auctoribus neque temporibus disiunctis leviter tangeret.

Post eum aliquid suppeditant Langbaenius (a. 1638) et Tan. Faber (a. 1663) in adnotationibus ad Ps. Longini περί ἔψους libri c. I factis, quorum utriusque verba in eiusdem libelli editione iteravit paucis de suo additis Iac. Tullius (a. 1694); Fabri adnotationem repetiit etiam Schaefer in apparatu Dionysii Hal. de comp. v. libro adiecto p. 6 (a. 1808). Quae Morus textui Ps. Long. c. XXXIV subiecit (a. 1769), paulo remotiora sunt a nostro instituto.

Tum aliquanto subtilius, sed ne is quidem ad rei integram cognitionem satis accommodate, de voce πολιτικός disseruit Io. Christ. Ernesti in lex. techn. Gr. rhet. p. 278 sqq., qui 'ut aliis locis congerendis supersedere possit,' nescio quomodo nos ablegat ad Cresollii inopias potius quam copias. Ernestii verba maximam partem nunc transierunt in Stephani thesaurum s. v. Pauci alii suo loco nobis erunt commemorandi.

Ex viris doctis recentioris aetatis nemo, quod sciam, hac de re subtilius inquisivit, nisi quod H. Baumgart (Ael. Ari-

stides als Repr. d. soph. Rhet. des II. Jahrh. d. Kaiserz. 1874), Ric. Volkmannus (Die Rhet. der Griechen u. Römer² 1885; et in Hdb. d. Altert.-wissensch. Iw. Mülleri¹ II 455 sqq.¹)), Blassius (Die att. Beredsamkeit² II p. 107 et 383), quem intellexerent *πολιτικὸν λόγον* non potuerunt non declarare strictim. Iam vides ipsorum veterum libros unum nobis relinqui fontem.

Initium censurae nostrae faciamus ab Isocrate, qui quo sensu notione *πολιτικὸς λόγος* — hac enim locutione plerumque hoc adiectivum adhibet proprieque id genus orationum, cui ipse indulget cuiusque disciplina valde gloriatur, ita appellat — utatur propterea non facile est ad demonstrandum, quia solidis rhetoricae artis formis nondum usitatis orationum genera his temporibus non clare distinguuntur ipsiusque insuper Isocratis *συντάγματα* suum sibi proprium locum vindicant. Exaremus igitur primum ea, quae Isocrates praebet, exempla, ut de sensu postmodo disputemus:

Or. XV 46 legimus: *προήρηται γράφειν λόγους οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων συμβολαίων, ἀλλ' Ἑλληνικοὺς καὶ πολιτικοὺς, οὓς ἅπαντες ἂν φήσειαν ὁμοιότερους εἶναι τοῖς μετὰ μουσικῆς καὶ ἑνθμῶν πεπονημένοις ἢ τοῖς ἐν δικαστηρίῳ λεγομένοις.*

Ibid. § 260: *ἵνα καὶ τοῦτο ποιήσω φανερόν, ὅτι περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἡμεῖς ὄντες, οὓς ἐκεῖνοί (scil. οἱ περὶ τὰς ἔριδας σπονδάζοντες) φασιν εἶναι φιλαπεχθήμονας, πολὺν πραότεροι τυγχάνομεν αὐτῶν ὄντες.* — II 51: *καὶ φασιν οἱ μὲν διὰ τῶν ἐριστικῶν λόγων, οἱ δὲ διὰ τῶν πολιτικῶν, οἱ δὲ δι' ἄλλων τινῶν φρονιμωτέρους ἔσεσθαι τοῖς ἀτοῖς πλησιάζοντας.* In or. XIII 21 cum dicit: *οὐ μὴν ἀλλὰ συμπαρακελεύσασθαι γε καὶ συνασκήσαι μάλιστα' ἂν οἶμαι τὴν τῶν λόγων τῶν πολιτικῶν ἐπιμέλειαν*, suas ipsius orationes notat ad *ἐπιείκειαν* potius quam *ῥητορικὴν* utiles cumque reipublicae arte coniunctas; quibus — totum genus si spectas, non praestantiam — pares sunt, quas hisce verbis notat ibid.

1) Ubi hunc librum laudo, paginas prioris editionis notavi; altera editio (a. 1890) eadem praebet.

§ 9: οὐ μόνον δὲ τούτοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοῖς πολιτικοῖς λόγους ὑπισχνουμένοις ἄξιον ἐπιτιμῆσαι.¹⁾

Intellegimus ex his exemplis primum τοὺς πολιτικοῖς λόγους ab Isocrate opponi τοῖς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, i. e. iudicialibus (XV 46), quae oppositio voce πολιτικῶς non adhibita iterum occurrit or. XV 3, 276, XII 11, deinde disjunctionem fieri inter πολιτικοῖς λόγους et ἐριστικούς (XV 260, II 51, XIII 9, 21). Iam vero quia hinc nondum certum de vi huius adiectivi indicium facere licet, videndum est, qua ratione ipse Isocrates circumscribat notionem πολιτικοῦ λόγου. Neque exiguam indiciorum copiam praebet, ut quid proprium sit huius notionis, quid adventicium, certo possimus disiungere. Iam enumeremus, quae imprimis apta videntur: Or. XII 11 dicit Isocrates: ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ πονεῖν καὶ γράφειν, ἃ διανοηθεῖν, κατέφρον, οὐ περὶ μικρῶν τὴν προαίρεσιν ποιούμενος οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων οὐδὲ περὶ ὧν ἄλλοι τινὲς ληροῦσιν, ἀλλὰ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων. *ibid.* § 2: (τοὺς δικανικοῖς λόγους ἐάσας) ἐπραγματενόμεν τούς περὶ τῶν συμφερόντων τῆ πόλει καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήσι συμβουλευόντας. X 5: οὓς ἐχρῆν περὶ τὰς πράξεις, ἐν αἷς πολιτενόμεθα, τοὺς συνόντας παιδεύειν. III 10: ἡγοῦμαι μάλιστα πρέποντας ἐμοὶ τοὺς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ περὶ τῶν πολιτειῶν παραινοῦντας (cf. XV 85. 321). XV 258: τινὲς βλασφημοῦσι περὶ τῶν λόγων τῶν κοινῶν καὶ τῶν χρησίμων. *ibid.* 276: οὐκ ἔστιν ὅπως ποιήσεται τὰς ὑποθέσεις ἀδίκους ἢ μικρὰς ἢ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, ἀλλὰ μεγάλας καὶ καλὰς καὶ φιλανθρώπους καὶ περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων. V 10: νομίσας οὐδέποτ' ἂν εἰρεθῆναι καλλίω ταύτης ὑπόθεσιν οὐδὲ κοινοτέραν οὐδὲ μᾶλλον ἅπασιν ἡμῖν συμφέρουσαν. IV 189: τοῖς μεγάλ' ὑπισχνουμένοις οὐ πρέπει περὶ μικρὰ διατρίβειν οὐδὲ τοιαῦτα λέγειν, ἐξ ὧν ὁ βίος μηδὲν ἐπιδώσει τῶν πεισθέντων. Ex epistulis (quae si non sunt Isocratis, certe eum, cui debentur, Isocratis sententiam prorsus expressisse concedendum est) duos adiungam locos:

1) πολιτικοῦ λόγου commemoratio, quae est or. XV 77, a rhetorico usu remotior est.

ep. IX 7: *μὴ τοῖς ἰδίους τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλ' ἐξ ὧν ὠφέλιθοῦσι καὶ τὰς πόλεις τὰς ἑαυτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήνας.*
 et ep. V 4: *προαιρεῖσθαι δὲ τὴν παιδείαν τὴν περὶ τοῖς λόγοις, οἷς χρώμεθα περὶ τὰς πράξεις τὰς προσπιπτούσας καθ' ἐκάστην τὴν ἡμέραν καὶ μεθ' ὧν βουλευόμεθα περὶ τῶν κοινῶν.*

Itaque ex omnibus, quos congesimus, locis apparet earum, quas Isocrates significat, orationum proprium esse et commune, quod spectant ad communem civitatis sive totius Graeciae utilitatem¹⁾; atque id potissimum inesse puto adiectivo *πολιτικός*, quale quidem exstat apud Isocratem.

Vertemus igitur, nostratum lingua si licet uti, „*gemeinnützig*“, quod multo accuratius usui Isocrateo respondere mihi videtur, quam, quod Latine non substituere non possumus, vocabulum ‘civilis’. Ac ne nostrum quidem, quod est „*politische Rede*“ vel „*Staatsrede*“, sententiae ubique satisfacere monendum est; id enim ibi solum prorsus recte se habet, ubi orationes, quae de communibus Graecorum rebus sunt, notantur, velut or. XV 46; minime e. g. haec versio apta esset or. II 51.

Unus restat locus, cui haec interpretatio non prorsus videtur posse accommodari, nimirum or. XIII 19. 20, ubi postquam dixit: *λοιποὶ δ' ἡμῖν εἰσὶν οἱ πρὸ ἡμῶν γενομένοι καὶ τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμήσαντες*, paulo post (his ipsis significatis) haec addit Isocrates: *ἐκεῖνοι δ' ἐπὶ τοῖς πολιτικοῦς λόγους παρακαλοῦντες, ἀμελήσαντες τῶν ἄλλων τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν, πολυπραγμοσύνης καὶ πλεονεξίας ὑπέστησαν εἶναι διδάσκαλοι* (scil. quia *ὑπέσχοντο δικάζεσθαι διδάξαι*.) In promptu est, si verba urgemus, ad *πολιτικοῖς λόγους* pertinere etiam orationes iudiciales vel potius de iudicialibus orationibus solis hanc locutionem hic valere (cf. Finckh de auct. rhet. ad Alex. 1849 p. 7). Sed timeo, ne haec Isocratis verba premere non liceat, quia paulo neglegentius

¹⁾ Cf. Dion. Hal. p. 535, 6 et 536, 6 R: *λέγειν καὶ πράττειν τα πολιτικά*. Ps. Plut. v. X orat. p. 1025 Dueb.: *ἐπολιτεύσατο καὶ λέγων καὶ πράττων*. Plato Prot. p. 319 A: *τὰ τῆς πόλεως λέγειν καὶ πράττειν*.

dicta esse mihi videntur. Acumen enim sententiae (§ 20) in eo versatur, ut opponantur hi artium scriptores τοῖς ἐριστικοῖς; similem autem disiunctionem quia iam antea ita fecit Isocrates, ut illos ἐριστικούς, hos τοὺς περὶ τοῖς πολιτικούς λόγους nuncuparet, ne hoc quidem loco, quamquam paulo diversi notandi erant, ab hac dicendi ratione discedere Isocrati libuit, praesertim cum etiam horum hominum disciplina ad facultatem earum, quas 'πολιτικούς λόγους' proprie appellare solet, orationum componendarum valere diserte profiteatur. Sed quomodo haec se habent, id certe constat ne hic quidem Isocratem notione πολιτικῶ λόγου contentiones et iudiciales orationes 'technice' comprehendere.

Notionis πολιτικῶ λόγου ea qua supra descripsimus potestate adhibitae exempla prorsus respondentia non facile ex aliis scriptoribus colliguntur praeter eos, qui de ipsius Isocratis orationibus loquuntur, velut Dionysius Halicarnassensis (v. p. 171) et Suid. s. v. Σεβηριανός. Fortasse verba, quae leguntur Ps. Dem. or. LXI 44, ex Isocratis dicendi usu apte interpretanda sunt. Nobis vero tamquam gravissimum hoc statuendum videtur: Qui putaverit cum technica generum causarum distributione apud Isocratem adiectivum πολιτικὸς aliquam habere rationem, a vero aberraverit. Ut enim omnino notum est clare et distincte trium generum rhetoricae eum nondum mentionem facere, ita ne hac quidem voce, quod dicimus 'technice', utitur.¹⁾ Prorsus igitur negabimus — quod

1) Ut vero cognoscas clarius, quam plerique putant, perspexisse Isocratem esse genus orationum in ostentatione positum et ab aliis orationibus disiunctum, en habes exempla nusquam collecta vocum ἐπιδεικνύναι, ἐπίδειξις, ἐπιδεικτικὸς usurpatarum ab Isocrate: X 15 μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἔμαντοῦ (de Helenae laudatione); idem XI 9, ubi a Blassio deletur; IV 44 ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἐπιδείξασθαι τὰς αὐτῶν εὐτυχίας (cf. IX 4. XV 315). V 27 ὁ νῦν ἐπιδεικνύμενος λόγος (cf. V 25). — XV 1 λόγοι ἢ πρὸς ἀγῶνας ἢ πρὸς ἐπίδειξις γιγνόμενοι. V 25 λόγος περὶ σπουδαίων πραγμάτων — πρὸς ἐπίδειξιν γεγραμμένος (cf. epist. I 2). XII 271 sq. τοὺς διδασκαλικούς καὶ τεχνικούς λόγους — τοὺς πρὸς τὰς ἐπιδείξεις γεγραμμένους. V 93 ἐπίδ. ποιούμενος — συμβουλευῶν. IV 17 ἐπίδ. ποιούμενος — διαπραξασθαι τι βουλόμενος. XV 55 ἐπίδ. ποιούμενος — κρινό-

inveniemus apud alios multos rhetores — oppositionem esse inter demonstrativas orationes et 'πολιτικούς' λόγους apud Isocratem. —

Huc accedit alter apud eundem vocis πολιτικός usus — omitto enim omnia quae non spectant ad res rhetoricas ¹⁾ — ab eo, quem adhuc demonstravimus, longe discedens. Legimus enim or. IX 10 (Euag.): (τοῖς μὲν ποιηταῖς ἔξεστι) μὴ μόνον τοῖς τεταγμένοις ὀνόμασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ξένοις, τὰ δὲ καινοῖς. τὰ δὲ μεταφοραῖς (δηλώσαι) καὶ μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς εἶδεσι διαποικίλαι τὴν ποιήσιν· τοῖς δὲ περὶ τοῖς λόγοις οὐδὲν ἔξεστι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἀποτόμως καὶ τῶν ὀνομάτων τοῖς πολιτικοῖς μόνον καὶ τῶν ἐνθιμημάτων τοῖς περὶ αὐτάς τὰς πράξεις ἀναγκαῖόν ἐστι χρῆσθαι. πολιτικά igitur ὀνόματα appellantur, quae paulo antea dixit τεταγμένα, opponuntur iis diserte ξένα, καινὰ, μεταφοραί, i. e. peregrina, nova, translata. Qui usus unde repetendus videatur, si quaerimus, illud certum puto esse πολιτικά haec vocabula ab Isocrate nuncupari propterea, quod in publico civium usu adhiberi solent iisque, quas a multis scriptoribus πολιτικός appellari videbimus, orationibus sunt accommodata; quae quidem vocabula quamquam sunt haud dubie, quae ab omnibus intellegantur, tamen hoc non solum notionis civilium vocabulorum

μενος καὶ κινδυνεύων. V 17 ἐπίδ. ποιούμενος — προτρέπων ἐπὶ πράξεις. XI 44 ἐπίδ. ποιούμενος — ἵποδείξας ὡς χρῆ . . ποιεῖν. XII 233 τετυχηκῶς ὄνπερ οἱ κατορθοῦντες ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν. XV 147 ἐπίδ. ποιεῖσθαι ἐν πανηγύρεσι καὶ ἰδίοις συλλόγοις. — IV 11 δεόν τοὺς μὲν λόγους ἀφελῶς — τοὺς δ' ἐπιδεικτικῶς ἔχειν (= ἀγῶνας περὶ τῶν συμβολαίων — εἰς ὑπερβολὴν πεποιημένους. ceterum hoc loco suppleas Blassii var. lectiones ex P's. Dion. art. rhet. p. 410, 4 R. ubi 'ἀσφαλῶς'). ἀγωνιστής et ποιητής λόγων dislungitur XIII 15 (cf. epist. I 2 εἰσήγημα — ποίημα). Hic igitur in incunabulis vides terminum, adultum Aristotelis in arte.

1) velut or. IV 79 οὕτω πολιτικῶς εἶχον. ib. 151 οὐδὲ ὁμαλῶς οὐδὲ κοινῶς οὐδὲ πολιτικῶς οὐδέποτ' ἐβίωσαν. ib. 171 τῶν πολιτικῶν ἔξεστηκῶς. IX 46 πολιτικός τῆ τῆς πόλεως διοικήσει. ep. IX 13 ἐγκρατέστατος καὶ δικαιοτάτος καὶ πολιτικώτατος. — Ceterum or. XIII 12 cod. Δ et mg. I' perperam habet πολιτικοῦ. ποιητικοῦ suspectum. ποικίλον Dobr.; quid si proponam ποικίλον καὶ κινητικοῦ? ad κινητικοῦ cf. ἀκινήτως, quod sequitur apud Isocratem, et Spengel rh. Gr. I 431, 29.

proprium esse opinor; quod, quo iure dicam, etiam clarius perspicietur, si ex aliorum scriptorum — omnibus enim temporibus hic dicendi usus valuit — similibus locis apparuerit, his popularibus (Cic. Or. 19, 64) vocabulis non minus interdum opponi vocabula nimis trita.¹⁾

Plato multo clarius quam Isocrates — idque iam antequam Isocrates omnino ad scholas habendas accederet — perspexit natura quodammodo ad unum genus pertinere orationes contionales et iudiciales, quamquam rhetoricam ipsam etiam in privatis collegiis locum habere profitetur, cuius rei testimonium exstat in Phaedro p. 261 A (cf. Quint. inst. II 21, 4). Ibi enim Socrates dicit: ἄρ' οὖν οὐ τὸ μὲν ὄλον ἢ ῥητορικὴ ἂν εἴη τέχνη ψυχαγωγία τις διὰ λόγων, οὐ μόνον ἐν δικαστηρίοις καὶ ὅσοι ἄλλοι δημόσιοι σύλλογοι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις, ad quae Phaedrus maxime statui technicae tractationis, qui tum erat, accommodate: οὐ μὰ τὸν Δία οὐ παντάπασιν οὕτως, ἀλλὰ μάλιστα μὲν πως περὶ τὰς δίκας λέγεται τε καὶ γράφεται τέχνη, λέγεται δὲ καὶ περὶ δημηγορίας· ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα; sunt profecto αἱ δημηγορίαι, quae ἐν τοῖς ἄλλοις δημοσίοις συλλόγοις locum habent. Haec etiam melius perspicuntur, si apposuerimus notabilem locum Sophistae p. 222 CD: τὴν δὲ γε δικανικὴν καὶ δημηγορικὴν καὶ προσομιλητικὴν, ἐν αὐτῷ τῷ ξύνολον, πιθανουργικὴν τινα μίαν τέχνην προσειπόντες . . . τῆς δὲ πιθανουργικῆς διττὰ λέγωμεν γένη . . . τὸ μὲν ἕτερον ἰδίᾳ, τὸ δὲ δημοσίᾳ γιγνόμενον (cf. pol. II p. 365 D σοφία δημηγορικὴ καὶ δικανικὴ). Vides effici τὸ δημοσίᾳ γιγνόμενον γένος illis duabus speciebus, iudiciali et contionali, ubi antepositum iudiciale genus notari velim. Haec duo genera apud plerosque rhetores posterioris temporis nomine 'πολιτικὴ ῥητορικὴ' sive 'πολιτικοὶ λόγοι' comprehensa esse inveniemus, Platonem statuendum est nondum his terminis usum esse — ut transeamus hoc loco privatas orationes rhetoricae adnumeratas et omnino seu improbatum seu ignoratum epidicticum genus, id monuisse contenti, qua ratione

1) Plura de hoc usu v. infra p. 175 sq.

Volkmannus (Rhet. d. Gr. u. R.² p. 18 et apud Iwan. Müll. II p. 461 adn.) sibi persuaserit, illam *προσομιλητικήν* (cf. Quint. inst. III 4, 10) esse quod dicit 'Kunstberedsamkeit' nos non assequi.

Iam vero nostrum est pauca dicere de aliquot locis, ubi revera Plato voce *πολιτικός* certos quosdam notat sive *λόγους* sive *συγγράμματα*: dico Phaedr. p. 258 D *τίς οὖν ὁ τρόπος τοῦ καλῶς τε καὶ μὴ γράφειν; δεόμεθα τι, ὦ Φαῖδρε, Λυσίαν τε περὶ τούτων ἐξετάσαι καὶ ἄλλον, ὅστις πῶποτε τι γέγραφεν ἢ γράψει, εἴτε πολιτικὸν σύγγραμμα εἴτε ἰδιωτικὸν κτλ.*, ubi recte addidit Hermias (Ast 177): *πολιτικὸν λέγει τὸν νομοθετικὸν ἢ συμβουλευτικὸν*. Significantur enim a Platone, si intente inde a p. 257 D sententiarum seriem persequeris, nomine *πολιτικοῦ συγγράμματος* rogationes a viris in republica versantibus conscriptae (p. 258 A), propter quas *συγγραφεῖς*¹⁾ et *λογογράφοι* (p. 258 A. B. C) a Platone vocantur; non comprehenduntur hac notione iudiciales orationes. Atque Hermias modo laudatus quod pergit '*ἰδιωτικὸν τὸν δικαστικὸν ἢ δικανικὸν*', mihi non probatur. Nam praeterquam quod vocibus *πολιτικός* et *ἰδιωτικός* adhibitis genus contionale et iudiciale ab ullo scriptore disiungi nequaquam memini (videtur confudisse cum hac Platonis distinctione usitatissimam, quae est inter *δημόσιον* et *ἰδιωτικὸν λόγον δικανικόν*), Plato iudiciales orationes semper ita commemorat, ut ad illum, qui est *δημοσίᾳ*, usum eas adnumeret; eo vero, quod ad privatum hominem spectant, nusquam hae orationes a demegoriis apud Platonem dignoscuntur. Ad haec omnia cf. Phaedr. p. 261 A B, soph. p. 222 C D et 225 B, supra laudata; praeterea Theaet. p. 173 D: *δικαστήριον ἢ βουλευτήριον* (δικ. iterum primum locum tenet) *ἢ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον*, quae respicit ib. p. 174 C: *ἰδίᾳ τε συγγιγνόμενος ὁ τοιοῦτος ἐκάστῳ καὶ δημοσίᾳ, ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγον, ὅταν ἐν δικαστηρίῳ ἦπου ἄλλοθι ἀναγκασθῆ . . διαλέγεσθαι*. Neque minus in *πολιτικοῖς ἐυλόγοις* orationes iudiciales locum habere dicit Plato in

1) Cf. Gorg. p. 451 B ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμενοι cum schol.

Gorg. p. 452 E: τὸ πείθειν ἔγωγ' οἷόν τ' εἶναι τοῖς λόγοις καὶ ἐν δικαστηρίῳ δικαστὰς καὶ ἐν βουλευτηρίῳ βουλευτὰς (iterum δικαστ. antepositum) καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐκκλησιαστὰς καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντί, ὅστις ἂν πολιτικός ξύλλογος¹⁾ γίγνηται, ubi πολ. ξύλλογοι publici potissimum et a multis frequentati intellegendi sunt (coll. Gorg. p. 452 E τὰ πλήθει. 454 E ἐν δικαστηρίοις τε καὶ ἄλλοις ὄχλοις. 456 C ἐν πλήθει. 459 B ἐν οὐκ εἰδόσι — ἐνιαυθὰ γε. Euthyd. p. 290 A λογοποιιοῦ τέχνη. . δικαστῶν τε καὶ ἐκκλησιαστῶν καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων κήλησις). Intellego igitur illo loco, de quo agitur (Phaedr. 258 D), ἰδιωτικὰ συγγράμματα, quaecumque non componuntur a civilibus viris in reipublicae administratione, velut ipse Lysiae amatorius iis accensendus esse mihi videtur.

In Phaedro non multo post ea quae tractavimus, verba legimus haec (p. 277 D): ὧς εἴτε Λυσίας ἢ τις ἄλλος πώποτε ἔγραψεν ἢ γράψει ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ [νόμους τιθεῖς] συγγράμμα πολιτικὸν γράφων καὶ μεγάλην τιὰ ἐν αὐτῷ βεβαιότητα ἡγούμενος κτλ., quae verba quin referenda sint ad illa p. 258 D, mihi quidem non est dubium. Confiteor autem me non posse expedire hunc locum — si modo dicendi usum Platonicum nolo neglegere —, nisi praeter verba 'νόμους τιθεῖς' a Schleiermachero deleta expungo etiam verba πολιτικὸν γράφων (γράφων del. etiam Badham): nam altera ex parte voces πολιτικός et δημοσίᾳ Platoni inter se non differunt (cf. Phaedr. p. 261 A et soph. p. 222 D cum Gorg. 452 E; Gorg. 484 D ἰδίαν ἢ πολιτικὴν pro antecedente ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ), altera ex parte ἰδίᾳ pugnat cum notione πολιτικός vel secundum ea, quae ad Phaedr. 258 D modo exposuimus. Statuo igitur verba

1) Ex toto hoc dialogo fluxisse definitionem illam rhetoricae Gorgiae adscriptam (cf. Quintil. II 15, 21), quae exstat ap. Walz. VII 33, 28, Spengelius primus dixit atque est manifestum. Neque Spengelium (art. script. p. 35. de rhet. Arist. p. 4) neque Volkmannum (Rhet.² 4) vidisse, quod non minus manifestum est, nimirum in hac definitione pro λόγοις scribendum esse 'συλλόγοις' valde miror; profecta enim sunt haec verba ex Gorg. p. 452 E. συλλόγοις pro λόγοις reposuit Schleierm. Phaedr. p. 278 C. Eadem corruptela subesse mihi visa est in schol. ad Phaedr. p. 261 B (ed. Bait. p. 964^b 36).

‘γράψει ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ σύγγραμμα’ respondere verbis illis ‘γράψει εἴτε πολιτικὸν σύγγραμμα εἴτε ἰδιωτικόν’, vocem πολιτικὸν glossema esse ad vocem δημοσίᾳ, repetitum fortasse ex ipso illo, qui antecedit, loco.

Addendus locus eiusdem dialogi p. 278 C: (λόγοι) οἱ ἐπέστελλον λέγειν Λυσία τε καὶ εἴ τις ἄλλος συντίθῃσι λόγους, καὶ Ὀμήρῳ καὶ εἴ τις ἄλλος αὖ ποιήσιν ψιλὴν ἢ ἐν ῥῥῳ συντέθεικε, τρίτον δὲ Σόλωνι καὶ ὅστις ἐν πολιτικοῖς λόγοις νόμους ὀνομάζων συγγράμματα ἔγραψεν. Etiam hic adstipulor Schleiermachero probato, ut videtur, etiam Stallbaumii auctoritati, qui pro λόγοις scribit συλλόγοις (cf. s. p. 141 adn.); certum est tertio hoc genere comprehendere eadem, quae supra appellavit Plato πολιτικὰ συγγράμματα, quod opportune firmatur verbis p. 278 E ποιητὴν ἢ λόγων συγγραφέα ἢ νομογράφον προσερεῖς.

Denique ex Menexeno, qui est inter ἀντιλεγόμενους dialogos, unus ad nostram rem spectat locus, p. 249 E ἴνα καὶ αὐθίς σοι πολλοὺς καὶ καλοὺς παρ’ αὐτῆς λόγους πολιτικοὺς ἀπαγγέλλω, ubi significantur tales orationes, quales sunt laudationes funebres, nimirum ad civilem spectantes vitam, ad epidicticum autem numeratae genus.

Iam igitur in universum de Platone dicendum — ceteri enim, quibus vox πολιτικός invenitur, loci a nostro instituto prorsus abhorrent¹⁾ — vere technicam vocis πολιτικός usurpationem apud Platonem non inveniri; immo hoc solum constat paucis quibusdam locis πολιτικὰ Platoni appellari ea συγγράμ-

1) Nihil tribuo longiori, quam ut hic exscribatur, loco Diog. Laertii, qui confusam quandam dicendi generum partitionem in vita Platonis (III 87) exarat. Fortasse iure opinor verba ‘καὶ κατηγορίας’ mutato accusativo in dativum transponenda esse post primi membri verba ἐν ταῖς ἐκκλησίαις; facile enim post haec excidere illa potuisse, in margine adscribi, falso loco inseri in promptu est; quo facto omnis offensio tollitur et cum aliorum rhetorum partitionibus haec disiunctio concinit (cf. Dion. Hal. p. 1094, 12). De huius loci potestate item atque ego iudicavit contra Spengelium Lerschius in mus. Rhen. 1842, 181; cuius haec partitio sit, dubium sibi esse profitetur etiam Volkmannus (Rhet.² 565 adn.).

ματα, quae ad reipublicae administrationem spectant. —

Apud Aristotelem locutio πολιτικός λόγος nusquam, quod sciam, invenitur, nisi quod in arte rhet. p. 1359^b 12 inter var. lect. adspersas margini edit. Venet. 'πολιτικοῖς' propter antecedentia verba male intellecta exstat pro eo, quod sanissimum est, σοφιστικοῖς λόγοις. Ac ne in generum quidem tripartita disiunctione haec vox adhibetur. Neque licet pro testimonio talis usus afferre Quintiliani verba (inst. III 7, 1): 'quod genus (scil. epidicticum) videtur Aristoteles atque eum secutus Theophrastus a parte negotiali, hoc est πραγματικῆ, removisse totamque ad solos auditores relegasse', quamquam in tali disiunctione alii rhetores vocem πολιτικός non repudiarent. Haec verba unde Fabius sumpserit, ignoro; talem autem distributionem vere esse Aristoteleam nemo ibit infitias, si contulerit artis rhet. p. 1391^b 16: ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς ὡσπερ γὰρ πρὸς κριτὴν τὸν θεωρὸν ὁ λόγος συνέστηκεν. ὅλως δὲ μόνος ἐστὶν ἀπλῶς κριτῆς ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἀγῶσιν ὁ τὰ ζητούμενα κρίνων· τὰ τε γὰρ ἀμφισβητούμενα ζητεῖται πῶς ἔχει καὶ περὶ ὧν βουλευόνται (cf. Speng. comm. II 262): diserte enim ab ostentationibus, in quibus spectatur tantum et auditur, disiunguntur πολιτικοὶ ἀγῶνες, h. e. civiles causae, comprehendentes genus deliberativum et iudiciale, quae sat luculenter notantur vocabulis τὰ ἀμφισβητούμενα et περὶ ὧν βουλευόνται.¹⁾ Clare igitur perspexisse hanc generum differentiam Stagiritam neque ad significandam eam prorsus respuisse terminum πολιτικός constat. Nec minus in arte rhet. p. 1403^b 34, ubi de actione oratoria sermo est, qui dicuntur, πολιτικούς ἀγῶνας ad deliberativum et iudiciale tantum genus referendos esse vel inde sequitur, quod in epidictico ne locum quidem habere ὑπόκρισιν

1) cf. p. 1391^b 27 συμβουλευόντες καὶ ἐπιδεικνύμενοι καὶ ἀμφισβητοῦντες. — Arist. eth. Nic. p. 1181^a 4 commemorat τοὺς δικανικούς καὶ δημηγορικούς λόγους dicitque in iis versari τοὺς πολιτευομένους. Ceterum hoc loco vel Aristoteles iudicialibus orationibus primum locum tribuit, quod dico propter ea quae dicturus sum p. 191 adn. 2.

saepius rhetores testantur, velut Isocr. Phil. 26, Dion. Hal. p. 1117, 3 et 13 R.

Notabilis dicendi usus in eadem arte observatur p. 1396^a 5: *πρῶτον μὲν οὖν δεῖ λαβεῖν ὅτι περὶ οὗ δεῖ λέγειν καὶ συλλογῆσθαι εἴτε πολιτικῶ συλλογισμῶ εἴθ' ὁποιουῶν, ἀναγκαῖον καὶ τὰ τούτῳ ἔχειν ὑπάρχοντα.* Dicit enim πολιτικούς συλλογισμούς haud dubie eosdem, quos ἑητορικούς nuncupavit p. 1357^a 23. 1358^a 11, quosque diserte disiungit a dialecticis syllogismis 1358^a 11. 1395^b 24 sive a logico syllogismo 1355^a 13 sive ab eo, qui ἀκριβῶς fit 1396^b 1, nimirum significans, quae proprie dicuntur, enthymemata, de quibus subtiliter in artis initio Aristoteles disputat (cf. 1355^a 6 ἔστι δὲ ἀπόδειξις ἑητορικῆ ἐνθυμήματα). Quod inde nimirum repetendum est, quia rhetoricae ipsius maior ac gravior pars, in qua quidem praecipue illa ἐνθυμήματα desiderantur¹⁾, posita est in civilibus, quas modo tetigimus, causis.

Paulo diverso modo legimus in arte rhet. p. 1354^b 22 *διὰ γὰρ τοῦτο τῆς αὐτῆς οὔσης μεθόδου περὶ τὰ δημηγορικά καὶ δικανικά καὶ καλλίονος καὶ πολιτικωτέρας τῆς δημηγορικῆς πραγματείας οὔσης ἢ τῆς περὶ τὰ συναλλάγματα, περὶ μὲν ἐκείνης οὐδὲν λέγουσι, περὶ δὲ τοῦ δικάζεσθαι πάντες πειρώνται τεχνολογεῖν, ὅτι ἤττόν ἐστι πρὸ ἔργου τὰ ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν ἐν τοῖς δημηγορικοῖς καὶ ἤττόν ἐστι κακοῦργον ἢ δημηγορία δικολογίας, ἀλλὰ κοινότερον (ὅτι κοιν. Römer, quem cf. ad h. l. et prf. p. XII): intellegendum enim arbitror illud 'πολιτικωτέρας' ratione praecipue habita eius, quod sequitur, 'κοινότερον' hunc in modum: 'quamquam ad publicam utilitatem magis pertinet' contionalis quam iudicialis oratio. Nemo, puto, non cogitabit de Isocratis illo dicendi usu, quem praeterea propter eandem generis iudicialis contemptionem conferre licet (v. Isocr. or. IV 188; XII 11. 240; XV 2. 3. 41. 42. 228. 276; praeterea v. Speng. comm. ad hunc Aristotelis locum). Ac ne Ciceronis quidem verba (ad Att. II 1, 3) aliena sunt,*

1) Cf. Philod. vol. rhet. p. 311, 13 Sudh. καὶ πολιτικὸς γούν τοῦτοι συλλογισμῶι χρῆται. cf. ibid. p. 314, 5.

quae afferantur, haec: 'Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes, et quod se ab hoc refractariolo iudiciali genere abiunxerat, ut σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος videretur, curare, ut meae quoque essent orationes, quae consulares nominarentur.'

Neque paenitebit Aristotelis unum his adiungere locum artis poeticae, quem in hoc sententiarum nexu transire fas non est: (c. VI p. 1450^b 4) τρίτον δὲ ἡ διάνοια. τοῦτο δὲ ἐστὶν τὸ λέγειν δύνασθαι τὰ ἐνόητα καὶ τὰ ἀρμόττοια, ὅπερ ἐπὶ τῶν λόγων τῆς πολιτικῆς καὶ ῥητορικῆς ἔργον ἐστίν· οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι πολιτικῶς ἐποιοῦν λέγοντας, οἱ δὲ νῦν ῥητορικῶς. Hic locus, si quis alius, demonstrat, quantas difficultates interpretibus vox πολιτικῶς praebet. Nam Godofr. Hermannus, M. Schmidtus, Susemihlius, Ritter, Vahlenius — suam quisque interpretationem profert. Equidem in summa rei accesserim G. Hermanno, qui πολιτικῶς λέγειν significare adnotat: 'ita verba facere, ut civilis prudentia postulat'. Quae iam sequuntur: 'ita ut aliquid suadeatur vel dissuadeatur, cum plerumque tragoediarum argumenta in eo versentur, ut de publica civitatis alicuius utilitate agatur' minus mihi probantur, in his enim nimis premit reipublicae notionem, cum mihi quidem potius in universum de communi vitae utilitate rerumque necessitate (quod nos dicimus „praktisch“ sive „sachlich“) cogitandum videatur (cf. infra p. 159). Ῥητορικῶς autem λέγειν Hermannus interpretatur 'disceptare aliquid in utramque partem, magis cognoscendae rei causa quam ut suadeat vel dissuadeat', quibus convenienter mihi videor apponere: ita ut ad artis demonstrationem poeta spectet. Invenimus igitur, si modo loci sensum assecuti sumus, non obscura indicia discriminis illius, quod est inter πολιτικοῦς et ἐπιδεικτικοῦς λόγους. Respondet enim, non prorsus par est huic disiunctioni illa Aristotelea, quae instituitur inter ἀγωνιστικὴν et ἐπιδεικτικὴν seu γραφικὴν λέξιν, de qua v. p. 179 n. 1. Ceterum ad illustrandum hunc artis poeticae locum non nihil conferre mihi

ep. IX 7: μὴ τοὺς ἡδίστους τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλ' ἐξ ὧν ὠφελήσουσι καὶ τὰς πόλεις τὰς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἄλλους Ἑλληνας, et ep. V 4: προαιρεῖσθαι δὲ τὴν παιδείαν τὴν περὶ τοὺς λόγους, οἷς χρώμεθα περὶ τὰς πράξεις τὰς προσπιπτούσας καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν καὶ μεθ' ὧν βουλευόμεθα περὶ τῶν κοινῶν.

Itaque ex omnibus, quos congressimus, locis apparet earum, quas Isocrates significat, orationum proprium esse et commune, quod spectant ad communem civitatis sive totius Graeciae utilitatem¹⁾; atque id potissimum inesse puto adiectivo πολιτικός, quale quidem exstat apud Isocratem.

Vertemus igitur, nostratium lingua si licet uti, „gemeinnützig“, quod multo accuratius usui Isocrateo respondere mihi videtur, quam, quod Latine non substituere non possumus, vocabulum ‘civilis’. Ac ne nostrum quidem, quod est „politische Rede“ vel „Staatsrede“, sententiae ubique satisfacere monendum est; id enim ibi solum prorsus recte se habet, ubi orationes, quae de communibus Graecorum rebus sunt, notantur, velut or. XV 46; minime e. g. haec versio apta esset or. II 51.

Unus restat locus, cui haec interpretatio non prorsus videtur posse accommodari, nimirum or. XIII 19. 20, ubi postquam dixit: λοιποὶ δ' ἡμῖν εἰσιν οἱ πρὸ ἡμῶν γερόμενοι καὶ τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμήσαντες, paulo post (his ipsis significatis) haec addit Isocrates: ἐκεῖνοι δ' ἐπὶ τοὺς πολιτικούς λόγους παρακαλοῦντες, ἀμελήσαντες τῶν ἄλλων τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν, πολυπραγμοσύνης καὶ πλεονεξίας ὑπέστησαν εἶναι διδάσκαλοι (scil. quia ὑπέσχοντο δικάζεσθαι διδάξειν.) In promptu est, si verba urgemus, ad πολιτικούς λόγους pertinere etiam orationes iudiciales vel potius de iudicialibus orationibus solis hanc locutionem hic valere (cf. Finckh de auct. rhet. ad Alex. 1849 p. 7). Sed timeo, ne haec Isocratis verba premere non liceat, quia paulo neglegentius

1) Cf. Dion. Hal. p. 535, 6 et 536, 6 R: λέγειν καὶ πράττειν τὰ πολιτικά. Ps. Plut. v. X orat. p. 1025 Dueb.: ἐπολιτεύσατο καὶ λέγων καὶ πράττων. Plato Prot. p. 319 A: τὰ τῆς πόλεως λέγειν καὶ πράττειν.

dicta esse mihi videntur. Acumen enim sententiae (§ 20) in eo versatur, ut opponantur hi artium scriptores τοῖς ἐριστικοῖς; similem autem disiunctionem quia iam antea ita fecit Isocrates, ut illos ἐριστικούς, hos τοὺς περὶ τοὺς πολιτικούς λόγους nuncuparet, ne hoc quidem loco, quamquam paulo diversi notandi erant, ab hac dicendi ratione discedere Isocrati libuit, praesertim cum etiam horum hominum disciplina ad facultatem earum, quas 'πολιτικὸς λόγους' proprie appellare solet, orationum componendarum valere diserte profiteatur. Sed quomodo haec se habent, id certe constat ne hic quidem Isocratem notione πολιτικῶ λόγου contentiones et iudiciales orationes 'technicæ' comprehendere.

Notionis πολιτικῶ λόγου ea qua supra descripsimus potestate adhibitæ exempla prorsus respondentia non facile ex aliis scriptoribus colliguntur praeter eos, qui de ipsius Isocratis orationibus loquuntur, velut Dionysius Halicarnassensis (v. p. 171) et Suid. s. v. Σεβηριανός. Fortasse verba, quae leguntur Ps. Dem. or. LXI 44, ex Isocratis dicendi usu apte interpretanda sunt. Nobis vero tamquam gravissimum hoc statuendum videtur: Qui putaverit cum technica generum causarum distributione apud Isocratem adiectivum πολιτικὸς aliquam habere rationem, a vero aberraverit. Ut enim omnino notum est clare et distincte trium generum rhetoricae eum nondum mentionem facere, ita ne hac quidem voce, quod dicimus 'technicæ', utitur.¹⁾ Prorsus igitur negabimus — quod

1) Ut vero cognoscas clarius, quam plerique putant, perspexisse Isocratem esse genus orationum in ostentatione positum et ab aliis orationibus disiunctum, en habes exempla nusquam collecta vocum ἐπιδεικνύμαι, ἐπίδειξις, ἐπιδεικτικὸς usurpatarum ab Isocrate: X 15 μὴδὲν ἐπιδεικνύς τῶν ἑμαντοῦ (de Helenae laudatione); idem XI 9, ubi a Blassio deletur; IV 44 ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἐπιδείξασθαι τὰς αὐτῶν εὐτυχίας (cf. IX 4. XV 315). V 27 ὁ νῦν ἐπιδεικνύμενος λόγος (cf. V 25). — XV 1 λόγοι ἢ πρὸς ἀγῶνας ἢ πρὸς ἐπιδείξεις γινόμενοι. V 25 λόγος περὶ σπουδαίων πραγμάτων — πρὸς ἐπιδείξιν γεγραμμένος (cf. epist. I 2). XII 271 sq. τοὺς διδασκαλικούς καὶ τεχνικούς λόγους — τοὺς πρὸς τὰς ἐπιδείξεις γεγραμμένους. V 93 ἐπίδ. ποιούμενος — συμβουλευόντων. IV 17 ἐπίδ. ποιούμενος — διαπράξασθαι τι βουλόμενος. XV 55 ἐπίδ. ποιούμενος — κρινό-

inveniemus apud alios multos rhetores — oppositionem esse inter demonstrativas orationes et 'πολιτικούς' λόγους apud Isocratem. —

Huc accedit alter apud eundem vocis πολιτικός usus — omitto enim omnia quae non spectant ad res rhetoricas ¹⁾ — ab eo, quem adhuc demonstravimus, longe discedens. Legimus enim or. IX 10 (Eugag.): (τοῖς μὲν ποιηταῖς ἔξῃστι) μὴ μόνον τοῖς τεταγμένοις ὀνόμασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ξένοις, τὰ δὲ καινοῖς, τὰ δὲ μεταφοραῖς (δηλωσαι) καὶ μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς εἶδεσι διαποικίλαι τὴν ποιήσιν· τοῖς δὲ περὶ τοὺς λόγους οὐδὲν ἔξῃστι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἀποτόμως καὶ τῶν ὀνομάτων τοῖς πολιτικοῖς μόνον καὶ τῶν ἐνθρημημάτων τοῖς περὶ αὐτὰς τὰς πράξεις ἀναγκαῖόν ἐστι χρῆσθαι. πολιτικὰ igitur ὀνόματα appellantur, quae paulo antea dixit τεταγμένα, opponuntur iis diserte ξένα, καινὰ, μεταφοραί, i. e. peregrina, nova, translata. Qui usus unde repetendus videatur, si quaerimus, illud certum puto esse πολιτικὰ haec vocabula ab Isocrate nuncupari propterea, quod in publico civium usu adhiberi solent iisque, quas a multis scriptoribus πολιτικῶς appellari videbimus, orationibus sunt accommodata; quae quidem vocabula quamquam sunt haud dubie, quae ab omnibus intellegantur, tamen hoc non solum notionis civilium vocabulorum

μενος καὶ κινδυνεύων. V 17 ἐπίδ. ποιούμενος — προτρέπων ἐπὶ πράξεις. XI 44 ἐπίδ. ποιούμενος — ἵποδείξας ὡς χρῆ... ποιεῖν. XII 233 τετραχῶς ὠνπερ οἱ κατορθοῦντες ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν. XV 147 ἐπίδ. ποιεῖσθαι ἐν πανηγύρεσι καὶ ἰδίοις συλλόγοις. — IV 11 δέον τοὺς μὲν λόγους ἀφελῶς — τοὺς δ' ἐπιδεικτικῶς ἔχειν (= ἀγῶνας περὶ τῶν συμβολαίων — εἰς ἱπερβολὴν πεποιημένους. ceterum hoc loco suppleas Blassii var. lectiones ex Ps. Dion. art. rhet. p. 410, 4 R. ubi 'ἀσφαλῶς'). ἀγωνιστῆς et ποιητῆς λόγων disiungitur XIII 15 (cf. epist. I 2 εἰσήγημα — ποιήματα). Hic igitur in incunabulis vides terminum, adultum Aristotelis in arte.

1) velut or. IV 79 οὕτω πολιτικῶς εἶχον. ib. 151 οὐδὲ ὁμαλῶς οὐδὲ κοινῶς οὐδὲ πολιτικῶς οὐδέποτε' ἐβίωσαν. ib. 171 τῶν πολιτικῶν ἔξῃστηκός. IX 46 πολιτικὸς τῆ τῆς πόλεως διοικήσει. ep. IX 13 ἐχρητέστατος καὶ δικαιοτάτος καὶ πολιτικώτατος. — Ceterum or. XIII 12 cod. J et mg. Γ perperam habet πολιτικοῦ. ποιητικοῦ suspectum. ποικίλον Dobr.; quid si proponam ποικίλον καὶ κινητικοῦ? ad κινητικοῦ cf. ἀκινήτως. quod sequitur apud Isocratem, et Spengel rh. Gr. I 431, 25.

proprium esse opinor; quod, quo iure dicam, etiam clarius perspicietur, si ex aliorum scriptorum — omnibus enim temporibus hic dicendi usus valuit — similibus locis apparuerit, his popularibus (Cic. Or. 19, 64) vocabulis non minus interdum opponi vocabula nimis trita.¹⁾

Plato multo clarius quam Isocrates — idque iam antequam Isocrates omnino ad scholas habendas accederet — perspexit natura quodammodo ad unum genus pertinere orationes contionales et iudiciales, quamquam rhetoricam ipsam etiam in privatis collegiis locum habere profitetur, cuius rei testimonium exstat in Phaedro p. 261 A (cf. Quint. inst. II 21, 4). Ibi enim Socrates dicit: ἀρ' οὖν οὐ τὸ μὲν ὄλον ἢ ἔητορικὴ ἂν εἴη τέχνη ψυχαγωγία τις διὰ λόγων, οὐ μόνον ἐν δικαστηριοῖς καὶ ὅσοι ἄλλοι δημόσιοι σύλλογοι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις, ad quae Phaedrus maxime statui technicae tractationis, qui tum erat, accommodate: οὐ μὰ τὸν Δία οὐ παντάπασιν οὕτως, ἀλλὰ μάλιστα μὲν πως περὶ τὰς δίκας λέγεται τε καὶ γράφεται τέχνη, λέγεται δὲ καὶ περὶ δημηγορίας· ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα; sunt profecto αἱ δημηγορίαι, quae ἐν τοῖς ἄλλοις δημοσίοις συλλόγοις locum habent. Haec etiam melius perspiciuntur, si apposuerimus notabilem locum Sophistae p. 222 CD: τὴν δὲ γε δικανικὴν καὶ δημηγορικὴν καὶ προσομιλιτικὴν, ἐν αὐτῷ τῷ ξύνολον, πιθανουργικὴν τινα μίαν τέχνην προσειπόντες . . . τῆς δὲ πιθανουργικῆς διττὰ λέγωμεν γένη . . . τὸ μὲν ἕτερον ἰδίαι, τὸ δὲ δημοσίαι γινόμενον (cf. pol. II p. 365 D σοφία δημηγορικὴ καὶ δικανικὴ). Vides effici τὸ δημοσίαι γινόμενον γένος illis duabus speciebus, iudiciali et contionali, ubi antepositum iudiciale genus notari velim. Haec duo genera apud plerosque rhetores posterioris temporis nomine 'πολιτικὴ ἔητορικὴ' sive 'πολιτικοὶ λόγοι' comprehensa esse inveniemus, Platonem statuendum est nondum his terminis usum esse — ut transeamus hoc loco privatas orationes rhetoricae adnumeratas et omnino seu improbatum seu ignoratum epidicticum genus, id monuisse contenti, qua ratione

1) Plura de hoc usu v. infra p. 175 sq.

Volkmannus (Rhet. d. Gr. u. R.² p. 15 et apud Iwan. Müll. II p. 461 adn.) sibi persuaserit, illam *προσομιλητικὴν* (cf. Quint. inst. III 4, 10) esse quod dicit 'Kunstberedsamkeit' nos non assequi.

Iam vero nostrum est pauca dicere de aliquot locis, ubi revera Plato voce *πολιτικός* certos quosdam notat sive *λόγοις*; sive *συγγράμματα*: dico Phaedr. p. 258 D *τίς οὖν ὁ τρόπος τοῦ καλῶς τε καὶ μὴ γράφειν; δεόμεθ' αὖτις, ὦ Φαίδρε, Λυσίαν τε περὶ τούτων ἐξετάσαι καὶ ἄλλον, ὅστις πώποτε τι γέγραπεν ἢ γράψει, εἴτε πολιτικὸν σύγγραμμα εἴτε ἰδιωτικὸν κτλ.*, ubi recte addidit Hermias (Ast 177): *πολιτικὸν λέγει τὸν νομοθετικὸν ἢ συμβουλευτικὸν*. Significantur enim a Platone, si intente inde a p. 257 D sententiarum seriem persequeris, nomine *πολιτικοῦ συγγράμματος* rogationes a viris in republica versantibus conscriptae (p. 258 A), propter quas *συγγραφεῖς*¹⁾ et *λογογράφοι* (p. 258 A. B. C) a Platone vocantur; non comprehenduntur hac notione iudiciales orationes. Atque Hermias modo laudatus quod pergit '*ἰδιωτικὸν τὸν δικαστικὸν ἢ δεικτικὸν*', mihi non probatur. Nam praeterquam quod vocibus *πολιτικός* et *ἰδιωτικός* adhibitis genus contentionale et iudiciale ab ullo scriptore disiungi nequaquam memini (videtur confudisse cum hac Platonis distinctione usitatissimam, quae est inter *δημόσιον* et *ἰδιωτικὸν λόγον δεικτικὸν*), Plato iudiciales orationes semper ita commemorat, ut ad illum, qui est *δημοσίαι*, usum eas adnumeret; eo vero, quod ad privatum hominem spectant, nusquam hae orationes a demegoriis apud Platonem dignoscuntur. Ad haec omnia cf. Phaedr. p. 261 A B, soph. p. 222 C D et 225 B, supra laudata; praeterea Theaet. p. 173 D: *δικαστήριον ἢ βουλευτήριον (δικ. iterum primum locum tenet) ἢ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον*, quae respicit ib. p. 174 C: *ἰδίαι τε συγγιγνόμενος ὁ τοιοῦτος ἐκάστῳ καὶ δημοσίαι, ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγον, ὅταν ἐν δικαστηρίῳ ἢ πρὸς ἄλλοις ἀναγκασθῇ . . . διαλέγεσθαι*. Neque minus in *πολιτικοῖς* *ὑλλόγοις* orationes iudiciales locum habere dicit Plato in

1) Cf. Gorg. p. 451 B ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμενοι cum schol.

Gorg. p. 452 E: τὸ πείθειν ἔγωγ' οἷόν τ' εἶναι τοῖς λόγοις καὶ ἐν δικαστηρίῳ δικαστὰς καὶ ἐν βουλευτηρίῳ βουλευτὰς (iterum δικαστ. antepositum) καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐκκλησιαστὰς καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντί, ὅστις ἂν πολιτικῶς ξύλλογος¹⁾ γίγνηται, ubi πολ. ξύλλογοι publici potissimum et a multis frequentati intellegendi sunt (coll. Gorg. p. 452 E τὰ πλήθη. 454 E ἐν δικαστηρίοις τε καὶ ἄλλοις ὄχλοις. 456 C ἐν πλήθει. 459 B ἐν οὐκ εἰδόσι — ἐνταῦθά γε. Euthyd. p. 290 A λογοποιῶ τέχνη. . δικαστῶν τε καὶ ἐκκλησιαστῶν καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων κήλησις). Intellego igitur illo loco, de quo agitur (Phaedr. 258 D), ἰδιωτικὰ συγγράμματα, quaecumque non componuntur a civilibus viris in reipublicae administratione, velut ipse Lysiae amatorius iis accensendus esse mihi videtur.

In Phaedro non multo post ea quae tractavimus, verba legimus haec (p. 277 D): ὡς εἴτε Λυσίας ἢ τις ἄλλος πώποτε ἔγραψεν ἢ γράψει ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ [νόμους τιθεῖς] σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων καὶ μεγάλην τινὰ ἐν αὐτῷ βεβαιότητα ἡγούμενος κτλ., quae verba quin referenda sint ad illa p. 258 D, mihi quidem non est dubium. Confiteor autem me non posse expedire hunc locum — si modo dicendi usum Platonicum nolo neglegere —, nisi praeter verba 'νόμους τιθεῖς' a Schleiermachers delecta expungo etiam verba πολιτικὸν γράφων (γράφων del. etiam Badham): nam altera ex parte voces πολιτικῶς et δημοσίᾳ Platoni inter se non differunt (cf. Phaedr. p. 261 A et soph. p. 222 D cum Gorg. 452 E; Gorg. 484 D ἰδίαν ἢ πολιτικὴν pro antecedente ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ), altera ex parte ἰδίᾳ pugnat cum notione πολιτικῶς vel secundum ea, quae ad Phaedr. 258 D modo exposuimus. Statuo igitur verba

1) Ex toto hoc dialogo fluxisse definitionem illam rhetoricae Gorgiae adscriptam (cf. Quintil. II 15, 21), quae exstat ap. Walz. VII 33, 28, Spengelius primus dixit atque est manifestum. Neque Spengelium (art. script. p. 35. de rhet. Arist. p. 4) neque Volkmannum (Rhet.² 4) vidisse, quod non minus manifestum est, nimirum in hac definitione pro λόγοις scribendum esse 'συλλόγοις' valde miror; profecta enim sunt haec verba ex Gorg. p. 452 E. συλλόγοις pro λόγοις reposuit Schleierm. Phaedr. p. 278 C. Eadem corruptela subesse mihi visa est in schol. ad Phaedr. p. 261 B (ed. Bait. p. 964^b 36).

‘γραΐναι ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ σύγγραμμα’ respondere verbis illis ‘γραΐναι εἴτε πολιτικὸν σύγγραμμα εἴτε ἰδιωτικόν’. vocem πολιτικὸν glossema esse ad vocem δημοσίᾳ, repetitum fortasse ex ipso illo, qui antecedit, loco.

Addendus locus eiusdem dialogi p. 278 C: ‘λόγοι οἱ ἐπεστέλλον λέγειν Λυσίου τε καὶ εἴ τις ἄλλος συντίθει λόγους, καὶ Ὀμήρου καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτοῖσι ποιήσιν ψιλλὴν ἢ ἐν τοῖς συντίθειαις, τρίτον δὲ Σόλωνι καὶ ὅσους ἐν πολιτικοῖς λόγοις νόμους ἀνομάζων σύγγραμματα ἔγραψεν. Etiam hic adstipuior Schleiermachers probato, ut videtur, etiam Stallbaumii auctoritati, qui pro λόγοις scribit συλλόγοις (cf. s. p. 141 adn.): certum est tertio hoc genere comprehendendi eadem, quae supra appellavit Plato πολιτικὰ σύγγραμματα, quod opportune firmatur verbis p. 278 E ποιητὴν ἢ λόγων συγγραφεᾶ ἢ νομογράφον προσφεύς.

Denique ex Μενεξένο, qui est inter ἀντιλεγόμενους dialogos, unus ad nostram rem spectat locus, p. 249 E ἴνα καὶ αὐθὶς σοὶ πολλοὺς καὶ καλοὺς παρ’ αὐτῆς λόγους πολιτικούς ἀπαγγέλλω, ubi significantur tales orationes, quales sunt laudationes funebres, nimirum ad civilem spectantes vitam, ad epidicticum autem numeratae genus.

Iam igitur in univsum de Platone dicendum — ceteri enim, quibus vox πολιτικῶς invenitur, loci a nostro instituto prorsus abhorrent!) — vere technicam vocis πολιτικῶς usurpationem apud Platonem non inveniri; immo hoc solum constat paucis quibusdam locis πολιτικὰ Platoni appellari ea συγγραμ-

1) Nihil tribuo longiori, quam ut hic exscribatur. loco Diog. Laertii, qui confusam quandam dicendi generum partitionem in vita Platonis (III 37) exarat. Fortasse iure opinor verba καὶ κατηγορίας mutato accusativo in dativum transponenda esse post primi membri verba ἐν ταῖς ἐκκλησιαῖς: facile enim post haec excidere illa potuisse, in margine adscribi, falso loco inseri in promptu est; quo facto omnia offensio tollitur et cum aliorum rhetorum partitionibus haec disunctio concinit (cf. Dion. Hal. p. 1094, 12). De huius loci potestate item atque ego indicavi contra Spengelium Lerschius in mus. Rheu. 1842, 131; cuius haec partitio sit. dubium sibi esse profitetur etiam Volkmannus (Rhet. 2 585 adn.).

ματα, quae ad reipublicae administrationem spectant. —

Apud Aristotelem locutio πολιτικῶς λόγος nusquam, quod sciam, invenitur, nisi quod in arte rhet. p. 1359^b 12 inter var. lect. adpersas margini edit. Venet. 'πολιτικοῖς' propter antecedentia verba male intellecta exstat pro eo, quod sanissimum est, σοφιστικοῖς λόγοις. Ac ne in generum quidem tripertita disiunctione haec vox adhibetur. Neque licet pro testimonio talis usus afferre Quintiliani verba (inst. III 7, 1): 'quod genus (scil. epidicticum) videtur Aristoteles atque eum secutus Theophrastus a parte negotiali, hoc est πραγματικῆ, removisse totamque ad solos auditores relegasse', quamquam in tali disiunctione alii rhetores vocem πολιτικῶς non repudiarunt. Haec verba unde Fabius sumpserit, ignoro; talem autem distributionem vere esse Aristoteleam nemo ibit infitias, si contulerit artis rhet. p. 1391^b 16: ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς ὡπερ γὰρ πρὸς κριτὴν τὸν θεωρὸν ὁ λόγος συνέστηκεν. ὁμοίως δὲ μόνος ἐστὶν ἀπλῶς κριτῆς ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἀγῶσιν ὁ τὰ ζήτούμενα κρίνων· τὰ τε γὰρ ἀμφισβητούμενα ζήτῆται πῶς ἔχει καὶ περὶ ὧν βουλευόνται (cf. Speng. comm. II 262): diserte enim ab ostentationibus, in quibus spectatur tantum et auditur, disiunguntur πολιτικοὶ ἀγῶνες, h. e. civiles causae, comprehendentes genus deliberativum et iudiciale, quae sat luculenter notantur vocabulis τὰ ἀμφισβητούμενα et περὶ ὧν βουλευόνται.¹⁾ Clare igitur perspexisse hanc generum differentiam Stagiritam neque ad significandam eam prorsus respuisse terminum πολιτικῶς constat. Nec minus in arte rhet. p. 1403^b 34, ubi de actione oratoria sermo est, qui dicuntur, πολιτικοῖς ἀγῶνας ad deliberativum et iudiciale tantum genus referendos esse vel inde sequitur, quod in epidictico ne locum quidem habere ἐπόκρισιν

1) cf. p. 1391^b 27 συμβουλευόντες καὶ ἐπιδεικνύμενοι καὶ ἀμφισβητούντες. — Arist. eth. Nic. p. 1181^a 4 commemorat τοῖς δικανικοῖς καὶ δημηγορικοῖς λόγοις dicitque in iis versari τοὺς πολιτενομένους. Ceterum hoc loco vel Aristoteles iudicialibus orationibus primum locum tribuit, quod dico propter ea quae dicturus sum p. 191 adn. 2.

saepius rhetores testantur, velut Isocr. Phil. 26, Dion. Hal. p. 1117, 3 et 13 R.

Notabilis dicendi usus in eadem arte observatur p. 1396^a 5: *πρῶτον μὲν οὖν δεῖ λαβεῖν ὅτι περὶ οὗ δεῖ λέγειν καὶ συλλογίσσθαι εἴτε πολιτικῶν συλλογισμῶν εἴθ' ὁποιουοῦν, ἀναγκαῖον καὶ τὰ τούτῳ ἔχειν ὑπάρχοντα.* Dicit enim *πολιτικούς συλλογισμούς* haud dubie eosdem, quos *ῥητορικούς* nuncupavit p. 1357^a 23. 1358^a 11, quosque diserte disiungit a dialecticis syllogismis 1358^a 11. 1395^b 24 sive a logico syllogismo 1355^a 13 sive ab eo, qui *ἀκριβῶς* fit 1396^b 1, nimirum significans, quae proprie dicuntur, enthymemata, de quibus subtiliter in artis initio Aristoteles disputat (cf. 1355^a 6 *ἔστι δὲ ἀπόδειξις ῥητορικὴ ἐνθύμημα*). Quod inde nimirum repetendum est, quia rhetoricae ipsius maior ac gravior pars, in qua quidem praecipue illa *ἐνθύμηματα* desiderantur¹⁾, posita est in civilibus, quas modo tetigimus, causis.

Paulo diverso modo legimus in arte rhet. p. 1354^b 22 *διὰ γὰρ τοῦτο τῆς αὐτῆς οὔσης μεθόδου περὶ τὰ δημιουργικὰ καὶ δικανικὰ καὶ καλλίονος καὶ πολιτικωτέρας τῆς δημηγορικῆς πραγματείας οὔσης ἢ τῆς περὶ τὰ συναλλάγματα, περὶ μὲν ἐκείνης οὐδὲν λέγουσι, περὶ δὲ τοῦ δικάζεσθαι πάντες πειρῶνται τεχνολογεῖν, ὅτι ἥττόν ἐστι πρὸ ἔργου τὰ ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν ἐν τοῖς δημιουργικοῖς καὶ ἥττόν ἐστι κακοῦργον ἢ δημιουργία δικολογίας, ἀλλὰ κοινότερον (ὅτι κοιν. Römer, quem cf. ad h. l. et prf. p. XII): intellegendum enim arbitror illud 'πολιτικωτέρας' ratione praecipue habita eius, quod sequitur, 'κοινότερον' hunc in modum: 'quamquam ad publicam utilitatem magis pertinet' contionalis quam iudicialis oratio. Nemo, puto, non cogitabit de Isocratis illo dicendi usu, quem praeterea propter eandem generis iudicialis contemptionem conferre licet (v. Isocr. or. IV 188; XII 11. 240; XV 2. 3. 41. 42. 228. 276; praeterea v. Speng. comm. ad hunc Aristotelis locum). Ac ne Ciceronis quidem verba (ad Att. II 1, 3) aliena sunt,*

1) Cf. Philod. vol. rhet. p. 311, 13 Sudh. *καὶ πολιτικὸς γούν τε οὐτάωι συλλογισμῶι χρῆται.* cf. *ibid.* p. 314, 5.

quae afferantur, haec: 'Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes, et quod se ab hoc refractariolo iudiciali genere abiunxerat, ut *σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος* videretur, curare, ut meae quoque essent orationes, quae consulares nominarentur.'

Neque paenitebit Aristotelis unum his adiungere locum artis poeticae, quem in hoc sententiarum nexu transire fas non est: (c. VI p. 1450^b 4) *τρίτον δὲ ἡ διάνοια. τοῦτο δὲ ἔστιν τὸ λέγειν δύνασθαι τὰ ἐνόητα καὶ τὰ ἀρμόττοντα, ὅπερ ἐπὶ τῶν λόγων τῆς πολιτικῆς καὶ ῥητορικῆς ἔργον ἔστιν· οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι πολιτικῶς ἐποίουν λέγοντας, οἱ δὲ νῦν ῥητορικῶς.* Hic locus, si quis alius, demonstrat, quantas difficultates interpretibus vox *πολιτικῶς* praebeat. Nam Godofr. Hermannus, M. Schmidtus, Susemihlius, Ritter, Vahlenius — suam quisque interpretationem profert. Equidem in summa rei accesserim G. Hermanno, qui *πολιτικῶς λέγειν* significare adnotat: 'ita verba facere, ut civilis prudentia postulat'. Quae iam sequuntur: 'ita ut aliquid suadeatur vel dissuadeatur, cum plerumque tragoediarum argumenta in eo versentur, ut de publica civitatis alicuius utilitate agatur' minus mihi probantur, in his enim nimis premit reipublicae notionem, cum mihi quidem potius in universum de communi vitae utilitate rerumque necessitate (quod nos dicimus „*praktisch*“ sive „*sachlich*“) cogitandum videatur (cf. infra p. 159). *Ῥητορικῶς* autem *λέγειν* Hermannus interpretatur 'disceptare aliquid in utramque partem, magis cognoscendae rei causa quam ut suadeat vel dissuadeat', quibus convenienter mihi videor apponere: ita ut ad artis demonstrationem poeta spectet. Invenimus igitur, si modo loci sensum assecuti sumus, non obscura indicia discriminis illius, quod est inter *πολιτικούς* et *ἐπιδεικτικούς λόγους*. Respondet enim, non prorsus par est huic disiunctioni illa Aristotelea, quae instituitur inter *ἀγωνιστικὴν* et *ἐπιδεικτικὴν* seu *γραφικὴν λέξιν*, de qua v. p. 179 n. 1. Ceterum ad illustrandum hunc artis poeticae locum non nihil conferre mihi

videtur Dion. Hal. p. 463, 13 et epit. libri de imit. II 2, 11 (p. 21, 20 Us.), quod notasse satis habeo.¹⁾

Iam constare puto non deesse in Aristotelis libris — frustra enim de ceteris Bonitzii copiosissimos indices adii — indicia, ex quibus colligamus non ignotum fuisse philosopho usum vocis *πολιτικός* ea potestate adhibitae, qua de deliberativo et iudiciali generibus potissimum valet, disiunctis a demonstrativo; sed vere technice in rhetorica doctrina tamquam termini loco Aristotelem hanc vocem usurpasse probari nequit.

Accedimus iam ad eam, quae disputandi et litigandi non paucis dedit ansam, rhetoricam quam dicimus ad Alexandrum. Ac nobis quidem id satis erit via ac ratione demonstrasse, quo sensu ab eius auctore adhibeatur notio *πολιτικοῦ λόγου*. Qua de re non nulli disputarunt, verum tamen paucis mihi res est repetenda. Nam Lerschius, qui infelicissime, quantum scio, omnium de hoc libello commentatus est, servata communi omnium codicum scriptura cap. I (Sp. rh. Gr. I 174, 15 sq.) tria genera adnumerari ab auctore *τοῖς πολιτικοῖς λόγοις* vehementer defendit (Sprachphilos. II 286; mus. Rhen. I 176—192; Ztschr. f. d. Altw. 1846, 939). Cuius sententiam neminem iam puto probare neque ego probo vel propterea, quod Spengelii emendatio in initio libri utique mihi videtur accipienda. Atque vel hunc nostrae commentationis futurum esse spero fructum, ut certum sit, si modo quarti vel tertii a. Chr. n. s. caput huius libelli primum est, illa verba *τρία γένη τῶν πολιτικῶν εἰσι λόγων, τὸ μὲν δημηγορικόν, τὸ δὲ ἐπιδεικτικόν, τὸ δὲ δικανικόν* sana esse non posse. Ac ne V. Rosius quidem iure in Aristotele pseudep. p. 136 hac de re dubius haesitare mihi videtur, cum dicit: „etiamsi duo tantum in initio libri auctorem praeter codicum auctoritatem statuisse genera credas.“ Contra illam Lerschii sententiam suam, quam protulerat in *συναγ. τεχν.* p. 186, defendit in comm. ad art. rhet. ad Alex. p. 228 Spengelius; postea (1849) iterum Spengelium defendit Finckhiius (in commentatione de auct. rhet., quae dic. ad

1) V. quae infra dicemus de Polybii quadam locutione p. 159.

Alex., Heilbronae p. 8 sq.), ad quem ab omnibus, qui post eum hanc rem tetigerunt, relegamur. Spengelius et Finckhius consentientes negant probari posse auctorem epidicticum genus agnovisse — optimo iure etiam mea sententia; videntur autem iusto longius procedere, cum putant eum γένος ἐπιδεικτικὸν non constituisse, quod non ita mihi probatur. Certe ad nostram rem hoc statuere non satis est: nobis enim, ut accurate rem delineemus, hoc est quaerendum, num ad λόγους πολιτικοὺς eas, quas cap. XXXV tractat, orationes auctor adnumeret, si minus, quid de his orationibus hoc loco tractatis iudicandum sit. Quae ita mihi videntur disceptanda:

Auctor rhet. ad Al. (Sp. I 174, 15) haec exhibet: δύο γένη τῶν πολιτικῶν εἰσι λόγων, τὸ μὲν δημηγορικόν, τὸ δὲ δικανικόν· εἶδη δὲ τούτων ἑπτὰ, προτρεπτικόν, ἀποτρεπτικόν, ἐγκωμιστικόν, ψεκτικόν, κατηγορικόν, ἀπολογητικόν καὶ ἐξεστικόν ἢ αὐτὸ καθ' αὐτὸ ἢ πρὸς ἄλλα. τὰ μὲν οὖν εἶδη τῶν λόγων τσσαῦτα ἀριθμῶ ἔστι, χρῆσόμεθα δὲ αὐτοῖς ἔν τε ταῖς κοιναῖς δημηγορίαις καὶ ταῖς περὶ τὰ συμβόλαια δικαιολογαῖς καὶ ταῖς ἰδίαις ὁμιλλαῖς. Profecto occasiones, quibus πολιτικούς λόγους adhiberi putat, tam clare his verbis scriptor artis enumerat et tam perspicue dicit, quae genera πολιτικὸν λόγον efficiant, ut nemini dubium esse possit, quin orationes ad solam artis ostentationem factas meraque in laudatione aut vituperatione versantes ad eos pertinere minime censuerit. Atque errat, si quis ex iis, quas εἶδος ἐγκωμιστικὸν et ψεκτικὸν appellat, speciebus aliud quid colligendum putat. Hae enim species non minus quam ceterae in iis, quas notavit, civilibus orationibus locum habent; quod elucet primum ex iis, quae dicit Sp. I 186—188: προθέμενοι δὲ πάλιν ἐφεξῆς τό τε ἐγκωμιστικὸν εἶδος καὶ τὸ ψεκτικὸν περιλάβωμεν. Συλλήβδην μὲν οὖν ἔστιν ἐγκωμιστικὸν εἶδος προαιρέσεων καὶ πράξεων καὶ λόγων ἐνδόξων αὔξησις καὶ μὴ προσόντων συνοικείωσις . . . ἐπαινετὰ μὲν οὖν ἔστι πράγματα τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα καὶ τὰ συμφέροντα καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἡδέα καὶ τὰ ῥάδια παραχθῆναι . . . δεῖ δὲ τὸν εὐλογοῦντα

δεικνύειν τοῖς λόγοις ὡς τοῦτω τῷ ἀνθρώπῳ ἢ τοῖς πράγμασι
 ὑπάρχει τι τοῦτων ἢ αὐτοῖ κατεργασθῆν ἢ δι' αὐτοῖ πορι-
 σθῆν ἢ ἐκ τοῦτου ἐπισυμβαῖνον ἢ ἕνεκεν τοῦτου γινόμενον ἢ
 οὐκ ἄνευ τοῦτου ἐπιτελούμενον. Non abhorrui a tot verbis
 describendis; haec enim si tecum reputaveris simulque ad-
 sumpseris, cum quae exstant apud Speng. I p. 186, 24—188,
 10, tum maxime exempla ibi allata, non iam dubitabis, quin
 ἔγκ. et ψεκτ. εἶδος huic rhetori sit ea species, qua in 'civi-
 libus' orationibus nostram rem augeamus, contrariam minu-
 amus. Quod etiam magis his firmatur locis, quibus diserte
 dicit de his speciebus in contionali et iudiciali genere usur-
 patis: p. 159, 23 τοῖς μὲν οὖν κατηγοροῦσιν ἐκ τῶν τοιοῦτων
 ἢ συγγνώμη, περὶαιετέα καὶ, ὡς πρότερον εἴρηται, διὰ τῶν
 ἀξήσεων πολλῶν αἴτια κακῶν τὰ τῶν ἐναντίων ἔργα δεκτέα
 (cf. p. 186, 10 sq.). p. 216, 2 τὰς κρίσεις ψεκτέον (in gen. de-
 liberativo). p. 229, 9 τοὺς μὲν γὰρ μήτε εὖ μήτε κακῶς διακει-
 μένους αὐτοὺς μὲν συντόμως ἐπαινετέον καὶ τοὺς ἐναντίους
 κακολογητέον (in iud. genere). p. 231, 28 τὰς μὲν ἕγ' ἡμῶν
 πίστεις εἰρημένας ἀξήτεον, τὰς δ' ἢπ' ἐκείνων μελλούσας ἐ-
 γεσθαὶ διασურτέον καὶ ταπεινωτέον. p. 224, 12 δεῖ δὲ καὶ
 τὰ μὲν σαντοῦ ἀξῆν, τὰ δὲ τοῦναντίον ταπεινοῦν, ποιοῦντα
 ὡς ἐν τῷ προτρεπτικῷ εἴρηται. p. 222, 16 δεῖ δὲ τὰ μὲν ἐκεί-
 νων μικρὰ ποιεῖν, τὰ δὲ σαντοῦ ἀξῆν, ὡς ἐν ταῖς ἀξήσεσι
 προακήκως.

Constat igitur in septem illis speciebus εἶδος ἔγκ. et ψεκτ.
 non aliter atque cetera εἶδη propterea commemorari, quod in
 contionalibus et iudicialibus orationibus necessario adhibentur,
 non quia hae duae species ipsae genus orationum efficiant.

Iam vero auctorem huius artis fugere non potuit neque
 fugit haec duo εἶδη, etiam sola constare et per se totas ora-
 tiones posse efficere; quod diserte confitetur p. 191, 29 δει-
 τερον δὲ τὰς ἀξήσεις καὶ ταπεινώσεις χρησίμους ἀναγκαῖον
 εἶναι παρὰ τὰ λοιπὰ πάντα, μάλιστα δ' αὐτῶν ἐν τῷ ἔγκωμιῳ
 καὶ τοῖς ψόγοις αἱ χρήσεις.

De his laudationibus et vituperationibus, quae per se
 constant, auctor artis omnino non debebat dicere, si modo ac-

curatam rerum dispositionem servare studebat et trans fines initio constitutos nolebat vagari. Sed quia hic anonymus est rhetoricae magister utilitati suam artem accommodans totusque in regulis tradendis, multo minus id spectat, ut philosophorum, velut Aristotelis in modum agat, qui quae ad propositum pertinent, omnia eaque ad certum quendam ordinem ac normam disposita proferenda, quae a proposito aliena sunt, vel si cum fructu proferantur, tamen diligenter tacenda et excludenda censent — immo utilitatem sequitur tamquam legem summam. Non igitur mirum si vel neglecto instituti consilio non abhorruit etiam a laudatione et vituperatione, quae per se constat, tractanda — id vero quam brevissime, praesertim probata Ipfelkoferi sententia¹⁾; solam enim hominis laudem respicit. Ex parte etiam eo haec res potest excusari, quod vel in civilibus et in iis orationibus, quae in domestico usu ab auctore non neglecto versantur, interdum fit, ut laudatio principalem teneat locum, velut in epitaphio. At sensisse se non prorsus ad rem propositam hunc totum (c. 35) tractatum pertinere ne ipse quidem auctor celat, cum dicit (Sp. I 225, 15) ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ τῶν τοιούτων εἰδῶν οὐκ ἀγῶνος, ἀλλ' ἐπιδείξεως ἕνεκα λέγομεν, ubi illis ἀγῶσι significat genus conitionale et iudiciale (non solum iudiciale, quod recte Lerschius dixit contra Spengelium in Ztschr. f. d. Altw. 1846 p. 934 sq.), de quibus ex instituto dicere suscepit. Ad πολιτικοῖς igitur λόγους has meras laudationes et vituperationes ab auctore anonymo numerari non potest probari, immo negandum est.

Mea igitur sententia, quam fusius volui exponere, quia haec res adhuc levius, quam debebat, tacta est, haec: Ad πολιτικοῖς λόγους secundum auctorem huius libelli pertinent solum genus deliberativum et iudiciale; ex speciebus laudandi et vituperandi initio commemoratis non est concludendum etiam tertium genus laudativum eum πολιτικοῖς λόγοις adnumerasse (quod dico praecipue propter Quintil. III

1) Die Rhetorik des Anaximenes unter den Werken des Aristoteles. Würzburg 1889, p. 47 sq. et 51 sq.; cf. etiam Finckhii l. l. p. 7.

4, 9). Nihilominus tamen auctor intellexit esse quasdam orationes totas positas in laude et reprehensione, ad ostentationem potius quam causarum veritatem factas; non igitur dubitavit — vel neglecta instituta ratione — etiam de earum methodo loqui. Ad eos, quos dicit *πολιτικούς λόγους*, non pertinent hae orationes, nisi forte paucas peculiaris naturae excipis. —

Num omnino 'rhetorica' ex tribus generibus constare ei visa sit (quae quaestio cum illa, quam tractavimus, non est confundenda), sive num ex illis laudationibus et vituperationibus genus epidicticum praeter duo illa constituerit, equidem fateor me nescire. Nusquam enim de tota rhetorica auctor verba facit, sed solos *πολιτικούς λόγους* tractare se profitetur, quod non licet negligere (quod fecit e. g. Volkmannus Rhet.² p. 19 et uno saltem loco, in philol. XVIII 622, Spengelius; multo prudentius Finckhii l. l. p. 9). Ut singulare quoddam epidicticum genus eum probasse negem, illud mihi non satis valet, quod non diserte de his orationibus voce *γένος* utitur; id enim ex silentio auctoris concludere non licet, cum vel si peculiare genus his orationibus effici putabat, tamen in hac *πολιτικῶν λόγων* tractatione nusquam esset necessarium eas ita appellari. Hac igitur de causa non universam Spengelii et Finckhii sententiam me probare supra professus sum (p. 147).

Pauca addenda sunt de verbis, quae exstant Sp. I 174, 21 *καὶ ταῖς ἰδίαις ὁμιλίαις*: dicit igitur ea *εἶδη*, quae sunt in *πολιτικοῖς λόγοις*, adhiberi etiam in privatis orationibus, ut etiam has ad *πολιτικούς*, quos dicit, *λόγους* numerare facile possit videri — similem nimirum rationem secutus atque Plato, quem supra intelleximus rhetoricae sive persuadendi arti (non *τοῖς πολιτικοῖς λόγοις*) tribuisse et civilium et privatorum collegiorum usum. Sed ne hic quidem satis sibi constare auctor incertus mihi videtur, utpote qui antea dixerit duo genera esse *πολιτικοῦ λόγου*, *διμηγορικόν* et *δικαικόν*; immo intellegimus studere quidem eum accurate rebus digerendis, utilitatis autem causa negligentius propositam partitionem materiaeque terminationem servare et *τὰ εἶδη*,

potius tractare quam τὰ γένη (cf. Speng. Zeitschr. f. d. Altw. 1840, p. 1263; comment. p. 100.) Ac ne hoc quidem legentes fugiet auctorem non nisi leviter privatam dicendi usum tetigisse, cuius rei sat magnum est testimonium locorum paucitas, quibus eius facit mentionem: Sp. I (174, 21. 26.); 228, 17; 238, 14; 239, 9 (si modo genuinum c. XXXVIII, cf. Ipfelkoferi l. l. p. 27 sqq.). Quo commoveor, ut in interpretanda notione πολιτικοῦ λόγου privati dicendi usus mentionem respiciendam non censeam. Sunt igitur πολιτικοὶ λόγοι auctori rhet. ad Alex. eae orationes, quae versantur in negotiis publicis vel civilibus, videlicet contionales et iudiciales, ut discrete dicit auctor, praeter has nullae.

Denique unus exstat in hoc libello locus, de quo recte interpretando equidem despero, nimirum c. XXXVII Sp. I 238, 10 sq., ubi opponuntur ἐξετάσεις ἐν μὲν τοῖς πολιτικοῖς συλλόγοις — ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις — ἐν δὲ τοῖς δημοσίοις: ac profecto quia ultimum genus manifesto est, quod ad rem publicam spectat, primum necesse est sit iudiciale, quod re vera ita esse etiam verbis quae vv. 11—13 exstant probatur. Qui vero πολιτικοὶ σύλλογοι (oppositi δημοσίοις) iudiciales conventus appellari possint, non magis equidem scio Spengelio (cf. comment. p. 103 et 272); nam etiam ego exemplum desidero, quo tale quid factum esse comprobem.

Haec de auctore rhetoricae ad Alexandrum. Nam falsarium miserum epistolae praemissae (Sp. I 174, 12) πολιτικὰ καὶ δικανικὰ παραγγέλματα ita dicere — si modo sanus est locus, cf. Spengelii comment. p. 98 —, ut vox πολιτικός de solis demegoriis valeat, cum in epistolae primis versibus (Sp. I 171, 3) item atque verus auctor notione πολιτικοῦ λόγου usus sit, vix dignum est quod memoretur.

Eum autem, quem in rhetorica ad Alexandrum invenimus cuiusque certa indicia etiam apud Aristotelem exstant, notionis πολιτικοῦ λόγου usum, quo comprehenduntur hac locutione contionales et iudiciales orationes, quasi primum, certe frequentissimum esse videbimus. Neque frustra eum quaerimus apud eum, ad quem iam ducimur, philosophum

Epicurum. Qui quid hac de re sentiat non ita ex iis, quae Usenerus collegit, fragmentis cognoscimus, quam ex Herculanensibus voluminibus rhetoricis Philodemi, philosophi potius quam rhetoris Epicurei. Huius fragmina postquam Sudhausius¹⁾ apographis Oxoniensibus denuo collatis, novis auxiliis a Gomperzio praebitis, ab Usenero et Buechelero adiutus feliciter plerumque aucta et ingeniose suppleta quasi patefecit, de his potissimum, quos tractamus, terminis commodissimum accepimus subsidium. Sublegamus igitur ex Epicureorum hortis fructus, quos diu nobis recusaverunt.

Philodemus tractaturus tritam illam et communem non paucorum rhetorum philosophorumque et, si cum acuminie intellegis Isocratis (or. XIII 12) verba, ne ab hoc quidem repudiata quaestionem, utrum in artibus numeranda sit rhetorica necne, in libro II primum quid alii viri sive docti sive indocti hac de re censuerint, imprimis, ut videtur, philosophi stoici et Cyrenaici, perlustrat; tum quid arbitrati sint quidam ex ipsis Epicuri asseclis ita recenset, ut notiones rhetoricae, sophisticae, politicae non satis disiunctas perstringat. Iam (vol. rh. p. 68, 1 S.) scriptor ad suam ipsius sententiam proferendam festinat atque, ut ratione et via ubique utitur, artis notione subtiliter circumscripta (p. 76, 11) ita dicit: *αὐταῖς δὲ (scil. ταῖς νῦν ἢ καλουμέναις ἢ οὐ καλουμέναις τέχναις) δὴ τοιαῦτα καὶ τὰς ῥητορικὰς ἐναρμότιοντες τὴν μὲν σοφιστικὴν τέχνην ἀποφαινόμεθα, τὴν δὲ πολιτικὴν οὐ τέχνην.* Cognoscimus profecto a Philodemo (cf. p. 53, 23) divisionem ita fieri rhetoricorum generum, ut nullo pacto *σοφιστικὴ ῥητορικὴ* communitatem habeat cum notione *πολιτικοῦ λόγου*, immo ut contrariae ex parte sint inter se. Qua de re ne ulla relinquatur dubitatio, satis habeo remisisse lectorem ad alios Philodemi locos, quibus plerumque firmatur, quod de artis quaestione eum sensisse modo diximus: p. 9, 26 *τὴν σοφιστικὴν ῥητορικὴν οὐκ εἶναι τέχνην . . . μὴ περιγίνεσθαι δι' αὐτῆς τὴν πολιτικὴν καὶ τὴν ἔμπρακτον ῥητορικὴν*; 21, 31 *οὔτε τὴν σοφιστικὴν*

1) Philodemi volumina rhetorica ed. Siegfried Sudhaus. Lipsiae 1892.

εἰκῆ τάξαι τέχνην οὔτε τὴν πολιτικὴν. 46, 3 ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐμβριθέες ἐστὶ τεκμήριον τοῦ μὴ πολιτικὴν τέχνην εἶναι τὴν σοφιστικὴν. 64, 21 τὴν μὲν σοφιστικὴν παρῆκε ῥητορικὴν ὥσπερ οὐ λεγομένην καὶ κατὰ τὴν κοινὴν καὶ κατὰ τὴν Ἐπικούρου συνήθειαν, μόνην δὲ τὴν πολιτικὴν προσεποιήθη (sc. τέχνην, ita enim Bromius Epicureus magistri sententia in contrariam partem intellecta nugatus est). 120, 12 τὸ τοῖνον ὀρισθῆναι κατὰ τοὺς ἄνδρας τὴν σοφιστικὴν ῥητορικὴν τέχνην, οὐ σύνεργον¹⁾ τῆς ἐμπράκτου καὶ πολιτικῆς ῥητορικῆς. Hic licet afferre etiam p. 10, 2. 41, 2. 50, 33. 68, 21. 135, 40. 136, 15, qui loci infra potius laudandi erunt (p. 154 sq.). Reprehensione igitur digni videntur, qui non discernunt rhetoricam in has partes p. 53, 23 ἅμα δὲ μεμφόμενοι τοὺς ἀδιαστόλως λαβόντας, αὐτοὶ τὴν ῥητορικὴν οὐ διεστάλακασιν²⁾, quoniam hae partes non minus differunt quam maritima animalia a terrestribus (p. 98, 23) et a musica ars scribendi (p. 10, 33). Accurate igitur Philodemus dicit τὴν ῥητορικὴν καὶ τὴν σοφιστικὴν καὶ τὴν πολιτικὴν (p. 245, 6. 283, 1 sqq.). neque aliter p. 201, 21 ῥήτορι καὶ τῷ πολιτικῷ καὶ τῷ σοφιστῇ (idem exstat p. 28, 4 sq. 211, 22. 213, 9 ~ 15). Suo igitur iure Philodemus vituperat Demetrium³⁾ quendam (non enim dicit Phalereum), qui τὸ σοφιστικὸν εἶδος eiusdem generis esse contendit, cuius sunt species forensis et iudicialis. —

Neque vero Philodemum primum hanc oppositionem fecisse credendum est, sed ut vim suo ipsius iudicio vindicet, more

1) Hoc supplendum censeo pro iis, quae exarat Sudh. οὐχ ὡς ἔργον, coll. 121, 29 et 34, 14.

2) Sic scribendum pro Sudh. οὐδ' ἐστάλακασιν, quod postulatur sententia et coll. p. 50, 24. 53, 24. 54, 33.

3) Demetrius complures commemorat Philodemus: p. 378, 11 τὸν Φιληρέα Δημήτριον. — p. 198, 10 καθάπερ καὶ παρὰ Δημητρίῳ κεῖται περὶ τῶν Ἰσοκράτους (nemo qui hunc locum legerit, non ilico perscrutatus erit librum περὶ ἑρμηνείας, in quo similia exstant [cf. c. 12 et 15], eadem, quae Philodemus notat, frustra quaesiveris). — p. 180, 25 Ἀλεξανδρεῖς] Δη[μήτριος]. — p. 272, 4 Δη[μήτριος] ὁ Φαλη || ρε[ῖς] ἐν τοῖς περὶ τῆς ῥητορικῆς (supplem. incertum, nam non minus quadraret Ἀλεξανδρεῖς, quoniam usque ad 33 litteras lineolae procedunt.

Epicureorum (cf. Zeller, Phil. der Gr. III' 380) eos, qui sectam condiderunt, (τοὺς ἄνδρας proprie appellatos 89, 10. 90, 21. 93, 34. 120, 11. 110, 36. 106, 36) in eadem fuisse sententia diserte addit, imprimis Epicuri (p. 78, 2—19), Hermarchi (p. 78, 19—85, 19. 121, 23), Metrodori (p. 85, 27—89, 10. 120, 16) auctoritate allata.

Iam igitur disiunctionem inter voces πολιτικός et σοφιστικός technicam Epicuri temporibus in usu fuisse constat. Nostrum vero est demonstrare, quid sit πολιτικός λόγος, quid σοφιστικός apud Philodemum. Ac σοφιστικός quidem λόγος ea est oratio, quae versatur in laudatione et vituperatione, i. e. oratio epidictica culta a sophistis sive epidicticis rhetoribus iisdemque dicendi artis magistris. Quod quo iure dicamus, ex altera nostrae commentationis parte postmodo intelleges. Vocibus autem πολιτικός λόγος, de quibus ilico dicendum, Philodemus nihil vult dicere aliud nisi genus contionale et iudiciale, quod multis probatur locis, velut p. 212, 22 dicit προβλήματα δικανικά et συμβουλευτικά eademque adscribit (p. 213, 9) τοῖς πολιτικοῖς τῶν ῥητόρων. Neque raro τὸ δίκας λέγειν καὶ δημηγορεῖν vel similia dicit, ut id notet, quod aliis locis exprimit voce πολιτικός adhibita, imprimis ubi quaeritur, num sophistica sit magistra artis civilis: p. 121, 30 sqq. verba τὴν ἕξιν τὴν πολιτικὴν circumscribit verbis τὴν τοῦ δημηγορεῖν καὶ δίκας λέγειν ἐμπειρίαν. p. 47, 19 (34) disiungitur τοῦ μὲν γράφειν λόγους καὶ ἐπιδείξεις ποιεῖσθαι et τοῦ δὲ δίκας λέγειν καὶ δημηγορεῖν. p. 47, 7 εἰ τοῦ δίκας λέγειν εὖ καὶ δημηγορεῖν τέχνη τίς ἐστίν (ἢ σοφιστικὴ ἢ οὐκ ἔστιν). p. 50, 5 τέχνην εἶναι τὴν σοφιστικὴν τοῦ λόγους συγγράφειν καὶ ἐπιδείξεις ποιεῖσθαι, τοῦ δὲ δίκας λέγειν καὶ δημηγορεῖν οὐκ εἶναι τέχνην. idem p. 69, 25. Quid plura? satis est alios locos notasse: p. 42, 20. 43, 24 sq. 46, 3 sq. 132, 7. 222, 9. 136, 23. 33, 20. 37, 24. 38, 6. 48, 22. 62, 30. 140, 29.

Quid potissimum proprium sit naturae πολιτικοῦ λόγου ipsiusque adiectivi πολιτικός quae sit potestas, discimus ex talibus voluminum locis, quales sunt p. 10, 31 τὴν πολιτικὴν καὶ τὴν ἔμπρακτον ῥητορικὴν. 40, 16 τὴν δύναμιν ταύτην τὴν ἔμπρα-

κτον (= τὴν πολιτικὴν, quod ipsum exstat p. 39, 3); 120, 12 τὴν σοφιστικὴν οὐ συνέργον τῆς ἐμπράκτου καὶ πολιτικῆς ῥητορικῆς. Itaque disiungitur p. 320, 13 τὸ σοφιστεῦειν et τὸ ῥητορεῦειν ἐμπράκτως. οἱ πολιτικοὶ ῥήτορες vocantur 'οἱ πρακτικοὶ τῶν ῥητόρων' p. 366, 6 et 'οἱ ἔμπρακτοι ῥήτορες' p. 351, 7. πολιτικοὶ ἀγῶνες sunt οἱ ἀληθινοὶ ἀ. p. 41, 3. 12 et 136, 14; civiles oratores, oppositi sophistis, appellantur p. 176, 17 'οἱ ἐν φόβῳ ὄντες καὶ ἀγωνία', cum de sophistis dicat p. 245, 36: εἰς πόλιν δὲ καὶ εἰς ἀγορὰν οὐκ εἰσίσιν οὐδὲ τὸν βίον ὅλως ὠφελούσιν. Intellegimus igitur πολιτικὸν esse, quod spectat ad vitae utilitatem, ad veras contentiones, ad serias causas, non ad artis demonstrationem sive laudationum et vituperationum lusum, in quibus totam esse sophisticam postmodo demonstrabimus.¹⁾ Hic vero alterum est addendum, nimirum eas tantum causas sive deliberativi sive iudicialis generis intellegi, quae non versantur in quovis vitae negotio, sed in iis solis, quae pertinent ad vitam publicam; quod non minus elucet ex locis supra laudatis, ubi δημηγορεῖται et δικαστήρια sola commemorantur, quam ex hisce Philodemi verbis: p. 212, 15 καὶ πάλι τὸ συμβουλευτικὸν οὐ τοῖς κατὰ μέρος ἀνθρώποις ὑπὲρ τῶν εἰς βίον μακάριον ἀνηκόντων . . . ἀλλὰ δήμῳ καὶ πλήθει κοινῶς περὶ τῶν πολιτικῶν λεγομένων πραγμάτων. De eodem deliberativo genere idem profitetur p. 332, 5; atque p. 332, 10 de iudiciali genere dicit: κὰν μὲν δίκη γένηται πέντε μῶν, μελετῶσιν καὶ ἐντείνονται, ὅπως πείσουσιν· τὸν δὲ που διὰ κενοδοξίαν εἰς μοχθηρὰς ἐπιθυμίας τάλαντον μέλλοντα ἀναλίσκειν καὶ μετὰ τούτου ἑαυτὸν προσ-αποβάλλειν . . . non curant (cf. vers. 7 sq.) vel simile quid. —

Itaque statuimus apud Philodemum et, quod inde efficitur, apud Epicureos, h. e. exeunte saeculo quarto, tria illa rhetoricae genera, quae apud Aristotelem primum clare

1) Cf. Quintil. inst. III 8, 7 'in panegyricis, ubi emolumentum non in utilitate aliqua, sed in sola laude consistit'; etiam apertius Fronto in proemio: 'hoc genus orationis non capitis defendendi nec suadendae legis nec exercitus adhortandi nec inflammandae contionis scribitur, sed facetiarum et voluptatis'.

ἐνόντας εἰρήσικων λόγους et p. 210, 4 τὰ πολιτικὰ (= τοὺς πολ. λόγους) πάντα καὶ τὰ σοφιστικὰ ἐξεπρήσκειν¹⁾ et p. 205, 8. Saepissime vel pro locutione πολιτικὸς λόγος exstat sola vox ὁ πολιτικὸς: p. 136, 18. 137, 34. 222, 28. 311, 2. τὸ πολιτικὸν γένος, i. e. contionale et iudiciale, legimus p. 32, 19. τέχνην πολιτικὴν, i. e. artem (proprie intelligendam)²⁾ civilium orationum, quam quidem esse negant Epicurei, dicunt quidam adversarii, Philodemus exhibet p. 61, 32, et — qui locus notabilis videtur — p. 46, 3 τεκμήριον τοῦ μὴ πολιτικὴν τέχνην | εἶναι τὴν σοφιστικὴν, quae verba adumbrantur p. 41, 2. ἡ πολιτικὴ δύναμις, scil. facultas habendi orationes civiles, sollempnis Philodemo locutio: p. 39, 3. 35, 20. 50, 12. 67, 32 ~ 134, 15. 136, 5. Cum his locis conferre licet eos, quibus legimus: ‘ἡ ἐν τοῖς ἀληθινοῖς ἀγῶσι δύναμις’³⁾ (p. 41, 13) sive ‘τὴν ἔμπρακτον δύναμιν’ (p. 40, 16 coll. 39, 4). Omnibus his locis vocem δύναμις non temere, sed consulto ab Epicureis adhiberi notandum est; scimus enim,

1) Duplici hac de re rhetores termino utuntur: τὰ ἐνόντα (Isocr. or. XIII 9 — Pl. Phaedr. p. 235 B, rhet. ad Alex. Sp. I 209, 8. Arist. p. 1450^b 5) et οἱ ἐνόντες λόγοι. Quamquam utrumque inveniri scio, expungendum puto subst. λόγων apud Dion. Hal. p. 496, 2 (cf. τῶν ἐνόντων ἐν τοῖς πράγμασι Isocr. or. XIII 9) et transponendum forma accusativi in v. 1 ante ἀποδέδωκα, ubi vel maxime desideratur (cf. Dion. Hal. p. 512, 1. 834, 3. 1129, 5 R. de comp. v. p. 216 Schaef.). Videtur haec vox ex margine in falsum locum irrepsisse. Dionysius semel (de historico) dicit τοὺς ἐνόντας λόγους p. 844, 10 R, ubi desunt verba ἐν τοῖς πράγμασιν. τὰ ἐνόντα apud eundem ep. ad Pomp. III 21 (cf. p. 607, 15 ἕκαστα τῶν ἐν τῷ λόγῳ) nec vero technice.

2) Si contuleris, quae de artis notione exstant p. 53. 54, 5. 58, 5 sq. 12. 59, 19. 61, 6. 69, 5, de Apollodoreorum et Theodoreorum litibus non cogitare vix poteris. Quod ad ‘artis’ definitionem pertinet, Epicureos a partibus Apollodori stare perspicuum est.

3) Quae sequuntur p. 41, 13, ita suppleam: οὐδ’ [δῶς || τι [σ]υμβάλ-
πρός? π Sudh.
[2]οντα|ι εἰς τὸ || [τ]ὴν [ἐ]ξιν [ἐ]χ[ε]ιν, coll. p. 137, 38 ἐπειδὴ οὐν ἡ σοφιστικὴ κατ’ οὐδὲν συντείνει πρὸς τὸ τὴν δύναμιν ἔχειν. verbum ἔχειν, de quo dubitare videtur Sudh., certum fit inter se collatis hoc loco ~ 137, 40 sq. ~ 137, 38; ad vocem ἔξιν cf. p. 61, 8. 69, 5. 121, 30 et Dion. Hal. frgm. libri περὶ μιμήσεως ed. Useneri p. 14, 20.

quantopere termini *δύναμις* et *τέχνη*, rhetoribus differant (cf. Walz. rhet. Gr. IV 25, 32 et VI 17, 19). — *ἔξις πολιτικῆς*, facultas civiliter dicendi, exstat p. 121, 30, vix ullo modo discrepans a locutione *δύναμις πολιτικῆς ἐμπειρία πολιτικῆς*, legitur p. 140, 32; 284, 5; probabiliter suppletur a Sudhansio p. 134, 13: his omnibus locis *ἐμπ. πολ.* est experientia dicendi civiliter. Incerta mihi explicatio est verborum *σύνεσις πολ.* p. 348, 5, *πολιτικὴν φιλοσοφίαν* p. 364, 3, *πολιτικὴν ἀγωνίαν* 322, 16: nescio enim, utrum de sola civili eloquentia dicta sint, an potius ad universam in republica vitam spectent.

Diversus ab ipsius Philodemi more is est vocis *πολιτικός* usus, quo in generibus ennumerandis adhibetur de solo genere deliberativo: p. 92, 18 *μίτε τὸ πολιτικὸν μίτε τὸ δικανικὸν μίτε τὸ πανηγυρικὸν μέρος τῆς ῥητορικῆς*, quae repetuntur p. 93, 23. 98, 19¹⁾; omnibus his locis Philodemus hunc usum mutuatus est ab adversario quodam, in quo refutando versatur inde a p. 92, 33.

Ut iam mittamus Epicurum, cuius dicendi usus apud discipulos haud dubie usque ad Philodemi tempora semper valuit, ex iis, quae sequuntur, duobus saeculis ipsorum rhetorum opera ad nos pervenerunt nulla. Nihilo tamen minus pauca restant verba paucorum, quae propter ipsam testimoniorum penuriam memoranda sunt. Hieronymi philosophi, quem peripateticis adscribendum esse certum est coll. Cic. or. 56, 190, servantur non vilia quaedam frustula a Philodemo vol. rh. p. 198, 13—200, 1 et paulo parcius a Dion. Hal. de Isocr. iud. p. 560 sq. R, quae quidem demonstrant etiam in Aristotelis familia eo, quo modo invenimus, sensu vocem *πολιτικός* de rhetoricis rebus fuisse usurpatam. Hieronymus dicit apud Philod. p. 199, 9: *εὐανάγνωστον μὲν εἶναι (τὴν Ἰσοκράτους λέξιν) τῆς φωνῆς ἐφειμένης, ἐπαρθείσης δὲ μίλλαν ταῖς περιόδους κατεκτελέγουσαν τὸν λόγοντα, καὶ τὴν ἐπὶ κρισίν ἀφαιρουμένην* (Speng. pro ἀφαιρουμένου) καὶ σχεδὸν

1) De alio quodam loco (p. 102, 27) in altera commentationis parte dicam.

ἐναντίαν τῇ τῶν πολιτικῶν, τὸν δὲ πολιτευομένων ἐπιστατή-
σοντα πολιτικὴν δεῖν καὶ δημηγορικὴν κατακεχρῖσθαι λέξιν καὶ
μὴ τὴν ἐπιδίφριον καὶ καταψιθυρίζουσαν τὸν λόγον. Intelle-
gimus ita vocem πολιτικῶς a philosopho adhiberi, ut de iis
solis orationibus valeat, quae revera in publicis negotiis
et in pulvere ac strepitu causarum habentur, non quae ad
genus demonstrativum pertinentes vel recitantur vel leguntur.
Ceterum cf., quae dicemus de Dionysii loco infra p. 168.

Polybii haec verba afferam (lib. V 33, 5): Ἄλλ' ἐνιοὶ
τῶν πραγματευομένων, οὐδὲ ἐφ' ὅσον οἱ τὰ κατὰ καιροὺς ἐν
ταῖς χρονογραφίαις ὑπομνηματιζόμενοι πολιτικῶς εἰς τοὺς
τοίχους οὐδ' ἐπὶ τοσοῦτον μνησθέντες, πάσας φασὶ τὰς κατὰ
τὴν Ἑλλάδα καὶ Βάρβαρον περιειληφέναι πράξεις, ubi πολιτι-
κῶς significat: 'simplicem in modum, solarum rerum
notandarum habita cura, nulla arte' (cf. Cic. or. 69, 230);
in universum igitur cum Reiskio consentio, cuius verba exstant
in Schweighaeuseri adnot. ad h. l. (vol. VI p. 185). Non alienum
mihi videtur admonere lectorem loci illius artis poeticae Ari-
stoteleae, de quo fusius dicendum fuit p. 145 sq. Quamvis
enim sermo sit de diversis rebus, tamen, si generatim rem
spectas, eadem est res.

Iam nunc quasi pontem fecimus ad eum, qui ingressus
est etiam hac in re 'velut propriam viam' (Quintil. III 1, 16),
Hermagoram rhetorem. Huius enim auctoritate notionis
πολιτικῶς nova quasi aetas inauguratur, cum non medio-
criter ab eo, quem quasi primum esse diximus, sensu apud
hunc vox πολιτικῶς discedat. Dicit enim Hermagoras rhe-
toricam esse δύναμι τοῦ εὖ λέγειν τὰ πολιτικὰ ζητήματα
teste Sopatro (W. V 15, 17) et iis, quos modo laudabimus,
Latinis rhetoribus plerisque; cum Troilus sophista (W. VI
52, 30) dicat et repetat Maximus Planudes (W. V 213, 16):
οἱ δὲ Ἑρμαγόρειοι οὕτως ᾤρισαντο αὐτὴν λέγοντες· ῥητορικὴ
ἐστὶ λόγου δύναμις τέλος ἔχουσα τὸ πείθειν ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ·
παραλέλειπται δὲ καὶ οὗτος ὁ ὅρος, οὐ περιέχει γὰρ τὸ ὑπο-
κείμενον, τοῦτέστι τὰ πολιτικὰ πράγματα. Finem vero
rhetoricae Hermagorae fuisse τὸ τεθεῖν πολιτικὸν ζήτημα

διατίθεσθαι κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον πειστικῶς cum alii tum Sextus refert p. 687, 17. Iam si quaerimus, quomodo hac definitione probata Hermagoras genus ἐπιδεικτικὸν rhetoricae tribuere potuerit, quod fecisse eum testatur cum Latinis rhetoribus Sopater W. IV 63, 10, ne ego quidem, si quo adhuc invenimus sensu adiectivum πολιτικὸς accipio, satis possum expedire prorsusque probo Fabium dicentem (inst. II 15, 20): 'Illud de omnibus, qui circa civiles demum quaestiones oratorem iudicant versari, dictum sit, excludi ab his plurima oratoris officia: illam certe laudativam totam, quae est rhetoricae pars tertia'. Nam ut taceam illam offensionem, quam praebet vox ζήτημα, satis iam perstrictam a Sopatro W. V 16, 21 ¹⁾, ut omittam illam quaestionem de thesibus ab Hermagora rhetoricae vindicatis, quam praeteriri hic omnino satius fuerit, quam attactam deseri ²⁾ — ne adiectivum πολιτικὸς quidem ea, qua adhuc, potestate servata prorsus satisfacere potest, quoniam materia epidictici minime posita est in iis solis rebus, quae spectant ad vitae publicae negotia, immo aut non comprehenditur aut tantum ex parte. At audiamus Aurelium Augustinum, qui haec exhibet (Halm. rhet. L. min. p. 138, 34): 'Sunt autem civiles quaestiones, quarum perspectio in communem animi conceptionem potest cadere, quod Graeci κοινῆν ἔννοιαν vocant', vel 'omnia quaecumque huius modi sunt, ut ea nescire pudori sit, et quae vel ignorantes, quasi sciamus tamen, cum simulatione prae nobis ferimus, quotienscunque in dubitationem vocantur, efficiunt civilem quaestionem', et (p. 139, 18) 'idcirco quae dubitationes in huius modi rebus (scil. quales descripsit v. 11—18) oriuntur, civiles vocantur quaestiones, quasi non propriae paucorum, sed communes universorum. quae cum ita sint, merito quaestiones, quae κοινῆ ἔννοια deprehendi pos-

1) Cf. praeterea, quae de ζήτηματος notione exposuit G. Thiele, Hermagoras p. 24—26, p. 178, p. 183.

2) Cf. Cic. de inv. I 6, 8. Quintil. inst. II 21, 21. Aurel. Aug. Halm. p. 140. Harnecker, annal. phil. 1885, 69 sqq. Striller, Bresl. phil. Abh. 1896, 19. G. Thiele, Hermagoras p. 27—33.

sunt, civiles vocantur, et hae sunt, in quibus versari et praestare debet orator'. Qua cum interpretatione prorsus concinunt ceteri plerique rhetores Romani, velut Sulpicius Victor (Halm. p. 313, 17), Fortunatianus (H. p. 81, 9 — Cassiod. ibid. p. 495, 10), anon. rhet. exc. (H. p. 585, 1), ex quorum libris intellexeris, quam diu et quam late dominatus sit in rhetoricae regno hic usus. Singulorum verbis afferendis meo iure parco; Graece autem quomodo sonent sis scire, Marcellinus in scholiis ad Hermogenis status haec dicit (W. IV 69, 16): *πολιτικὸν δὲ λέγουσι τὸ μὴ περὶ τὰς μεθόδους τὰς φυσικὰς ἐφιστάμενον, ἀλλὰ τῆς κοινῆς ἐννοίας ἔχον τὴν κρίσιν.*¹⁾ Neque nolim hoc loco monere iam Aristotelem initio artis rhet. dicere²⁾: *ἡ ῥητορικὴ ἐστὶν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ· ἀμφοτέραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσιν, ἃ κοινὰ τρόπον τινὰ ἀπάντων ἐστὶ γνωρίζειν καὶ οὐδεμιᾶς ἐπιστήμης ἀφωρισμένης.* Concinit igitur Hermagoras, stoicorum hac in re sectator, cum peripateticorum disciplina, ac ne prius quidem Aristoteleae sententiae membrum a stoicis philosophis alienum esse docet e. g. Sopater W. V 15, 15.³⁾

Cognoscimus profecto his locis adiectivum *πολιτικός* significare id, quod, ut intellegatur vel iudicio disceptetur, non artis (Sulp. Vict. H. p. 313, 17) ullius nec scientiae auxilium desiderat, sed communi sensu — hoc enim omnes interpretes habent — percipi potest; quo fit, ut etiam generis laudativi materia hac definitione comprehendatur, missa offensione vocis *ζήτημα*. Apparet igitur apud Hermagoram latiore esse sensum vocis *πολιτικός*⁴⁾ (nec minus vocis 'civilis' a Latinis

1) Testimonia, quae ad Dionysium et Hermogenem spectant, quamvis vel hic valeant, ubi de his ipsis dicemus, notare maluimus.

2) Cf. Striller, de stoic. stud. rhet. 1886 p. 19.

3) Cf. Cic. de or. II 16, 68 'Equidem omnia quae pertinent ad usum civium, morem hominum, quae versantur in consuetudine vitae, in ratione reipublicae, in hac societate civili, in sensu hominum communi, in natura, in moribus, comprehendenda esse oratori puto'; quae verba ad illustrandum hunc dicendi usum apta esse puto, nec vero quasi placiti tenent locum rhetorici.

4) Anonymus Aphthonii scholiasta apud Speng. art. scr. p. 226 (W. II 683) Hermagoram scripsisse testatur *πολιτικὴν τέχνην*. Nescio
Leipziger Studien. XV. 11

rhetoribus usurpatae), quem quidem vocis πολιτικός usum a stoicis profectum esse admodum probabile est.¹⁾ Num vero a notione 'universalis civitatis' stoicis probatae hic usus termini πολιτικός derivandus sit, nequaquam mihi tam certum videtur quam Thielio (Hermag. p. 33—35); fortasse vel haec significatio ab illa primaria potius repetenda est, id quod stabilitur quodammodo verbis Iulii Victoris, qui tamquam miscet utramque interpretationem (Halm. p. 373, 2): 'Oratoris officium est in ea quaestione, quae versatur in negotiis civilibus, posse probabili et apta ad persuadendum oratione uti. Sunt autem ea demum civilia negotia, quae nulla arte propria continentur, ut geometricae et musicae et ceterarum huiusmodi scientiarum, sed earum ferum tractatum habent, quae perficiuntur ex opinione communi aut legibus aut moribus²⁾ et de quibus omnes, qui aliquatenus intellectum recipiunt, et discernere et iudicare possint.' Quintilianus vero, si recte perspicio, quae iudicat de iis definitionibus, quibus sive 'civiles demum quaestiones' sive 'civilis materia' sive 'civiles res' oratori proponuntur tractandae,³⁾ illorum rhetorum, ut homo Latinus, sententiam non prorsus assecutus adiectivum πολιτικός non ampliore hoc sensu, sed primario illo eodemque angustiore intellexisse videtur. Ac ne auctor quidem ad Herennium (cf. Volkmannum Rhet.² p. 14) omni ex parte satisfacit, simodo in hac re Hermagorae doctrinam reddere voluit, cum dicit (I 2, num vocem πολιτικήν ita liceat urgere, ut hoc testimonio nisi statuamus, quod per se non improbabile est, Hermagorae interdum voces πολ. et δημοτικός eiusdem fuisse potestatis. cf. infra p. 165.

1) Cf. Volkmann (Rhet.² p. 13), Striller (l. l. p. 19) cum cauta Thielii restrictione (Hermag. p. 173 sq.).

2) Verba moribus ac legibus exstant etiam rhet. ad Heren. I 2, 2 et verba ἐκ τῶν . . νόμων ἢ ἐθῶν praebet Hermog. π. στασ. 1 (Sp. II 133, 17. W. III 2). Veri igitur simillimum est Hermagoream esse hanc doctrinam.

3) Quintilianum enim, si accurate perlego, quae exstant II 15, 15 sqq., non puto voce ζήτημα sola offensum esse, quod persuasum habere videtur Volkmannus (Rhet.² p. 13), sed vel magis voce πολιτικός seu civilis; cf. quaeso verba: 'res omnes — circa civiles modo' (§ 15) et 'qui circa civiles demum quaestiones etc.' (§ 20); ac ne ii quidem Fabio satisfaciunt, qui vocem ζήτημα non adhibuerunt.

2): 'Oratoris officium est de iis rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus ac legibus (cf. p. 162 adn. 2) constitutae sunt, cum assensione auditorum, quoad eius fieri potest'. Quod Doxopater (W. II 76, 3) in his rebus confusus est, nemo mirabitur.

Haec dicta velim de omnibus iis, qui sive ἐν πολιτικῷ ζήτηματι sive ἐν πολιτικῷ πράγματι sive ἐν πολιτικῇ ὕληι rhetoricae materiam Fabio teste (II 15) constituerunt, nimirum de Aristone, Critolai discipulo, peripatetico, Theodoro Gadareo, Albutio Silo, Cornelio Celso paulo iuniore, mille aliis, qui nominatim non laudantur. Nam hos omnes Hermagorae in modum voce πολιτικός usos esse res ipsa docet et vel Hermagorae auctoritas, quae tum fuit, commendat; neque Fabius diversum in modum de his omnibus iudicat.

Hoc in numero etiam is est, qui, rhetores si spectas, censuram nostram excipit, Dionysius. Nam Ciceronis loci, quibus locutio 'orationes civiles vel forenses' occurrit, ita mihi videntur comparati, ut ad technicam vocis πολιτικός usurpationem illustrandam nihil afferant; quamquam illud certum est iudiciale et deliberativum genus multis locis ita commemorari, ut dubium non sit, quin Ciceroni haec duo genera naturae aequalitate quasi coniuncta esse et inter tria rhetoricae genera speciem ipsam quoque bipertitam efficere visa sint.¹⁾ Notabilis hic unus mihi videtur locus, de or. III 28, 109 (cf. ibid. II 15, 65 sq.): 'dicunt igitur illi, qui peripatetici aut academici nominantur (olim . . . politici philosophi appellati) omnem 'civilem' orationem in horum alterutro genere versari, aut de finita controversia certis temporibus ac reis . . . aut infinite de universo genere quaerentis. Atque horum superius illud genus causam aut controversiam appellant eamque tribus, lite aut deliberatione aut laudatione, definiunt: haec autem altera quaestio infinita et quasi proposita, consultatio nominatur'. Quibus verbis,

1) Cf. e. g. or. 11, 37. 13, 42. 19, 65.

quamquam adscribuntur peripateticis et academicis philosophis, talis describitur rerum partitio, ut, si illud civilis in Graecum sermonem vertas, non possit intellegi vox πολιτικός nisi eo sensu, quo ab Hermagora eandem disiunctionem praebente usurpata est. Vocabulum ipsum Graecum πολιτικός Ciceroni in deliciis est¹⁾, technici termini locum tenet nusquam.

Iam aggrediamur Dionysium Halicarnassensem, cuius primo loco libet afferre definitionem rhetoricae: ἔπτορικὴ ἐστὶ δύναμις τεχνικὴ πιθανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ, τέλος ἔχουσα τὸ εὖ λέγειν. Talis enim laudatur a Doxopatre W. VI 17, 9 et II 104, 7, ubi mirum quanta negligentia eam tribuit Thraci Dionysio (cf. Usener, libr. de im. frgm. p. 13 adn.), a Maximo Planude W. V 213, 22, quem errasse opinor in verbis 'τέλος ἔχουσα τὸ πιθανῶς εἰπεῖν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον' propter similitudinem eius, quam sibi probari dicit in sequentibus, definitionis (nam Dionysii haec non esse vox πιθανῶς male iterata docet²⁾), ab anonymis compluribus rhetoribus, quos collectos exaravit Usener l. l. p. 11—14 (cf. Spengelium in mus. Rhen. XVIII 524), denique a Sopatro V 17, 17, qui haec habet: Λολλιανὸς δὲ κάλλιστον ὄρον τοῦτον ἔπτορικῆς τίθησιν κτλ.; hoc loco fortasse ne id quidem cum Usenero (l. l. p. 13 adn.)³⁾ ex verbo 'τίθησιν' colligendum Lollianum ut suam Dionysii definitionem venditasse, si interpretamur haec verba: 'L. hanc definitionem ut optimam', vel 'optimae loco ponit', i. e. 'omnibus eam praefert'.

1) Brut. 76, 265 'L. Torquatam, quem non tam rhetorem dixisses, etsi non deerat oratio, quam quod Graeci dicunt πολιτικόν'. Ceteri omnes loci in epist. ad Att., ubi de homine exstat I 18, 6. II 1, 3 (s. laud. p. 145). IV 6, 1. IX 10, 5. XII 23, 2. XII 51, 2; σύλλογος π. legitur ib. XIII 30, 3. σκέμμα π. ib. VII 8, 3; τὰ πολιτικὰ ib. XIII 10, 2 (facere). XIV 6, 2 (scribere) XIV 14, 1 (videre); adv. πολιτικῶς ib. IV 5^b 4 (se gerere). VII 8, 4 (dissidere). VII 13^a 1 (simulare); compar. adv. πολιτικώτερον ib. V 12, 2 (scriptas epistulas).

2) Quae res alium sciolum induxisse videtur, ut scriberet (W. III 462, 4): τέλος ἔχουσα τὸ εὖ λέγειν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον. Hanc quam nos corruptam putamus definitionem primam inter eas, quae Dionysii nomine feruntur, ponendam putavit Volkmannus (Rhet.² p. 13).

3) Cf. Volkmannum (Rhet.² p. 13).

Dionysius igitur recepit verba 'ἐν πολιτικῷ πράγματι', evitata videlicet illa vocis ζήτημα offensione, quam merito reprehensam esse in Hermagorae definitione, fonte, quantum videmus, omnium posteriorum, supra monuimus. Atque quantum nos Quintiliani testimoniis nisi scimus, primus Halicarnassensis vocem 'πράγμα' posuisse putandus est, quamquam fortasse eodem fere tempore Hermagoram emendaturus Theodorus Gadareus dixit: 'in materia civili' (Quintil. inst. II 15, 21), i. e., ni fallor, ἐν ὕλη πολιτικῇ. Sed utcumque haec res, quae non magni est momenti, se habet, id quidem constat vocem πολιτικός apud Dionysium non aliter esse intellegendam atque apud Hermagoram¹⁾. Nec non, quod vel mea sponte contenderim, firmatur scholiastarum choro. Id enim omnes consentiunt verbis ἐν πολιτικῷ πράγματι appositis rhetoricae materiam secerni a materia seu medicinae, seu geometriae, seu grammaticae, seu dialecticae (cf. W. VI 18, 4. IV 25, 27. VII 15, 14. V 17, 22. III 462, 2)²⁾.

Itaque dictis, quae de Halicarnassensis celebri definitione dicenda erant, in ceteris quomodo Dionysius voce πολιτικός de rhetoricis rebus³⁾ utatur videndum est. Ac primum quidem, ne coniuncta discerpamus, illud monendum uno saltem loco vocem πολιτικός ita legi, ut idem valeat, atque ἡγετο-

1) Hoc verum duco, quamquam G. Ammon, de Dion. Hal. librorum rhetoricorum fontibus 1859 p. 5, ipsa ea, quam termini πολιτικοῦ ζητήματος ab Hermagora adhibiti dedimus, interpretatione in dubium vocata haec addit: 'Dionysii verba utique interpretanda puto et ex aliis locis, quibus usurpat vocabulum πολιτικὸν — velut de comp. p. 72 et 136 Sch. — et ex definitione artis oratoriae Cornificii supra allata, cui simillima est Dionysiana: 'quae res ad usum civilem moribus ac legibus constitutae sunt' = πράγματα πολιτικά.' Cf. supra p. 162.

2) Propter haec verba in definitione ommissa reprehenditur Aristoteles W. III 611, 7. II 102, 15 (Doxop.). VI 17, 1. Ultimo loco quod desideratur vox 'διεξοδικῶς', intellegendum ex stoicorum doctrina tradita a Sexto emp. VI p. 675, quocum cf. W. III 610, 21 et Nicol. soph. Sp. III 478, 26 et Diog. Laert. VII 42.

3) Non rhetorice usurpatur his locis: p. 450, 7. 814, 3 π. φιλοσοφία. 543, 12 π. δύναμις fac. administrandae reip. (aliter p. 885, 17). 544, 6 π. καλοκάγαθία. 938, 2 π. ὄχλος. π. μμ. epit. II 8 (Us. p. 20, 20) π. ποιήματα

ρικός, tribus illis generibus comprehensis, dico p. 488, 3: *ἔρω νῦν καὶ περὶ τοῦ γένους τῶν ἀμφισβητημάτων, ἐν οἷς ἔστι θεωρήμασιν ἢ πολιτικῆ τέχνη. τριχῆ δὲ νενεμημένου τοῦ ἔητορικοῦ λόγου καὶ τρεῖς διάφορα τοῖς τέλεσι περιειληφότος γένη κτλ.*, ubi vix potest dubitari, quin ἢ πολιτικῆ τέχνη et ὁ ἔητορικός λόγος idem sibi velint. Neque aberramus fortasse a vero, si item hanc vocem interpretamur in libro de Dem. p. 1125, 11: *ἀλλ' ἐπὶ τὸ σεμνότερον καὶ ποιητικώτερον ἐκβιβάζειν τὴν ὀνομασίαν παρὰ τῆς πολιτικῆς δυνάμεως μάλιστα ἀπαιτοῦμεν¹⁾*, pro quibus habet p. 1123, 10 *τὸ ποιεῖν τὸν ἀκροατὴν ἀσθηρὸν . . . παρὰ τῆς ἔητορικῆς δυνάμεως ἢ μόνον ἢ μάλιστα ἀπαιτοῦμεν*, neque aliter in ep. ad Pomp. c. 1, 10 (Usener p. 40, 25): *Πλάτων βουλευθεὶς ἐπιδείξασθαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ἣν εἶχεν ἐν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις . . . συνετάξατο λόγον ἔρωτικόν*. Nam ut ne interpretemur 'civilis oratio', suadet amatorii epidictica natura; ut latiore sensu hanc vocem interpretemur, commendat philosophorum sermonum, quae subauditur, oppositio.

Praeter hos vix alius locus huius indolis apud Dionysium exstiterit. Nam multo crebrior is est usus, quo πολιτικός λόγος vocatur oratio, quae versatur in negotiis publicis vel civilibus, i. e. contionalis oratio et iudicialis. Cuius rei luculentum testimonium, longius vero quam ut hic exaretur, est in ind. de Thuc. p. 937, 14 sq. coll. cum p. 938, 17 sq., ubi eadem disiunctio, quae priore loco fit inter contionales iudicialesque orationes et eas, quae in privata consuetudine versantur, posteriore loco breviter repetitur verbis *οὔτ' εἰς τοὺς πολιτικούς ἀγῶνας . . . οὔτ' εἰς τὰς ὀμίλιας τὰς ἰδιωτικὰς²⁾* (cf. Quintil. III 4, 10 forensis ratio — accommodata pri-

scil. Alcaei *στασιωτικά*. p. 999, 12 *οἱ π. καὶ ἀπ' ἀγορᾶς ἄνδρες* qui ex professo in publ. vita versantur 647, 10 *τὸ ἀγροῖκον καὶ τὸ πολιτικὸν σῶμα*, cf. infra p. 173.

1) Sic scribendum puto; cod. Ambr. *ἀπαιτοῦντες*. Syll.: *ἀπαιτεῖται*. Ego secutus sum traditarum litterarum vestigia et locum p. 1123, 11 mox laudandum.

2) Ex vera Sadéei conl. pro *βιωτικὰς*.

vatis disputationibus). Neque obscurius testimonium p. 999, 2 οἱ συνιόντες εἰς τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰ δικαστήρια καὶ τοῖς ἄλλους συλλόγους, ἔνθα δεῖ πολιτικῶν λόγων, ubi hos, quos dicit, ἄλλους συλλόγους non esse nisi publicos ex auditoribus descriptis elucet (cf. supra p. 141). In rebus vitae necessariis hos πολιτικοὺς λόγους versari facile evincitur etiam ex primo capite libri de comp. v. (p. 6 Schaeef.). Non igitur mirum, si cum voce ἐναγωνίος vox πολιτικῶς interdum coniungitur (p. 559, 1) vel si adiectivum ἐναγωνίος loco adiectivi πολιτικῶς saepenumero exstat; cf. p. 1117, 3 ∞ 13 ∞ 539, 4; 629, 6. 982, 15. 1012, 14. 1095, 9 ∞ 1094, 17. 964, 9. 1097, 11; de comp. v. c. XIX p. 268 Schaeef.; Dion. Hal. antiqu. Rom. I 8, ubi verbis σχήματος ἐναγωνίου respondent verba τοῖς περὶ τοὺς πολ. διατρέβουσι λόγους, ubi perperam in Reiskianae editionis adnotatione c de eo genere orationis vox ἐναγωνίος intelligitur, quod ad iudiciales ἀγῶνας est accommodatum, quod vitium ne Spengelius quidem cavet in comm. rhet. ad Alex. p. 229; cf. infra p. 141. Quo fit ut disiungantur a Dionysio ἱστορίαι σπουδῆς ἄξιαί, πολιτικοὶ λόγοι χαρίεντες, φιλόσοφοι συντάξεις p. 449, 4, et ποιήσεις, ἱστορία, πολιτικοὶ λόγοι ep. ad Pomp. I 8 (Us. p. 40, 10 sqq.) et de comp. v. c. XXII p. 300 Schaeef. Non opus esse puto omnes exscribere locos, quae summa sunt addidisse contentus. Legimus igitur ἡ περὶ τοὺς π. λόγους ἐπιμέλεια s. ἐπιστήμη p. 445, 4 (coll. 446, 6) et de comp. v. p. 126 Sch.; τῷ πάνυ πόρρω δοκοῦντι τῶν π. λόγων vel similia p. 461, 11. 882, 2. 1063, 3; εἰρηνῆς περὶ τοὺς π. λόγους p. 633, 8; Θουκυδ. ὄρος τοῦ π. λόγου p. 813, 12; προσέθηκε τοῖς π. λόγοις ἀρετὰς Δημοσθένης p. 944, 6 (coll. 945, 3); τοῖς ἀκούσι τοὺς π. λόγους et sim. ep. ad Pomp. 6, 11 (Us. p. 67, 15). 722, 8. 950, 15; παθητικὴ διάλεκτος ἐπιτηδειοτάτη εἰς π. λόγους p. 1124, 4; κατασκευάζειν λόγους πολιτικοὺς de comp. v. p. 410 Sch.; τὴν ἐν τοῖς π. λόγοις ἕξιν frgm. libri π. μιμ. Us. p. 14, 19; εἰς διαλεκτικὴν, οὐκ εἰς πολ. λόγους ὠφέλειαν συμβάλλεσθαι de comp. v. p. 72 Sch.

Ex hoc vero tamquam principali usu sequitur vocem πολιτικῶς de aliis rebus, non ipsis orationibus, usurpatam signi-

ficare id, quod tale est, quale in oratione civili supra definita esse solet. Praecipue genus dicendi huius orationis proprium Dionysio secernitur ab aliis dicendi generibus, velut de comp. v. p. 420 extr. Sch. haec exstant: Ἐγὼ τοῦ λόγου¹⁾ τὸν μὲν ἰδιώτην ἐπιστάμενος ὄντα (τὸν ἀδολέσχην τοῦτον λέγω καὶ φλύαρον), τὸν δὲ πολιτικόν, ἐν ᾧ πολὺ τὸ κατεσκευασμένον ἐστὶ καὶ ἔντεχρον e. q. s. Reminisceris haud dubie loci illius (v. p. 166), quo Dionysius civiles et privatas orationes ipsas inter se opponit; similiter igitur haec inter se distant dicendi genera; nec minus haec verba illuminantur loco p. 1125, 11, quem nos dedimus supra p. 166, et Dionysii verbis p. 468, 11: ἔστι δὲ παντὸς μᾶλλον ἔργου τεχνικῶς²⁾ κατεσκευασμένος (Λυσίας) κτλ. In universum addiderim ex uniuscuiusque loci natura pendere quae potissimum πολιτικοῦ λόγου praevaleat ἰδέα; potest enim λόγος ita appellari, quia est artificiosior, quia astrictior sermone cotidiano, vel quia simplicior poetica dialecto, vel quia perspicuitati imprimis studet, quam notionem praeter rationem solam ei vindicare videtur Blassius (Att. Beredskt. II² 107), si recte eum intellego (cf. supra p. 138). Itaque adiectivum πολιτικὸς, ut grammaticos sequar, est notio relativa, cuius rei exempla ea, quae modo sequuntur, praebebunt.

Nam eodem sensu, quo locutio λόγος πολιτικὸς modo tractata, exstat apud Dionysium etiam notio πολιτικὴ διάλεκτος p. 558, 13 (cf. supra p. 158 sq.): κράτιστον δ' ἐπιτήδευμα ἐν διαλέκτῳ πολιτικῇ καὶ ἐναγωνίῳ τὸ ὁμοιότατον τῷ κατὰ φύσιν, ubi opposita cogitanda est illa πανηγυρικὴ sive ἐπιδεικτικὴ potius Isocratis elocutio (cf. p. 539 R); item locutio π. διάλεκτος occurrit p. 957, 7, ubi, ut saepius apud Halicarnassensem³⁾, silentio sumitur rerum scriptorum et civi-

1) Iniuria Schaefer scribi vult τοὺς λόγους; cf. Laert. Diog. III 87 et Hermog. Sp. II 401, 13 (W. III 370, 1).

2) Ad hanc Sadéi coniecturam mihi probatam (scil. pro τεχνικοῦ), Usenero, ut videtur, improbatam (v. fr. l. π. μιμ. p. 33, 1) fulciendam affero de comp. v. p. 280, 1 Sch.

3) Digna res, quae observetur; v. Dion. Hal. p. 941, 14 (coll. Luciano

lium oratorum elocutionem eiusdem esse generis. — τὴν πολιτικὴν λέξιν legimus p. 974, 13. 1109, 8. 1110, 16. de comp. v. p. 136 et 384 Sch.; πολ. φράσις exstat p. 1112, 3. πολιτικὸν σχῆμα Dion. dicit p. 1050, 8: ἔχει μέντοι (ὁ ἐν Μενεξένῳ ἐπιτάφιος) τὰ πλείω καλῶς, οὐ γὰρ δεῖ ψεῦδεσθαι, πλὴν ὅτι πολιτικὸν γε τὸ σχῆμα αὐτῆς (τῆς λέξεως) ἐστίν, οὐκ ἐναγώνιον, i. e., ni fallor, 'sublimior est et altior communi sermone elocutio, nec vero eadem veritati accommodata' ¹⁾; denique πολιτικὴ ῥητορεία vocatur oratio 'civilem dicendi characterem gerens' in l. π. μιμ. epit. II 8 (Us. p. 20, 22).

Quod pertinet ad civiles orationes πολιτικὸν appellatur, velut exstat ἡ πολιτικὴ δύναμις p. 885, 17, id est facultas civiles orationes componendi et habendi (quam locutionem usitatissimam fuisse Philodemo supra vidimus p. 157). Non aliter fit, ut qui in civilibus orationibus versatur, appelletur πολιτικὸς (v. de Philod. p. 156) p. 1007, 9 *πεῖθεται ἀποχρῆν τῷ πολιτικῷ διάνοιαν ἀποδείξαι σπονδαίαν Ἰσοκράτης* (= v. 13 *τῷ μέλλοντι πεῖθειν δῆμον ἢ δικαστήριον*). cf. p. 1026, 1 *ταῦτα πολιτικοῖς καὶ ῥητορσιν ἀνδράσι μελήσει*, p. 1114, 6 *πολιτικὸς δημιουργὸς Δημοσθένης* (= de comp. v. p. 410 Sch. *ἀνῆρ κατασκευάζων λόγους πολιτικούς*).

Adhuc Dionysio notionem πολιτικῷ λόγου aut tria genera

de conscr. hist. c. 43). 813, 12. 937, 13 sqq. 939, 3 sqq. 944, 3 sqq. (coll. 950, 14). 952, 3. 1027, 8. — de imit. epit. III 2 (Us. p. 25, 6) = ep. ad Pomp. 5, 6 (Us. p. 63, 7). ep. ad Am. 6, 11 (Us. p. 67, 14). antiqu. Rom. I 8. Alia dicenda erunt de genere historico infra p. 185 adn. 7.

1) Quandocumque hunc locum animo reputavi, haesitasse me non possum non confiteri, num forte mendum esset in voce πολιτικὸν et scribendum ποιητικὸν. Haec enim oppositio, si ceterum vocis πολιτικὸς apud Halicarnassensem usum spectas, prorsus singularis, et si simplicitatem Dionysii cognosti, tam quaesita est, ut scrupulum non praeter rationem moveat. Nonnullius hac in re momenti mihi videtur locus iud. de Isocr. p. 584, 6; (ταῦτα) ποιητικώτερα μᾶλλον ἐστίν ἢ ἀληθινώτερα. Nam vocem ἐναγώνιος et ἀληθινὸς paene idem valere vel ex comparatione, quam Dion. inter Platonis locum et Demosthenis instituit, apparet, scil. p. 1056, 8 et 13, quae comparatio (v. vers. 8 sq. 11. 14) ipsa quoque nobis favet. Ceterum cf. p. 964, 9 R. et quae paulo post dicemus de vocibus πολιτικὸς et ποιητικὸς a librariis saepius confusis.

(quod singulare), aut contionale et iudiciale comprehendere vidimus. Quibus, ne artioribus hanc notionem finibus circumscribamus, tertium ilico addendum, interdum πολιτικούς λόγους appellari etiam eas orationes, quae per se ad genus demonstrativum pertinentes tamen et rebus tractatis et totius orationis habitu civilibus orationibus propius accedunt neque raro vel eundem paene, quem illae, finem sibi proposuerunt ¹⁾, utpote non ad artis demonstrationem solam et delectationem, sed ad vitae utilitatem compositae. Cuius indolis est locus, quo Platonis stili censura instituta haec Dionysius dicit (p. 1027, 6): κράτιστος δὲ πάντων τῶν πολιτικῶν (Πλάτωνος) λόγων ὁ Μενέξενος, ἐν ᾧ τὸν ἐπιτάφιον διεξέρχεται λόγον.²⁾ Vides a Dionysio laudationem funebrem, quae hand dubie generis est epidictici ³⁾, appellari πολιτικὸν λόγον, quod adumbratur ex parte p. 1025, 9 ἐν οἷς ἂν εἰς πολιτικὰς ὑποθέσεις συγκαθεῖς ἐγκώμια καὶ ψόγους, κατηγορίας τε καὶ ἀπολογίας ἐπιχειρῆ γράφειν κτλ. (cf. p. 1050, 8). Neque aliter, si modo non temere auctorem dixisse putamus, intellegenda verba libri π. μιμ. II (Usener, frgm. VII p. 31, 5): πρῶτος γὰρ ἐκείνος (sc. Γοργίας) τὴν ποιητικὴν καὶ διθυραμβικὴν λέξιν εἰς τοὺς πολιτικούς εἰσήνεγκε λόγους, nimirum in orationes illas neque civiles prorsus neque demonstrativas, velut epitaphium, Eleorum laudationem, Olympicum, Pythicum, quod genus postmodo Isocrates ⁴⁾ coluit et primus coluisse perperam ab Halicarnassensi

1) Cf. Nicol. soph. Sp. III 484, 13 sqq.

2) Data occasione moneo hac pag. edit. Reisk. lin. 2 pro verbis 'ἀφίστασαν καὶ αὐταί' scribendum esse 'ἀφείσθωσαν καὶ αὐταί', coll. p. 1042, 5 πλὴν ἀφείσθω καὶ τοῦτο et de comp. v. p. 382, 5 Sch. ἀφείσθω ἢ περὶ ταῦτα σκέψις. In talibus formulis mirum quantum sibi constat Dionysius; cf. praeterea Aristot. ars poet. p. 1456^b 18. Plato soph. p. 267 B. Philod. vol. rhet. p. 70, 15 et 19 Sudh. Philostr. v. soph. I 22, 4.

3) De epitaphii ancipiti natura cf. Ps. Dion. ars rhet. p. 297, 8 R.

4) Bigenerum harum orationum characterem iam veteres recte perspexisse demonstrant praeter ipsum Isocratem (or. IV 17, 19) Cic. or. 11, 37, Quintilianus inst. III 4, 14, Hermogenes Sp. II 420, 24 (W. III 395), Philostr. v. soph. I 9, 2, Ps. Plut. v. X orat. p. 1020 Duebn., Ps. Dion. ars rhet. p. 357 R, Nicol. soph. Sp. III 478, 17. 484, 13 sqq.

dicitur eo loco, qui ipse quoque huc facit, iud. de Isocr. p. 536, 4, ubi haec: Ἰσοκράτης πρῶτος ἐχώρησεν ἀπὸ τῶν ἐριστικῶν τε καὶ φυσικῶν ἐπὶ τοὺς πολιτικούς (unde fluxit Ps. Plut. v. X orat. p. 1020, 20 Dnebn.), nisi forte rectius dicimus Dionysium ipsius Isocratis locutionem mutuatum esse.

Triplicem igitur sive quadruplicem, ut iam calculum subducamus, vocis πολιτικός apud Dionysium invenimus usum; utitur enim ea primum sensu Hermagoreo, deinde, quod hinc repetendum, πολιτικούς λόγους dicit in universum τοὺς ῥητορικούς, tum hac locutione comprehendit orationes conditionales iudicialesque, denique hoc nomine eas appellat, quae medium quendam inter epidicticas et mere conditionales locum tenent. Ab his generibus omnia repetenda sunt, quae specialia appellaverim in Dionysii usu.

Didymo suo iure vindicat Schmidtus (Did. frgm. 1854, p. 93 adn. 1), quae leguntur in schol. ad Soph. El. 87 'ἀντήρεις· τραγικώτερον δὲ πως ἀπήγγελλται, ὥστε τὴν διάλυσιν αὐτῶν μὴ πάνυ πολιτικὴν εἶναι'. Certum est hoc loco vocem πολιτικός eadem vi praeditam esse, qua apud Isocratem or. IX 10 (cf. s. p. 138); significat enim, quod tale est, quale in civili dicendi genere esse solet, i. e. hoc loco: 'non poeticum'. De verbis simillimis Phrynichi Arabis fortasse eidem Didymo adscribendis v. p. 194.

Theon, ad quem iam disputatio nos ducit, item atque Dionysius Hermagorei dicendi usus indicia praebet, cum dicit Sp. II 121, 6 (W. I 244) ἐπεὶ δὲ τῶν θέσεων αἱ μὲν εἰσι θεωρητικαί, ὅσα (ὅσαι?) θεωρίας ἕνεκα καὶ γνώσεως μόνον ζητοῦνται, οἷον εἰ θεοὶ προνοοῦνται τοῦ κόσμου, αἱ δὲ πρακτικαὶ 'καὶ' (deest ap. Sp. et W.) εἰς τινα πράξιν τὴν ἀναφορὰν ἔχουσαι, οἷον εἰ γαμητέον, φανερόν, ὅτι αἱ μὲν πρακτικαὶ καὶ πολιτικώτεραι εἰσι καὶ κατὰ τὸν ῥητορικὸν χαρακτήρα, αἱ δὲ θεωρητικαὶ μᾶλλον τοῖς φιλοσόφοις ἀρμόττουσιν, αἷς οὐδὲν ἥττον ἐγχειρεῖν καὶ τοῖς ῥητορικοῖς δυνατόν ἐστιν ἀπὸ τῶν πρὸς τὰς πρακτικὰς θέσεις τόπων ὀρωμμένοις. Tota haec doctrina ita comparata et Hermagoreis placitis quasi accommodata est, ut non possit dubitari, quin vox πολιτικώτεραι,

adumbrata sequentibus verbis et opposita notioni φιλόσοφος, sensu amplissimo illo intellegi debeat, nimirum 'communi intellectui accommodatum'. Verba αἷς οὐδὲν ἤττον κτλ. non minus puto spectare ad defendendam illam Hermagorae rationem, qua rhetoricae disciplinae theses tribuit; quod nemo eorum, qui difficilem hanc quaestionem tractaverunt, quantum scio, sensisse videtur.

Alterum vero eumque artiozem sensum in hac voce inesse puto Sp. II 91, 12 (W. I 199): τὸ δὲ τοιοῦτον (τὸ ἐπιφωνεῖν τῇ διηγῆσει) οὔθ' ἱστορίᾳ πρέπον ἐστὶν οὔτε πολιτικῷ λόγῳ, θεάτρῳ δὲ καὶ σκηνῇ μᾶλλον ἐπιτήδειον, ubi haec interpretatio commendatur et oppositione, quam Theon instituit, et sequentibus verbis Sp. II 92, 6 (W. I 200): καὶ μὴν καὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσιν εὐροίμεν ἂν (τὸ ἐπιφωνεῖν διηγῆσει), οὐκ ἤκιστα δὲ καὶ παρὰ τῷ πολιτικωτάτῳ Δημοσθένει καὶ ἐν τοῖς πολιτικωτάτοις αὐτοῦ λόγοις, ubi π. significat: 'accinctus ad civilium orationum veram contentionem' (ἐναγώνιος).

Auctor libelli περὶ ὕψους, qui non multo a Theonis aetate videtur distare, in c. 1, 2 (p. 2, 10 V.)¹⁾ cum dicit: εἴ τι δοκοῦμεν ἀνδράσι πολιτικοῖς τεθωρηκέναι χρήσιμον, et in c. XLIV, 1 (p. 66, 10 V.): πιθανὰ καὶ πολιτικὰ φήσεις οὐκ ἔτι γεννῶνται, simili utroque loco ratione usurpat vocem πολιτικός, illo significans homines, qui orationibus civilibus operam navant, hoc naturas aptas ad contentionale et iudiciale dicendi genus. Paulo difficiliora sunt verba c. IX 13 (p. 17, 18 sqq. V.) 'οὐ γὰρ ἔτι τοῖς Ἰλιακοῖς ἐκείνοις ποιήμασιν ἴσον ἐνταῦθα σφῆζει τὸν τόνον οὐδ' ἐξωμαλισμένα τὰ ὕψη καὶ ἰζήματα μιδαμοῦ λαμβάνοντα, οὐδὲ τὴν πρόχυσιν ὁμοίαν τῶν ἐπαλλήλων παθῶν, οὐδὲ τὸ ἀγγίτροφον καὶ πολιτικὸν καὶ ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας φαντασίαις καταπετυλιγμένον', cuius loci — quantum ad nos — interpretationem inde puto repetendam, quod πολιτικὸν dicitur, quo differre solet civilis oratio ab attenuato communis consuetudinis sermone, sive urges elatiorem

1) Cf. supra p. 133.

illius sonum sive vehementiam sive astrictiorem rerum et verborum comprehensionem sive omnia, quae eius propria sunt; quod commendatur verbis de Iliade dictis (ibid. v. 14), 'cui ὄλον τὸ σομάτιον δραματικὸν ὑπεστήσατο καὶ ἐναγώνιον.' Vult igitur, si ingeniosi scriptoris acumen assequor, eandem differentiam esse inter Iliadem et Odysseam, quae est inter civile et cotidianum dicendi genus. — Quartus locus eiusdem tractatus non ita ad nostram rem facit, dico c. XXXIV, 2 (p. 53, 6 V.), ubi ὁ μικτὴρ πολιτικώτατος Hyperidis orationibus inesse dicitur, i. e. urbanae facetiae (cf. ib. p. 54, 3 Δημ. ἔνθα ἀστεῖος εἶναι βιάζεται.)¹⁾

Dio Chrys. or. 52 p. 159, 16 D. πολιτικωτέραν vocat Euripidis rationem inducendi chori (oppositam Aeschyleae ἀπλῆ vocatae), quia ut in civili oratione eum excusat omnemque, quam auditores capere possunt, offensionem subtiliter (ἀκριβέστερον v. 17) submovere studet, repudiata libertate 'poetica'.

Plutarcho quod vox πολιτικός plerumque valet 'humanus, in cives liberalis' (Num. c. 3. Marc. c. 20. Sul. c. 30),

1) Hunc usum, quem rhetoricum iure non appellaveris, ex instituto mihi non proposui tractandum. Aliqua praebet Ernestius s. v. (p. 281), qui ipse quoque ad haec Mori verba 'ut satis copiosa' provocat, quae Morus addidit ad Ps. Long. π. ὕψ. c. XXXIV 2: 'πολιτικώτατος non tam rustico opponitur (tum enim fere ἀστεῖος dicunt), quam ut latinum civilis de eo usurpatur, qui conservata ἰσονομίᾳ aequalem se humanumque erga omnes gerit, in qua vitae ratione comitas et facilitas necessaria est: unde verbum ad mores faciles et elegantes transfertur'. Quo fundamento nisus tam longe hanc artificiosam explicationem repetat, me quidem fugit. Mihi πολιτικός oppositus videtur τῷ ἀγροίκῳ, inde facillime omnia explanantur. Cf. D. Hal. p. 647, 10 R τὸ ἀγροικὸν σῶμα τοῦ πολιτικοῦ . . . δῆνεγκεν. Ad Ernestii exempla addo praeterea Plut. mor. p. 88 A. 810 B. Euseb. pr. ev. Dind. IX 22, 8. Fugit hos viros doctos Hesychium interpretari: 'πολιτικός ἀστεῖος μετὰ τέχνης τινός· ὁ ἐν πόλει ἀναστρεφόμενος' (prior pars exstat etiam in an. Bachm. I 345, 7). Ne haec quidem favent Moro. Locum Ps. Dion. art. rhet. p. 233, 1 perperam Ernestium addidisse puto, cum ibi πολιτικῶς, medium locum tenens inter ἀφελῶς et σεμνῶς, significet 'ita ut in civili oratione, i. e. neque sublimer neque tenuiter' (cf. p. 139 et p. 175 huius commentationis).

sive 'reipublicae accommodatus' (Pomp. c. 51), sive 'prudens in rep. administranda' (mor. p. 41 B., nihil ad nos. Nec vero nobis transeendus liber inscriptus 'πολιτικὴ παραγγελία', cuius in c. VI, VII, VIII (p. 802 E sqq. ubicumque mentio fit *πολιτικοῦ λόγου*, sola intellegenda est oratio ad reipublicae administrationem pertinens; quod bene evincitur c. VI his verbis: *δέχεται δὲ ὁ πολιτικός λόγος δικανικῶι μάλιστα καὶ γνωμολογίας καὶ ἱστορίας καὶ μύθους πλ.* Hae igitur orationes nostris temporibus vocantur '*politische Reden*' vel '*Stuatsreden*', quem usum adhuc passim observavimus apud Isocratem, Philodemi adversarios, falsarum epistulae ad Alexandrum.

Hoc loco mentionem mihi liceat facere verborum Ps. Plutarcho v. X orat. p. 1023, 29 Dnebn.: *πρῶτος δὲ καὶ σχηματίζειν ἤρξατο (ὁ Ἰσαῖος) καὶ τρέπειν ἐπὶ τὸ πολιτικὸν τῆς διανοίας, ὃ μάλιστα μεμικται Δημοσθενεὺς* (cf. Phot. bibl. p. 490 Bekk., Bakius pro *πολιτικὸν* habet *παθητικόν*). Video mirum quantum secure Xylandrum (apud Wyttenb.) vertisse: 'ad res civiles vertit animum', tanquam si non fuerint ante eum Pericles et alii multi. Equidem confidenter vocem *πολιτικός* ad rationem illam Isaei artificiosam satisque ad persuadendum nec non ad fraudem aptam rettulerim, quam Dion. Hal. maxime eius propriam fuisse dicit.¹⁾

Lucianus egregium praebet exemplum illius usus, quo

1) Puta iud. de Ia. c. 3 et 4, praecipue p. 590, 5. 17. 591, 13: *ἦν δὲ περὶ αὐτοῦ δοξα παρὰ τοῖς τότε γοητείας καὶ ἀπάτης. ὡς θεῶς ἀνὴρ τεργατεῖσαι λόγους ἐπὶ τὰ πονηρότερα.* Hoc loco pro *ἀνὴρ*, quod est in cod., scribendum censeo *ἀνίρ*. vel Reiskio improbante (p. 553, 7) Syllburgii propositum *ὁ ἀνίρ*. Item atque hoc loco falso exstat *ἀνίρ* pro *ἀνίρ* apud Dion. Hal. p. 553, 7. 941, 5. 1117, 2. de comp. v. p. 60, 1 Sch. (ubi vel *ἐκείνος ἀνίρ*). Contra plus quam triginta locis prorsus eiusdem naturae articulus additur. Cf. *τάνδρος* p. 1024, 5. 639, 5. 635, 2. de comp. v. p. 406 Sch. frgm. 1 π. μμ. Us. p. 45, 12. 43, 19. Idem vitium cum Manutio tollit Vahlenius p. 5. 16 et p. 25, 22 V., ubi in cod. Par. *οἷτος ἀνίρ*. Etiam ex Platonis contextu Schanzius partim priores editores secutus has maculas removit. — Etiam nunc hanc corruptelam inveni apud Themistium p. 357, 3 Dind. et Eunapium p. 494, 42 et 496, 45 ed. Boiss. Didot.

πολιτικὰ ὀνόματα dixisse vidimus Isocratem (p. 138), quae qualia sint, Samosatenus docet in libro de conscr. hist. c. 43 hisce verbis: ἡ λέξις δὲ σαφῆς καὶ πολιτικὴ (sc. τῷ ἱστορικῷ) ἔστω, ὅσα ἐπισημότερα δηλοῖ τὸ ἱποκείμενον. (τέλος γὰρ τὸ) σαφῶς δηλῶσαι καὶ φανότατα ἐμφανίσει τὸ πρᾶγμα, μήτε ἀποδέχτοις καὶ ἔξω πάτου ὀνόμασι μήτε τοῖς ἀγοραίοις τούτοις καὶ καιηλικοῖς, ἀλλ' ὡς τοὺς μὲν πολλοὺς συνεῖναι, τοὺς δὲ πεπαιδευμένους ἐπαινέσαι: iam intellegis ea, quae extremis verbis describuntur, vocabula non esse, nisi quae paulo antea verbis πολιτικὴ λέξις comprehenduntur. Sunt igitur ea, quae neque peregrina vel nova vel insolentia sunt, neque nimis vulgaria plebeiique sermonis usu trita. Atque ita haec res se habet, ut secundum uniuscuiusque loci naturam mox opposita cogitentur nimis quaesita, mox nimis usitata et vilia.¹⁾ Illius generis est, ut paululum egrediar in re, quae aliter non potest expediri, Isocratis locus supra (p. 138) laudatus (opp. ξένα, καινὰ, μεταφορικά); cui vel hic liceat addere verba Cornuti seu potius Harpocratonis (Sp. I 459, 6): τῆς δὲ λέξεως προσιμῶ μὲν ἀρμόσει τὸ πολιτικὸν καὶ

1) Digna res est, quam paucis illustrem. Quasi circumscribitur haec vocis πολιτικός notio locis huius indolis: Sp. I 430, 11 ἐκ τροπικῆς μᾶλλον καὶ σημειώδους λέξεως, δυναμένης μέντοι πεσεῖν εἰς πολιτικοὺς λόγους (Cornuti verba). Hermog. Sp. II 277, 8 (W. III 205) λέξις καθαρὰ ἢ κοινὴ καὶ εἰς ἅπαντας ἤκουσα. Cic. or. 19, 64 philosophorum oratio nec sententiis nec 'verbis' instructa 'popularibus'. Quintil. II 16, 19: 'nonne pulchrum vel hoc ipsum est, ex communi intellectu verbisque, quibus utuntur omnes, tantum assequi laudis?' Sueton. p. 126, 4 Reif., quae longiora. — Vocis ἰδιωτικὸς, quae huic opposita cogitanda est, habes haec exempla: Theon (Sp. II 82, 22. W. I 188) ποικίλη διὰ τῶν ὑπερβατῶν καὶ οὐκ ἰδιωτικὴ γίνεται ἡ φράσις. π. ὑψ. XLIII 1 (p. 64, 2 V.) ἄσμενον γὰρ τὸ κοπᾶσαι καὶ (Manut.) ἰδιωτικόν. Demetr. π. ἐρμ. Sp. III 307, 19 εὐκαταφρόνητος ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς λέξεως καὶ ἰδιωτικὸς (cf. eiusdem Sp. III 294, 26). Alex. Num. Sp. III 13, 14 (W. VIII 431) διαφέρει πλάσις ῥητορικὴ τῆς τῶν ἰδιωτῶν κτλ. — ἀγοραῖα et ἀνακχωρηκότα vocabula disiungit Ps. Dion. art. rhet. p. 382 R. ita, ut in medio posita sint, quae diserte non nuncupat, τὰ πολιτικά. ἀγοραῖα etiam Lucianus l. I. opponit. τὸ ἀγοραῖον μέρος τῆς ῥητορικῆς Dion. Hal. de comp. v. p. 400 sq. Sch.

μηδαμῆ τροπικὸν, ἀλλ' ἐγγυτάτω τοῦ κατὰ φύσιν et his simillima eiusdem (Sp. I 460, 2): ἐὰν δὲ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ (τὸ ἐπιχειρήμα) προάγωμεν, μέλλει τὸ ἐπιχειρήμα τὴν προαγωγὴν ἀπλῶς πολιτικὴν λαμβάνειν. Nec non hic licet afferre Ps. Dion. art. rhet. p. 384, 9 sqq. R, cui loco exscribendo merito parco. Ex latinis scriptoribus huc facit Suetonius, Luciani aequalis, qui dicit (de gr. 10, p. 108, 24 Reif.): 'quo magis miror Asinium credidisse antiqua eum verba et figuras solitum esse colligere e Sallustio, cum sibi sciat nil aliud suadere, quam ut noto civilique et proprio sermone utatur vitetque maxime obscuritatem Sallustii et audaciam in translationibus'. Alterius usus, quo non cum poeticis, sed cum vocabulis nimis vilibus fit comparatio, testimonium dat Phrynichus (Bekk. anecd. I p. 8): 'ἄπαρνος σεμνότερον τοῦ ἕξαρνος καὶ πολιτικώτερον', i. e. 'sublimius, elatius' ¹⁾, et Photius (cod. 74), qui haec iudicat de Themistio: ἔστι τὴν μὲν φράσιν σαφῆς καὶ ἀπέριττος καὶ ἀνθηρὸς καὶ λέξει πολιτικαῖς καὶ εἰς τὸ σεμνόν τι ἐπικλινοῦσαις χρώμενος, ubi non aliter interpretanda vox πολιτικός. Phrynichi paucos alios locos, ne temporum rationem videamur neglexisse, infra tractabimus p. 194.

His absolutis Aristidem aggrediamur, qui paulo longiorem tractationem desiderat propterea, quod novus apud eum vocis πολιτικός occurrit usus atque is eius generis, ut in explicando nonnulli verum mihi non videantur esse assecuti — neque id mirum in homine materiam, id quod vel Hermogenes concedit, perdifficilem saepenumero sive sententiarum sive verborum velaminibus obscurante, ne premam offensiones imperfecti libri et limam nondum experti.

Satis est notum Aristidis artes rhetoricas ita esse institutas, ut primo libro de πολιτικοῦ λόγου, altero de ἀφελούς caractere praecipiat seu potius faciat observationes. Qui quomodo inter se differant, apte mihi videtur elici ex comparatione ab ipso Smyrnaeo instituta Sp. II 512—514 (W. IX

1) Cf. Choerobosc. dict. in Theod. can. ed. Gaisf. p. 627: παρὰ τοῖς λαμβογράφοις ἦγον ἐν λάμβω, καὶ ἐν ῥητορικῇ δὲ λόγῳ ἦγον πολιτικῷ οὐ δεῖ διὰ τοῦ Ἰ γράφειν τὸ 'εἶδω'.

410—413). Ibi enim, ut rhetoris verba servem, πολιτικὸν λόγον describit ita: eius ἐννοήματα sunt τραχύτερα, δριμύτερα, ἐνδοξότερα καὶ ἀπὸ ἐνδόξων λαμβανόμενα, μεταχειρίσις (argumenti tractatio) est φανερά, σχήματα sunt τραχέα, σφοδρά, ἐλεγκτικὰ, βίαια, ita ut ipsa oratio fiat σύντονος; quod ad λέξιν: δεῖ μετὰ πάσης ἀσφαλείας καὶ τόνου προάγεσθαι τὸν λόγον, in numeris ἐγκοπὰς ποιεῖ καὶ ἐνίσταται πρὸς τὴν ἀκοήν. Πίκο videamus τὸν ἀφελῆ λόγον: eius ἐννοήματα sunt ἀπλᾶ, ἐπίκοινα, μεταχειρίσις non est φανερά, sed ἐνλοτε κεκρυμμένοι εἰσὶν αἱ ζητήσεις, σχήματα sunt ἀπλᾶ, μηδένα ἔλεγχον μηδὲ ἐξέτασιν τινα ἐμφαίνοντα, κοινότερα καὶ ἀναπεπτωκότα, ἡ λέξις δοκεῖ ὡς ἂν τύχη προάγεσθαι, ὑπτίαν ἐμφαίνουσα καὶ μηδεμίαν ἐπιτήδευσιν τῆς λέξεως κτλ. Quod ad rhythmum: τῆς ἀφελείας ἐστὶ τὸ ἀπλῶς προχωρεῖν τὸν λόγον καὶ μηδαμοῦ ἐγκοπὰς εἶναι. Breviter similem comparationem facit p. 533, 27 (W. IX 438): ὡσπερ δὲ ὁ πολιτικὸς συνειλκυσμένος ἐστὶ καὶ συνειληφῶς τὰ νοήματα, οὕτως ὁ ἀφελῆς ὑπτίος καὶ ἀποτεταμένος. Exaravi haec, ut intellegeres πολιτικοῦ λόγον id esse proprium, quod omnes eas complectitur virtutes, quae postulatur in corroborato illo, acri, virili genere dicendi, quod publico civium usui accommodatum est; ἀφελῆ autem λόγον eum esse, qui remissae illi et attenuatae communis consuetudinis loquendi rationi et sententiis et elocutione propius accedit. Haec ex sophistae sententia me dixisse etiam aliis indiciis adducor ut credam. Nam loco vocis πολιτικῶς haud raro Aristides utitur voce ἀγωνιστικῶς vel coniungit ambas: cf. Sp. II 460, 30 (W. IX 343) ἐπισκεψάμενον, εἰς ὅσον ἐξάρεται ὁ ἀγωνιστικὸς λόγος καὶ οἰσισιν ἀναμιγνύμενος οὐκ ἀμοιρεῖ, ἐν τοῖς ὄροις τοῦ ἀγωνιστικοῦ¹⁾ μένειν τὴν σεμνότητα, cum v. 24 dixerit ἐν τῷ πο-

1) Hanc scripturam (pro ἀγωνιστικὴν) debeo Baumgarto; quod idem ἀγωνιστικὸν λόγον hoc loco vertit 'Gerichtssrede', non minus mihi improbat, quam quae supra p. 167 perstrinximus (cf. Baumg. Ael. Arist. etc. p. 174 adn.). ἀγὼν est: 1) epidictica concertatio. 2) iudicialis contentio. 3) ea pars orationis, quae confirmationem et refutationem continet. 4) — quod multo usitatissimum — omnis civilis contentio, opp. epidicticarum oratio-

λιτικῷ λόγῳ. p. 514, 12 (W. 412) ἐνταῦθα ἀγωνιστικὸν τὸ σχῆμα καὶ λόγος ἤδη τῷ ῥυθμῷ πολιτικώτερος γέγονεν. p. 524, 8 (W. 426) εἰ δὲ ἀγωνιστικῶς προῆγες αὐτὸ (τὸ ἦθος), cui opp. p. 523, 28 τοῦ ἀφελοῦς λόγου. p. 536, 2 (W. 441) ταχὺ γὰρ ἀγωνιστικὸν (ἂν suppleo) ἐποίει τὸν λόγον, quod respicit ad p. 535, 30 (W. 440) παρὰ τοῖς ἀφελέσιν. p. 539, 3—6 (W. 445) opponitur διὰ τὸ ἀγωνιστικὸν τὸν λόγον αὐτῶν εἶναι et οὐ μὴν ἔν γε τῷ ἀφελεῖ λόγῳ. p. 548, 4 (W. 457) αἱ συμπλοκαὶ εἰσι μὲν μᾶλλον τῶν ἀγωνιστικῶν, γένοιτο δ' ἂν ποτε καὶ ἐν ἀφελεῖ λόγῳ. p. 512, 12 (W. 410) τὰς ποιότητας τοῦ ἀφελοῦς καὶ τοῦ ἀπλοῦ καὶ τὰς διαφορὰς πρὸς τὸν πολιτικὸν λόγον καὶ ἀγωνιστικόν. Satis puto elucere id, quod ἀγωνιστικὸν vocatur, naturam efficere πολιτικοῦ λόγου, nihil aliud. Eadem ratione pro voce ἀφελῆς exstat vox ἀπλοῦς p. 512, 11 et 539, 8 (W. p. 410 et 445)¹⁾, λεπτὸς p. 549, 22 (W. 459); sapius autem idem λόγος notatur voce συγγραφικός²⁾: p. 533, 19 (W. 438) πολλῷ δὲ συγγραφικώτερον τὸ ὀρθοῦν ἐν τοῖς σχήμασι καὶ μὴ πλαγιάζειν, τὸ δὲ πλαγιάζειν τῶν πολιτικῶν ἐστίν (cf. v. 24 ἀνεμῆνον δὲ τοῦτο καὶ ἀναπεπτωκὸς εἶναι δοκεῖ). p. 530, 5 (W. 434) καὶ τὰ συγκριτικὰ δὲ σχήματα πάνυ μὲν num lusu. ἀγωνιστικὸς de sola iudiciali oratione non nisi perraro invenitur; ne Baumgartius quidem apta exempla attulit. Cavendum igitur est, ne temere ita hanc vocem interpretemur, ut fecit Baumgartius. Denique ἀγῶν significat 5) ipsam orationem (plerumque iudicalem).

1) Cf. Hermog. Sp. II 365, 8 (W. III 323) τὸ μὴ περινενομημένως λέγειν, ἀπλῶς δὲ καὶ ἀνεμῆνως τὰ περινενομημένα· διο καὶ ἴδιον τοῦτο ἀφελείας λέγω τὸ τῆς τοιαύτης μεθόδου. καὶ πολλὰ γε ἔφην τούτου τὰ παραδείγματα εἶναι παρὰ τῷ Ξενοφῶντι ἀναγκαίως διὰ τὸ ἀφελὲς τῆς συγγραφῆς, coll. Aristid. Sp. II 512, 11. 533, 24 (W. IX 410. 438); maxime enim inter se sunt similia.

2) Hunc usum vocis συγγραφικός, opp. voce σύντονος seu πολιτικός, idem valentis atque ἀνετος, praebet Ps. Menander in libro π. ἐπιδεικτ. apud Spengelium III 399, 18. 400, 7. 411, 28. 414, 29 (= W. IX 264. 265. 279. 284). Voce σύντονος idem Aristidis (cf. Sp. II 513, 20 = W. IX 411) in morem utitur Sp. III 402, 24. 369, 4. 400, 1 (= W. IX 269. 214. 264). In priore π. ἐπιδεικτ. tractatu horum nihil observatur, quod iure in suum usum vertit C. Bursian, der Rhetor Menandros u. seine Schriften 1882 p. 22. Videtur igitur scriptor alterius tractatus, quod ad technologiam, Aristideae rationi addictus esse.

ἔστι τῆς ἀφελείας καὶ τοῦ συγγραφικοῦ μᾶλλον ἔστιν. p. 541, 20 (W. 448) οἱ πολιτικοὶ ἐπὶ τῶν ἐνδόξων καὶ γνωρίμων πραγμάτων ἢ προσώπων οὐ διαποροῦσιν, ὁ δὲ συγγραφικὸς διαπορῶν καὶ τοῖς ἐνδόξοις ἀφέλειαν ἐργάζεται. Item, ne longus sim, res se habet p. 547, 25, 32 et 554, 10 (W. 457 et 465). Addere hic iuvat, quod tua sponte iam memineris, disiunctionem inter voces ἀγωνιστικὸς et γραφικὸς olim Aristoteli usitatam fuisse ¹⁾; sed paulo diverso modo, quoniam ei ὁ γραφικὸς λόγος idem erat maximam partem atque ἐπιδεικτικὸς, ἀγωνιστικὸς idem atque συμβουλευτικὸς et δικανικὸς, quod non ita esse apud Aristidem intellegis haud dubie. Huic enim sophistae συγγραφικὸν λόγον eum omnino esse, qui plerumque non oratur, sed scribitur et ob id ipsum non illas prae se fert virtutes, quas ὁ πολιτικὸς, proprius accedens ad eum quem ἀφελῆ appellat, in promptu est. In voce vero γραφικὸς ab Aristotele usurpata illud potius urgetur, quod arte et studio hoc genus elaboratur.

Maxime autem ei, quam nos notionis ἀφελουῶς λόγου prae buimus, explicationi favet locus, quem ultimum addam, p. 513, 19 (W. 411) οὕτω γὰρ ἐκεῖνα ποιεῖ σύντονον τὸν λόγον καὶ πολιτικόν, ταῦτα δὲ ἀφελῆ, ὡς ἂν ἰδιωτικὰ καὶ ὀμιλητικὰ ὄντα ²⁾; quo fit, ut, si omnino cum antiquiore aliquo rhetore in hac re Aristidem licet comparare, comparandus esse mihi videatur cum Dionysio Halicarnassensi — propter locum libri de comp. v. p. 420 Sch. supra laudatum p. 168.

Quid sit πολιτικὸς λόγος Aristidi, satis puto demonstratum esse. Iam pauca addam de versione, in qua non mediocriter quidam lapsi sunt. Rehdantzius, qui vertit Staats- vel Prunkrede ³⁾ in prolegomenis ad Philippicarum orationum editionem, iure perstrinxit Volkmannus (Rhet. ¹ p. 477 adn.). Frustra vir doctus ipse se defendit et defensus

1) V. p. 213 adn. 1.

2) Cf. Sext. Emp. p. 690, 19 B. διὰ τὸ ὑπ' ἀφελουῶς καὶ ἰδιώτων κατασκευάζεσθαι, Ioan. Sic. W. VI 381, 9 ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα πάνυ ἰδιωτικὰ καὶ ἀφελῆ.

3) Dem. philipp. Reden erkl. v. R., 3. Afh. 1. Heft p. 55.

est a Baumgartio (l. l. p. 152 n.), cui ipsi vertere libet politica Rede — perperam, puto, nam nos quidem artiore sensu hanc vocem adhibemus, quod dictum sit etiam de Christo (Griech. Littgesch.² p. 598), qui vertit politisch et schlicht. Volkmannus cum dicit (Rhet.² p. 553): *‘Aristides stellt in seinen τέχνηαι ἑητορικαὶ den λόγος πολιτικὸς (= ἀγωνιστικὸς), d. h. die bewusste Kunstmässigkeit rednerischer Darstellung, wie sie uns in höchster Vollendung bei Demosthenes entgegentritt, dem λόγος ἀφελῆς als der bewussten Einfachheit und Naivität gegenüber, als deren Hauptvertreter er Xenophon betrachtet’*, nimis mihi videtur et invito Aristide artificii notionem urgere, quamvis non sine arte ὁ πολιτικὸς λόγος componatur. Ceterum cohaerere videtur hic error viri de rhetoricae scientia optime meriti cum alio quodam, quem commisit in rhet. Gr. et Rom.² p. 565 adn.¹) Ac ne Ernestii quidem versio (prf. lex. techn. rhet. Gr. p. XVII) ‘tum publicae tum umbratilis eloquentiae’ satis mihi placet. Melius iam pridem Norrmannus (in tit. edit. princ. Ups. a. 1687) ‘dictio civilis ac simplex’. Equidem — si omnino non malumus retinere terminum Graecum — cum Dindorfio (edit. Aristid. t. II p. 713) et Spengelio (rh. Gr. II prf. p. XIX) πολιτικὸν λόγον verterim oratorium dicendi genus²), quod nos ‘rednerisch’, ἀφελῆ λόγον cum plurimis consentiens simplex genus dicendi, nostratium lingua ‘schlicht’; ac ne is quidem ab Aristidis sensu alienus sit, qui simpliciter dicat oratio et sermo.³)

1) Ubi haec: *‘Aber schon lange vor Hermogenes hat der Ausdruck λόγος πολιτικὸς mehr oder weniger den Sinn einer ‘vollendeten’ Beredsamkeit, wie sie dem Staatsmann (perperam hac voce abutitur), d. h. dem wirklichen Redner vor Gericht und in der Volksversammlung, zukömmt’* etc. Etiam deterius in prima editione (p. 477): *‘die wirkliche Beredsamkeit in ihrer klassischen Form, im Gegensatz zur Schulberedsamkeit der Declamatoren’*. Doleo Volkmannum exempla non addidisse.

2) Apte mihi videor provocasse ad Sext. emp. p. 690, 11 B. εὐνοίαν δὲ ἐμποιεῖ οὐχ ὁ ἑητορικὸς, ἀλλ’ ὁ ἀφελῆς καὶ τὸν ἰδιωτικὸν ὑφαίνων τύπον.

3) Cf. Cic. or. 19, 62—64; de off. II 14, 48; Brut. 84. 291; ex parte huc facit auct. ad Heren. III 13, 23; dial. de orat. c. 6.

Restat, ut quam late pateat hic, quem descripsimus, vocis πολιτικὸς usus apud Aristidem, paucis demonstramus: Locutio πολιτικὸς λόγος, de qua nil addendum, legitur Sp. II 459, 6. 516, 30. 524, 15. 518, 6. 544, 10. 25. 532, 20 (= W. IX 340. 415. 426. 419. 452. 437). ὁ πολιτικὸς eodem sensu exstat Sp. II 518, 10. 533, 27. 538, 8. 547, 13 (= W. IX 419. 438. 444. 456). ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ is est, qui oratorium dicendi genus colit, Sp. II 518, 6. 521, 4.¹⁾ 530, 20. 548, 25. 541, 25. 544, 4 (= W. IX 419. 422. 434. 458. 449. 451). Idem vocatur ὁ πολιτικὸς more satis iam nobis noto Sp. II 515, 23. 27. 517, 16. 22. 518, 2. 14. 519, 29. 520, 14. 26. 521, 5. 24. 31. 529, 4 et al. (= W. X 414. 416. 419. 421. 422. 423. 433)²⁾. Quem usum animadvertendum est non eundem esse, quem adhuc saepius invenimus. Apud Aristidem enim eum, qui πολιτικὸς appellatur, in solis contionalibus et iudicialibus orationibus versari non opus est; sed ampliore quadam nec tam certis finibus circumscripta potestate praeditum hoc adiectivum eum significat, qui oratorium, non tenue vel simplex dicendi genus colit, missa generum ratione. — πολιτικὸν id nuncupatur, quod tale est, quale in hoc genere esse debet, velut π. πρότασις p. 515, 5 (W. 413); π. κατασκευῆ (argumenti adstructio) p. 515, 11 (W. 413); π. ἀπόδειξις p. 515, 6 (W. 413); π. ἀπαγγελία p. 544, 13 (W. 452). τὸ πολιτικὸν est, in quo λόγου π. natura posita est, p. 544, 11 (W. 452); τοῦτο πολιτικὸν ἐστὶ legitur p. 523, 10 (W. 425). — πολιτικῶς αὐξῆσαι τὸν λόγον p. 548, 17 (W. 458).

Iam transeamus ad aemulum Aristidis et facile victorem, Hermogenem, qui quo sensu vocem πολιτικὸς adhibeat, non minus est difficile demonstratu, quam scire necessarium, si modo recte et universam eius de ideis doctrinam et singulas sententias intellegere studemus. Neque possum non

1) Hoc loco legas: ὁ οὐ, praeterea p. 520, 5 (W. IX 421, 18) οὗτος ὡς ἀφ. ἀνὴρ pro οὕτως ἀφελῆς ἀνὴρ, coll. p. 525, 25 et 535, 2 (W. IX 428. 439); p. 500, 24 (W. IX 394) fortasse καὶ inserendum post χρῆται coll. v. 26; p. 512, 21 (W. IX 410) sententia flagitat δὲ pro γάρ.

2) Item, atque οἱ ἀφελεῖς legitur p. 535, 30 (W. IX 440) et saepius.

confiteri mirum quanta libidine hunc virum in usurpando hoc termino usum esse, utpote qui idem vocabulum nulla explicatione addita maxime vario sensu adhibere non dubitaverit, quamvis *ἐγκριείας* laudem sibi asciscat (Sp. II 267, 10 W. III 191); quod quidem nobis paulo molestius esse quam illius aetatis lectoribus ad excusandum Tarsensem facile addo.

Ac primum quidem sunt nonnulli loci, quibus eodem sensu atque Hermagoras vocem *πολιτικός* Hermogenes adhibet, dico Sp. II 17, 26 (W. I 51) *τῶν δὲ θέσεων αἱ μὲν πολιτικάι, αἱ δ' οὐ, καὶ πολιτικάι μὲν αἱ ἕποπεπτωκυῖαι ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις*¹⁾, *ὅλον εἰ ῥητορευτέον καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐ πολιτικάι δὲ, ὅσαι οἰκείαι τινος ἐπιστήμης καὶ προσήκουσαι τοῖς περὶ αὐτὰς ἀναστρεφόμενοις, ὅλον εἰ σφαιροειδῆς ὁ κόσμος, εἰ πολλοὶ κόσμοι, εἰ ὁ ἥλιος πῦρ. αἶθε μὲν οὖν φιλοσόφοις ἀρμόζουσιν, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις τοῖς ῥήτορας γυμναστέον. ὠνόμασαν δὲ τινες ταύτας μὲν πρακτικὰς, ἐκείνας δὲ θεωρητικὰς* (cf. infra p. 200 adn. 1). Ipsi igitur Hermogenis explicatio non minus quam rhetorum et philosophorum disiungendorum ratio docet Hermogenem in usum suum convertisse terminum Hermagoreum. Paulo difficilins iudicium de primis libri *π. στάσεων* versibus, ubi haec exstant Sp. II 133, 12 (W. III 1 sq.): *περὶ δὲ τῆς τῶν πολιτικῶν ζητημάτων διαιρέσεως εἰς τὰ λεγόμενα κεφάλαια ὁ λόγος γενέσθω . . . καὶ πρῶτόν γε, ὅ τι ἔστι πολιτικὸν ζήτημα ῥητέον· ἔστι τοίνυν ἀμφισβήτησις λογικὴ ἐπὶ μέρος ἐκ τῶν παρ' ἐκάστοις κειμένων νόμων ἢ ἐθῶν περὶ τοῦ νομισθέντος δικαίου ἢ τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ συμφέροντος ἢ καὶ πάντων ἅμα ἢ τινῶν. τὸ γὰρ ὡς ἀληθῶς τε καὶ καθόλου καλὸν ἢ συμφέρον ἢ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν οὐ ῥητορικῆς.*²⁾ Ubi id primum ex

1) Cf. Priscianum (Halm. rhet. L. m. p. 559, 16): 'Sunt igitur positionum aliae civiles, aliae privatae (vides quam absurde!): civiles quidem, quae communibus et ad civitatem pertinentibus subiacent opinionibus'. Vel his firmantur, quae de origine termini Hermagorei supra dixi p. 161 sqq.

2) Vix credideris, quantopere desudarint in hoc loco scholiastae: fuerunt enim, qui propter vocem *πανταχοῦ* (v. 8) seu *καλοῦ* (v. 18) seu propter libri titulum nugarentur omnia tria genera in libro tractari (cf. Sop. W. IV

ipsa rerum natura sequitur solum genus iudiciale et maximam partem (cf. W. VI 40, 8. 17. V 226, 29) contionalis et genus panegyricum respici, quantum quidem in ipsis illis duobus necessario interdum adhibetur: facile igitur quis opinetur¹⁾ vocem πολιτικὸς illo sensu esse usurpatam, quo apud plerisque scriptores ad solum contionale et iudiciale genus refertur — neque hoc falsum, si rem spectas, de qua hoc potissimum loco Hermogenes dicit. Interpretationem vero et termini veram originem nibilo minus putaverim ex Hermagorea technologia repetendam esse — namque prorsus certo ex una in hoc toto libro πολ. ζητημάτων mentione non audeo concludere —: Hermagorae enim haec notio fuit usitatissima et vel in artis definitionem et finem recepta, et ab hoc ipso in stasibus tractandis Hermogenes pendet; neque obscure verbis ἐπὶ μέρους e. q. s. ei adversatur. Ita igitur censeo: in locutione πολιτικὰ ζητήματα vox πολιτικὸς proprie significat, quod sub communem cadit intellectum²⁾; quia vero sermo est de stasibus,

79, 3. 81, 8. V 23, 8. Max. Pl. V 226, 26. anon. VII 109, 3), contra quos iure Porphyrius pugnavit teste Sopatro (V 9, 20), qui ipse serio disceptationem in utramque partem instauravit; et recte quidem rem diiudicavit Sop. IV 74. 30. V 12 sq. 23, 20. 32, 3, Max. Pl. V 226, Matth. Cam. VI 602, 6, anon. III 482, 7. Alii ex iisdem indiciis definitionem rhetoricae his primis verbis contineri hariolati sunt (cf. Doxop. II 100, 21. 104, 13. Sop. V 23, 14. VI 41, 3. Max. Pl. V 232; ad hos cf. anon. W. IV 4, 10 ~ Luciani paras. c. 4), in quos recte animadvertit Syr. IV 75, 1: οὐ περὶ ῥητορικῆς ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ πολ. ζητήματος, Sop. V 32, 5 et Max. Plan. V 226, 6, quem inter eos, qui inesse definitionem putarent, modo vidimus. Nemo omnium attulit locum libri περὶ εὐρέσε. (Sp. II 177, 13 W. III 65), qui huc facit: τὸ πρᾶγμα περὶ οὗ ἡ κρίσις ἢ τὸ βουλευτήριον συνέστηκεν. ἐν προβλήμασι (= ζητήμασι) γὰρ ἢ κρίνομεν ἢ βουλευόμεθα. — Haec ad illustranda scholiastarum studia.

1) Cf. Matth. Cam. W. VI 602, 12.

2) Tuentur hanc interpretationem plerique scholiastarum: Marcellinus, non infimae notae interpres, apud Walz. IV 69, 16 πολιτικὸν δὲ λέγουσι τὸ μὴ περὶ τὰς μεθόδους τὰς φυσικὰς ὑφιστάμενον, ἀλλὰ τῆς κοινῆς ἐννοίας ἔχων τὴν κρίσιν. Ceteri fere omnes opposita esse dicunt τὰ φιλόσοφα (Sop. IV 62. 27. 64, 3. 78, 16. V 25, 18. 27, 15. 78, 13. Speng. συναγ. τεχν. p. 137), atque id praecipue propter verba ἐπὶ μέρους, quibus luculenter excluduntur theses philosophorum (Syr. IV 70, 2. anon. V 596, 15. IV 70

notionis ambitus re ipsa ita restringitur, ut de conionali et iudiciali generibus solis valeat; quo quidem sensu haud dubie haec notio accipienda est apud Hermogenem π. ιδ. Sp. II 403, 6. 404, 24 (W. III 372. 373).

His paucis locis, utpote peculiaris naturae, peculiari tractatione expeditis, demonstramus quam brevissime appositis testimoniis eum, quem vere Hermogeneum vocare mihi liceat, vocis πολιτικός usum.

Qui Hermogeni dicitur Sp. II 398, 2 (W. III 366) ὁ πολιτικός καλούμενος λόγος, [ὅς] γίνεται μὲν διὰ πασῶν τῶν προειρημένων ιδεῶν, οὐ μὴν ἀπλῶς γε, συγκραθεισῶν δὲ πρὸς ἀλλήλας, universalis, ut ita dicam, quaedam forma et quasi communis imago omnium earum orationum est, quae illarum idearum varie mixtarum sunt capaces, seu, ut Baumgartii verba mihi probata amplectar: (p. 226 l. l.) „die *Versammlung aller Kräfte der Rede in eins*“, sive (p. 224 l. l.) „*der λ. π. beruht ihm darin, dass alle Ideen der Rede in möglichst großer Vollständigkeit und in einem bestimmten durch innere Gründe gegebenen Mischungsverhältnis zur Erscheinung kommen*“. Vides profecto, quantopere discesserit a primaria illa potestate, a qua ne haec quidem significatio, prima initia si quaeris, non est repetenda, huius vocis vis. Iam vero εἶδη eius Hermogenes (p. 401, 13. W. 370) docet esse tria: συμ-

adnot.; IV 79, 16, ubi corr. ἐπὶ pro περί. IV 90, 4). Alii τὰ λατρικά proponunt (IV 71, 3). Alii vocem πολιτικός explicant (v. p. 192 apud nos) per vocem ῥητορικός: Max. Plan. V 236, 25 (= anon. VII 112, 15) πολιτικὸν δὲ τὸ ῥητορικὸν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν φιλοσόφων, idem V 222, 21, anon. III 461, 5. 617, 3 et Sop. IV 64, 3 (cf. V 9, 16).

Vides prorsus easdem adici explicationes, quas cum de Hermagora et Dionysio loqueremur, invenimus.

Singularis est Sopatri adnotatio IV 64, 4 ταῦτα γὰρ μόνον περὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα et anon. VII 112, 24 ὅτι πρὸς σύστασιν τῆς πολιτείας ὄρη.

Denique ingeniose Syr. IV 61, 18: πολ. ζητήματα λέγει πάντα τὰ ὑπὸ τὰς δεκατρεῖς ἀναγόμενα στάσεις (= Max. Pl. V 236, 23). Matth. Cam. W. VI 601, 9 τὸ πολ. ζήτη. καὶ στάσις λέγεται ἀπὸ τοῦ στασιάζειν τοὺς ἀγωνιζομένους πρὸς ἀλλήλους.

βουλευτικόν, δικανικόν, πανηγυρικόν¹⁾, quorum suam quodque habet naturam.²⁾ Aliter enim 'qualitates' (cf. Sop. W. IV 191), quae omnes universali πολιτικῷ λόγῳ adhaerent, mixtae comparent in oratione deliberativa, aliter in iudiciali genere. Genus autem, quod πανηγυρικόν constanter ab Hermogene nuncupatur, in duas discedit partes.³⁾ Insunt enim in eo et orationes, quae versantur in ζητήμασι πολιτικοῖς (cf. supra p. 183 sq.), et orationes vel potius omnino συντάγματα, quae non versantur in civilibus quaestionibus. Illas orationes Hermogenes — qua in re singularis est — vocat πολιτικοὺς πανηγυρικοὺς⁴⁾; ac dicit quidem earum formam propius accedere ad eam, quae est in deliberativo et iudiciali genere.⁴⁾ Has vero alteras, quamquam aperte dicit⁵⁾: (λόγος) οὐχ ὡς ἐν ζητήμασι πολιτικοῖς, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο πανηγυρικός, ὃς οὐδὲ πολιτικός ἴσως ἂν κληθεῖη, nihilo minus, quia magna ex parte communis πολιτικοῦ λόγου characteris participes sunt⁶⁾, ne ipsas quidem πολιτικῷ λόγῳ universali dubitat adnumerare.⁷⁾ Iam vero in sequentibus capitibus Her-

1) Τοῦτου δὲ τοῦ λόγου τοῦ πολιτικοῦ ὁ μὲν ἐστὶ συμβουλευτικός, ὁ δὲ δικανικός, ὁ δὲ πανηγυρικός. Meliora, quam plurima eiusdem, Maximi Plan. verba sunt ad h. l. (W. V 553, 27): ἴσως ἐν πολιτικῷ λόγῳ οὐκ ἂν εὐρεθεῖη τὸ πανηγυρικὸν εἶδος, οὐ γὰρ ἀγωνιστικὸν ἐστίν, ἀλλ' ἐπιδεικτικόν· καὶ οἱ παλαιοὶ ῥήτορες τὸ παράπαν οὐκ ἐχρῶντο αὐτῷ τοῦτον τὸν τρόπον, ᾧ νῦν κέχρηται, ἀλλὰ πρῶτος Ἰσοκράτης νεωτερίσας (sic scrib. esse demonstratur W. VI 477, 28) ἔγραψεν ἐγκώμιον. Contra confundit res Ioan. Sic. W. VI 470, 9 sqq.

2) Cf. Sp. II 266, 31 (W. III 191) et Sp. II 401, 15—409, 27 (W. III 370—380).

3) Sp. II 403, 5 (W. III 372).

4) Sp. II 403, 17. 404, 25 (W. III 372 sq.).

5) Sp. II 403, 6 (W. III 372).

6) Sp. II 404, 8 (W. III 373).

7) Amplissimo omnium rhetorum sensu Hermogenes voce πανηγυρικός utitur, utpote qua comprehendat omnes tractatus oratione soluta compositos, historicorum opera, totum poesis campum. Mirer nisi inde, quod Hermogenes genus historicum huic amplissimo πολιτικῷ λόγῳ tribuit (Sp. II 417, 28. W. III 391), factum est, ut in quibusdam artibus (Rufi incertae aetatis, Sp. I 463, 13 = W. III 448; W. IV 60; Speng. συναγ. τεχν. p. 185; Aristoteli adscribitur Sp. III 483, 19 = anon. Speng. συναγ. τεχν. p. 225, W. VII 794, 7; fortasse W. VI 456, 3; his suppletum volo Volkmannum


mogenes etiam orationes contionales et iudiciales et illas e genere panegyrico, quae versantur in civili quaestione, specialiter nomine *πολιτικοῦ λόγου* complectitur et secernit hoc nomine ab omnibus iis generis panegyrici *συντάγμασι*, quorum argumenta non sunt civilia. Quam distinctionem inter *πολιτικὸν* et *πανηγυρικὸν λόγον* eo, quo modo diximus, sensu intellegendos clarissime praebet Hermogenes in hisce: (Sp. II 410, 1 sqq. W. III 380) *δεῖ δὲ ἀναγκαίως πρότερον εἰπόντα διὰ βραχέων τίς ὁ ἀπλῶς πολιτικὸς λόγος . . . καὶ τίς ὁ ἀπλῶς πανηγυρικὸς . . . περὶ τῶν καθ' ἓνα λόγων ἀξίων ἀνδρῶν . . . χαρακτηρίσαι.* Disserit igitur proprio loco de *πολιτικῷ λόγῳ* deque iis, qui in eo potissimum excelluerunt, proprio de panegyrici generis principibus; atque vel ita hanc partitionem persequitur, ut illi Demosthenem, huic Platonem ducem tribuat, quamquam Demosthenes simul communis illius et universalis *πολιτικοῦ λόγου* perfectissimum est exemplar.

Itaque, quod clare dictum nusquam inveni, duplex ¹⁾ est apud Hermogenem *πολιτικοῦ λόγου* notio, altera amplior et quasi generalis, altera artior et specialis: quod maxime respiciendum est, si modo recte Hermogenis subtilem doctrinam studemus enucleare. Iam de utroque usu pauca addenda sunt.

Illa igitur amplissima *πολιτικοῦ λόγου* notio contionales, iudiciales, civiles panegyricas orationes, tractatus sive philosophicos sive historicos sive alios soluta oratione compositos, totum denique poesis regnum una amplectitur; recte ergo Baumgartius l. l. p. 201 (cf. ibid. p. 226) dicit: „*seine Stillehre umfasst*

Rhet.² p. 24) historicum genus ut quartum rhetoricae perperam ferretur. cf. supra p. 168 adn. 3.

1) Sic mihi rem fingo:



das ganze Gebiet aller Darstellungsart und ihrer Theile“. Qui fiat, ut tam amplam vim notio πολιτικοῦ λόγου sibi adsciscat, si explicare studemus, via incedimus admodum lubrica: non sine libidine profecto rei a se primum tractatae auctor hoc nomen indidit, quod, quantum video, a primaria illa, quam invenimus, notione non possumus non repetere. Verbum autem neque Latinae neque vernaculae linguae mihi contigit invenire, quod voci πολιτικὸς ita adhibitae prorsus respondeat¹⁾. Baumgartii versionem ‘politische Rede’ omnino nobis improbari supra professi sumus p. 180; atque ipse Baumgartius, quantum potest, hanc versionem evitat. Volkmannus (Rhet.² p. 565), postquam de qualitibus Hermogeni tractatis breviter exposuit, haec dicit: ‘Die kunstvolle Vermischung sämtlicher Ideen aber, die δεινότης mit eingeschlossen, giebt den λόγος πολιτικός, „die vollkommen kunstmäßige Darstellung“, wie wir ihn (sic) bei den klassischen Rednern, vor allen bei Demosthenes finden’. Etiam hic praeter rationem intulit in πολιτικὸν λόγον notionem perfectae et absolutae ad artis regulas eloquentiae. Ac ne in nova quidem rhetoricae tractatione²⁾ ab hac sententia discedit, cum dicit ‘die vollkommen kunstmäßige „Beredsamkeit“’. Quem Volkmannus intellegit πολιτικὸν λόγον, simile quid est atque ὁ κρᾶτιστος τῶν πολ. λόγων (Sp. II 398, 10. W. III 366) vel τὸ πολιτικὸν ὡς ἀληθῶς (Sp. II 337, 22. W. III 287) vel τὸ πολιτικὸν ὡς ὄντως (Sp. II 330, 27. W. III 278). Ceterum praeter hos, quos passim nos adhuc notavimus locos, hac ratione usurpatam notionem πολιτικοῦ λόγου in Hermogenis libris vix inveneris.

Altera porro πολιτικοῦ λόγου notio artior illa quidem et contionales, iudiciales, civiles panegyricos amplexa quin non discrepet ab illa primaria a nobis appellata locutionis πολιτι-

1) Fortasse non inique animadvertimus in Hermogenem, si dicimus ‘die Universalität des Stiles’; est enim res abstracta, quam dicimus, non concreta.

2) Iwan. Mülleri Hdb. d. klass. Altertw. II p. 488. — Cf. praeterea supra p. 180 cum adnot. 1. Vel Baumgartius, qui recte Hermogenis sententiam perspexit, uno saltem loco item a vero aberravit, vide l. l. p. 144.

κοῦ λόγου potestate, non est dubium. Atque hic quidem dicendi usus, etiamsi comparari ex parte cum Aristideo potest — sunt Hermogenis hi πολ. λόγοι re vera etiam illius generis oratorii¹⁾ — tamen ne hic quidem Hermogenes et Aristides prorsus concinunt: nam Aristides in partitione facienda profisciscitur a dictione, missis generibus, Hermogenis partitio occasiones et materias respicit; neque — etiamsi quaedam vel hic communia et ad comparationem apta esse concedo — eadem apud utrumque est oppositio, quoniam multum abest, quin Hermogeni genus panegyricum notione ἀφειλεῖς signetur sola, quippe quae communis sit utriusque, et πολιτικοῦ λόγου et πανηγυρικοῦ.

Hoc angustiore sensu plerumque vox πολιτικός accipienda est, ubi praeter locos adhuc allatos apud Hermogenem occurrit; velut Sp. II 267, 14 (W. III 191) Δημοσθένης τὸν πολιτικὸν ἡκριβηκῶς (omisso substantivo λόγος). p. 286, 20 (W. 218) δεῖ σαφῆ τὸν π. εἶναι λόγον. p. 292, 28 (W. 226) πολιτικῷ λόγῳ opponuntur tragicorum, Pindari, sophistarum opera; p. 357, 17 (W. 313) ἐν τῷ π. λόγῳ τὰ μυθικὰ ἐπιτιότητα ποιεῖ. p. 410, 17 (W. 381) τούτων τῶν πολιτικῶν λόγων μετέχουσι πάντες, οὓς ὀνομάζομεν πολιτικούς (scil. ἄνδρας seu ῥήτορας). πολιτικοὶ igitur ii appellantur, qui πολιτικούς λόγους componunt vel ad eos componendos apti sunt; velut Dinarchus p. 413, 4 (W. 384), Aeschines p. 413, 18 (W. 384), Lycurgus p. 416, 13 (W. 389)²⁾, ex parte Isocrates p. 412, 6 (W. 383); abrogat hanc laudem Antiphonti sophistae p. 415, 15 (W. 387) et partim Andocidi p. 416, 25 (W. 389); sed vel Thucydides ταῖς ἐννοίαις εἴπερ τις ἄλλος πολιτικός ὁμοῦ καὶ σεμνός p. 422, 30 (W. 398). Porro quaecunque talia sunt, qualia in his orationibus esse solent, πολιτικὰ vocantur, quo in usu id potissimum urgeri videmus, quod simpliciora, non sublimia esse solent et magis ad argu-

1) Blass, Att. Berdskt. II³ 208 „sowohl der politischen (hoc perperam) Rede, d. i. dessen, was wir Rede nennen, als auch der panegyrischen Rede, d. i. der philos. u. histor. Darstellung“.

2) Rehdantzius, edit. Leocrateae Lyc. p. 4 adn. 16, perperam vertit vocem πολιτικός: ein staatsmännischer Redner.

mentum ipsum et utilitatem quam ad ornatum spectant, quae orationi civili sunt accommodata (opp. πανηγυρικός): p. 228, 22 (W. 137) εἰ γὰρ τύχοι τὰ μὲν (τῶν ἐπιχειρημάτων) ἀποδεικτικὰ εἶναι καὶ (quod suppleo) πολιτικῆς¹⁾ μόνης ἐρμηγείας δεόμενα, τὰ δὲ πανηγυρικά, quae paene repetuntur p. 234, 13 (W. 145), ubi πολιτικὰ τῶ νῦ καὶ πανηγυρικά τῶ νῦ legimus; p. 288, 20 (W. 220) ταῦτα σεμνὸν μόνον, οὐ μὴν καὶ πολιτικὸν δύναται ποιεῖν τὸν λόγον (cf. p. 288, 30. W. 220; 289, 2. W. 221; p. 289, 6. W. 221; p. 290, 5. W. 222, quae non intelleguntur, nisi ex ratione, quae Hermogeni intercedit cum Aristide); p. 291, 9 (W. 224) πολιτικώτεραι ἔννοιαι, opp. φύσει σεμναί, et in eodem rerum nexu p. 290, 22 (W. 223) τοῦτο σεμνὸν ὄν πλέον ἔχει τοῦ πολιτικοῦ τε καὶ πιθανοῦ κατὰ τὴν ἐνδοιασιν. p. 294, 16 (W. 228) τοῦτο γοργὸν ἅμα τῶ πολιτικῶ καὶ σεμνόν. p. 294, 8 (W. 228) αἱ ἀποστροφαὶ διαφθεῖρουσι τὸ σεμνόν . . καὶ πρὸς τὸ κοινότερον καὶ πολιτικώτερον ἄγουσι. p. 359, 30 (W. 316) πολιτικὴ ἢ τοιαύτη ἡδονή (sententia iucunda). p. 384, 17 (W. 348) πολιτικὸν τὸ σχῆμα. p. 443, 1 (W. 425) ἡθικός πολιτικός ὄρκος, quod intelleges coll. p. 355, 2 sq. (W. 310); in progymnasmatum tractatione Sp. II 4, 30 sqq. (W. I 17) εἶδος quartum narrationum vocatur πολιτικόν, i. e. illius generis, quod in civili oratione locum habet²⁾; aliter autem Sp. II 199, 11 (W. III 94) σύντομος καὶ πολιτικὴ διήγησις: quae per se nihil habet splendidi, opp. σύντομος καὶ φαιδρωτέρα (cf. exempla apud anon. W. III 576—578). — Adverbiū exstat p. 187, 13 (W. 78) πολιτικώτερον στήσαι τὸ προσίμιον, opp. πανηγυρικώτερον. Item p. 188, 19 (W. 80) πολιτικῶς, quae bene explanantur p. 234, 14 sqq. (W. 145).

Restant tres loci capituli περὶ ἀφελείας, quibus, si

1) Max. Plan. W. V 414, 15 expl.: ἐναγώνιος φράσις.

2) Priscianus (Halm. rhet. L. m. p. 552, 15): 'civilis, quae ab oratoribus in exponendis sumitur causis'. cf. Apsin. Sp. I 353, 10 (W. IX 494) αἱ δὲ (τῶν διηγήσεων) ἀγωνιστικαὶ οἷον παρὰ τοῖς πολιτικοῖς. Doxor. hom. in Aphthon. (W. II 199, 18) recte Hermogenis terminum interpretatur: πολιτικὰ δὲ τὰ ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἀγῶσιν εἰς χρεῖαν τοῖς ῥήτορσιν ἤκοντα.

subtiliter rem considero, sensu Aristideo vox πολιτικός mihi videtur accipienda. Nam, ut quam brevissime rem demonstrarem, Hermogenes cum dicit Sp. II 351, 25 (W. III 305) quae exempla καθαρῶν sive ἀφελῶν ἐννοιῶν (eadem enim Hermogeni sunt) supra attulerit, fuisse πολιτικώτερα καὶ ἀγωνιστικώτερα, hoc dicit, si respicimus qua ratione omnino Hermogenes Aristidem perstringat¹⁾: erravit Aristides, qui τῷ πολιτικῷ λόγῳ opponens τὸν ἀφελῆ λόγον negat ἀφελεῖς ἐννοίας esse posse in πολιτικῷ λόγῳ. Quae ut dicta sint cum acumine, vox πολιτικώτερα sensu Aristideo intellegatur necesse est; huc accedit ipsa vocum πολιτικός²⁾ et ἀγωνιστικός coniunctio vere Aristidea³⁾, verba ἐν τῇ ἄλλῃ λογογραφίᾳ⁴⁾, quae illud συγγραφικὸν γένος Aristidis in memoriam revocant, Xenophon, qui Aristidi quasi perfectum exemplar τοῦ ἀφελοῦς λόγου videtur, ab Hermogene primus exempli causa allatus (Sp. II 352, 10. W. 306). Haec, quae multo melius sentiuntur, quam docentur, si vera sunt, optime intellegentur verba sequentia Sp. II 352, 1 (W. 306): λέγω δὲ ὅτι τῶν καθαρῶν τούτων καὶ ἀφελῶν ἐννοιῶν αἱ μὲν μᾶλλον ἀρμόττουσι τῷ πολιτικῷ λόγῳ, αἱ δὲ ἥττον, αἱ δὲ οὐδ' ὅλως, ἅς καὶ μᾶλλον εἴποι τις ἂν ἰδίας εἶναι τῆς ἀφελείας: oppositio enim inter πολιτικὸν λόγον et ἀφελειαν facta prorsus est Aristidea; neque aliter accipienda, quae ab his separari non possunt, verba Sp. II 352, 27 (W. III 307) εἰ⁵⁾ δὲ ἄλλως, οὐκ ἐπιτήδεια (scil. αἱ οὕτω λεγόμεναι καθαρὰ

1) Cf. Baumgartii l. l. p. 202.

2) Maximi Plan. auctoritas (W. V 529) in tali quaestione est nulla.

3) Apud Hermogenem Sp. II 355, 4 (W. III 310) voces ἀγωνιστικός et ἀφελῆς opponuntur; sed etiam haec ex Aristidis doctrina intellegenda esse certum et iam cognitum est a Baumgartio l. l. p. 202.

4) Sp. II 351, 27 (W. III 305) τῶν δὲ ὡς ἐν τῇ ἄλλῃ λογογραφίᾳ καθαρῶν τε καὶ ἀφελῶν ἐννοιῶν οὐκ ἐμνήσθημεν.

5) Locus difficillimus et longior, quam qui integer exaretur. Ego hanc sententiam non intellego, nisi v. 27 Sp. (W. III 307, 2) scribo εἰ δὲ ἄλλως (quae respondent ad verba εἰ μὲν τις ἦθος. Verbis αἱ οὕτω λεγόμεναι κτλ. omnino non est, quod opponatur, sed inde fluxit haud dubie perversa vocula αἱ). In cod. Vindob. 18 exstat αἱ ἄλλως δὲ, quod fortasse suadet, ut omnino genuinum putemus: ἄλλως δὲ, quod usitatius quam εἰ δὲ ἄλλως.

ἐννοιαὶ οὐσαὶ ἀφελεῖς) τῷ λόγῳ τῷ πολιτικῷ, i. e. oratorio, non simplici dicendi generi.

Hermogenes igitur, quem cito pede transire neque potuimus neque volumus, quippe cui quo maiorem veteres, eo minore nostrae aetatis homines operam impertire videam, quadruplicem, nisi quid me fugit, praebet vocis πολιτικὸς usum. Adhibet enim eam primum eodem, quo Hermagoras, sensu, deinde amplissima eaque peculiari potestate, tum ratione plerisque usitata (de genere delib. et iudiciali), denique, ut videtur, Aristidis in modum.

Iam videamus Alexandrum, cuius patrem Numenium Hadriani temporibus vixisse Suidas s. v. *Νουμήνιος* testis est — huius enim excerpta esse, quae diu legebantur in tractatibus περὶ ἐπιδεικτικῶν Menandri et Ps. Menandri, etiam ego credo.¹⁾ In his igitur excerptis (Sp. III 1, 9. W. IX 332) legimus: οὐκοῦν τῶν πολιτικῶν λόγων τρεῖς εἰσιν ὑποθέσεις, ἐγκώμιον, συμβουλή, δίκη — ubi vel ex ordine generum sophistam facile cognoveris.²⁾ Vides profecto huic rhetori πολιτικὸς λόγος esse tripertitus, quod quin repetendum sit ex illa doctrina, cuius sive auctor sive praestantissimus praeco atque interpres Aristides fuit, mihi quidem non est dubium; quod eo confidentius dico, quia Sp. III 12, 16 (W. VIII 429) exstant verba

1) Cf. Walz rh. Gr. IX p. 331 sqq. Spengeli rh. Gr. III prf. p. III et p. 1. — Bernh. Steusloff, quibus de causis Alex. Num. etc. liber putandus sit spurium et quae epitomae ex eius libro excerptae supersint. diss. Vratislav. a. 1861 p. 6. — C. Bursian, Der Rhetor Menandros u. s. Schr. 1882 p. 6.

2) Hoc velim animadvertas: apud Platōnem (cf. Phaedr. p. 261 A. Soph. p. 222 C D. Theaet. p. 173 D. 174 C. Gorg. 452 E. 454 E. Euthyd. p. 290 A) iudiciale genus primum locum tenet (quod expl. Aristot. art. rhet. p. 1354^b 26). Aristoteles (cf. p. 143 adn. 1), auct. ad Alexandrum, Epicurei principem locum tribuunt τῷ συμβουλευτικῷ γένει. Hermagoras et Minucianus praeposuerunt τὸ δικανικὸν εἶδος teste Sop. W. IV 63, ac vel Dionysius p. 488, 5 hanc rationem sequitur, eo nimirum loco, quo etiam vocem πολιτικὸς Hermagoreo sensu adhibet (cf. p. 166). Apud Alexandrum τὸ ἐγκωμιστικὸν εἶδος primum est. Digna haec res, quae accuratius inquiratur, quippe quae cum auctorum indole, artis statu, temporum condicione interiorē habeat rationem. Cf. Spengel, philol. XVIII p. 608.

eiusdem, ut omnes consentiunt, Alexandri: ἀλλ' ὄγε πολιτικός καὶ συγγραφικός οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ μίμησιν ἐκείνου (sc. τοῦ κατὰ φύσιν) γίνεται — ubi termini πολιτικός καὶ συγγραφικός aperte Aristideam originem prae se ferunt; dicit igitur, ut πολιτικὸν λόγον significet, πλάσις ῥητορικῆ et τὰ κατὰ τέχνην τῶν ῥητόρων¹⁾ (Sp. III 13, 14. 18 = W. VIII 431).

Constat igitur hoc Alexandri loco item atque apud Aristidem vocem πολιτικός eadem esse vi, qua est vocabulum ῥητορικός, ut omnia tria rhetoricae genera notione πολιτικοῦ λόγου facile comprehendantur. Hoc vero ad nostram rem summi est momenti. Hic enim usus posteriore aetate magis magisque increbruit²⁾ praevaluitque haec amplior notio prae artiore illa et magis propria, quamquam ne eam quidem prorsus umquam evanuisse ut per se est consentaneum, ita exemplis a nobis afferendis firmabitur. Imprimis scholiastarum chorus ad libidinem mox ampliore sensu suae aetatis peculiarem morem secuti, mox angustiore, priorum temporum vestigia prementes, hac voce utuntur, quod interdum locorum intellectum paulo obscurat nec non falsarum vel minus accuratarum interpretationum fuit causa. Quae cum dico, recordaris hand dubie illius loci, quem supra attulimus ex Dionysio (p. 166, nimirum iud. de Lys. p. 488, 3 R), quo quidem πολιτικὴν τέχνην (sive ῥητορικὸν λόγον — pro-

3) cf. Aquila (Halm rhet. L. m. p. 22, 11): figurandarum sententiarum et elocutionum proprium oratoris munus est.

1) Velut ii, quos laudavimus p. 183 adn. 2, qui πολιτικὸν ζήτημα per ῥητορικὸν interpretati sunt, a quibus non discedit Minucianus teste Sop. W. V 9, 15 καὶ γὰρ Μινουκιανὸς εἰπών, ὅτι ὁ ῥήτωρ πᾶν ζήτημα πολ. ἐρεῖ, anon. W. IV 64, 3 πολ. ζήτημα καλεῖ τὸ ῥητορικόν, Ioan. Sic. W. VI 470, 10—15. Etiam apertius Choeroboscus dict. in Theod. can. ed. Gaisf. p. 627, 34 coll. p. 628, 4 ἐν ῥητορικῶν δὲ λόγῳ ἦγον πολιτικῶν. Ios. Rhacend. W. III 478, 6 ὁ πολιτικός λόγος, ὃς ἐστὶ συμβουλευτικός, δικανικός, πανηγυρικός. anon. gram. in Isocr. XIII ὑποθ. apud Blass.² II prf. p. LVIII εἰς τὴν πολιτικὴν, ὃ ἐστὶ ῥητορικὴν et sq.; Pollux IV 16 ῥητορικῆ, ἣ αὐτὴ καὶ πολιτικῆ et paulo post ῥήτωρ, ὃ αὐτὸς καὶ πολιτικός et IV 17 ῥητορεύειν = πολιτικὸν εἶναι (de quibus perperam loquitur Faber in adn. ad Ps. Long. π. ὕψ. c. I p. 4 edit. Tollii, probatus, ut videtur, Schaefero de comp. v. p. 6), cf. Lobeck, ad Phryn. p. 764 de voce πολιτικεύεσθαι, quam silentio damnat Pollux.

miscue enim ibi his notionibus utitur) *τριχῇ νενεμημένην* aperte dicit. Atque ibi quidem via ac ratione ab Hermagoreo dicendi usu hoc fuit repetendum. Nunc vero ab Aristidis ratione idem non minus certo nobis videtur repetere, quae cum Hermagorea vocis *πολιτικὸς λόγος* usurpatione non est confundenda. Sic igitur statuimus: Apud Dionysium et hos posteriores rhetores *πολιτικοῦ λόγου* tripertita partitio pariter exstat, originem vero si spectas, non est eadem, sed diversa. Cur autem non ab Hermogene, a cuius auctoritate in ceteris plerique pendent huius aetatis rhetores, sed ab Aristide potius hunc dicendi usum profectum esse opinemur, ex iis, quae de ipsa inter Hermogenem et Aelium differentia professi sumus p. 188, facile intelleges, quamquam id minime me negare sciendum est Hermogenis doctrinam technicam esse eam, ut facile pro sua parte ad augendam hanc dicendi consuetudinem potuerit conferre et contulerit haud dubie. Ac ne illud quidem prorsus neglegendum, quod his posterioribus temporibus ipsius epidictici generis alia fuit natura et condicio, atque antea, cum hoc genus magnam partem eloquentiae vere civilis paulatim occupasset.

His igitur paulo subtilioribus rebus, quae valent non solum de Alexandro, sed in universum de plerisque eorum, qui posteriores sunt, demonstratis, iam adeamus temporum ordine servato eos, qui restant, apud quos novam notionis *πολιτικὸς λόγος* mutationem non inveniemus; eo autem maiorem observabimus variandi ad libidinem in tanta significationum multitudine licentiam.

Apud Phrynichum Arabem, cuius unum locum aliis documentis deficientibus iam supra (p. 176) attulimus, haec leguntur (Bekk. anecd. I 15, 9): *ἀνθέντης ὁ ἀτόχειρ. Σοφοκλῆς δὲ (δια)λύσας τὸννομα ἀνθέντης εἶπεν* (El. 272). *ἔστι δὲ πολιτικώτερον τὸ ἀνθέντης*, ubi *πολιτικώτερον* significat 'usitatus in civili oratione, non poeticum'. Apud eundem (Lob. p. 63) exstant haec: *ἐρεύεσθαι ὁ ποιητῆς ὁ δ' ἐρεύετο οἰνοβαρείων. ἀλλ' ὁ πολιτικὸς ἐργάανειν λεγέτω*, quibus denuo firmatur huius usus ea explicatio, quam praebui-

mus p. 138 et copiosius adumbravimus p. 175 sqq. Nihil igitur addendum. Ceterum cf. p. 171.¹⁾

Philostratus (v. soph. I 19, 1) haec exhibet: ἡ δὲ ἰδέα τῶν λόγων (Nicetis) τοῦ μὲν ἀρχαίου καὶ πολιτικοῦ ἀποβέβηκεν, ὑπόβακχος δὲ καὶ διθυραμβώδης, significans voce πολιτικοῦ eam elocutionem, quae orationibus civilibus accommodata est, virilem nimirum ac nervosam, ut opposita subaudienda sit sophisticateda, quae revera est ὑπόβακχος καὶ διθυραμβώδης (cf. Eunap. p. 495, 16 ed. alt. Boiss.). Idem compluribus locis notionem πολιτικοῦ λόγου artiosem opponit seu tacite seu diserte notioni σοφιστικοῦ (epidictici) λόγου, velut v. soph. II 2. II 19. II 20, 1. Notabilis est locutio πολιτικὸς θρόνος, cui opponitur ὁ σοφιστικὸς θρόνος: est enim ea cathedra, qua non sophistica ars sive epidictica, sed civilis — seu mavis iudicialis, ad quam fere restricta illa erat — docebatur²⁾. Exstat eius mentio apud

1) Schmidtius, frgm. Didymi p. 94 adn. cum specie veritatis πολιτικωτέρας pro ποιητικωτέρας scribendum esse conicit in schol. ad Soph. Philoct. 1113: γένοιτο δέ μοι τὸν παραίτιον τούτων ἴσον χρόνον δυστυχῆσαι, τῆς ἐμῆς λαχόντ' ἀνίας. δύναται δὲ κατὰ τὸ πληθυντικὸν ἀκούεσθαι ἐμὰς λαχόντ' ἀνίας. ἀλλὰ τῆς ποιητικωτέρας ἡ τοιαύτη φράσις. Si verba ἡ τοιαύτη φρ. ad verba κατὰ τὸ πληθ. spectant, procul dubio πολιτικωτέρας scribendum; possunt autem, si modo verbum τοιαύτη voce urges, referri ad verba τῆς ἐμῆς ἀνίας, paulo laxius dicta; tum omnia sana. — Perperam pro πολιτικὸν Sylb. scripsit ποιητικὸν in etym. m. s. v. θυσία: τὰ παρὰ τὸ ἦθος διαφορεῖται: ἀθήρεια καὶ ἀθηρία· πολιτικώτερον δὲ διὰ τοῦ ι . . . καὶ τὸ ι πολιτικόν. cf. Gram. an. Ox. II 280 ὁ πολιτικὸς δὲ διὰ τοῦ ι. — Nihil minus notatum velim voces πολιτικὸς et ποιητικὸς saepius confundi: Isocr. or. XIII 12 in textu ποιητικοῦ, in marg. cod. Γ πολιτικοῦ; Themist. p. 392, 8 Dind. hoc vitium in optimo codice; schol. in Hermog. Max. Pl. W. V 446, 5 πολιτικοῦ exstat, cuius loco Syriani codex ποιητικοῦ habet. In proleg. de com. vol. I p. 537, 7 Meinekii Bergkii pro ποιητικοῦ scripsit πολιτικοῦ. — In cod. Paris. 2923 compendium ^o pro πολιτικὸς interdum exstare me docuit Walzcius rhet. Gr. IV 64 adn. 26, unde fortasse haec confusio orta. cf. supra p. 169 adn. 1.

2) De his rebus cf. Ahrens, de Athen. statu pol. et litt. Gött. 1829 et C. F. Weber, comment. de acad. litt. Athen. saec. II p. Chr. constit., Marburg 1858; Bernhardt Grundr. d. gr. Litt. I p. 591, quae, fortasse mea culpa, paulo obscuriora et partim confusa mihi videntur; Westermann, Gesch. d. Beredskt. in Gr. u. R. I p. 198 sqq.

Philostr. v. soph. II 20, 1 Ἀπολλώνιος τοῦ πολιτικοῦ θρόνου προεστῶς ἐπὶ ταλάντῳ. De sophistica sella v. alteram commentationis partem. Iam adnectamus pauca de Philostrati amico ¹⁾:

Apsines narrationes esse dicit (Sp. I 353, 10. W. IX 494) duplices: τὰς μὲν ἱστορικὰς, ὧν πολὺ εἶδος ἐν συγγραφαῖς, τὰς δὲ ἀγωνιστικὰς, οἷον παρὰ τοῖς πολιτικοῖς. ἔλθοιεν δ' ἂν ποτε καὶ ἱστορικαὶ πρὸς πολιτικόν. Fortasse non erramus, si πολιτικοῖς simpliciter intellegimus rhetores, oratores, quibus opponuntur historici. Sunt enim — quod libere profiteor — in artibus horum temporum loci, quorum de interpretatione haesites. Eidem πολιτικὸν ζήτημα (Sp. I 396, 31. W. IX 584) est civilis sive — ut scholiastis obsequamur — rhetorica quaestio; re vera iudiciale respici ex loci natura sequitur.

In ea parte Apsineae artis, quam Spengelius rhet. Gr. I adn. crit. ad p. 405, 1 Apsini iure abrogat, legimus p. 405, 1 (W. IX 594): τὸ πάθος πολὺ μὲν ἐν ποιήσει τῇ τραγικῇ, ἤξει δὲ ποτε καὶ εἰς τὸν πολιτικὸν (λόγον), ubi confidenter verto 'in genus oratorium, in orationes'; item indicandum p. 406, 31 (W. IX 596). Utroque loco poetica opponitur.

Ex opposita notione πανηγυρικῶς explicanda est vox πολιτικῶς, qualis invenitur in excerptis ex Longini arte factis Sp. I 323, 29: πολιτικῶς δὲ ἐστὶ λέγειν τὸ πεποικιλθαι τὸν λόγον ἐνθυμήμασι πιθανοῖς καὶ ὡς μάλιστα ἀποδεικτικοῖς, quem ad locum videas, quae supra diximus de Hermogeneo usu p. 188 sq.

Cornuti, aequalis, ut videtur, Apsinis, pretiosus liber — eius enim esse, quae Spengelius praebet rhet. Gr. I 427—460, mihi quidem Graevenius ²⁾ probavit — haec habet prima verba: ὁ πολιτικὸς ἤτοι δικανικὸς λόγος εἰς τέσσαρα μέρη διαιρεῖται τὰ προκείμενα . . . προοίμια, διηγήσεις, πίστεως ἐπιλόγους. Hic primum occurrit haec de partibus orationis doctrina iam dudum nota, quantum ad res ipsas, ita tamen

1) Philostr. v. soph. II 33, 4.

2) Cornuti artis rhet. epit. ed. et commentatus est Io. Graeven, 1891 p. XXX—XXXIII.

pronuntiata, ut *πολιτικοῦ* potissimum *λόγου* notio adhibeatur. Hoc enim artis placitum¹⁾ paene iisdem verbis ab omnibus fere posterioribus rhetoribus decantatur; velut invenitur apud Syrianum (W. IV 61, 1 coll. adn.; 62, 12), Nicolaum sophistam (Sp. III 450, 10. 453, 15. 457, 24. 458, 21. 462, 2. 465, 24. 468, 26. 470, 13. 498, 16; omissa voce *πολιτικός* ib. 488, 11. 492, 24), Doxopatrum (W. II 125, 13), Maximum Planudem (W. V 220, 17. 366, 9), anon. schol. Aphth. (W. II 2, 18. 31, 23), schol. Hermog. π. *ἐφεσ.* (W. VII 74, 7) et alios. Apud Diogenem autem Laertium, qui stoicorum doctrinam refert (VII 43), non *πολιτικοῦ λόγου*, sed *ἠτορικοῦ λόγου* exstat. Scholiasta Hermogenis (W. VII 26, 14) negligentius dicit *τοῦ λόγου*, cum v. 17 accuratius fontem suum, i. e. Cornuti epitomam²⁾, secutus addat *πολιτικοῦ*. Iam quaestio est, quomodo intellegenda sit locutio *πολιτικός λόγος*. Qua de re equidem ita censeo: Aut intellegimus *πολιτικὸν λόγον* omnino oratorium (omnia tria genera comprehendentem) simulque sive minus accuratos sive ineptos hos rhetores fuisse dicimus — desunt enim in epidictico genere *ἀντιθέσεις* et *λίσεις* (*ἀγῶνες*)³⁾ —, aut intellegimus orationes deliberativas et iudiciales et eas panegyricas, quae illis prope accedunt (maxime autem iudiciales), quod ego utique praeferam hisce de causis: primum is ipse, apud quem modo haec verba legimus, dicit *ὁ πολιτικός ἦτοι δικανικός λόγος*, ubi verba *ἦτοι δικανικός* non delenda puto cum Graevenio l. l. p. XXXVII, sed signum potius antiquitatis et praestantiae huius artis duco. Tum non inconsulte Nicolaus sophista, de quo plura suo loco dicam, adhibere

1) Utrum quinque an quattuor numerentur partes, nil ad rem; legitur 1) *πίσεις*. 2) *ἀπόδειξις*. 3) *κατασκευὴ καὶ ἀνασκευή*. 4) *ἀντιθέσεις καὶ λίσεις*. 5) *ἀγῶνες* pro parte, quae tertium aut tertium et quartum locum tenet; apud Philod. p. 202, 18 Sudh. nominantur *πίσεις καὶ ἐπεξαιρέσεις*, verumtamen *ἐπεξ.* non prorsus concinit cum refutatione (cf. infra p. 218 adn. 1).

2) Cf. Graevenium l. l. p. V.

3) Quamquam has inesse in eo somniat anon. ap. Walz. III 570, 7 et 571, 27 sqq.

mihī videtur hanc potissimum locutionem: *τριῶν μὲν ὄντων εἰδῶν τῆς ῥητορικῆς, πέντε δὲ μερῶν τοῦ πολιτικοῦ λόγου* (Sp. III 450, 2 ~ 10. 457, 23. 458, 18 ~ 20. 461, 27 ~ 462, 1. 465, 22. 468, 20 ~ 25. 498, 12 sqq.; eadem ap. Doxop. W. II 121, 5 ~ 123, 19; anon. W. VII 1083, 13). Nicolaus enim, postquam tres esse rhetoricae species dixit, Sp. III 450, 10 ita pergit: *πάλιν δὲ τοῦ πολιτικοῦ λόγου πέντε μερῶν ὄντων, ὅλον προοιμίῳν, διηγήσεων, ἀντιθέσεων, λύσεων, ἐπιλόγων, καὶ τοῦτοις τὸ ἑαυτῶν τὰ προοιμιασμάτα χρήσιμον χορηγεῖ. τὰ μὲν γὰρ τῆν τῶν προοιμίῳν διδάσκει χρεῖαν, τὰ δὲ τῆν τῶν διηγήσεων κτλ.* In his vero fieri nequit, ut ad *πολιτικὸν λόγον* pertineat γένος *ἐγκωμιαστικόν*: neque enim ad eius partes solas suam quodque progymnasma affert utilitatem, sed totum hoc genus, quippe quod toto caelo differat ab illo *πολιτικῷ λόγῳ*, ipsum integrum in *προοιμιασμάτα* receptum est, quod cum aliis consentiens docet Nicolaus Sp. III 477, 27 sqq. Ac profecto in cap. VIII tractationis progymnasmatum et tum Sp. III 494, 32 et 495, 2. 17 multo alias laudationis partes (non *μέρη*, sed *κεφάλαια* appellata) et diversam ab ea *διαίρεσιν* esse dicit, quae est in *πολιτικῷ λόγῳ*; progymnasma igitur, quod est *ἀνασκευή*, quamquam nullum usum affert generi laudativo (cf. Sp. III 478, 25 et vel Aristot. art. rhet. p. 1368^a 28), nihilo minus *πρὸς πάντα τὰ τοῦ πολιτικοῦ λόγου μέρη* πλὴν τῶν *ἐπιλόγων* *συντελέσει* (Sp. III 468, 25; hoc loco v. 21 inseras ἂν post *μᾶλλον*). Idem elucet de communi loco ex Sp. III 470, 13 ~ 17 coll. cum 470, 22. Neque abs re adiungere verba Iosephi Rhacend. (W. III 482, 18): *ὁ τοιοῦτος πολιτικὸς λόγος ἔχει προοίμια, διηγήσεις, ἀγῶνας, ἐπιλόγους*, nimirum contionalis, indicialis et panegyricus, quoad illorum pars est; quibuscum cf. Matth. Cam. *συνοπτ. παραδ. ῥητ. p. 4: ἐκάστη τῶν στάσεων* (quae easdem, quas modo diximus, orationes comprehendunt) *ἐκ τεσσάρων μερῶν σύγκειται, προοιμίῳν κτλ.* Denique Rufus, incerti temporis rhetor, (Sp. I 463, 15 W. III 448, 3) enumeratis rhetoricae generibus, ut debebat, haec dicit: *μέρη δὲ τοῦ δικανικοῦ* (non *πολιτικοῦ* neque *ῥητορικοῦ*) *τέσσαρα: προοίμιον κτλ.* (v. p. 196 λ. *πολιτικὸς ἦτοι δικανικός*).

Iam demonstrasse mihi videor, qua ratiocinatione ductus apud Cornutum omnesque eos, qui hoc placitum rhetoricum exarant, *πολιτικὸν λόγον* non censeam in univsum significare *ζητορικὸν λόγον*, sed duo tantum genera tertiique partem comprehendere. Idem video putare Graevenium l. l. p. XXXVII.

Menander in tractatu *περὶ ἐπιδεικτικῶν* vocem *πολιτικὸς* angustiore sensu de contionali et indiciali genere adhibet Sp. III 339, 21 (W. IX 147), cum dicit: *Ἴσοκράτης τοῖς μὲν ὀνόμασιν ἑγγίς τοῦ πολιτικοῦ καθήκει* et p. 343, 11 (W. 155) *καὶ εἰς τοὺς πολιτικοὺς τὸ μέρος τοῦτο τῶν ὕμνων κατῆλθε*, neque aliter p. 331, 16 (W. 127) *ἄς γὰρ ἐπιδείξεις λόγων πολιτικῶν οἱ σοφισταὶ καλούμενοι ποιοῦνται, μελέτην ἀγῶνων εἶναι γαμεν, οὐκ ἐπίδειξιν*. Disiunctionem, quam facit idem p. 336, 29 (W. 141) inter *ποιητάς, συγγραφεῖς, λογογράφους, πολιτικούς*, intelleges ex Hermogenis nonnullis locis (Sp. II 406, 10. 417, 27. 424, 27 — W. III 375, 18. 391, 8. 400, 19): est enim *πολιτικός*: orator, *ῥήτωρ*.

In Ps. Menandri¹⁾ tractatu (Sp. III 399, 16 W. IX 264) verba *μετεχειρίσαντο τὸ εἶδος οἱ μὲν συντόμως, οἱ δὲ συγγραφικώτερον, καὶ διήλον ὅτι ὁ μὲν σύντομος συνέστραπται λόγος ἄτε πολιτικῶς προῶν, καὶ ἕξεις τὰς ἀρετὰς τοῦ πολιτικοῦ λόγον* usui dicendi Aristideo prorsus accommodata esse supra monendum fuit p. 178 adn. 2.

In Aphthonii progymnasmatum tractatione item atque apud Hermogenem²⁾ τὰ διηγήματα (Sp. II 22, 5. W. I 61) disiunguntur in *δραματικά, ἱστορικά, πολιτικά*. Atque est quidem *πολ. διήγημα*: *ᾧ παρὰ τοὺς ἀγῶνας οἱ ῥήτορες κέχρηται*.³⁾ Similiter thesium (Sp. II 49, 15. W. I 108) hae

1) Liceat mihi hac locutione uti, quamquam Blassius (Lit. Centralbl. 1883 p. 28) non prioris, sed posterioris tractatus auctorem Menandrum iure appellari censet.

2) Sed deest apud Aphthonium pars quarta: τὰ μυθικὰ διηγήματα.

3) Cf. Doxop. W. II 201, 26 ad h. l.: τὸ δὲ πολιτικὸν, τούτεστιν ἐν πολιταῖς συμβαῖνον καὶ ᾧ κερήμεθα πολιτευόμενοι, τούτεστι δικάζοντες ἢ βουλευόντες ἢ πανηγυρίζοντες. τὸ δὲ αὐτὸ καλεῖται καὶ πιθανὸν καὶ βιωτικὸν καὶ πραγματικὸν καὶ ἰδιωτικὸν καὶ δικανικόν. Brevius et aptius id. p. 199, 24: *πολιτικά λέγονται τὰ τοῖς πολιτικοῖς λόγοις ἀρμόζοντα*.

πολιτικάι, illae θεωρητικάι appellantur; sunt vero πολιτικάι: αἱ πρῶξιν ἔχουσαι πόλιν συνέχουσαν, qua in interpretatione Theonianum terminum (πρακτικάι θ.) et Hermogenianum (πολιτικάι θ.) quasi compilatum vides. Hermogenis autem interpretationem, quae ipsa quoque ex Hermagorae disciplina profecta est (v. p. 182), paulo obscuravit Aphthonius, quia ad πόλεως notionem adiectivum πολιτικῶς nimis revocat.

Eunapius in vita Iamblichi (p. 461, 5 ed. Boisson. a. 1878) de eo dicit: αἰτίας δ' ἐπὶ τούτοις ἢ προφάσεις οὔτε πεφυκῶς ἐξηγεῖσθαι πολιτικῶς οὔτε προελόμενος, τὸν πάντα χαρακτηῖρα συνέχευε τοῦ βίου (τοῦ Ἀλυπίου), ubi πολιτικῶς similiter atque supra apud Polybium p. 159 significat 'simplici ratione eaque non tam artis et foscolorum, quam rerum narrandarum et perspicuitatis studiosa.' Idem de Himerio dicit (p. 494, 42 Boiss.): εὐκολος δ' ἀνὴρ (cf. s. p. 174 adn. 1) εἰπεῖν καὶ συνηρμοσμένος· κρότον δὲ ἔχει καὶ ἦχον ἢ συνθήκη πολιτικόν, καὶ πον σπάνιος καὶ παρὰ τὸν θεῖον Ἀριστείδην¹⁾ ἴσταται, i. e. habet talem in oratione sonum, qualis in nervoso et civili, non in sophisticum vel epidictico genere est, virilem dico ac fortem.

Synesius in Dione (p. 39 P.) disiungit τὰς σοφιστικὰς ὑποθέσεις et τὰς πολιτικὰς, ubi πολιτικάι Dionis ἐποθέσεις eae appellantur, quae similiter Isocrateis non demonstrandae artis et ludendi causa tractantur²⁾, sed in vitae communi utilitate rebusque publicis versantur.

Nicolaus sophista, quem in sollemni illa de quinque partibus πολιτικοῦ λόγου doctrina vere civilem orationem notare supra diximus (p. 196 sqq.), eodem sensu hanc locutionem exhibet Sp. III 456, 29 et 459, 18. πολιτικῶς λέγειν est civili, non vulgari elocutione uti p. 454, 17: εἴρηται δὲ μῦθος ἀπὸ τοῦ μυθεῖσθαι, ὃ ἔστι λέγειν, οὐχ ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις οὐ λέγομεν, ἀλλ' ὅτι ἐν αὐτῷ πρῶτον τὸ λέγειν πολιτικῶς μανθάνομεν. Θέσεις distribuit in φυσικὰς, ὅλον εἰ σφαιροειδῆς

1) Malim Ἀριστείδην ἀνίσταται.

2) Puta tales orationes, qualis Τρωικὸς aliaeque, quas Synes. legit. cf. Philostr. v. soph. I 7, 1.

ἡ ποσοσ. et ἡ πολιτικῆς. venit ἡ ρημτικῆς: quamquam explanationem ipse non addit. tamen iure putamus eas potari. quarum perceptio sub communem cadit intellectum p. 197. 5 vsq. A narrationibus mythicis et historicis recernit τὰ ποσοστικὰ (p. 155. 30) διηγηματικὰ, ἃ καὶ δικαστικὰ καλοῦνται. quae paulo post p. 156. 5) vocantur τὰ ἐν τοῖς πολιτικαῖς ἀγῶσι λεγόμενα: vides profecto. quantopere tum temporis civiles contentiones paene non sint nisi in causis iudicialibus.

Non timeo, ne quis mihi negligentiam det opprobrio. si iam finem faciam percensendorum scriptorum: sunt enim, qui sequuntur, non nisi interpretes eorum, quos maximam partem ex ipsorum libris satis cognoscimus, neque raro, ubi aptum nobis videbatur, sententiam scholiastarum sedulo examinandam curavimus. At qui non multum sibi possunt laudis vindicare, eos admodum iniqui est fraudare, si omnino aliquid meruerunt.

Restant enim tres vel sis quattuor rhetoricae definitiones, quae post hoc tempus valuerunt. Quarum prima est Sopatri: ὁ δὲ σοφῶν εὐ ἔχειν ὄρος) οὗτος ἐστὶ δὴναμις λογικῆ ἐν πρῶγματι πολιτικῆ) τέλος ἔχουσα τὸ εὐ λέγειν (W. V 17. 1.) VII 34, 6, ubi pro λόγου manifesto ponendum λογικῆ); alteram ut omnium praestantissimam ferunt Maximus Planudes (W. V 211, 1), Doxopater (W. II 105. 7. 74, 24. 93, 11), Troilus (W. VI 53, 5), anonymus (W. III 611, 1): ὁρητορικῆ) ἐστὶ τέχνη, περὶ λόγου δὴναμις ἐν πρῶγματι πολιτικῆ) τέλος ἔχουσα τὸ μεθ᾽ ἀνῶς εἰπεῖν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον (τὸ μεθεῖν ὅσον ἐφ' ἑαυτῆ) Troilus l. 1.); ultima asservatur

1) Vel in hac re intellegis, quam iusta sit nota illa Fabii de rhetorum in novandis terminis vano studio querela. Nam quod ad thesium et narrationum disjunctionem, Theon, Hermogenes, Apthonius, Nicolaus, omnes inter se dissentiunt. Eandem vero, quam Theon, praebet Cicero (partit. or. 14, 62) quaestionum partitionem, videncet 'cognitionis et actionis' (= θεωρητικῶν et πρακτικῶν).

2) Hoc loco, ut sane procedat sententia, v. 11 delendum verbum πολιτικῆ) ut a stulto homine insertum; incola 15 sic scribendum: ὁρητορικῆ) τέλος ἔχουσα τὸ εὐ λέγειν. cf. W. III 462, 4. IV 26, 7.

a Doxopatro (W. II 104, 25): *δητορικὴ ἐστὶ δύναμις εὐ-
ρετικὴ καὶ ἐρμηνευτικὴ μετὰ κόσμον τῶν ἐνδεχομένων πιθα-
νῶν ἐν πράγματι πολιτικῶ, τέλος ἔχουσα τὸ εὖ λέγειν* (et paulo
variata, fortasse in verbis *τεχνικὴ καὶ θεωρητικὴ καὶ ἐρμηνευ-
τικὴ* librariorum culpa corrupta in Troili proll. W. VI 52, 26).

Vides igitur — eo enim consilio has definitiones exara-
vimus — in omnibus exstare verba ἐν πολιτικῶν πράγ-
ματι¹⁾, quam materiam opponunt hi rhetores summo con-
sensu philosophorum, medicorum, grammaticorum materiae.
Quoquo vero modo his temporibus vim adiectivi πολιτικῶς
sibi auctores finxerunt — hoc certo constat originem duxisse
hanc locutionem a Dionysio vel, si a primo fonte rem repe-
timus, ab Hermagorae doctrina stoicorum vestigia prementis.

Quoniam his absolutis ne posteriores quidem rhetores
nobis succensere putamus, iam terminus sit censurae positus.

Restat autem ut missis omnibus, quae sunt singularia ac
peculiariora, capita disputationis quam brevissime ponamus in
conspectu: Isocrates πολιτικοῖς λόγους appellavit suum,
quod proprium habet, orationum sive *συνταγμάτων* genus, ut
ad omnium sive civium sive Graecorum utilitatem spectans.
Interdum apud eum notio π. λόγου respondet nostrae locutioni
'*Staatsrede*', qui usus passim omnibus temporibus occurrit.
Idem πολιτικὰ ὀνόματα nuncupat ea vocabula, quae in civili
oratione adhibentur, quem usum, sive vocabula notantur non
poetica sive non vilia, per omnia tempora valuisse sciendum
est. Technice ne Plato quidem vocem πολιτικῶς adhibuit.
In rhetorica autem ad Alexandrum — indicia enim tan-
tum huius rei praebet Aristoteles — primum haec vox
ita usurpatur, ut contionales et iudiciales orationes comprehen-

1) Etiam praeter has definitiones multi sunt loci, quibus rhetoricae
arti materiam scholiastae simpliciter tribuunt τὰ πολιτικὰ (Doxop. II 102, 25
anon. VI 33, 4), τὸ πολιτικὸν πρᾶγμα seu τὰ πολιτικὰ πράγματα (Doxop.
II 121, 17 schol. Aphth. II 2, 11. anon. III 610, 21), τὰ πολιτικὰ ζητήματα
(VII 33, 7). Eiusdem generis esse hos locos cum iis, quos passim attulimus,
cum de Hermagora, Dionysio, Hermogene, Alexandro Numenti diceremus,
apertum est.

eum, qui satis vocis πολιτικός usum habet cognitum, non prorsus probaturum esse Volkmanni verba (Rhet.² p. 17), qui magis, quam debebat, bipertitam rhetoricae generum dis-iunctionem rei ipsius natura postulatam desiderat. Nam inde ab Epicuri temporibus, ne dicam Aristotelis et auctoris rhetoricae ad Alexandrum, hac potissimum ¹⁾, quam nos tractavimus et quam Volkmannus immerito neglexit, notione adhibita apud rhetores — memineris ea, quae de Epicuro eiusque secta, Hieronymo, Dionysio, Theone, Hermogene, Menandro, Nicolao diximus — hanc partitionem paene numquam non invenimus, quamquam praeter eam tria illa genera antiquitus constituta semper valuerunt.

1) Hoc firmabitur ea, quae iam sequitur, tractatione notionum σοφιστής et σοφιστικός, quae ipsae quoque ad hanc bipertitam distributionem sunt adhibitae.

CAPUT II.

De notionibus σοφιστῆς et σοφιστικῶς.

Iam transeamus ad alteram partem. Non minus enim, quam notionēs πολιτικοῦ λόγου et adiectivi πολιτικός etiam notionēs σοφιστοῦ et adiectivi σοφιστικός dignae mihi visae sunt, quae, quantum quidem ad rhetoricam spectant, accuratius, quam adhuc factum est, tractarentur, atque ita, ut non aliter atque in priore capite tota disciplina rhetorica in censum vocata origo quasi et fata harum notionum ad temporum rationem disposita illustrarentur. Nam ut maxime varia variis temporibus vi haec vocabula a scriptoribus adhibentur, ita, quod praecipue ad historiam eloquentiae et ad partitionem generum causarum attinet, principalem inter terminos rhetoricos locum semper tenuerunt. Ac fortasse aliquid demonstrare continget, quod non nullius sit momenti ad universam litterarum historiam recte intellegendam. De subsidiis, quae mihi praesto fuerunt, hoc loco non habeo, quod moneam, nisi Cresollii librum, postquam pervolavi, ilico me seposuisse, ne eius confusione ipse confunderer.

Iam ut missis praefationis ambagibus aggrediamur, quod nobis proposuimus, a rebus nunc tandem paulo notioribus rectiusque perspectis proficiscendum est, ut certis fundamentis nitamur. Postquam enim Meinersius¹⁾ princeps veriora de primo illo sophistarum genere docere coepit et C. Fr. Hermannus²⁾ saniore, quam antiquitus assolebat, iudicio ad-

1) Gesch. d. Urspr., Fortgangs u. Verfalls der Wissensch. in Griechenland u. Rom, Lemgo 1782 II, praecipue p. 172.

2) Gesch. u. Syst. d. plat. Philos. Heidelb. 1839 I p. 204 sqq.

hibito sophistae quales fuissent, non quales a Socraticis philosophis comoediaeque poetis cavillando descripti essent, quaerere perrexit, iam nunc constat, quos sophistas quinti et quarti a. Chr. n. saeculi proprie solemus appellare, eos fuisse, qui cum ostentatione quadam omnium, quae ad vitae utilitatem pertinent, rerum scientiam mercede se docturos¹⁾ profitebantur; quae quidem professio, ut omnium communis est, ita variam apud varios praebet speciem, quo fit, ut bono iure vel in nostrum usum vertamus Platonis in sophista dialogo (p. 218 C. 226 A. 231 B. 236 C. 232 A) verba, quibus iterum iterumque confitetur non facile esse ad demonstrandum, quid sit sophistarum genus. Omnium vero discriminum varietas ad duo potissimum redit: altera enim sophistarum pars praecipue πολιτικὴν τέχνην profitetur et εὐβουλίαν περὶ τῶν οἰκείων καὶ τῶν τῆς πόλεως (Protagoras, Prodicus, Hippias), altera imprimis ῥητορικὴν (Gorgias, Polus, Licymnius, Thrasymachus, Theodorus Byzantius). Quod non ita accipiendum, ut quasi in bina castra inter se opposita sophistarum cohortem discessisse opinemur; nam altera pars plerumque alterius muneri vix poterat non succurrere, quoniam illis temporibus rerum civilium peritia atque administratio cum rhetorica artissimam habebat communitatem. Ac rhetorici quidem, ut ita dicam, illius aetatis sophistae duplici plerumque negotio funguntur: namque epidicticas orationes componunt vel habent et rhetoricam artem seu docendo seu exempla proponendo tradunt, qua in institutione iterum epidicticam rhetoricam imprimis respiciunt, non prorsus tamen neglecta iudiciali²⁾.

Haec paucis praemittenda fuerunt, ut de rhetorico huius

1) Ubicunque in explicanda voce σοφιστῆς voce magistri sive doctoris utor, ita velim me intellegas, ut non putem secundum etymologiam σοφιστήν esse magistrum. Probo enim, vel Steinhartio (Platos Leben p. 258) adversante, Hermannii sententiam l. l. p. 308 sq.

2) Vel Gorgiam eam respexisse evincitur loco Arist. art. rhet. III 18: δεῖν ἔφη Γοργίας τὴν σπουδὴν διαφθεῖρειν τῶν ἐναντιῶν γέλωτι, τὸν δὲ γέλωτα σπουδῆ. Isocr. XV 203 s. τοὺς μὲν αὐτῶν ἱκανοὺς ἀγωνιστὰς ἀποτελεσθέντας, τοὺς δὲ παιδεύειν ἑτέρους δυνήθεντας.

vocis usu certum iudicium facere possemus. Iam enim in eo versatur quaestio, ut demonstremus, quo tempore et apud quos auctores et quo sensu notio sophistae et adiectivi σοφιστικὸς ab initio de iis, quos modo descripsimus, hominibus adhibita quasiterminus esse mere rhetoricus et proprie de rhetoricis sive personis sive rebus usurpari coepta sit.

Videamus igitur, quem par est primo loco examinare, Isocrates quo sensu sophistae nomine usus sit. Qui quod septem illos, qui ferebantur, sapientes Graecorum (XV 235. 313; similiter de sapientibus viris I 51 ¹⁾ et II 13 ²⁾ et V 12 ³⁾) et physicos philosophos velut Empedoclem, Ionem, Alcmeonem, Parmenidem, Melissum nec non Gorgiam (scilicet propter librum de rebus naturalibus scriptum) XV 268. 285 et Protagoram, Gorgiam, Melissum X 2 sophistas appellat, a nostra re prorsus alienum est. Neque magis huc facit or. XII 18, ubi τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν ⁴⁾ mentionem facit, qui Hesiodi et Homeri carminibus explicandis operam navant, plerumque quae alii antea dixerunt repetentes, et or. X 9, ubi οἱ φάσκοντες εἶναι σοφισταὶ qui sint, elucet ex adiectis verbis οἱ ἀμφισβητοῦντες τοῦ φρονεῖν. In oratione autem XIII, quae exceptis iudicialibus prima omnium, quae restant, Isocratearum orationum est, contra sophistas scripta, sophistarum numerum compleri (§ 19 et 14) aperte dicit sibi videri duobus iis, quae antea vehementer perstrinxit, hominum generibus: nimirum eorum, quos § 1—8 et 9—13 singillatim tractavit. Quorum illi sunt, qui eristicae artis veritatisque studiosi civili scientia docenda felicitatem se discipulis paraturos esse

1) τῶν ποιητῶν καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν, εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν.

2) μήτε τῶν ποιητῶν τῶν εὐδοκιμοῦντων μήτε τῶν σοφιστῶν μηδενὸς οἶον δεῖν ἀπέλῳς ἔχειν.

3) τοῖς νόμοις καὶ ταῖς πολιτείαις ταῖς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν γεγραμμένας. cf. ad h. l. Aristot. eth. Nic. p. 1181^b 7 ~ 1181^a 15 et Philod. V. H. ³ VII 56, 6.

4) cf. Useneri quaest. Anaxim. 1856 p. 17 sq.

magno ore clamitabant, hi qui arrogantibus sane verbis profitebantur facultatem πολιτικοῦς λόγους¹⁾ habendi se esse tradituros, qui quidem quin ex sophistarum numero illi sint, quos praecipue rhetoricae operam navasse supra diximus, non est dubium. Iam intellegimus nomen sophistarum illa duo, quae supra disiunximus, genera hominum complecti, ita tamen, ut non sit colligendum Isocratem sive oratorum quoddam genus sive eloquentiae magistrorum proprio ac nudo nomine sophistarum significasse.²⁾ Quod factum esse ne iis quidem locis probabile fit, quibus sophistae propterea imprimis laudantur, quia orationes cum arte scribunt et diligenter perpoliunt (V 29.³⁾ IV 82.⁴⁾ IV 3.⁵⁾): nam ne ibi quidem crediderim sophistarum nomen specialem quandam et quasi arte constitutam epidicticorum oratorum esse appellationem, seiunctam ab illa generali, quae in universum de hominibus supra descriptis valebat. Porro similiter atque in or. XIII etiam or. XV 147 sq. *οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν αὐτὴν* (sc. τῷ Ἴσοκράτει) *πραγματεῖαν* sophistae appellantur, et or. XV 2. 4 sophistae ita commemorantur, ut re non

1) Patet igitur non de epidicticis solum orationibus esse cogitandum, sed in universum de oratoria institutione sermonem esse, qualis quidem tum erat, cum contionalium orationum facultas nondum in artis formam redacta erat, quod illustratur verbis *ἀνευ σοφιστῶν λέγειν καὶ πολιτεύεσθαι* § 14 et locutione *ἀγωνιστὰς μὲν ἀγαθοὺς ἢ λόγων ποιητὰς* § 15. cf. praeterea p. 134 et p. 136.

2) Apud Maximum igitur Planudem, qui (W. V 225, 25) dicit: *Ἰσοκράτης ἐν τῷ κατὰ σοφιστῶν, δι' ὧν φησι τὸν μὲν σοφιστὴν ὀφείλειν δύο ταῦτα ποιεῖν, πρῶτον τοὺς κανόνας ἐκτίθεσθαι, ἔπειτα παρασκευάζειν τοὺς ἰδίους λόγους εἰς παράδειγμα τῶν παραδεδομένων κανόνων* (videtur respicere Isocr. XIII 17 s.), alius vocis σοφιστής est usus. Maximo enim σοφιστής est (secundum aetatis morem) magister rhetoricae; Isocrati rhetoricae professor inter sophistas numeratur, nondum 'sophista' vox per se rhetoricae professorem significat.

3) *τὰς δυσχερεῖας τὰς περὶ τοὺς σοφιστὰς καὶ τοὺς ἀναγινωσκομένους τῶν λόγων* coll. § 25 *τοὺς πρὸς ἐπίδειξιν κ. ἐργολ. λόγους.*

4) *μήτε τῶν ποιητῶν μήτε τῶν σοφιστῶν ἀξίως . . . εἰπεῖν.*

5) *πολλοὶ τῶν προσποιησαμένων εἶναι σοφιστῶν ἐπὶ τοῦτον τὸν λόγον (τὸν πανηγ.) ὤρμησαν.*

accuratius significata Platonem iis accensendum esse constat, a quo loco vix est alienus XII 5: οὐδένα διαλέλοιπα χρόνον ὑπὸ μὲν τῶν σοφιστῶν τῶν ἀδοκίμων καὶ πονηρῶν διαβαλλόμενος κτλ. Tum nonnullis locis in universum qui hominum educationi se applicant, non raro ipso Isocrate incluso, vocantur sophistae, unde de rhetorico vocis sophistae usu nihil evinci in propatulo est. Huius indolis est or. XV 197 (ubi quidem diserte παιδεία περὶ τοὺς λόγους ἢ πράξεις eorum professio nuncupatur, prorsus ipsius Isocratis disciplinae accommodate), XV 155 ~ 157 (ubi Gorgias et Isocrates mercede docentes commemorantur), XV 215 (ubi οἱ φάσκοντες εἶναι σοφισταὶ iidem sunt atque οἱ προσποιούμενοι δύνασθαι παιδεύειν, de iisdem repetitur vox σοφιστῆς eodem sensu adhibita XV 220 et 222 itemque XV 168: μὴ τῆς κοινῆς περὶ τοὺς σοφιστὰς διαβολῆς ἀπολαύσω τι φλαῦρον).

Omnes iam examinasse nos locos Isocrateos spero, quibus sophistarum fit mentio — neque enim adiectivum σοφιστικός neque verbum σοφιστεύειν apud eum invenitur —, ac iure quidem hoc mihi videor statuere: Apud Isocratem nondum vox sophista termini ad rhetoricam solam spectantis munere fungitur necdum technice certum quoddam sive oratorum sive dicendi magistrorum genus hoc potissimum tamquam proprio nomine appellatum ab alio quodam certo genere disiungitur; sed illud tantum concedendum est hac voce non nusquam ita Isocratem uti, ut ex loci natura rerumque condicione pateat de iis potissimum ex numero sophistarum vulgo appellatorum cogitandum esse, qui sive rhetoricae tradendae sive epidicticis orationibus faciendis praecipue operam tribuebant.

Platonis porro quale sit iudicium de sophistarum ingenio atque studio ¹⁾ ut satis notum neque ad nostrum insti-

1) Quam brevissime coartatam Platonis habes sententiam in Protag. p. 349 A, ubi de Protagora haec dicit: σύγ' ἀναφανδὸν σεαντὸν ὑποκηρύξάμενος εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας, σοφιστὴν ἐπινομάσας, σεαντὸν ἀπέ-

tutum pertinens silentio praetereo. Nobis enim perlectis dialogis sophista et politico, Phaedro, Gorgia, Protagora, Euthydemo, Cratylo, Menexeno ¹⁾ satis est profiteri Platoni vocem σοφιστῆς nusquam technicam et quasi specialem appellationem esse sive epideicticorum oratorum sive rhetoricae praeceptorum. Immo eam speciem sophisticae professionis, qua partim ostentandae partim docendae rhetoricae student, multo rarius quam cetera, quae sophistarum sunt propria, commemorat. Sunt vero, quae tangere non abs re est, quia, si obiter spectantur, contra nostram sententiam videntur facere. Cavendum igitur est, ne abutamur locis Platonis ²⁾ velut hoc (Protag. p. 312 D): τί ἂν εἴποιμεν τὸν σοφιστὴν εἶναι, ὃ Σώκρατες, ἢ ἐπιστάτην τοῦ ποιῆσαι δεινὸν λέγειν; hoc enim minime spectat ad rhetoricae solam disciplinam ³⁾, sed quod hic dicitur λέγειν, paene nihil est nisi signum quasi et documentum τοῦ ἐπίστασθαι ⁴⁾ (quod ipsum statim sequitur p. 312 E), neque multo aliud dicit atque: τοῦ ποιῆσαι φαινόμενον ἐπίστασθαι πάντα (cf. soph. p. 233 A. C). — Porro in Gorgia (p. 520 A) haec legimus: ταῦτόν, ὃ μα-

θηνας παιδείσεως καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον, πρῶτος τούτου μισθὸν ἀξιώσας ἀρνεσθαι. Omnia enim fere, quae sophistarum propria sunt, his comprehenduntur. Iuvat etiam Themistii pauca verba apponere, qui Platonis de sophistis opinionem relaturus haec dicit (or. XXIII p. 350, 22 Dind.): τὸ γὰρ ἐφ' ὅτῳ δὴ σχήματι παιδείας ἀργυρολογεῖν παρὰ τῶν νέων καὶ πλουσίων, τοῦτ' εἶναι φησι σοφιστὴν, et ibid. p. 351, 2: ἀλλ' ὅπερ λέγω τὸ μὲν ἐφ' ὅτῳ δὴ μαθήματι εἴτε σπονδαιοτέρῳ εἴτε φανλοτέρῳ μισθοφορεῖν παρὰ τῶν νέων σοφιστικὸν νομοῦμεν.

1) De ceteris Platonis libris Astii me commisi lexico fide, quantum in hac re mihi examinare licuit, digno.

2) Plato soph. p. 216 D et Gorg. p. 519 C disiungit πολιτικὸν et σοφιστὴν, quam quidem disianctionem cum ea, quam apud Philodemum usitatissimam inveniemus, nihil habere commune luce clarius est.

3) cf. C. Fr. Hermann l. l. I p. 318 adn. 255. — Prorsus eiusdem generis est locus Xenophontis mem. Socr. I 2, 31: Κριτίας . . . ἐν τοῖς νόμοις ἔγραψε λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν (Socratem respiciens), ubi vid. Breitenbachii adnotationem.

4) cf. C. Fr. Hermann l. l. I p. 215: darein setzte man eben die geistige Stärke und Gewalt über den Stoff.

κάρι', ἐστὶ σοφιστῆς καὶ ῥήτωρ ἢ ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον, ὥσπερ ἐγὼ ἔλεγον πρὸς Πῶλον, quae cave ita accipias ¹⁾, ut Platoni σοφιστοῦ nomen cum ῥήτορος paene idem valere concludas. Haec enim verba intellegenda sunt ex Gorg. p. 464 Bsq., ubi sophisticam et rhetoricam partes utramque esse τῆς περὶ ψυχῆς κολακείας Polum Socrates docuit. — In eodem dialogo Poli sophistae rhetorica studia commemorantur p. 448 D: Πῶλος τὴν καλουμένην ῥητορικὴν μᾶλλον μεμέληκεν ἢ διαλέγεσθαι (cf. Gorg. p. 471 D), unde elucet ad sophistarum studium rhetoricae tractationem pertinere, non eum, qui rhetoricam tractat, propter id ipsum sophistam audire. In Cratylo (p. 398 D) ²⁾, ubi iunguntur verba 'ῥητόρων καὶ σοφιστῶν', vox σοφιστῶν referenda est ad antecedentia verba διαλεκτικοὶ ἐρωτῶν ἱκανοὶ ὄντες et ἐρωτητικοί. Ibid. p. 403 E Pluto τέλεος σοφιστῆς vocatur propterea, quod omnes, qui ad inferos descenderunt, orationis suae blandimentis ac suavitate ita demulcet, ut reverti obliviscantur; revocamur profecto ad orationes illas ostentationis et delectationis causa elaboratas, quae sunt sophistarum, nec plus vero inde quidquam iure eviceris. Addamus unum locum Phaedri (p. 257 D): οἱ μέγιστον δυνάμενοι τε καὶ σεμνότατοι ἐν ταῖς πόλεσιν αἰσχύνονται λόγους τε γράφειν (litteris mandare) καὶ καταλείπειν συγγράμματα ἑαυτῶν, δόξαν φοβούμενοι τοῦ ἔπειτα χρόνου, μὴ σοφισταὶ καλῶνται, quod inde explicandum, quia omnium sophistarum commune et quasi proprium erat, quod ἐπίδειξις uno verbo licet notare. De technica vocis σοφιστῆς usurpatione ne hinc quidem quidquam licet opinari. ³⁾

1) Ne Stephanus quidem non videtur deceptus esse his verbis, ut apparet ex lexicis vol. VII p. 530 C. Etiam Baumstarkius in Paulyi encycl. rer. ant. III p. 908 falso dicit voces ῥήτωρ et σοφιστῆς Socrati synonymas dici.

2) καὶ ἤτοι τοῦτο λέγει τοὺς ἥρωας, ἢ ὅτι σοφοὶ ἦσαν καὶ ῥήτορες δεινοὶ καὶ διαλεκτικοί, ἐρωτῶν ἱκανοὶ ὄντες· τὸ γὰρ εἶρειν λέγειν ἐστίν. ὅπερ οὖν ἄρτι ἐλέγομεν, ἐν τῇ Ἀττικῇ φωνῇ λεγόμενοι οἱ ἥρωες ῥήτορες τινες καὶ ἐρωτητικοὶ συμβαλνουσιν, ὥστε ῥητόρων καὶ σοφιστῶν γένος γίγνεται τὸ ἠρωϊκὸν φύλον.

3) Praeterea a Platone sophistae nomine appellantur septem sa-

Quod igitur de Isocrate statuimus, etiam de Platone dicendum est, nimirum voce σοφιστῆς per se non significari rhetorem seu oratorem epidicticum.

Platonis iniqua de sophistis sententia (quam per omnia tempora viguisse tam notum est, ut postmodo hunc usum vel me non monente valere putandum sit; etiam veteres lexicographi ex Platonis sententia maxime vocem σοφιστῆς interpretantur, velut Cyrill. anecd. Paris. Cram. IV 191, 2, Hesych., Phot., Suid., Thom. mag. s. v.) omnino praevallet apud Xenophontem, quod notasse satis habeo. De mostheni¹⁾ autem, de quo in universum idem valet, ne tum quidem, cum de Aeschine or. XIX 246 haec dicit: λογογράφους τοίνυν καὶ σοφιστὰς καλῶν τοῦς ἄλλους καὶ ὑβρίζειν πειρώμενος αὐτὸς ἐξελεγχθήσεται τούτοις ὧν ἔνοχος, arbitratus sis σοφιστοῦ nomen aliud quid significare atque ἄνδρα πανοῦργον²⁾; quod sequitur ex verbis § 250: εἶτα οὐ σὺ σοφιστῆς καὶ πονηρός γε; οὐ σὺ λογογράφος καὶ θεοῖς ἐχθρός γε; facile enim quis opinetur Aeschinem sophistam vocari illa ratione, qua quibuscumque cum veris sophistis ἢ ἐπίδειξις sive ostentatio communis erat, interdum hoc nomine non sine aculeo nuncupabantur, cuius usus certum exstat exemplum apud Ps. Dem. LIX 21: *Λυσίας γὰρ ὁ σοφιστῆς Μετακείρας ὧν ἐρασις*, quae verba haud dubie respicit Athenaeus in het. catal. (XIII p. 593 f): *Νικαρέτη δὲ ἡ ἑταῖρα ἐρωμένη ἱν Στεπientes viri Protag. p. 342 B. — Proteus in Euthyd. p. 288 B. — adiectivum σοφιστικὸς inveni Euthyd. p. 277 E: τὰ ἱερὰ τὰ σοφιστικὰ, cum irrisione dictum. — Ad verbum σοφιστικῶς legitur Theaet. p. 154 D: σ. συνελθόντες: sophistarum in modum conventus facientes. — ἡ σοφιστικὴ (opp. νομοθετικὴ) Gorg. p. 465 C.*

1) cf. Dem. XXIX 13 σοφιστῆς καὶ σφόδρ' ἐκὼν τὰ δίκαια ἀγνοεῖν προσποιούμενος, ibid. 32 ἢ ῥήτωρ ἢ σοφιστῆς ἢ γόης, XVIII 276 γόητα καὶ σοφιστήν, XXXV 40 πονηροῦ γὰρ ταῦτ' ἐστὶ σοφιστοῦ, ibid. 40 κακοῦργοι σοφισταί. Praeterea XXXV 40 εἴ τις βούλεται σοφιστῆς εἶναι καὶ Ἰσοκράτει ἀργύριον ἀναλίσκειν de eo, qui Isocratis civilem philosophiam vult amplecti.

2) Cf. Weiliam ad h. l.: Eschine use lui-même des artifices de l'école, ni plus ni moins que les rhéteurs, qui écrivent des discours pour les plaideurs (λογογράφοι), ou qui 'enseignent l'éloquence et la chicane' (σοφισταί). v. Hesych. s. v. σοφιστῆς.

γράφον τοῦ ῥήτορος, Λυσίου δὲ τοῦ σοφιστοῦ Μετάνειρα. Illustrantur autem, quae modo dixi, luculenter eo, quem ex Phaedro Platonico paulo antea exaravimus, loco (p. 257 D), ut videamus non temere illos timuisse.

Aristoteles, qui excipit disputationem nostram, in describendo sophista vix aliqua re discedit a Platone magistro. Stagiritae enim vestigia si sequimur, sophista is est, qui mercede ¹⁾ perperam civilem scientiam traditurum se promittit ²⁾ neque ullius artis materiam a se alienam putat ³⁾, qui homonymiis malo consilio adhibitis ⁴⁾ malisque artibus usus ⁵⁾, partim concedendo partim negando ⁶⁾, imprimis vero conclusionibus, quae sanae videntur, non sanae sunt ⁷⁾, homines fallit. Atque in eo quidem maxime proprium sophistae positum est, quod τὸ φαινόμενον et invenire scit et ad fraudem adhibere studet, ita quidem ut, quod ad dialecticam attinet, is qui in hac disciplina τὸ φαινόμενον scit nec vero adhibet, διαλεκτικός sit, is autem, qui et scit et adhibet, σοφιστῆς appelletur; in rhetorica autem et is, qui scit nec vero utitur, et is, qui et scit et utitur, pariter ῥήτωρ vocetur, scilicet quia vocabula peculiaria desunt, quibus uterque naturae suae accommodate insigniatur et ab altero vel nomine dignoscatur: sic enim interpretandasunt verba rhetoricae difficillima intellectu p. 1355^b 17 sqq.: ἡ γὰρ σοφιστικὴ οὐκ ἐν τῇ δυνάμει ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει· πλὴν ἐνταῦθα (sc. ἐν τῇ ῥητορικῇ) μὲν ἔσται ὁ μὲν κατὰ τὴν ἐπιστήμην ὁ δὲ κατὰ τὴν προαίρεσιν ῥήτωρ, ἐκεῖ δὲ (sc. ἐν τῇ διαλεκτικῇ) σοφιστῆς μὲν κατὰ τὴν προαίρεσιν, διαλεκτικός δὲ οὐ κατὰ τὴν προαίρεσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν (cf. Spengellii comment. ad h. l.), quibus in verbis summam quasi habes sententiae Aristoteleae.⁸⁾ Ex verbis autem eth. Nic.

1) p. 1164^a 31.

2) p. 1180^b 35.

3) p. 1218^b 23. 1049^b 33. 1026^b 15. 1064^b 29. 1004^b 17. 1355^b 20.

4) p. 1404^b 38.

5) p. 126^a 31.

6) p. 1419^a 14.

7) p. 165^a 34. 1146^a 21. 1307^b 36. 1359^b 12. 1405^b 9.

8) σοφιστικὸς λόγος in rhet. p. 1359^b 12 propterea dicitur, quia

p. 1180^b 35 τὰ δὲ πολιτικὰ ἐπαγγέλλονται μὲν διδάσκειν οἱ σοφισταί, πράττει δ' αὐτῶν οὐδείς et quae haec continuant p. 1181^a 12 τῶν δὲ σοφιστῶν οἱ ἐπαγγελλόμενοι λίαν φαίνονται πόρρω εἶναι τοῦ διδάξαι. ὅλως γὰρ οὐδὲ ποῖόν τι ἔστιν ἢ περὶ ποῖα ἴσασιν, οὐ γὰρ ἂν τὴν αὐτὴν τῇ ῥητορικῇ οὐδὲ χεῖρω ἐτίθεσαν (sc. τὴν πολ. τέχνην) — ex his igitur verbis illud quidem apparet rei publicae artem cum rhetorica hos sophistas coniunxisse (cf. Arist. rhet. p. 1356^a 27), velut Isocratem fecisse scimus et eos omnes, quos hic ipse or. XIII 9 τοὺς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἐπισχνομένους appellat, qui locus bene Aristotelis verbis adumbratur; sophistas vero proprie eos appellari, qui rhetoricam docent, iure inde non collegeris. De oratoris autem sive magistri dicendi munere, quod quidem iam apud Platonem paulo obscuratum esse notavimus, omnino rarissime Aristoteles mentionem facit, ubi sophistas commemorat. Illud igitur dicendum est vocem σοφιστῆς vel σοφιστικῶς technici termini rhetoricae proprii locum apud Aristotelem non tenere.)

etiam το φαινόμενον πιθανὸν amplectitur; alter rhetoricae locus p. 1405^b 8 propter corruptelam obscurior est, quam ut de vi adiectivi σοφιστικῶς certo liceat iudicari. Etiam ceteris omnibus locis haec fallaciae significatio adiectivo σοφιστικῶς ad vocem λόγος posito inest: p. 165^a 34. 1307^b 36. 969^b 14; idem valet de locutionibus σ. ἔλεγχος et σ. συλλογισμὸς p. 164^a 20. 169^b 19. 170^a 12. 1032^a 6. 1049^b 33. — σοφιστικῶς ἀποκρίνεσθαι p. 1419^a 14 explicatur verbis, quae sequuntur: ἔστι μὲν ἔστι δ' οὐ, ἢ τὰ μὲν τὰ δ' οὐ κτλ.

1) Tertium genus rhetoricae ab Arist. constanter vocatur ἐπιδεικτικόν (p. 1359^a 15. 1392^a 5. 1415^b 28. 1416^b 16. 1417^b 31. 1418^a 32); significatio πανηγυρικῶς ab Aristotele prorsus aliena; voci ἐπιδεικτικῶς respondet notio γραφικός (opp. ἀγωνιστικός, ὑποκριτικός, κατὰ ὑπόκρισιν) rhet. p. 1413^b 4. 8. 20. 1414^a 17 ~ 1414^b 25. 1404^a 18 ~ 1413^b 9. — Verbum, quod respondet adiectivo ἐπιδεικτικός, est ἐπιδείκνυσθαι, scil. mediali forma, quod elucet ex p. 1391^b 25: καὶ συμβουλευόντες καὶ ἐπιδεικνύμενοι καὶ ἀμφισβητοῦντες, quo loco Aristotelis, nimirum constitutoris huius termini, respectu facile quis de Quintiliani dubitationibus (inst. III 4, 12 sq.) iudicabit. Ac ne Maximi Planudis quidem temporibus, cur ἐπιδεικτικόν hoc genus vocaretur, recte rhetores perspectum habebant (W. V 252, 11). Eius autem aetate Hermogenis praecipue auctoritate legitima quasi significatio erat 'πανηγυρικόν', ea autem ipsa

Iam, si sequimur temporum ordinem, a vero vix aberrabimus, si hunc potissimum locum tribuerimus rhetoricae ad Alexandrum missae. Quae ut accurate in priore capite nobis respicienda fuit, ita celerrime hoc loco expeditur. Tantum enim abest, ut materiam nostrae disputationi praebet, ut ne vocabula quidem σοφιστής et σοφιστικός in ea inveniantur; quamquam mihi quidem nullam omnium, quae restant, artium magis ad rationem illam dolosam ac fallacem sophistarum, quam Plato et Aristoteles perstringunt, compositam videri confiteor.

Dimensos quarti saeculi spatium eo semper disputatio nos duxit, ut negaremus technici termini rhetoricae proprii locum notiones σοφιστής et σοφιστικός occupasse. Itaque bene accidit, quod nunc tandem rerum mutatione facta technici usus certa testimonia proferre licet, quae quidem porrigit Epicurus. Atqui cum eius liber, quem scripsit *περὶ ῥητορικῆς*, interierit¹⁾, refugiendum iterum (cf. supra p. 152) est ad Philo-

multo antiquioris notae, velut Dionysius utramque pariter adhibet. Factum igitur est, ut Maximi aetate vox ἐπιδεικτικός vel interpretatione indigeret. Termini ἐπιδεικτικός qui sit status apud Isocratem, intelleges ex p. 137 adn. 1. Ex Platone cf. soph. p. 217 E. Protag. p. 328 D. 347 B. Gorg. p. 447 A. 447 B. Phaedr. p. 236 E.

1) Facile quis putaverit ex Metrodori *πρὸς τοὺς σοφιστὰς* libris novem, si tempora tulissent, de voce σοφιστής ab Epicureis usurpata multa nos in nostrum usum convertere posse; sed ex fragmento horum librorum servato a Plutarcho adv. Ep. beat. 7 p. 1091 A (Koerte, Metr. fragm. nr. 28) intellegimus hoc nomine a Metrodoro appellari etiam philosophos Cyrenaeicos. Qua re commoveor, ut sophistarum nomine in hoc libri titulo omnino eos philosophos a Metrodoro notari coniciam, qui a genuinorum Epicureorum doctrina dissentiebant, sive Epicureorum scholae sive aliis familiis addicti; velut notabili loco Diog. Laert. (X 15 (26); Us. Ep. p. 369, 21) legimus: (ἦσαν δὲ) καὶ ἄλλοι (sc. sectatores Epicuri), οὓς οἱ γνήσιοι Ἐπικούρειοι σοφιστὰς ἀποκαλοῦσιν. De latiore eiusmodi vocis σοφιστής usu, cuius tractatio a nostro proposito paulo discedit (nuncquam enim de rhetoribus agitur), videas Usenerum (Ep. p. 417 sq. s. v. σοφιστής), qui similiter hanc vocem etiam ab aliis scriptoribus adhiberi demonstrat; locis ab eo congestis addas Galenum de plac. Hipp. et Plat. vol. V p. 471 K, ubi a Posidonio Carneadem eiusque assecras nomine σοφιστῶν notatas esse docet Hirzel (Unters. zu Cic. philos. Schr. II p. 247);

demum, locupletem testem, quem aetate inferiorem quo iure sententiam ipsius Epicuri nobis repraesentare putemus, infra docendum erit. Pauca enim illa, quae praeter huius copiam ex Epicuri libro *περὶ ῥητορικῆς* frustula sive commemorationes exstant apud Ammianum Marc. XXX 4, 3 (Us. Epic. frgm. 51*, Quintilianum (inst. II 17, 15), Plutarchum (adv. Colot. 33 p. 1127 A; Us. Epic. p. 109), nihil suppeditant. Ac ne ex reliquis quidem Epicureorum librorum fragmentis ab Usenero in libro elegantissimo congestis quidquam de nostra re addiscimus.

Proficiscendum est in hac disceptatione ab iis, quae supra de rhetorica ab Epicuro in *πολιτικὴν* et *σοφιστικὴν* distributa (p. 152—154) exposuimus hic non repetendis. Ibidem (p. 154 sq.) quid vox *πολιτικὸς* hortorum philosophis valuerit, enucleavimus. Quid sit *σοφιστῆς*, quid *σοφιστικὸς*, accuratius nos demonstraturos esse promisimus, cui promisso ita nunc iam stabimus, ut quam potest fieri brevissime quaecumque ex Epicureorum doctrina sophistam velut efficiunt colligamus et distincta proponamus. Haec enim si paulo copiosius tractamus, non timeo ne fructu careamus, quoniam his rebus non nihil novae lucis allatum est ¹⁾ Sudhausii voluminum rhetoricorum ex Philodemi hereditate miserrimo simul et prospero casu servatorum editione, cui supra debitam laudem tribuimus. Praeterea quia non facile quemquam semel perlectis fragmentis sophistarum naturam clare perspectam habiturum esse opinor, vel eo commoveor, ut quaecumque de iis a Philodemo accipimus, sedulo congerere coner.

Sophistae igitur, qualis quidem a Philodemo describitur, duplex fere est negotium: ex altera enim parte prae-

quod idem vir doctus ibid. p. 912 firmari hanc sententiam putat loco Philostrati (v. soph. I 4), mihi non probatur; ibi enim multo alia ratione ac sensu Carneades *σοφιστῆς* audit, v. infra p. 241 sq. Praeter Usenerum v. Alfredum Koerte l. l. p. 552 sqq., qui quidem antecedente Usenero iure impugnat Hirzelium (l. l. I p. 99 et p. 171—185). Vel hic vocem *σοφιστῆς* cum contemptu oppositam esse nomini veri philosophi opinari licet (cf. Hirz. l. l. I p. 180 sq.).

1) Quamquam Christius (Littgesch.² p. 624): *Die Fragmente der Rhetorik des Epikureers Philodem sind ohne Bedeutung.*

ceptor est dicendi, ex altera ipse orationes componit vel habet. Institutionem illam oratoriam, cui indulget sophista, Philodemus ita accuratius circumscibit, ut sophisticam (τὴν σοφιστικὴν) appellet τέχνην περὶ τὰς λογογραφίας¹⁾ καὶ τὰς ἐπιδειξεις (p. 48, 26 sqq.; cf. p. 47, 17 sqq. ed. Sudh.), quam quidem interpretationem vere esse Epicuream ex versibus 30 sqq. p. 48²⁾ sequitur et ex p. 50, 33: τῶν τε περὶ τὸν Ἐπίκουρον ἀποφαινομένων τέχνην εἶναι τὴν σοφιστικὴν τοῦ λόγου γράφειν καὶ ἐπιδειξεις ποιῆσθαι, τοῦ δὲ δίκας λέγειν καὶ δημηγορεῖν οὐκ εἶναι τέχνην, quae paene ad verbum repetuntur p. 68, 21—69, 27. Nec multo discedunt ab his verbis, quae dicit p. 122, 30: ἡ σοφιστικὴ ῥητορικὴ τέχνη τις ἐστὶ περὶ τε τὰς ἐπιδειξεις, οἷας αὐτοὶ ποιοῦνται, καὶ τὰς τῶν λόγων διαθέσεις, οἷων αὐτοὶ γράφουσιν καὶ σχεδιάζουσιν. Primarium ergo eorum officium est artem docere epidicticas orationes componendi et habendi nec non subito dicendi. Sed quamquam Epicuri nimirum vestigia secutus (cf. p. 50, 33 sqq. p. 54, 8 sqq. p. 77, 26 sqq. p. 100, 12 sqq.) diserte Philodemus negat contionalium et iudicialium orationum veritati adaptatarum omnino ullam esse artem (qualem definit p. 69, 2 sqq.), tamen illi sophistae etiam hanc rhetoricam partem disciplinae suae vindicant, quod ex his potissimum discimus locis: p. 132, 7 ἀλλὰ τὴν τέχνην λέγουσιν εἶναι περὶ τὰς δημηγορίας καὶ τὰς δίκας· ὅταν οὖν δειχθῶσιν οὐδέτερα παρασκευάζοντες, ἐμφρανίζονται καὶ τέχνην οὐκ ἔχοντες, p. 137, 31 ἀμέλει γὰρ οὐδὲ προσεδοξάσθη μέθοδος τις ἄλλη τῶν πολιτικῶν (sc. λόγων), ἥπερ ἦν οἱ σοφισταὶ τῶν ῥητορικῶν λόγων παρεγγυῶσιν. Etiam certius hoc fit iis

1) Cum illa, quae est iudicialium orationum, λογογραφία haec nihil habet commune; immo λόγους γράφειν est: arte ac studio elaborare et perpolire, velut Philod. p. 100, 11 γράφεισθαι τοὺς Ἰσοκράτους λόγους κατὰ τέχνην. Hoc sensu verbum iam ab Isocrate usurpatur et ab Aristotele; huc pertinet Stagiritae terminus γραφικός (= ἐπιδεικτικός), cf. p. 213 adn. 1.

2) Pergit enim: τοῦτο ἔσται φανερόν, ἐπειδάν, ὡς ἡμεῖς (Philod. et omnino Epicurei) κατασκευάζομεν, παραθῶσιν ποτε παρὰ τῶν ἀνδρῶν (cf. supra p. 154) καὶ τὰ μαρτύρια.

locis, quibus Philodemus apertis verbis dicit sophistas mentiri, si artem civilium contentionum profiteantur, velut p. 41, 2 εἰ δὲ καὶ περὶ τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας τέχνην τὴν σοφιστικὴν ὑπάρχουσαν ὁ λόγος θέλει προσβιβάζειν, καὶ περὶ ψευδῶν τελείως ἀγωνίζεται, μεθοδικόν τε γὰρ οὐδὲν οἱ σοφισταὶ παραδιδόασιν ἐν ταῖς μελέταις πρὸς μάθησιν τῆς ἐν τοῖς ἀληθινοῖς ἀγῶσιν δυνάμεως, p. 10, 2 καὶ περὶ πολιτικῆς δὲ ἐρωτώμενοι πολλοὶ τὸ διὰ τῆς σοφιστικῆς αὐτὴν περιγίνεσθαι προσάγουσιν, ἂν εὖ βάλωσιν, p. 135, 40 διότι περὶ τὴν πολιτικὴν ῥητορικὴν οὐκ ἔστιν ἡ σοφιστικὴ εἶδησις, p. 136, 15 οὐκέτι δ' οἴμαι τούτου παραχθέντος ἀπολειφθήσεται λόγος τοῖς δημιουργῶν τῶν πολιτικῶν ὑποτιθεμένοις τέχνην τὴν σοφιστικὴν, p. 210, 9 ἐγὼ δ' ἐκείνους τοὺς σοφιστὰς μηδὲ πολλοστὸν εἰρήσκειν τῶν ἐνδεχομένων ἐν τοῖς πολιτικοῖς (λέγεσθαι οἴμαι), ὅσον ἐπὶ ταῖς τεχνολογίαις. Quin velut musica non tradit scribendi seu legendi facultatem, ita Philodemo iudice sophistica institutio non tradit artem civiles habendi orationes (p. 9, 26 sqq.). Ac ne in his quidem nova profert Philodemus. Epicurum enim ipsum easdem res eadem ratione in libris περὶ ῥητορικῆς disceptasse videmus p. 32, 16: Οὐ μὲν ἄλλ' ἐπειδὴ ἐμφαίνει διὰ τῆς ὑπομνήσεως, ὡς ἄρα τοῦ πολιτικοῦ γένους ἔστιν ἡ σοφιστικὴ ῥητορικὴ καὶ τέχνη καὶ καταξιούται μὴ ἂν ποτε προσιέναι τινάς, εἰ μὴ τινες τούτων μέθοδοι ἦσαν ἢ τέχναι, φησὶν ἐν τῷ περὶ τῆς ῥητορικῆς Ἐπίκουρος, ὅτι τοῖς διατριβικοῖς οἱ προσιόντες ἀπατῶνται καὶ οὐκ ἀπεικόντως διὰ τοιαύτην αἰτίαν· ὅταν γὰρ ἀκούωσιν ἐν ταῖς δειξέσιν καὶ πανηγύρεσιν, τῷ μήτε περὶ συμβουλῆς μήτε περὶ τινος τῶν τῇ πόλει συμφερόντων εἶναι τὸν λόγον . . . (quae sequuntur, nimis incerta, sed cf. Us. Ep. p. 112, 25 sqq.), qua de re etiam in symposio Epicurum disputasse ex lacunosa illa parte inde a p. 102, 22, imprimis adhibito ipso sophistae nomine p. 105, 5 apparet.

Ac ne ignores, quam late patuerit haec disciplina quidque non minus civili quam demonstrativae arti providentes traderint, singula paucis notemus, quamquam lubrica in his rebus via non nunquam incedimus. Sunt igitur, qui de pro-

oemiis, narrationibus, argumentationibus, ὑπεξαιρέσειν¹⁾, epilogis, quales quidem in civili oratione locum habent, regulas proponant (p. 201, 12 infra. p. 56²⁾ sq. p. 126); de inventione rerum praecipiant (p. 205, 3 sqq. 206, 17 sq. 210, 19 sq. 208, 15 sq.); de elocutione et memoria docent (p. 79, 23. 31. 153, 10. 185, 2 sqq.); de actione leges constituunt (p. 193, 25. 195, 21. 197, 6. 196, 18. 200, 10. 201, 8); de metaphoris earumque origine meditantur (p. 170, 24. 171, 4 infra); de enthymematis disputant (p. 78, 15), quod studium iam Epicurus tetigit: neminem ante se de iis scripsisse dicit Arist. rhet. p. 1354^a 14; Aristotelem et Theophrastum ea trac-

1) Hoc loco non cogitandum esse de ea sententiae figura, quam explicat Alexander (Sp. III 16, 21 sqq. = W. VIII 437) et post eum Zonaeus (Sp. III 162, 1 = W. VIII 675) et anon. (Sp. III 175, 17 = W. VIII 699) certum est, agitur enim luculenter de tota parte orationis. Ac ne id quidem significari censuerim, quod describit Fortunatianus (Halm p. 119, 19 sqq.), cui ὑπεξ. est subtractio, i. e. omissio dolosa quarundam rerum. Ego putaverim notari προκατάληψιν, i. e. praesumptionem (Quint. IX 2, 16), seu praecceptionem (Iul. Ruf. Halm p. 60, 21) seu anticipationem (ibid.), quod fulcitur primis Alexandri verbis l. l. — Volkmannus Rhet.² 125 non prorsus recte intellegit refutationem (cf. supra p. 196 adn. 1); Blass philol. Anz. V p. 323 interpretatur: τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον.

2) Ut Philodemo, cui multa debeo, gratus esse conarer, in restituenda libri II col. XXVIII (p. 56 Sudh.), quam minus feliciter Sudhausius supplēvisse mihi videtur, periclitatus sum. Philodemi verba integram conclusionem logicam efficiunt inde a p. 56, 13, quae ita mihi videtur exaranda coll. p. 132, 7 Sudh.: 'τὸ δὲ παρατετηρηκέναι τοὺς ῥήτορας τὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πείθοντα καὶ ταῦτ' εἰς παραδόσιν ἡχέναι καὶ δι' ὧν προοιμαζόμενοι καὶ διηγούμενοι καὶ λόγον συντελοῦντες ἐξῆς μάλιστα πείθομεν, φανερόν καθίστη ἂν τὸ κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον τέχνην εἶναι τὴν ῥητορικὴν. Οἱ μὲντοι παρατετηρήκασιν οἱ ῥήτορες τὰ πείθοντα κατὰ τὸ πλείστον. Εἰ δὲ δὴ τὰ προοίμια ταῦτα καὶ τὰς διηγήσεις καὶ τὰλλα τοῦ λόγου παραδίδόντες, ὡς οὐτοὶ νομίζουσι, καὶ παντελῶς εἰς παραδόσεις ἤκασιν, εὐτελεῖς ἤνεγκεν ἢ φύσις τοῦτο τὸ παρατηρῆσαι, διότι τὸ προοιμαζόμενος ἡμᾶς καὶ διηγούμενος καὶ τὰ συνεχῆ δρώντας μάλιστα πείθειν οὐ λέγεται καλῶς· εἰ δὲ μὴ γε καὶ τοῦτο, καὶ τὸ προειρημένον ἀναποδείκτως δεῖ ἐρριφθῆναι, τῆς προθέσεως οὔσης πίστιν εἰσενεγκεῖν'. Non video, quid in his offendat; ubi quatenus a Sudhausio discesserim, ex eius editione facile cognosces.

tasse tetis est Laertius V 24 et 47); allegorias tractant et in genera discerpunt (p. 181, 24 coll. v. 19); de hyperbatis utendis praecepta dant (p. 160, 12); denique de topis sive locis, unde materiam dicendi promamus, eos docuisse intellegitur ex p. 208, 25, ubi οἱ συμβουλευτικοὶ τόποι commemorantur (velut ἔγκωμιαστικοὶ τ. ab Hermogene Sp. II 12, 6. 14, 15 = W. I. 37, 42, Menandro Sp. III 353, 5 = W. IX 177, Syriano W. IV 112, Sopatro W. V 49, anon. W. VII 127 laudantur, quae locutio eandem praebet termini formandi rationem), i. e. fontes ac sedes, unde in deliberativis orationibus argumenta petantur; quos sunt fortasse, qui communes locos intellegendos esse arbitrentur. De omnibus igitur rhetoricae partibus, ut calculum subducamus, praecepisse eos exemplis licet demonstrare, nimirum de inventione, dispositione, elocutione, memoria, actione. Ac tradunt quidem patres filios sophistas, ut docet p. 38, 5: πέμπουσιν οἱ δημηγόροι καὶ δικολόγοι τοὺς υἱοὺς καὶ πρὸς σοφιστὰς ὡς μαθησομένους, ἃ καὶ αὐτοὶ διδάχθέντες ἀπετελέσθησαν δυνατοί, cum deceat ex Philodemi sententia eos mitti ad verum magistrum, videlicet τὸν δῆμον.¹⁾

Talis fere apud Philodemum sophista comparet, quoad imprimis epidicticarum orationum componendarum artem profitetur, ita tamen, ut ne civilium quidem orationum institutionem a se alienam putet, quod quidem iure eum censere neque Epicurus neque Philodemus concedit.

Iam vero alteram quasi ἰδέαν sophistae, qualis quidem a Philodemo appellatur, videamus: ipse enim, ut supra (p. 215 sq.)

1) Non inutile, eorum technologiae paucis notare: institutio appellatur παράδοσις, μελέτη, διατριβή. De artium compositione Philodemus his utitur locutionibus: συγγράφειν τέχνας, ὑπογράφειν, μεθοδεύειν, τεχνουργοῦσθαι. Ipsi igitur sophistae appellantur: οἱ τεχνολόγοι, τεχνουργοί, διδάσκαλοι, διατριβικοί. De pueris scholis utentibus adhibet verba: προσιέναι, προσέρχεσθαι, εἰσιέναι, φοιτᾶν, μανθάνειν, ἀκούειν (p. 32, 31), de docendo et profitendo: διδάσκειν, παραδίδόναι, παραγγέλλειν, παρεγγῆν (παραγγελίαι, παραγγέλματα). Quos componunt libri vocantur: τέχναι, παραδόσεις, τεχνολογίαι, πραγματεύματα, πραγματεῖαι. Schola ipsa nuncupatur: τὸ διδασκαλεῖον, exemplorum ostentatio δεῖξις (p. 32, 31).

diximus, artifex est orationum, earumque epidicticarum. Quod ut demonstremus, apte proficisci nobis videmur a loco bona fortuna optime in voluminibus servato p. 212, 21: τῶν προβλημάτων τὰ μὲν ἔστι δικανικά, τὰ δὲ συμβουλευτικά, τὰ δὲ περὶ τοὺς ἐπαινοὺς καὶ ψόγους¹⁾, ὧν τὰ μὲν συνέχειν ἔφρασαν τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐπιπλοκάς, τὰ δὲ ὑπογράφειν τὰ συμφέροντα πᾶσιν, τὰ δὲ ἐπὶ τὰς ἀρετὰς προτρέπειν καὶ τῶν κακῶν ἀπαλλάττειν. De primo et secundo genere p. 213, 2 expressis verbis dicit: τούτων ἐκάτερον οὐχ ὑπὸ τῶν σοφιστῶν καὶ ἀπὸ τῆς τέχνης, ἀλλ' ὑπ' ἄλλων γίνεται καὶ κατὰ δύναμιν ἄλλην. Aliquid vero laudis et vituperationis civiles oratores suis orationibus plerumque immiscere cum multis aliis rhetoribus consentiens²⁾ Philodemus concedit, quod his accuratius describitur: τοῖς πολιτικοῖς τῶν ζητόρων παρασπείρεται μὲν οὐκ ὀλίγων ἐγκώμια καὶ ψόγοι, καθ' ἑαυτὰ δ' οὐ ποιεῖται, μᾶλλον δ' οὐδὲ παραπλήσια τοῖς τῶν σοφιστῶν ἔστιν (eorum nomen in hoc rerum nexu redit p. 215, 20. 216, 25), οὐδὲ περὶ τινῶν ἄλλων ἢ τῶν ἀνατεινόντων εἰς τὸ κοινόν, οὐδ' ὅλως ἀντιποιοῦνται μόνοι τοῦ τινὰς ἐπαινεῖν καὶ ψεγεῖν δύνασθαι. τὸ δὲ σοφιστικὸν γένος³⁾ τοῦτ' ἐπαγγέλλεται. Aperte igitur discimus sophistas eam partem rhetoricae sibi vindicare, qua continentur laudationes et vituperationes. In insequentibus paginis Philodemus commemorat ab iis deos, heroas (p. 215, 1 sqq.), homines (p. 216, 14 sqq.), animalia rationis expertia (p. 215, 12), res vel sensu destitutas laudari et vituperari (p. 215, 11), ita tamen, ut vel malos laudent nec non, quae modo vituperarunt, partibus mutatis efferant⁴⁾ sive

1) Haec duo constanter, quasi ut efficientia hanc rhetoricae partem, a Philodemo commemorantur, qua in re fideliter exprimit doctrinam Aristotelis.

2) cf. Quintil. III 4, 11; rhet. ad Alex. Sp. rhet. Gr. I 186—188 et quae nos diximus p. 147 sqq.; auct. ad Her. III 8, 15; Cornut. Sp. rhet. Gr. I 454, 10; Aristid. Sp. II 503, 7 sqq. (W. IX 398); Nicol. soph. Sp. III 477 sqq.

3) i. e. genus oratorum, quod epidicticis orationibus operam navat; cf. Philod. p. 256, 6 τὸ πᾶν γένος τῶν πολιτικῶν, Plato pol. p. 260 D τὸ κτηρικὸν φύλον, Cratyl. p. 398 E το ἡρωϊκὸν φύλον e. a.

4) Idem testantur Alexidis verba apud Philod. p. 79, 8 ἐπαιέσαν-

propter easdem res eosdem modo laudent, modo vituperent (p. 220, 8 sqq.). Has laudationes non modo recitari et subito dici (p. 123, 35), sed etiam edi discimus ex p. 214, 23: πρὸς ἃ καὶ λαλήσομεν ἐπὶ τοὺς ἐκδεδομένους ἐπ' αὐτῶν λόγους ἀναφέροντες et p. 221, 17: τὰ τοιαῦτα ἐγκώμια λέγειν καὶ γράφειν οὔδασι, οἷα περιφέρεται, καὶ τοὺς τοιοῦτους ψόγους, οἷους παρειλήφραμεν.

Si vero quaerimus, quo consilio hoc faciant, ipsius en Philodemi verba (p. 217, 13): ἢ διὰ κέρδος ἢ διὰ φόβον ἢ δυνάμεως ἐπίδειξιν ποιούμενοι (cf. Hermarchi verba p. 80, 31: ἐξ ὧν γίνεται τὸ κέρδος ἐπ' ἀργυρίῳ λόγους στρέφειν δυναμένοις παντοδαπῶς). Illud enim misere nugantur hominum mores se velle emendare (p. 212, 2. 219, 15 sqq. 221, 24 sqq.). Iam vero hae, quae vocantur, ἐπίδειξεις etiam ad scholasticas ostentationes, quae fiunt in discipulorum usum, spectant.¹⁾ Quod elicitur ex ipsius Epicuri verbis, quae exstant in voluminibus p. 32, 30 (cf. Us. Ep. p. 112, 23 sqq.): ὅταν γὰρ ἀκούωσιν (οἱ προσιόντες) ἐν ταῖς δειξεσιν καὶ πανηγύρεσιν τῶ μῆτε περὶ συμβουλῆς μῆτε περὶ τινος τῶν τῆ πόλει συμφερόντων εἶναι τὸν λόγον κτλ. Cum hac ostentationum consuetudine aliud quoddam videtur coniunctum esse, nimirum (p. 134, 2) μιμήματα τῶν δικανικῶν καὶ συμβουλευτικῶν καὶ πρεσβευτικῶν λόγων²⁾, quae verba ex rerum nexu apparet non posse dicta esse nisi de exercitationibus scholasticis sophistarum, quae spectant ad parandam civiliter dicendi facultatem. Quibus accedit tertium: scilicet tractantur *θέσεις* seu potius *τά θετικά*. Nam Philodemus, postquam dixit esse quosdam sophistas, qui profiteantur quaecunque de quavis re dici pos-

τες δ' ἄλλοτε ἄλλον καὶ ἂν θέλῃς ἐκότερον (cf. p. 329, 4 sqq.). Ceterum nonne p. 79, 24 scribendum ἐν τοῖς περὶ ἀγωγῆς, i. e. in libris de institutione, pro iis, quae multo artificiosius protulit Gomperzius (περι-αγωγῆς vel μυριαγωγῆς sc. πλοιοῖς)?

1) De hac re in universum v. Quintil. II capite X integro; Isocr. panath. 233.

2) cf. Quintil. inst. II 4, 41: nam fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere circa Demetrium Phalerea institutum fere constat.

sint (cf. supra p. 156 sq.) invenire se valere, hunc in modum pergit (p. 206, 17): καὶ τὸ πέρας, οὐδὲ ἐγίρμονται τι τοῖς ἄλλοις ἐν ταῖς τεχνολογίαις αὐτῶν, ἀλλὰ τοῖς πολιτικοῖς μόνον προβλήμασιν. Ἄ γὰρ αὖ περὶ τῶν θειτικῶν λέγουσιν, ἡδονῆς μὲν γέμει πολλῆς, οὐκ εὐκαιρα δ' ἐστὶν νῦν ἐξετάζεσθαι (cf. p. 206, 3. 11 τὰ ἀόριστα et τὰ ὠρισμένα). Ac sunt quidem, nisi fallor, τὰ θειτικά ea, in quibus quasi singularum causarum certamen et contentio versatur, tracta vero ad perpetuam quaestionem et ad universum genus revocata¹⁾ (τὸ κρινόμενον ab Hermagora, κεφάλαιον ἐν ὑποθέσει vocata a Theodoro teste Theone Sp. II 120, 18. W. I 243), quales quidem quaestiones post Hermagorae tempora imprimis tractatae sunt.²⁾ Illos συμβουλευτικὸς τόπους, quos Philodemus laudat p. 208, 26, locos communes me intellegere supra negavi p. 219; non igitur numerandi sunt inter ea, quae sophistae ipsi componebant et ostentabant, rhetorica specimina.

De natura et indole harum, quas notavimus, orationum, quantum ad dicendi genus pertinet, non multa in voluminibus a Sudhausio editis servata sunt; nam quae leguntur de schematum nimio usu p. 33, 13—25, non sunt nisi suppleta; sed ex Philodemi sententia haec substituta esse certum fit collatis iis,

1) Adiectivi forma τὰ θειτικά multo rarius apud technographos invenitur quam substantivi θέσεις, cui, quantum sentio, fortasse ne prorsus quidem par est. Nostra interpretatio bene illustratur Theonis verbis Sp. II 69, 5. W. I 165 sq., quem locum hic exarare non licet, et Quintil. inst. III 5, 4, qui Athenaeum refert partem causae τὴν θέσιν appellasse. Nicol. soph., ut suppleam Ernstii lex. s. v., apud Sp. III 479, 14 τὸ θειτικὸν appellat: τὸ παρέχον τῇ ὑποθέσει τὴν πρόφασιν (οἷον ἐν ἐπιθαλαμῷ τὸ περὶ γάμων). Aliter intellegendum hoc vocabulum apud eundem ibid. p. 496, 5, ubi vix sana est codd. scriptura, pro qua facile quis exspectaverit ἀντιθειτικά. Denique Philostrato (v. soph. II 6) θειτικά ὑποθέσεις sunt philosopha orationis sophisticae argumenta (διαλέξεις), cf. ibid. II 29 τὰ θειτικά τῶν χωρῶν.

2) Cf. G. Thiele, Hermagoras 1893 p. 29 sq., qui recte de thesibus a peripateticis tractatis iudicare mihi quidem videtur; multi enim adhuc aliter hac de re senserunt; v. M. Schmidt de Theophr. rhet., schol. Lat. Hal. 1839, et Striller de stoic. stud. rhet. Bresl. philol. Abh. 1886 p. 23.

quae Usener Epic. p. 113, 13—18 ex aliis voll. (VH¹ IV c. 7 sq.) praebet: ὑπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ ἤχου καὶ τῶν περιόδων καὶ τῶν παρίσων, ὁμοιάρκτων (? ὁμοιοάρκτων. ἀντιθέτων Sudh.) καὶ ὁμοιοτελεύτων ψυχαγωγούμενοι εὐθὺς δὴ προσεδόκησαν (sc. sophistarum discipuli), εἰ τοιοῦτοι ἀνεφάνησαν, κἂν ἐν ἐκκλησίαις καὶ δικαστηρίοις εὖ ἀπαλλάττειν, οὐ συνορῶντες ὅτι οὐδ' ἂν ἤνελχοντο, εἰ ἐν ἐκκλησίαι καὶ δικαστηρίῳ οὕτω λαλοῦντος ἤκουον. Etiam p. 162, 9 Sudh., sive σοφιστῶν sive τεχνιτῶν scribimus, certe τὰ ὁμοιοτέλευτα, ὁμοιοπίπρωτα, ὁμοιοκάταρκα huic oratorum gregi valde in deliciis esse demonstratur. De metaphorarum nimia crebritate loquitur Philodemus p. 175, 9: καὶ μάλιστα τοὺς σοφιστὰς (quod certum ex loci indole et Philodemi maxime plerumque sibi constanti genere dicendi supplementum) ἐπὶ πλείον κατακεχρησθῆναι μεταφοραῖς πάντων, οὐχ ὅτι τῶν διὰ πεζολογίας, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τῶν ποιητῶν et p. 181, 21: τῶν σοφιστῶν τοιαύταις (μεταφοραῖς) χρωμένων . . . πλείοσι τῶν κυρίων οὔσαις (cf. p. 180, 20 sqq.). Satis vero nobis est — quoniam de singulis plura certo elicere non possum — quod in universum nonnullis locis legimus esse ad artis regulas accurate compositas sophistarum orationes, velut p. 132, 31 sqq.: ἀκολούθως¹⁾ τοῖς παραγγέλμασιν τοὺς λόγους κατασκευάζουσιν (sc. οἱ σοφισταί, quod ut rerum nexu ita p. 130, 6. 131, 22 firmatur) et p. 183, 20: διὸ καὶ πρότερον μὲν πως εἶπον, ὅτι τοῦ σοφιστοῦ διηκριβωμένως ἐστὶ καλόν, τῇ φύσει δ' οὐ τὸ κατασκευάσμα²⁾, i. e. plus habet curae, quam naturae, ut cum vetere iudice³⁾ loquar; cf. etiam p. 100, 8—21.

Iam animo quasi tenemus imaginem atque speciem eius, quem in Philodemi reliquiis deprehendimus, sophistae. Cuius generis quae potissimum ab eo proferantur exempla, ne

1) Sudh. ἀκολούθους.

2) Quod propono pro Sudhausii: διηκριβωμένως ἐστὶ καλὸν τῇ φύσει [γ']οὐ[δὲν] κατασκευάσμα. sophistae nomen indicatum duabus litteris so fuicitur p. 184, 3.

3) Quintil. X 1, 106.

ignores: imprimis Isocrates¹⁾ laudatur, utpote qui non sine arte orationes componat (cf. p. 100, 8), qui propter nimiam periodorum longitudinem actioni non bene providerit (p. 197, 5 sqq.), qui *οὐκ ἀμεθόδως* panegyricum, panathenaicum, Helenam elaboraverit (p. 127, 20), qui vel in malorum gloriam laudationem scripserit (p. 216, 19); cf. p. 321, 5. Tum Polycrates nomine *ῥητορικοῦ σοφιστοῦ* appellatur propter Busiridem laudatum (p. 216, 19), Thrasymachus ut artium scriptor (p. 86, 15 ~ 87, 23). Alcidas, Hegesias(!)²⁾, Clitarchus, Alexandrus Demetrius³⁾, quamquam non ipsi vocantur *σοφισταί*, tamen prope accedunt ad eorum dicendi genus, ut dicit Philodemus, non solum metaphoras aliaque sophistarum rhetoricorum ornamenta amplexi, sed vel omnia. Denique qui Polyphemum, Penelopam, Clytaemnestram, Paridem epidicticis orationibus tractaverunt, non diserte additis nominibus, sophistis adnumerantur (p. 216, 19 sqq.). In universum autem respicienda, ut ex Philodemi sententia dicta, verba p. 188, 21: *τάχα γὰρ ἐπὶ τούτων* (sc. *Θουκυδίδου*) *κατήρχθαι τις ἐρεῖ τὰς διατριβάς, ἰσχυρέναι δὲ οὐδεὶς μὴ τελέως ἀναισχυντῶν*, unde elucet vel primis illis, qui de rhetorica meriti sunt, viris sophistarum (de iis enim intellegenda vox *διατριβαί* collata p. 219 adn. 1) nomen a Philodemo vindicari.

Quoniam satis, ut puto, perspectum habemus, qualis apud Philodemum sit sophista, non difficile est demonstrare significationem adiectivi *σοφιστικὸς* ab eo usurpati. Significat enim primo loco quod pertinet ad sophistas, velut *σ. διδασκαλεῖον* (p. 136, 7), *σ. ἀπραξίαι* (p. 38, 29), *τέχνηαι σοφιστικαί* (i. e. artes, quas scripserunt) et *σοφιστικὰ παραγγέλματα* (praecepta scholastica) p. 185, 4. 184, 4, τὸ σο-

1) Multo igitur alio sensu Isocrates hoc loco *σοφιστῆς* appellatur, quam ipsum se ita appellasse supra vidimus p. 208; ceterum cf. p. 207 adn. 2.

2) Ex hoc nomine suppleto a Sudhausio p. 125, 27, quantum video nil lucramur.

3) p. 180, 17 *οὐ μόνον τὰ προειρημένα περιέστησαν, ἀλλὰ καὶ πολὺν [ἐγ]γειον* (sic Buech.; fort. *πλεῖον*?) *τῶν ῥητορικῶν σοφιστῶν ἐν ταῖς μεταφοραῖς ἀνεστράφησαν, εἰ μὴ τις ἄρα τῶν ἀπάντων ὡς Ἀλκιδάμας, Ἡγησίας, Κλειταρχος, Ἀλεξανδρε[ύς] Δη[μήτριος]*. cf. supra p. 153 adn. 3.

φιστικὸν γένος (epidicticorum oratorum genus p. 214, 20; cf. supra p. 220 adn. 3). Tum vero simpliciter notat, quod ad epidicticas orationes pertinet, vix ullo modo discrepans a vi adiectivi ἐπιδεικτικός: velut saepissime legitur ἡ σοφιστικὴ ῥητορικὴ, i. e. ea pars rhetoricae, quae versatur in componendis laudationibus et vituperationibus seu in iisdem ex tempore dicendis, fortasse etiam verarum causarum imitationibus (cf. supra p. 221), id quod praeter alios his invenitur locis: p. 12, 13. 98, 14. 120, 11. 122, 30. 245, 7 (disingitur apertis verbis ἡ πολιτικὴ et ἡ σοφιστικὴ p. 50, 26. 53, 26. 245, 7. 283, 3). Etiam crebrior is usus est dicendi, quo omisso substantivo ῥητορικὴ solum adiectivum ponitur ἡ σοφιστικὴ, eadem vi praeditum, velut p. 47, 25. 32. 30, 17. 39, 31. 42, 14. 50, 30. 51, 18. 77, 14. 29. Paulo aliter locutio ἡ σοφιστικὴ p. 46, 5. 135, 42. 10, 5. 41, 4. 48, 10. 26. 50, 2. 57, 14. 68, 22. 137, 36, ubi suppleto potius¹⁾ substantivo τέχνη disciplina sophistarum, quae est de epidicticis nec non civilibus orationibus, intellegenda est. Eadem ratione, qua dicitur ἡ σοφιστικὴ ῥητορικὴ, interpretandum est τὸ σοφιστικὸν γένος λόγων p. 222, 7 sive τὸ σοφιστικὸν εἶδος p. 222, 20, i. e. epidicticum genus orationum, et τὸ σοφιστικὸν μέρος (sc. τῆς ῥητορικῆς), h. e. epidicticum genus rhetoricae, p. 90, 33. Non inveni apud Philodemum locutionem σοφιστικὸς λόγος, id quod casui tribuo. Τὰ σοφιστικὰ πάντα ἐξενρίσκειν (disingitur τὰ πολιτικὰ, cf. supra p. 157) legitur p. 210, 5, i. e. ea omnia, quae in laudationibus et vituperationibus de unaquaque re inveniri et dici possunt. Denique verbum σοφιστεύειν²⁾ exstat p. 223, 11: τὰ ῥητορικὰ σοφιστεύειν, i. e. rhetoricae sophistarum in modum studere seu simpliciter epidicticum rhetoricae genus amplecti, p. 320,

1) Potes vero iure vel hic subaudire vocem ῥητορικὴ, quippe quae technicam institutionem una contineat.

2) Non invenitur, ut ex silentio, quod in priore parte observavimus, colligere poterat, verbum huic respondens πολιτεύειν vel πολιτικεῖ-εσθαι, quod ne apud Pollucem quidem exaratur IV 16. 17. Probantur igitur, quae egregius Phrynichi commentator Lobeckius dicit p. 764.

13, ubi τὸ σοφιστεύειν (epidicticum oratorem esse) opponitur τῷ ῥητορεύειν ἐμπράκτως (= πολιτικῶς), p. 361, 5, ubi ἡ σοφιστεύουσα (sc. ῥητορικὴ, opp. ἡ Περικλέους, Καλλιστράτου καὶ Δημοσθένους ῥητορεία p. 362, 14, i. e. ἡ πολιτικὴ ῥήτ.) est epidictica rhetorica.

Sophistae ipsi, ne hoc praetermittamus, nonnullis locis paulo aliis nominibus appellantur. Nam ῥητορικοὶ σοφισταὶ¹⁾ vocantur p. 79, 23 sqq. 180, 20. 216, 19. 221, 13. 284, 3 e. a., et οἱ ῥητορικοὶ audiunt p. 39, 10. 192, 6. 221, 22. 86, 6 (atque hoc loco a Metrodoro, Koerte frgm. 20). Quod ut accurate statuerem, eo consilio operam dedi, ut, quod per se maxime consentaneum mihi videtur, etiam testimoniis ex ipso Philodemi dicendi usu sumptis firmarem. Nam si imaginem illius, ut ita dicam, genuini, quem initio descripsimus et in Platonis, Aristotelis, imprimis Isocratis scriptis invenimus, sophistae cum specie eius, qui apud Philodemum sophistae fert nomen, comparamus, patere mihi videtur notionem sophistae apud Philodemum angustio rem et finibus

1) Cf. αἱ ῥητορικαὶ διατριβαὶ p. 188, 9; de aliis nominibus v. supra p. 219 adn. 1. — Unus exstat locus, quo firmari videtur locutio σοφιστῆς ῥήτωρ, p. 130, 6; nam p. 362, 12 nescio an potius scribendum τῶν ῥητόρων [τῶν] σοφιστικῶν. — p. 137, 34 occurrit locutio σοφισταὶ ῥητορικῶν λόγων, quod ad propriam verbi σοφίζεσθαι vim nos relegat, sc. 'sapientem esse' (cf. infra p. 245 adn. 1) — οἱ ῥητορικοὶ λόγοι seu ἄνδρες et οἱ οὐ ῥητορικοὶ λ. vel ἄ. opponuntur p. 100, 16 et 94, 10 (orationes elaboratae ad artis regulas — non ita compositae). Indicia quaedam non desunt illius usus, quo ῥήτωρ et adi. ῥητορικὸς de practico oratore proprie valent, opposito sophista et adi. σοφιστικός, dico p. 88, 5 μηδένα . . γενέσθαι . . ἐν τοσοῦτοις ῥήτορα ἰκανὸν ἀπό γε τῶν τεχνολογούντων, p. 28, 2 ~ 4, ubi ῥήτορες et σοφισταὶ opponuntur, fortasse etiam p. 149, 5 τοῖς ῥήτορσι, καὶ μάλιστα τοῖς σοφισταῖς, p. 87, 26 λόγων πολιτικῶν ἢ ῥητορικῶν τέχνας (Metrod.). Plerumque hic verus orator audit ὁ πολιτικός, neque late patuisse hunc specialem vocis ῥήτωρ usum demonstratur locutionibus huius generis: οἱ πρακτικοὶ τῶν ῥητόρων (p. 366, 6) et οἱ πολιτικοὶ τῶν ῥητόρων (p. 213, 9 e. al.). Illud vero certum apud Philodemum vocem ῥήτωρ, significantem magistrum dicendi, voce σοφιστῆς paene prorsus loco motam esse. Observes quaeso vel in his, quod totus liber testatur, a ceteris rhetoribus non nihil discrepare Epicureorum technologiam.

artioribus circumscriptam esse. Ille enim sophista non solum rhetoricae, sed etiam (quod maius et vel proprium erat) omnis, quae ad vitae utilitatem spectat, scientiae magister erat, hic vero latiore illa et tamquam universali professione deposita non est, nisi epidicticarum orationum et artifex et praeceptor, non prorsus tantum neglecto civili dicendi genere. Iam inter sophistae nomen illo latiore et hoc angustiore sensu usurpatum quasi medium locum tenere et copulae instar mihi videtur esse, quam modo tetigimus, locutio ἑητορικὸς σοφιστής. Consentaneum enim linguarumque legibus accommodatum est, si putamus primum appposito adiectivo ἑητορικὸς latiore vocis σοφιστής sensum restrictum esse, tum vero vel omisso hac determinatione, ut fere fit, vocem σοφιστής artiore vi adhiberi esse coeptam, qua apud Philodemum ubique praedita est.

Hunc vero, quem in Philodemi voluminibus constantem invenimus, dicendi usum non primi a. Chr. n. saeculi proprium, sed multo antiquiorem esse pro certo affirmo. Qua in re primum delego te ad ea, quae in priore tractatu dicenda fuerunt p. 153 sq. Epicurum enim eodem sensu hoc vocabulo usum esse cum ex huius ipsius definitione sophisticae supra (p. 216) laudata, tum ex tota indole Philodemi, scilicet Epicurei philosophi, apparet, qui communem huius familiae morem secutus non ibi solum, ubi magistri sive τῶν ἀνδρῶν nomina diserte apponit¹⁾, ex magistro pendet eiusque doctrinam fideliter servat — videas Philodemi verba p. 12, 18:

1) scil. in definienda sophistica p. 48, 31, 50, 33, 68, 12 (apud nos supra p. 216), cf. p. 77, 26, 65, 13. — De sophistis civilem artem iniuria sibi arrogantibus p. 32, 26 (apud nos p. 217 et 216). De sophistis entymemata tractantibus p. 78, 15 (apud nos p. 218). De eorum disciplina in universum p. 32, 20 sq. (apud nos 221). Quibus nominibus propter scholasticam artis tractationem de iis Epicurus usus sit, Philodemus laudat p. 78, 2 sqq. Etiam exempla, quae afferuntur, plerumque iam ab Epicuro allata fuisse probabile est. De Philodemo severe tenente Epicuri doctrinam contra Hirzelium (quaest. I p. 171 sqq.) et Dueningium (de Metrodori Epicurei vita et scriptis Lips. 1870 p. 36 et p. 20) iure pugnavit Koerte l. l. p. 552—554.

Εἰ γὰρ Ἐπίκουρος καὶ Μητρόδωρος ἔτι δ' Ἐρμαρχος ἀποφαι-
νονταί τεχνῆν ὑπάρχειν τὴν τοιαύτην, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ὑπο-
μνήσομεν, οἱ τούτοις ἀντιγράφοντες οὐ πᾶν τι μακρὰν τῆς
τῶν πατραλοῶν καταδίκης ἀφεισήκασιν —, sed etiam totam
argumentationem ad Epicuri sententiam ac normam accu-
rate accommodavit; hoc vero si facturus erat, id primum postu-
labatur, ut sophistae notionem, de qua tota fere est dispu-
tatio, eodem sensu adhiberet, quo ab Epicuro adhibitam eam
esse sive per scholae continuationem sive per libros acceperat.
Quod ne ita intellexeris, ut omnia vel singula, quae apud
Philodemum sophistae propria comparent, ad aetatem Epicuri
me transferre opineris: de notione sophistae sola iisque
rebus, quae quasi eius speciem efficiunt, mihi res est.

Caput igitur huius disputationis et quasi summa haec
est: Epicurus primus, quantum nobis licet videre, nomine σοφιστῆς proprie epidicticum oratorem
simul docendae rhetoricae¹⁾ (atque imprimis epi-
dicticae) munere fungentem appellavit.

1) Quoniam hic primum vox σοφιστῆς mere de rhetorico magistro
usurpata occurrit, ilico par est ea testimonia huius usus afferri, quae certo
tempori tribuere non licet:

etymol. magn. s. v.: νῦν σοφιστὰς τοὺς διατριβῶν προῖσταμένους.

οὕτω Ἀπολλώνιος ἐν ἐξηγήσει τῶν Ἡροδότου γλωσσῶν.

Hesych. s. v. σοφιστῆς· ἀπατεῶν διδάσκαλος πανοῦργος.

Pollux IV 41 σοφιστῆς· διδάσκαλος cf. IV 17.

Photii lex. s. v.: λέγεται δὲ σοφιστῆς καὶ ὁ διδάσκαλος . . . πᾶς
τεχνίτης. καὶ ὁ τὸ λεκτικὸν ἤσκηκως.

Suidas s. v. = Photius.

Thom. mag. p. 342, 13 R: καὶ σοφιστῆς ὁ ῥήτωρ . . . καὶ σοφιστῆς
ὁ διδάσκαλος.

gloss. Lat. II 435, 4 σοφιστῆς· disertor, sophista.

Thuc. schol. ad l. III 38, 7: σοφιστᾶς· τοὺς ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγο-
μένους· τοὺς διδασκάλους τῶν ῥητορικῶν προβλημάτων.

schol. Aphth. W. II 566, 3: σοφιστῆς γὰρ ἦν τῶν φοιτητῶν ὁ
Ἀφθόσιος, τὰ τῆς ῥητορικῆς τέχνης αὐτοῖς ἀναπτύσσειν.

schol. Hermog. W. V 560 οἱ σοφιστεῦσαντες· οἱ διδασκαλεῖων ῥη-
τορικῶν προστάτες.

ἕποθ. Isocr. or. XIII καὶ πάλιν σοφιστὴν καλοῦσιν τὸν ῥήτορα
τὸν διδάσκοντα τοὺς ῥητορικοὺς λόγους.

Iam quod fert animus paulo longius progredi, facile ignoscet. Ac profecto non nimis longe mihi videtur res repetere, qui deberi hunc dicendi usum coniciat studio illi artis vocabula seu inveniendi seu proprio quodam et a communi significatione alieno sensu usurpandi, quod inter veteres philosophorum sectas dubito an praeter stoicos nulli usitatus fuerit quam Epicureae (cf. Usen. Epic. prf. p. XXXVI sq.). Quae suspicio — certi enim quidquam dicere neque audeo et dici posse nego — eo potissimum commendatur, quod altera ex parte vox σοφιστής apud Epicureos de epidictico oratore et epidictico genere paene sola ac constanter adhibetur, tantum non prorsus excluso vocabulorum ἐπίδειξις et πανηγυρικός usu ¹⁾, altera ex parte apud alios rhetores vel primi

1) Ne temere dixisse videar, habes exempla: *περὶ λογογραφίας καὶ ἐπίδειξις τέχνη ἢ σοφιστική* p. 48, 28. 69, 24. 122, 32. *λόγους γράφειν καὶ ἐπίδειξις ποιῆσθαι* p. 47, 20. 50, 4. *ἐν ταῖς δειξίσει* (verba Epicuri) p. 32, 31. *διὰ δυνάμεως ἐπίδειξιν* p. 217, 14. *ῥητορεύειν πρὸς ἐπίδειξιν* p. 225, 9. — *τοῦ ἐπιδεικτικοῦ μέρους τῆς ῥητορικῆς* falso scriptum est a Sudh. p. 108, 40, ubi omnino desideratur πολιτικοῦ et iure suppletur a viro docto I. ab Arnim (de restit. Philodemi de rhet. lib. II, Rostochi 1893, p. 11); idem pro voce ἐπιδεικτικὸν p. 106, 40 a Sudhausio non recte substituta scribit πολιτικόν (l. l. p. 11); ego volueram ἐνπρακτον propter litteram ε Sudhausio teste servatam.

οἱ πανηγυρικοὶ ῥήτορες (fortasse iidem cum sophistis) p. 44, 25. — *μήτε τὸ πολιτικὸν* (v. supra p. 158) *μήτε τὸ δικανικὸν μήτε τὸ πανηγυρικὸν μέρος* p. 92, 18. 93, 20. 27. 95, 18 dictum haud dubie est ex adversarii mente eiusque ipsis verbis servatis; vix aliter iudicandum de p. 100, 20 (v. ab Arnim p. 7) *τοὺς πανηγυρικοὺς καὶ τῆς τέχνης μετέχοντας τῶν οὐδὲν μετεσχηκότων*. — p. 102, 20 sqq. iniuria Sudhausium ut duas diversas rhetoricae partes τὴν σοφιστικὴν et τὴν πανηγυρικὴν ῥητορικὴν disiunxisset et ego intellexeram (scribere volebam ἢ τὴν πανηγυρικὴν aut pro πανηγ. supplere δικανικὴν, cf. locos supra laud. p. 158) et intellexisse nunc video v. d. ab Arnim (l. l. p. 9), qui apte ita has lineolas sanare mihi videtur: *ἀναμφιλέκτως γὰρ δὴ παρίστησιν ἐλεγχόμενον ὁ Ἐπίκουρος τὸν νέον ἐκείνον, ἐκ μελέτης ῥητορικῆς διττὴν δύναμιν ἐπαγγελλόμενον περιποιήσασθαι, τὴν πανηγυρικὴν καὶ τὴν πολιτικὴν*. Itaque etiam hic ex adversarii sententia vox πανηγ. dicta est. Ex locis nimis laceratis p. 3, 6. 94, 13. 283, 16. 285, 8 nil lucratur. Nequit igitur probari ab ipsis Epicureis technice tertium genus vocatum esse πανηγυρικόν. Nihilo tamen minus tertii generis πανηγυρικοῦ appellati antiquiora his testimonia ignoro.

a. Chr. n. saeculi, i. e. aequales Philodemi, non nisi pauca exempla huius usus inveniuntur: unde magna probabilitate concludimus quasi propriam quandam et gentilicium Epicureorum possessionem ab initio hanc fuisse.

Nam ut missum faciamus tandem Philodemum, non tam inutilem scriptorem quam Christio visus est, si tertii iam et secundi a. Chr. n. saeculorum rhetorica studia perlustramus, huius termini ne vestigia quidem valemus indagare; quod quidem non minus inde repetendum videtur, quod his temporibus rhetoricae technica tractatio multo minus quam antea floruit, quam ex eo, quod eorum, qui aliquid in hac disciplina praestiterunt, tenuissima tantum notitia ad nos pervenit. Ex peripateticis philosophis, qui 'studio quoque se quodam oratorio iactant' teste Quintiliano (inst. XII 2, 25), praeter Theophrastum, Demetrium Phalereum, Eudemum, Hieronymum, Critolaum vix nomina virorum rhetoricae excolendae studiosorum tenemus; ac ne illorum quidem fragmenta de sophistae notione rhetoricae technologiae inserta produnt quidquam. Neque est veri simile a magistri usu eos discessisse, cuius terminos a plerisque posteriorum rhetorum vel non peripateticorum acceptos esse satis notum est, quamvis pauci rhetoricam Aristotelis sive laudent sive adierint sive interiore eius notitiam prae se ferant, excepto Halicarnassensi. Asiaticos rhetores diligenter exercitasse epidicticum et iudiciale genus non minus constat quam neglexisse technica studia. Porro quae iis adversata est, Rhodiorum, quam ferimus, schola, singula si spectamus, tam altis obtegatur tenebris, ut qui apud eos fuerit huius vocis usus ignorare nos nemo aequè possit mirari. Stoicos solos, ut grammaticae ita rhetoricae quoque tractandae et excolendae acrius studuisse in dies magis magisque intellegimus, quorum doctrinae qui imprimis nisus est, Hermagoram dico, tantum

Denique vox *ἐγκωμιστικός*, qua tertium genus stoicos primos significasse dicunt Volkm. Rhet.² p. 21 et Striller l. l. p. 31, in his voluminibus mihi non occurrit.

ex Aurelii Augustini et Chirii Fortunatiani nec non — Rhodiorum admixtione segregata — auctoris ad Herennium et Ciceronis de inventione libris cognoscere possumus. Sed quo modo eorum perscrutatus sum opera, nihil ex iis ad nostram rem lucri me fecisse confiteor. Immo sprete voce σοφιστικὸς Chirius (Halm p. 81, 12) dicit: 'genera civilium quaestionum tria sunt, demonstrativum, deliberativum, iudiciale', ut si modo fideliter fontem reddidit, ἐπιδεικτικὸν tertium genus ab Hermagora appellatum esse nemo infitias sit iturus¹⁾; quod firmatur iis, quae apud Chirium sequuntur, verbis: 'hoc Graeci quid vocant? — ἐπιδεικτικὸν vel ἔγκωμιαστικόν', et p. 128, 5 Halm., ubi iterum occurrit 'genus demonstrativum'. Augustinus de generum distributione tacet. Auctor ad Herennium rhetoricae in enumerandis causarum generibus constanter utitur voce demonstrativus, nimirum his locis: I 2, 2. II 1, 1. III 1, 1. 6, 9, ubi tertium genus ad Aristotelis exemplum dividitur in laudem et vituperationem; adiectiva laudativus vel ostentativus ab eius arte prorsus aliena sunt. Neque aliter Tullius in libris de inventione Aristotelis auctoritate usus vocabulum demonstrativus usurpat I 5, 7. 6, 8. II 4, 12. 51, 155. 156: intellegimus ergo Hermagorae et stoicorum technologiam, quantum de iis nunc opinari licet, vocem σοφιστικὸς ad nuncupandum tertium causarum genus prorsus respuisse.

Nihilo tamen minus in Cicerone, quem non auditam in hac quaestione praeterire fas non est, aliquanto diutius morari conducet. Is enim — quod nihil ad nos — non solum ita so-

1) Verumtamen Sopater W. IV 63 ὁ μὲν Ἐρμαγόρας οὕτω διαιρεῖ· ἔστι τι γένος λογικῆ ἐπιστήμη, εἶδος δὲ αὐτῆς ἡ ῥητορικῆ. ὅλον δὲ τῆς ῥητορικῆς τὸ δικανικὸν καὶ συμβουλευτικὸν καὶ πανηγυρικὸν, et Laert. Diog. VII 42 τὴν μὲν ῥητορικὴν αὐτὴν εἶναι λέγουσι τριμερῆ· τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς εἶναι συμβουλευτικόν, τὸ δὲ δικανικόν, τὸ δὲ ἔγκωμιαστικόν. Utrius auctoritatem tali in re praeferas, iure potes haesitare. Generum ordinem, quod sciam, rectius exhibet Sopater technicus homo. Vides Volkmani et Strilleri coniectura (cf. supra p. 230 adn.), qua terminum ἔγκωμιαστικὸς confidenter stoicis vindicant, quam lubrico nitatur fundamento in tanto auctorum, quos laudavimus, dissensu.

phistarum facit mentionem, ut sint, qui ostentationis aut quaestus causa philosophentur (acad. pr. II 23, 72), qui Socratis dialecticam disputandi rationem aspernati scholam quasi perpetuo sermone explicent (de fin. II 1, 1), qui de dis cum dubitatione loquantur (de nat. d. I 23, 63), qui a Socrate in disputationibus per ironiam illudantur (de fin. II 1, 2. Brut. 85, 292), sed etiam veteres doctores auctoresque dicendi eosque simul omnium paene rerum scientia instructos (de or. III 32, 126. 130) vel magistros dicendi primos (Brut. 8, 30) eos inducit. Disiunctos autem consulto ab his, ut clarius eorum natura perspiciatur, iam afferam nonnullos locos, quibus si non eadem atque apud Epicureos vocis σοφιστῆς vis invenitur, certe illa optime mihi videtur illustrari et quasi pluribus exponi. In oratore igitur (11, 37) haec leguntur: 'Sed quoniam plura sunt orationum genera eaque diversa neque in unam formam cadunt omnia: laudationum [scriptionum et historiarum] et talium suasionum, qualem Isocrates fecit panegyricum multique alii, qui sunt nominati sophistae, reliquarumque rerum formam, quae ab sunt a forensi contentione eiusque totius generis, quod Graece ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est, non complectar hoc tempore'. Quibuscum, intercedentibus sententiis non neglectis, si composueris verba c. 13, 42: 'dulce igitur orationis genus et solutum et effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere, quod diximus proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro' — intelleges apte adumbrari his verbis Epicureorum illum morem, quo is potissimum proprie σοφιστῆς appellabatur, qui non forensi, sed epidicticae rhetoricae operam navabat. Ad hunc locum Cicero nos remittit in eiusdem libri c. 19, 65, ubi ab eloquentia oratoria, nervis atque aculeis forensibus praedita 'similitudinem imprimis sophistarum' distinguendam esse dicit, quippe qui omnes eosdem flores, quos adhibeat orator in causis, persequi velit e. q. s.; quibus expositis c. 20, 68 ita rem expedit: 'se-

iunctus igitur orator ab eloquentia sophistarum.' Iterum intellegis sophistam ita commemorari, ut repraesentet genus epidicticorum oratorum 'non persuadere ita quam delectare sibi proponentium' (or. 19, 65). Neque aliter res se habet or. 27, 96, quem locum addidisse sufficiat: 'est enim quoddam insigne et florens orationis, pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum'. Haec de Tullio.¹⁾

Iam ea, quam ingressi sumus, via procedentes ad id temporis devenimus, quo iterum uberiora praesto sunt rhetorum aliorumque, qui in censum possunt venire, auctorum scripta. Eius autem, quam tractamus, notionis non nisi pauca proximis temporibus nobis se obtulerunt testimonia, quod non spero nostra factum esse negligentia; nihilo tamen minus satis multa, ut Epicureorum, quem demonstravimus, dicendi usum continuatum esse eluceat.

Ac Strabo quidem (IV p. 181) sua ipsius aetate plerosque, qui se convertebant πρὸς τὸ λέγειν καὶ φιλοσοφεῖν, Massiliam, non Athenas adiisse narrat, quibus verbis haec addit: σοφιστὰς γοῦν ὑποδέχονται καὶ τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ κοινῇ μισθοῦσι, καθάπερ καὶ ἰατροῦς, unde apparet σοφιστὰς esse meros rhetoricae professores. Eiusdem alter adiciendus locus (XIII p. 625), ubi de Dionysio Attico aequali, rhetore Apollodoreo, dicit: καὶ γὰρ σοφιστῆς ἦν ἱκανὸς καὶ συγγραφεὺς καὶ λογογράφος, i. e. epidicticae rhetoricae artifex et magister, rerum scriptor, iudicialibus orationibus conscribendis occupatus. Σοφιστεύειν τὰ ἑητορικὰ legitur l. XIII p. 614.

Porro apud Dionysium, qui hac de re dedita opera

1) Suidae verba Θεόδωρος Γαδαρεύς· σοφιστῆς, ἀπὸ δούλων, διδάσκαλος γεγονώς Τιβερίου Καίσαρος· ἐπεὶ δὲ συνεκρίθη περὶ σοφιστικῆς ἀγωνιάμενος Ποτάμωνι καὶ Ἀντιπάτρῳ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ et Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου de huius temporis usu non licet afferre loco certi testimonii, quia, quocunq̄ue usus est fonte, posterioris aetatis consuetudinem eum repraesentare obici potest.

nobis ita fuit consulendus, ut omnes locos, quibus nostra notio invenitur, examinarem¹⁾, fortasse ad idem technicorum et rhetoricis studiis deditorum hominum genus referenda est sophistarum haec commemoratio (p. 939, 3 R): *ἐπιχειροῦσι δὲ τινες οὐκ ἄδοξοι σοφισταὶ λέγειν, ὅτι τοῖς μὲν πρὸς τὰς ὀχλικὰς ἐντεύξεις παρεσκευασμένοις καὶ δίκαια λέγουσιν οὐκ ἔστιν ἐπιτήδειος οὗτος ὁ χαρακτήρ* (scil. Thucydidis genus dicendi), *τοῖς δὲ τὰς ἱστορικὰς πραγματείας ἐκφέρουσι . . . προσήκει*. Ceteros, quibus haec notio apud Helicarnassensem exstat, locos si perlustramus, primum de illis vulgo appellatis sophistis hoc nomen usurpat, Gorgiam dico et Protagoram, p. 536, 3: *πεφυρμένην τε παραλαβὼν (Ἰσοκράτης) τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων ὑπὸ τῶν περὶ Γοργίαν καὶ Πρωταγόραν σοφιστῶν πρῶτος ἐχώρησεν ἀπὸ τῶν ἐριστικῶν τε καὶ φυσικῶν ἐπὶ τοὺς πολιτικοὺς*, quo in usu nihil est notabile, quamquam ut rhetoricae potissimum studiosi hi viri laudantur. Eiusdem generis est p. 535, 14, qui locus partim ex Isocratis oratione XII 11 transscriptus est. Ac ne illud quidem mirum, quod in libro π. συνθ. ὄν. (p. 404 Schaef.) haec dicit: *τῶν τότε ἀνθρώπων οὐ γραπτοῖς, ἀλλὰ γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς εἰκόντας ἐκφερόντων λόγους, λέγω δὲ Ἰσοκράτους καὶ Πλάτωνος τῶν σοφιστῶν²⁾*, ubi quidem perperam Wolfius scribi voluit *Πλάτωνος καὶ τῶν σοφιστῶν*, parum cognita profecto huius notionis vi et usu. Explicatur enim vox *σοφιστής* Dionysii ipsius verbis, quae his respondent in libro de Dem. p. 1112,

1) Artis rhetoricae ne capp. VIII, IX, X, XI quidem hoc loco respicere volumus, quae ultimis, quae hac de re innotuerunt, iudiciis Dionysio tributa cur a nobis ei abiudicentur iure postulaveris, ut argumentis demonstrarem. Quod ne molestus sim hoc loco, in appendice praestare malui.

2) Praeter hunc locum a Dionysio semper *φιλόσοφος* Plato appellatur; Isocratis studium maxime nostro probatum vocatur plerumque *φιλοσοφία* (p. 538, 5. 555, 1. 549, 2. cf. 543, 14. 537, 2), Isocratis in modum hac voce adhibita. Ceterum homini Batavo I. van der Vliet, qui venatur egregio profecto cum fructu emblemata in Dionysii campo, eicere verba *τῶν σοφιστῶν* libuit in stud. crit. in Dion. Hal. opera rhet. Lugd. Bat. 1874.

11 R: ὀρῶν γε δὴ τοὺς θανατιζομένους ἐπὶ σοφίᾳ καὶ κρα-
 τίστων λόγων ποιητὰς νομιζομένους, Ἰσοκράτην καὶ Πλάτωνα
 (cf. p. 535, 3. 10 et p. 962, 7, manifesto suppleta a Sadéeo l. l.
 p. 219 sq.). — Paulo aliter mihi videtur indicandum de iis
 locis libri π. συνθ. ὄν. c. XVIII, quibus constanter Hegesias¹⁾
 nuncupatur σοφιστής (p. 246. 248. 250. 254 Sch.): hos enim
 ratione habita sententiarum Dionysianarum nexus recordatus-
 que loci Philodemi vol. rhet. p. 180, 17 sqq. Sudh. (a nobis ex-
 scripti p. 224 adn. 3), non mihi videor artificiosius interpretari,
 si illam vim voci σοφιστής subesse puto, qua de rhetore
 epidicticas orationes, i. e. sentiis argutas, verbis sonantes,
 flosculis ornamentisque adpersas elaborante proprie usurpatur
 (cf. infra p. 241). Non igitur praeter rationem dicendi illum
 morem Philodemo usitatissimum etiam Dionysio adscribimus,
 quem usum in Dionysii technologiam transiisse non est mirum,
 quia eum diligenter in libris cum Epicureorum rhetorum tum
 aliorum versatum esse nemo ibit infitias; nec non alia exempla
 mox huic addemus. Denique adiectivum σοφιστικὸς
 argutuli vim habet atque spinosi p. 929, 1 R, ubi respi-
 ciens Thucydideam quandam quaesitam verborum interpre-
 tationem haec Dionysius dicit: τὰ τε γὰρ φρονήματα ψυχρό-
 τερά ἐστι καὶ τῆς Γοργίου προαιρέσεως μᾶλλον οἰκειότερα,
 ἢ τε τῶν ὀνομάτων ἐξήγησις ἀμφοτέρων, σοφιστικὴ καὶ
 ἀπειροκάλος. Duas autem alias locutiones, nimirum p. 1095,
 6 R: τὸ σοφιστικοῦ λήρου μεστὸν ἐγκώμιον εἰς Πανσαντίαν
 et p. 660, 13 R: τὸ ἡλίθιον καὶ σοφιστικὸν . . . τὸ πλείστον
 ἀπέχον τῶν Δεινάρχου χαρακτήρων, satisfacere mihi videor
 Dionysio, si ita expedio, ut a garrulis illis ineptiarumque plenis
 laudatoribus et vituperatoribus, quos Philodemus proprie σο-

1) E. Rohde, qui in mus. Rhen. vol. XLI p. 170 sqq. maxima cum
 probabilitate exposuit de ratione inter Asiaticos rhetores et sophisticam
 eloquentiam intercedente, iure vel hunc nominis usum argumenti loco pot-
 erat afferre, si modo simul id monebat posteriorum sophistarum nomen
 non subito ex mortuis revocatum, sed semper vivum fuisse post Epicuri tem-
 pora. Sunt enim, ut uno nomine nuncupantur, ita etiam — in univer-
 sum si spectas — unius generis Hegesias et alteri sophistae. De his rebus
 in fine libelli paulo plura addenda sunt p. 260 sqq.

φιστὰς appellat, explicationem repetam, praesertim cum de laudativa potissimum oratione priore loco sermo sit. Quanti vero vel Philodemus horum sophistarum hariolationes ac nugas faciat, intelleges ex eius verbis p. 215, 18 sqq. et 221, 19—24 Sudh.

Iisdem temporibus vel paulo inferioribus nomina *σοφιστοῦ* et *ῥήτορος*, scilicet rhetoris artificiosis orationibus studentis, promiscue adhibita esse nescio an inde liceat concludere, quod Theon in progymnasmatis semel (Sp. II 97, 18. W. I 203) Isocrati nomen tribuit *sophistae* — quod Philodemo usitatissimum esse vidimus —, cum quattuor locis (Sp. II 99, 20. 100, 14. 101, 15. 102, 1 = W I 207. 209. 210. 211) *ῥήτορος* nomine eum appellet¹⁾ (cf. supra p. 224 adn. 1).

Huic addendus ilico auctor libelli *περὶ ὑψους*, quem his temporibus scripsisse accurate re perpensata etiam ego confido. Is enim de eodem Isocrate panegyrici artifice his utitur verbis (c. IV 2 p. 7, 9 V): *θανμαστή γε τοῦ Μακεδόνο* (Alexandri) *ἢ πρὸς τὸν σοφιστὴν σύγκρισις*. Iam igitur si *σοφιστὴν* acerbe dictum esse putemus pro rhetore eoque epidictico dicendi genere uso, non mediocriter adiuvamur alio quodam eiusdem anonymi loco, quo de figuris in oratione adhibendis locutus haec addit (c. XXIII 4 p. 39, 22 V): *οὐ μέντοι δεῖ ποιεῖν αὐτὸ ἐπ' ἄλλων εἰ μὴ ἐφ' ὧν δέχεται τὰ ὑποκείμενα αὐξήσιν ἢ πληθύν ἢ ὑπερβολὴν ἢ πάθος, ἐν τι τοῦτων ἢ καὶ πλείονα, ἐπεὶ τοι τὸ πανταχοῦ κώδιονα ἐξῆφθαι λίαν σοφιστικόν*. Etenim procul dubio vertendum est: nimis comptum, distinctum, efflatum, quod proprium esse epidicticorum illorum rhetorum a Philodemo technice sophistarum nomine praedictorum supra vidimus.

Iam appropinquamus ei aetati, qua genus illud hominum vixit vel potius vigere coepit, quod proprie nos more solito alterum sive posterius sophistarum genus nominare consuevimus, cuius, perversa illa Philostrati de Aeschine sententia ne repugnante quidem Lemnio seposita, princeps quasi et auctor exstitit Nicetes Smyrnaeus, Neronis aequalis.

1) Hegesiam, quem a Dionysio *sophistam* vocatum esse modo diximus, *ῥήτορα* nominat Theon Sp. II 71, 11. W. I 169.

Ac prima quidem nobis est quaestio, quo tempore de his potissimum nomen sophistarum usurpari coeptum sit. Quod inquirentibus, quia Nicetae, Isaei, Scopeliani scripta non exstant tacentque ceteri aequales, imprimis nobis adeundus est Dio Chrysostomus. Cuius subsidiis adiuti id possumus pro certo dicere iam ipsa primi saeculi altera parte hos homines sophistas appellatos fuisse. Quod testimoniis firmandum:

Dio dicit in or. 56 p. 223, 16 D: οἱ μὲν οὖν χρημάτων ἢ γένους ἐπιτυχόντες ἢ τινος τῶν τοιούτων ἢ σώματος ἢ διανοίας ἢ λαλιὰν γοῦν περιποιησάμενοι, καθάπερ ἐπτερωμένοι, μόνον οὐ κατ' ἄστρων φέρονται, δημαγωγοὶ τε καὶ ξεναγωγοὶ καὶ σοφισταὶ λεγόμενοι, δῆμους καὶ σατράπας καὶ μαθητὰς θηρείοντες, quam disiunctionem iterum habes or. 78 p. 279, 12 D: οἴους πολλοὺς ἰδεῖν ἔστι τῶν οἰομένων εἶναι μακαρίων, ξεναγωγούς τινὰς καὶ δημαγωγούς καὶ σοφιστὰς, ἐν θεάτροις καὶ παρὰ τοῖς μαθηταῖς καὶ κατὰ σκηνὰς ἐντὸς στρατοπέδου μεγαλαυχουμένους. Porro in or. 19 p. 287, 25 D haec exstant: ἐπεὶ καὶ νῦν ταῦτο τοῦτο πάσχω πολλάκις, ἐπειδὴν εἰσαφίκνωμι σοφιστοῦ, διὰ τὴν προσοῦσάν μοι ἀκρασίαν περὶ τοὺς λόγους καὶ μετὰ τοιούτων συναγελάζομαι θρημάτων (qualia Orpheum sectata esse modo facete dixit), ωραίων καὶ καλῶν, ἄλλως δὲ θορυβούντων καὶ σκιρτᾶν προθυμονμένων. τοῦτο δὲ πέπονθα πρὸς τοὺς σοφιστὰς τε καὶ ῥήτορας ἅπαντας σχεδόν. Quibus addam or. 35 p. 41, 31 D: δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ τῶν σοφιστῶν γένος ἐντεῦθεν αὔξεσθαι ποθεῖν, ἐπειδὴν πολλοὶ νεανίσκοι σχολὴν ἄγοντες ἕνα θαναμάζωσι πηδῶντες, καθάπερ αἱ Βάχχαι περὶ τὸν Διόνυσον et or. 12 p. 214, 22 D: πολλοὺς σοφιστὰς δόξῃ καὶ μαθηταῖς ἐπαιρομένους οἷον πτεροῖς. Iam licet supersedere pluribus locis¹⁾ exscribendis; satis enim vel hinc mihi videtur effici sophistarum nomen de iis esse in usu, qui orationum ostentatione superbientes discipulorum et auditorum

1) velut or. 4 p. 88, 28. or. 32 p. 413, 14 infra. or. 6 p. 99, 30. or. 35 p. 42, 9; cf. praeterea or. 71 p. 241, 26 et or. 68 p. 233, 6.

quam possunt maximum sive domi¹⁾ sive in publicis theatris apud se numerum contrahere student, quorum plausu immodicoque clamore gloriam sibi concilient: hi vero sunt, quos alteram sophistarum familiam antiquitus nuncupari nemo nescit. Sunt igitur, ut breviter omnia complectar, epidictici oratores, quod ita intellegendum, ut non solum meras laudationes et vituperationes eorum esse putemus, sed simul comprehendantur illae omnes orationes, quae ex parte (cf. Quintil. inst. III 7, 1 sq.) negotiis vitaeque utilitati serviebant vel servire videbantur, velut *λόγος ἐντευκτικός πρεσβευτικός προσφωνηματικός πολεμαρχικός*, praecipue *ἐπιτάγιος*.

Iidem interdum appellantur simpliciter *ρήτορες*²⁾, velut

1) cf. Himer. p. 82, 31 Duebn., ubi *ἡ ἔνδον ἐν τοῖς ἐταίροις* et *ἡ δημοσία ἐπίδειξις* opponuntur, ibid. p. 84, 28—30 *τὰ μεγάλα θέατρα — τὸ μικρὸν θέατρον*, Eunap. v. p. 483, 11 ed. Boiss. a. 1878. Iniuria Bernhardy, Grundr. d. gr. Litt. I p. 595, dicit, apud Dionem quae commemoretur, sophisticam non esse nisi scholasticam declamationem: refellitur exemplo supra laudato or. 78 p. 279, 13 D et loco notabili or. 8 p. 145, 16 D: *τότε ἦν περὶ τὸν νεῶν τοῦ Προσειδῶνος ἀκοίειν πολλῶν μὲν σοφιστῶν κακοδαιμόνων βοῶντων καὶ λοιδορουμένων ἀλλήλοις καὶ τῶν λεγομένων μαθητῶν ἄλλον ἄλλω μαχομένων κτλ.*

2) Quaestio de vocibus *σοφιστής* et *ρήτωρ* sive promiscue sive distincte usurpatis ita mihi videtur diiudicanda: Quandocunque voce *σοφιστής* epidicticus orator nuncupatus est, etiam vocem *ρήτωρ* veteres promiscue cum ea adhibuerunt. Interdum vero etiam specialis quaedam vis adiungitur voci *ρήτωρ*, qua civilem vel practicum oratorem notat, oppositum epidictico. Cuius usus exempla apud singulos scriptores attulimus; iuvat digito ea breviter monstrasse: apud Philodemum p. 226 adn. 1, Dionem p. 239, Plutarchum mor. p. 131 A et vita Aem. Pauli c. 6, apud Philostratum v. soph. I 21, 5. 17, 4. 21, 3 (*ῥητορικοὶ τῶν λόγων*, scil. iudiciales), Longinum p. 254, Menandrum p. 254, The mistium p. 377, 11 Dind. — cf. etiam infra p. 247 n. 2.

Isocrates, quod hic nolo omittere, saepius angustiore et speciali sensu *ῥήτορας* vocat solos *τοὺς ἐν τῷ πλήθει λέγειν δυναμένους* (or. III 8 = XV 256) vel *τοὺς ἐπὶ τὸ βῆμα παρόντας* (XII 11. 12 ~ 15. ep. VIII 7. 8) opponitque iis se ipsum (ibid.) vel *τούτους, οἵτινες ἂν αὐτοὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἄριστα διαλεχθῶσι* (III 8) vel *τοὺς ἐν τοῖς ἰδίῳι συλλόγοις λογοποιεῖν δυναμένους* (XV 136). Opponitur igitur *ῥητορέεσθαι* et *γεγράφθαι* V 25.

supra exaravimus Dionis verba πρὸς τοὺς σοφιστὰς τε καὶ ῥήτορας (or. 19 p. 287, 31), ubi vocem ῥήτορας non additam esse nisi ubertatis causa liquet. Idemque testatur or. 32 p. 413, 11: ἐγὼ δὲ τούτων ἐμνήσθην οὔτε ἡμᾶς ἐπαίρων οὔτε τοῖς συνήθως ἑμνοῦσιν αὐτὰ ῥήτορσιν ἢ ποιηταῖς παραβάλλων ἑμαυτόν. δεινοὶ γὰρ ἐκεῖνοι καὶ μεγάλοι σοφισταί. Neque vero desunt loci, quibus vox ῥήτωρ a voce σοφιστῆς ita disiungi videtur, ut illa ad oratorem non in palaestra neque in theatri, sed in veritate causarum iudiciorumque certamine (in iis enim civilis oratoris vis imperatorum temporibus plurimum habebat loci, exstincta paene verarum contionum consuetudine) versantem referenda sit, velut Dion. or. 12 p. 217, 24 D: ἐπισχνομένου οὔτε μαντικῆν οὔτε σοφιστικῆν, ἀλλ' οὐδὲ ῥητορικῆν τινα ἢ κολακευτικῆν δύναμιν (cf. or. 43 p. 110, 30 οὐ γὰρ εἶμι ῥήτωρ), neque obscurius or. 69 p. 235, 16 ~ 21 ~ p. 236, 14 οἱ ὅπως δεινοὶ δόξουσι περὶ τὸ εἰπεῖν ἐν δήμῳ ἢ δικαστηρίῳ τὴν πᾶσαν σποιδῆν ἔχοντες vocantur ῥήτορες, item or. 80 p. 288, 13.

Alterum vero in sophistae natura definienda, qualis quidem his temporibus comparet, non est neglegendum: etenim hi quos propter epidicticarum orationum studium sophistas esse appellatos demonstravimus, simul docendi munere funguntur, velut ipsum gregis ducem, Nicetam, magistrum fuisse Philostratus, locupletissimus testis, tradit v. s. I 21, 3 et Dionem praeceptorem Phavorini fuisse certum est ex Philostr. v. s. I 8, 2. Quas scholas cum vel ab imperatoribus Romanis Athenis et Romae postea in certam quandam formam redactas publiceque administratas esse nemo nesciat, satis habeo demonstrasse etiam illos, quos ferimus, primos auctores huius familiae docendi munere functos esse parcoque testimoniis de singulis adscribendis, quae facile ex unaquaque Philostratearum vitarum promuntur. Proprium autem maioris horum praeceptorum partis est, quod minus regulis docendis, quam suis

Usui non est accommodata explicatio schol. ad Plat. Phaedr. p. 258 C: λογογράφους ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπὶ μισθῷ λόγους γράφοντας . . . ῥήτορας δὲ τοὺς δι' ἑαυτῶν λέγοντας.

exemplis propositis ad facultatem dicendi discipulos perducebant¹⁾, quamquam ne eorum quidem desideramus copiam, qui technicos libros componerent.²⁾ Hanc disciplinam rhetoricam si non apud omnes, certe apud multos etiam ad iudiciale genus — deliberativum enim paene evanuisse supra monuimus, quia ipso sophisticō maximam partem haustum erat — spectasse satis firmatur exemplis Nicetae (Philostr. v. s. I 19, 2), Scopeliani (ibid. I 21, 5 med.), Ptolemaei (ibid. II 15, 1), Apollonii (ibid. II 20, 1), Heliodori (ibid. II 32 extr.), Damiani (ibid. II 23, 4), Philostrati (ibid. II 33, 4).

Certum igitur est, ut in nostrum usum quasi calculum ponamus, iisdem temporibus, quibus et rerum publicarum condicione et ingeniorum indole et impetu quodam aucti oratores epidictici simul docendi partibus susceptis quasi duces esse litterarum cooperunt, nomen sophistarum statim vulgo usitatum de iis fuisse.

Iam nostrum est, qua ratione apud ceteros auctores inde a Dione haec notio se offerat, demonstrare. Sed antequam hanc provinciam suscipiamus, ex usu mihi videtur quaerere, quid ipsis veteribus auctoribus proprium quasi et praecipuum visum sit, cur potissimum alicui nomen sophistae tribuendum censerent: ubique enim in tali notionis definitione adventicia secernenda sunt ab iis, quae sunt genuina quasi ac propria, si modo errorem fugere volumus. Atque ex hoc potissimum indicio pendet tota interpretatio adiectivi σοφιστικός.

In hac disceptatione opportune obviam mihi venit Philostratus, quem, quia ex instituto de sophistis scripsit, vel ne-

1) Iam intellegis, cur Philostratus plerumque non μαθητάς, sed ἀκροατάς dicat; item ἀκροᾶσθαι 'discipulum esse' II 21, 3. 25, 1. 26, 6; ἀκρόασις 'disciplina sophistica' II 21, 3. 26, 6. I 23, 1; οὐκ ἀνήκοον εἶναι τινος 'scholis alicuius uti' II 2. De similibus Epicureorum terminis cf. s. p. 219 adn. 1.

2) Hermogenes, Apsines (cf. Eunap. p. 482, 47 Boiss.), Herodes Atticus, Aristides, Lollianus; qui Hermogenem scholis interpretabantur, σοφισταί erant teste Doxop. W. VII 41 et Maximo Plan. W. V 227.

glecta paulo temporum ratione ut locupletissimum adiutorem hic non potui non vocare auxilio. Qui quamquam in prima operis parte, quae est de philosophis inter sophistas numeratis, ineptiis scatet, vel his ineptiis — ut fieri solet — luculentissime quid sibi sophistae proprium esse et tamquam eius naturam efficere videatur, patefacit. Dicit enim in fine praefationis libri de sophistarum vitis: σοφισταὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ἐπωνόμαζον οὐ μόνον τῶν ῥητόρων τοὺς ὑπερφωνοῦντάς τε καὶ λαμπρούς, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς ξὺν εὐροίᾳ¹⁾ ἐρημνεύοντας²⁾, quam iudicii quasi normam secutus singuli philosophi cur sophistis a se adscribantur, sedulo addit, velut I 1 ἐνεγράφη τοῖς σοφισταῖς ἐπὶ τῷ κόσμῳ τῆς ἀπαγγελίας καὶ τῷ σχεδιάζειν εὖ³⁾, I 2 σοφιστῆς προσερέθη πολυειδῶς ἔχων τοῦ λόγου, I 4 καὶ Καρνεάδης ἐν σοφισταῖς ἐγράφετο· φιλοσόφως μὲν γὰρ κατεσκεύαστο τὴν γνώμην, τὴν δὲ ἰσχὺν τῶν λόγων εἰς τὴν ἄγαν ἤλανε δεινότητα, I 5 σοφιστὴν προσερέθεντα, ἐπειδὴ λόγου ἰδέαν πανηγυρικὴν ἤρμωστο καὶ ποικίλην, I 6 Θεόμνηστον ἢ περιβολὴ τῶν λόγων ἐς τοὺς σοφιστὰς ἀπήνεγκεν (fort. leg. ἀνήνεγκεν), I 8 ὁμοίως καὶ Φαβωρίνον τὸν φιλόσοφον ἢ εὐγλωττία ἐν σοφισταῖς ἐκήρυττεν. Iam satis, credo, constat florente, picto, expolito, insigni, dulci, arguto, sonante sermone, ut brevis sim: ornato dicendi genere contineri proprietatem ac naturam sophistarum³⁾; quo fit, ut, quod ad notionis nostrae rebus ipsis ac-

1) Haec εὐροία saepissime his sophistis tribuitur; audin' Iuvenalem (sat. III 74): 'sermo Promptus et Isaeo torrentior'?

2) Hinc pendet Thom. mag. p. 342 R s. v. σοφίζομαι: ἐκάλουν δὲ οἱ παλαιοὶ σοφιστὰς καὶ τοὺς ἐννοίαις μὲν φιλοσόφοις χρωμένους, δι' εὐγλωττίαν δὲ σοφιστικὴν θανμασθέντας. cf. Synes. Dion. p. 35 P ὅσοι φιλοσοφῆσαντες διὰ τὴν εἰστομίαν ὑπὸ τῆς φήμης εἰς τοὺς σοφιστὰς ἀπηνέχθησαν (ἀπηνέχθησαν?) . . . λόγον δὲ ἰδέαν σοφιστικὴν ἠρμωμένους . . . εἴ τις ἀξιοῖ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς φωνῆς σοφιστικὸν ἀγώμισμα οἶσθαι et ap. eundem p. 39 P τέλος τὴν εὐφωνίαν τιθέμενος.

3) Huic respondet abundantia significationum, quibus usus Philo-s-tratus hanc orationis sophisticae naturam notat; en florilegium: εἰγένεια λόγου, εὐροία, εὐγλωττία, κόσμος τῆς ἀπαγγελίας, παραδοξολογία, ἰσχὺς καὶ δεινότης, ἰδέα πανηγυρικὴ καὶ πολυειδής, περιβολή, πνεῦμα, σεμνότης, ἡδονή, ὠρα ὀνομάτων, λαμπρότης διαφαινομένη, λαμπρός, ὑπερφρονών,

commodatam explicationem attinet, secundi quasi ordinis putanda sint omnia reliqua illorum posteriorum sophistarum *ιδιώματα* hic non necessaria, quae afferantur. Iam intellegimus, id quod fati quasi ludus videtur, quo modo accidat, ut Gorgias, qui quondam non sophista, sed *ρήτωρ* dici voluit, a Philostrato (I 8, 4 et 9, 1) primus afferatur inter eos, quos *κυρίως προσρηθέντας σοφιστάς* dicit. Tantam vox *σοφιστής* passa est mutationem. Atque adeo praevaluit in sophistae notione pulchritudinis orationis significatio, ut Gregorius Corinthius (saec. XII) perversa radicitus rerum veritate diceret (W. VII 1098, 15): *οἷον σοφιστάς φασὶ τοῖς εὐροίαν λόγου κεκτημένους κυρίως. καὶ ἔστι τοῦτο ἰδία διάνοια τοῦ πράγματος, εἴτα μετετέθη τὸ ὄνομα καὶ ἐπὶ τῶν ψευδολόγων καὶ ἐσήμανε διάφορον διάνοιαν τὸ σοφιστής ὄνομα, τουτέστι δύο· διαφόρους δέ, ὅταν τιθῆται ἐπὶ πλείονων πραγμάτων. τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀληθῆ διδασκόντων λέγεται· ἐν ἧθει δέ, εἰ τυχὸν κατὰ εἰρωνείαν ἐρεῖς καὶ τοὺς ἀπατεῶντας καὶ παραλογιστάς καὶ αὐτὸ τοῦτο φενακιστάς σοφιστάς, quae omnia afferuntur a Gregorio loco metaphorae per ironiam (*ἡθους προσθήκην*) factae.*

Quibus praemissis ilico demonstrare iuvabit, quae his temporibus in universum sit notio adiectivi *σοφιστικός*. Qua in re iterum proficiscamur a Philostrato, quippe qui inter omnes huius aetatis scriptores uberrimam exemplorum copiam praebeat; simulque fit, ut non dimidiatus apud nos incedat Lemnius. Huius autem subsidiis adiuti si in universum certum de adiectivi *σοφιστικός* significatione iudicium fecerimus, verius, qui sit usus apud technicos auctores ceterosque, qui passim hac voce utuntur, enucleabimus.

Ac primum quidem Philostratus adiectivum *σοφιστικός* adhibet loco substantivi *σοφιστής*, e. g. v. soph. I 19, 1 *ὁ δὲ ἀνὴρ οὗτος τοῖς μὲν δικανικοῖς ἀμείνων ἐδόκει τὸ δικανικά, τοῖς δὲ σοφιστικοῖς τὰ σοφιστικά* (cf. II 2 extr. *ἀποχρῶν καὶ τοῖς δι-*

ἐπεφωνῶν, πολιειδής, πότιμος, μέγας, ἡδύς, σοβαρός, ποιητικός, ποικίλος, περιττός, ἐπηνθισμένος, λείος, ἄβρός, θείως, θεοφόρητος, ἐπόβαχος, διθυραμβώδης, μεγαλόφωνος, μεγαλογνώμων.

κανικοῖς καὶ τοῖς ἑπερσοφιστεύουσι). Tum vero id significat, quod sophistae proprium est, ut idem paene sit, quod ἐπιδεικτικόν, velut continuantur verba modo laudata (I 19, 1): τὸ μὲν γὰρ δικανικὸν σοφιστικῆ περιβολῇ ἐκόσμησεν, τὸ δὲ σοφιστικὸν κέντρον δικανικῶν ἐπέρρωσεν. Huius generis est locutio frequentissima: ἡ σοφιστικὴ ῥητορικὴ (cf. init. libri), pro qua legitur omissio substantivo etiam ἡ σοφιστικὴ (cf. praeft.); λόγοι σοφιστικοί — quam locutionem ut desideraremus apud Philodemum, cuius in his ubique recorderis quaeso, casu factum est — saepius commemorantur: I 15, 4 λόγοι δ' αὐτοῦ δικανικοὶ μὲν πλείους — σοφιστικοὶ δὲ καὶ ἕτεροι μὲν, σοφιστικώτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμοιοίας, item II 23, 3 ∞ 4 σοφ. et δικ. λόγοι disiunguntur, II 12, 2 τοὺς δὲ σοφιστικῶς τῶν λόγων τόλμη μᾶλλον ἢ τέχνη ξυνέβαλλεν (disiunguntur οἱ κριτικοὶ λόγοι, iterum laudati II 33, 1). Huc pertinet etiam locus I 7, 1: ὅποσα οὐχ ὑπὲρ μεγάλων ἐσπούδασται τῷ ἄλλω, μὴ μικρὰ ἰγνώμεθα, ἀλλὰ σοφιστικά (sophistae convenientia)· σοφιστοῦ γὰρ τὸ καὶ ὑπὲρ τοιοῦτων σκουδάζειν. Neutrum plur. eodem sensu exstat II 25, 1: Ῥουφίνου ἀκηχῶς τὰ σοφιστικά τολμῶντος μᾶλλον ἢ κατορθοῦντος et II 26, 1: ἐλλογιμώτερος Ἡρακλείδης τὰ σοφιστικά (= τὰ τῶν σοφιστῶν II 27, 6). — Tum variis differentiis magis in universum adiectivum σοφιστικῶς apud Philostratum significat quodcumque tale est, quale in epidicticis orationibus esse solet, atque ita quidem secundum ea, quae supra (p. 241) exposuimus, ut semper ornatus, dulcedinis orationis, faceti, arguti, magniloqui imprimis subaudiatur notio. Huius generis sunt hi loci: I 7, 2 σοφιστικώταται εἰκόνας (imagines splendidae seu venustae in Dionis elocutione adhibitae), I 19, 1 σοφιστικὴ περιβολή, II 5, 3 ἐννοιαι σοφιστικάι, II 10, 1 ἰσχὺς σοφιστικωτάτη, II 4, 2 et 23, 4 τὴν ἰδέαν τοῦ λόγου δικανικῆς μὲν σοφιστικώτερος, σοφιστικῆς δὲ δικανικώτερος (videl.: epidictico generi accommodatior.¹) — Singularis quidam et horum tem-

1) Admodum miror vel Bernhardy virum ingeniosum (Grundr. d. gr. Litt. I p. 620, 3) tantopere potuisse errare, ut diceret: „Das Resultat dieser ängstlich ermessenen, nur auf stilistische Kunst gerichteten Studien war

porum propter rem ipsam proprius usus est, quo dicitur σοφιστικὸς θρόνος, nimirum cathedra Atheniensis et Romana, qua epidictica ars tradebatur. Philostratus quidem, quantum ego inveni, nusquam dicit σοφιστικὸς θρόνος, haud dubie vero idem valet, quod legitur II 10, 4, τοῦ τῶν σοφιστῶν θρόνου. De eo, qui huic oppositus est, πολιτικῷ θρόνῳ (II 20, 1) supra locuti sumus p. 194; hac autem oppositione luculenter remittimur ad sollemnem Philodemi dicendi usum.

Iecimus igitur, puto, Dionis et Philostrati imprimis copiis usi tamquam fundamenta, quibus nisi ceterorum auctorum usum examinabimus. Revertamur ergo ad initium alterius p. Chr. n. saeculi, unde profecti ad temporum rationem voces σοφιστῆς et σοφιστικὸς apud singulos scriptores quomodo adhibitae inveniuntur, demonstremus. Atque in universum quidem — nam paulo variare significationem ex locorum natura semper est tenendum — id animadvertemus, quod ex sophistae ipsius duplici indole sequitur, scilicet mox epidictici oratoris, mox magistri artis significationem praevalere.

Demetrius ¹⁾ in libro περὶ ἑρμηνείας scripto, quem huic tempori tribuentes minime a vero nos aberraturos confido ex technologia potissimum indiciis sumptis ²⁾, haec exhibet c. 15 (Sp. III 264, 4. W. IX 10): δοκιμάζω γὰρ δὴ ἔγωγε μήτε περὶ ῥήτορις ὅλον τὸν λόγον συνείρεσθαι, ὡς ὁ Γοργίου, μήτε διατιε σοφιστικὴ δίκτιον, λέξεις πολιτικῆ“. Hoc enim e contrario si dixisset, verum dixisset. In universum hunc v. d. ad prorsum rectum de altera sophistica iudicium non pervenisse iure monet Baumgartius, Ael. Arist. etc. p. 4 sqq., praecipue p. 8 infra.

1) Apud Quintilianum nusquam vocis sophista mentionem inveni; cognoscis, opinor, diligentem custodem puri sermonis Latini. Suetonius rhetores, eloquentiae doctores, professores, artis rhetoricae magistros commemorat, sophistarum mentionem facit nunquam, nisi quod exstat p. 107, 5 R: ‘in antisophistas Orbilius acerbae animae’, ut ipsum Orbilius Tranquillo sophistam visum esse consentaneum sit.

2) Quamquam Volkmannus apud Iw. Müllerum ¹ II p. 457 et paulo cautius in altera editione p. 641 mediam alterius ante Chr. n. saeculi partem ei vindicat; quod qui probant, transferant, quaeso, quae de vocis σοφιστικὸς in eo usu dicam, ad illa tempora: nostrae rei non officient!

λελύσθαι ὅλον, ὡς τὰ ἀρχαῖα, ἀλλὰ μεμῖχθαι μᾶλλον δι' ἀμφοτέρων· οὕτω γὰρ καὶ ἐγκατάσκευος ἔσται καὶ ἀπλοῦς ἅμα, καὶ ἐξ ἀμφοῖν ἡδύς, καὶ οὔτε μάλα ἰδιωτικὸς, οὔτε μάλα σοφιστικὸς. Respondet igitur vox σοφιστικὸς voci ἐγκατάσκευος (= quod habet artificiosum apparatus, i. e. κατασκευήν) et significat: 'artificiosum, a vulgari usu arte distinctum, ad aurium delectationem, non ad solam rerum communicationem spectans'. Quadrat profecto vel hic dicendi usus optime ad id tempus, cui tribuendum hunc librum putamus, utpote hac potissimum aetate frequentior quam ulla alia; sed quod ad hanc vocem ita adhibitam attinet, non impedit, quominus quis antiquioris notae hunc librum esse sumat.

Plutarchus porro, quo nemo mihi visus est magis varie voce σοφιστῆς uti¹⁾, perspicua etiam eius, de qua nos agimus, significationis exempla praebet, quorum non affero nisi pauca: mor. p. 408 C legimus: τὰ δὲ μέγιστα πόλεων μαντεύματα, φορᾶς καρπῶν πέρι καὶ βοτῶν ἐπιγονῆς καὶ σωματίων ὑγιείας· ἐνταῦθα περιβάλλειν μέτρα καὶ πλάττειν περιφράσεις καὶ γλώττας ἐπάγειν πύσμασιν ἀπλῆς καὶ συντόμου δεομένοις ἀποκρίσεως, ἔργον ἐστὶ φιλοτίμου σοφιστοῦ καλλωπιζόντος ἐπὶ δόξῃ χρηστῆριον: sophista igitur est, qui vel de vilibus rebus non loquitur nisi ornamentis lenociniisque orationis cumulatis. V. Luc. c. 7: Μιθριδάτης, ὡςπερ οἱ πολλοὶ τῶν σοφιστῶν, κομπώδης ἐν ἀρχῇ καὶ σοβαρὸς ἐπὶ Ῥωμαίους ἀναστὰς διακένω δυνάμει, λαμπρᾶ δὲ καὶ πανηγυρικῇ τὴν ὄψιν, εἶτ' ἐκπεσὼν καταγελάστως καὶ νουθετηθεὶς, ὅτε τὸ δεύτερον πολεμεῖν ἔμελλεν, εἰς ἀληθινὴν καὶ πραγματικὴν συνέ-

1) Plutarcho sophistae appellantur I) septem sapientes: mor. 96 A. Bion p. 1126 A. II) sapientiae alicuius magistri p. 223 F. 709 B. III) antiqui sophistae vulgo appellati: Them. c. 2. Pericl. c. 36. IV) alii homines sensu a Platone usitato cum maculae significatione p. 46 E. 129 C. 229 A. 715 A. 659 F. 999 B. 1116 F. 1118 D. 1121 F. 1124 C. Lys. c. 7. Alex. c. 62. V) elegantis ingenii homines, qui adulantes facetiisque abundantes comitantur reges, p. 65 C. 176 C. 218 B. 667 D. Alex. c. 28. 53. 55. 69. Gracch. c. 7. VI) qui callide et ex artis ratione aliquid faciunt: Lyc. c. 9. Sertor. c. 10. Pelop. c. 23 (cf. Suid. s. v. σοφιστής· Ἀριστοφάνης λέγει σοφίῃ ἀντὶ τοῦ τεχνάξῃ' et nos p. 226 adn. 1).

στελλε τὰς δυνάμεις παρασκευήν, quem locum propterea laudatum volo, quia adiectivis *διάκενος λαμπρὸς πανηγυρικὸς* natura quasi sophistae, adiectivis *ἀληθινὸς et πραγματικὸς* natura civilis oratoris apte depingitur. *Ῥητορείαν et δεινότητα* sophistae esse elucet ex vitae Bruti c. 33: *τῆς ῥητορείας καὶ δεινότητος ἔργον, ὡς αὐτὸς ὁ σοφιστῆς ἔλεγε μεγαλαυχούμενος* (cf. *ibid.* § 2 *ἐπὶ μισθῷ ῥητορικῶν λόγων διδάσκαλος*). Laudationes eorum esse patet ex *mor.* p. 192 C: *σοφιστοῦ ἐγκώμιον Ἡρακλέους μέλλοντος ἀναγινώσκειν* (cf. *v. Dem.* c. 9, ubi sophista laudes scripsisse dicitur Alexandri et Philippi). *Epi-deixin*, non veram contentionem esse sophistarum discimus ex *mor.* p. 790 F: *ὁ γὰρ τοῦτον ἀσκηθεὶς τὸν τρόπον, οὐκ ἐν παλαίστραις καὶ κηρώμασιν ἀκινδύνοις εὐρύθμων σοφιστῶν, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς Ὀλυμπιακοῖς καὶ Πυθικοῖς ἀγῶσιν.* — Adiectivi vim perspicies ex *mor.* p. 133 E: *μη̄τε σοφιστικοῖς* (quales a sophistis ostentationis causa instituuntur) *ἀγῶσι πρὸς ἄμιλλαν ἐπιδεικτικῆν . . . χρηστέον*, *mor.* p. 123 B: *τὰς μὲν οὖν ἐπιδεικτικὰς καὶ σοφιστικὰς ἀποσχέσεις χαίρειν ἔωντας* (ad ostentationem factas), *mor.* p. 129 C: *σοφιστικῶς καὶ περιέργως λαλεῖν* (artificiose). — Ne alterius a docendi munere derivatae significationis desit testimonium, habes in *v. Nic.* c. 1: *ἐμοὶ ἢ περὶ λέξιν ἄμιλλα καὶ ζηλοτυπία πρὸς ἑτέρους μικροπρεπὲς φαίνεται καὶ σοφιστικὸν* (sophistarum, utpote acutiorum simulque litigosorum doctorum propria)¹⁾.

Similiter Iuvenalis (sat. VII 167 sq.) non sine irrisione sophistas perstringit his verbis:

‘haec alii sex

Vel plures uno conclamant ore sophistae’,

videlicet non ita epidicticos oratores, quam magistros suasoriarum tractationi scholasticisque litibus studentes significans. Quocum licet componere Gellii verba (*n. A.* XVII 5, 3): ‘rhe-

1) In universum huc pertinent: *σοφιστῆς* *mor.* p. 131 A. 43 F. 80 A. 208 B. 215 E. 713 F. 988 E. 1016 A. *v. Dem.* c. 9. 16. *Anton.* c. 80. *Pomp.* c. 42. *Timol.* c. 37. — *σοφιστικὸς* *mor.* p. 71 A. 713 F. — *σοφιστικῶς* *v. Alex.* c. 4.

toricus quidam sophista ¹⁾, utriusque linguae callens, haut sane ignobilis ex istis acutulis et minutis doctoribus ²⁾, qui τεχνικοί appellantur, atque in disserendo non impiger' (idem § 9 appellatur: 'ille rhetoricus artifex', quem τεχνικὸν his temporibus proprie audire nemo nescit).

In contrariam partem irrisione conversa Lucianus sophistas perstringit (rhet. praec. 1): ἐρωτᾶς, ὦ μειράκιον, ὅπως ἂν ῥήτωρ γένοιτο καὶ τὸ σεμνότατον τοῦτο καὶ πάνδημον ὄνομα σοφιστῆς αὐτὸς εἶναι δόξης ³⁾, unde simul elucet Samosateno nomina σοφιστῆς et ῥήτωρ idem valere, quod firmatur § 15 et de salt. 65. Idem σοφιστάς, sive oratores sive doctores, commemorat Lexiph. 23: πρὸ πάντων δὲ ἐκεῖνο μνησὸ μοι, μὴ μιμῆσθαι τῶν ὀλίγων πρὸ ἡμῶν γενομένων σοφιστῶν τὰ φαλύτατα et pseudol. 6: τῶν ὀλίγων πρὸ ἡμῶν εὐδοκμησάντων ἐπὶ ταῖς καλουμέναις μελέταις σοφιστῶν.

1) Notatam velim locutionem rhetoricus sophista, quae prorsus respondet illi seu Epicureo seu Philodemeo usui, quo legimus ῥητορικοί σοφισταί. cf. supra p. 226. Vides unicuique pacne huius aetatis dicendi usui esse Philodemea exempla quae respondeant.

2) E. Th. Gaupp^{ius} IC in dissertatione de professoribus et medicis eorumque in iure Romano privilegiis scripta (p. 33—36, praecipue p. 36) in iuris fontibus sophistarum nomen eos docet significare, qui artem Graecae dicendi tradant, rhetores autem vel oratores, si a sophistis distinguantur, pro magistris Romanae eloquentiae proprie habendos esse; quem usum etiam apud ceteros auctores valuisse non habeo, quo demonstrarem. Ac ne ille quidem v. d. duobus, quae affert, exemplis (cod. Theodos. de stud. liber. urb. R. et Const. l. 3. XIV 9 et Modest. l. 6 § 1 D de excusat. XXVII 1) satis mihi persuasit. Constantem hanc disiunctionem ne in iuris quidem fontibus esse — fortasse ipso assentiente Gauppio — certum est, velut in codicillo Antonini Pii apud Modest. in dig. XXV 11, 1. 6 legimus: αἱ μὲν ἐλάττους πόλεις δύνανται πέντε ἰατροὺς ἀτελεῖς ἔχειν καὶ τρεῖς σοφιστάς καὶ γραμματικούς τοὺς ἴσους, αἱ δὲ μείζονες πόλεις δέκα ἰατροὺς καὶ ῥήτορας πέντε καὶ γραμματικούς τοὺς ἴσους, ubi σοφιστάς et ῥήτορας synonyme dici patet.

Nimis quaesita, ut hoc addam, et artificiosior quam verior est Victorini (Halm p. 156, 21) definitio: 'rhetor est, qui docet litteras atque artes tradit eloquentiae; sophista est, apud quem dicendi exercitium discitur'.

3) His simillima habet anon. apud Walz. VII 1037, 18.

Iam accedimus ad par illud sophistarum, qui technicis libris componendis operam dederunt, Arstidem et Hermodogenem.

Atque Aristidis quidem memorabilis locus exstat apud Speng. II 460, 24 (W. IX 343): *ἐν οἷς* (sc. τοῖς σεμνοῖς τῶν ἐπινοημάτων) ὁ μέγιστος κίνδυνος ἐν τῷ πολιτικῷ (cf. supra p. 177) λόγῳ ἢ ἐπακολουθήσαντα καὶ ἐπισπασθέντα τῇ φύσει τῶν ἐννοημάτων καὶ καθάπαξ ἀποστάντα τῶν ὑποκειμένων διαφθεῖραι τὸ δόκιμον τοῦ λόγου καὶ ὑπόκεινον ἐργάσασθαι καὶ γενέσθαι παρόμοιον τοῖς μετεωρολόγοις¹⁾ τῶν σοφιστῶν, unde elucet vitandam Aristidi videri nimiam sophistarum sublimitatem in oratione veritati causarum accommodata. Est igitur quaedam oppositio inter πολιτικὸν λόγον (Aristideo sensu dictum) et sophistarum orationem, quae prope accedit ad illam Epicuro sollemnem. Ex verbis autem Sp. II p. 530, 14 (W. IX 434) *Κριτίου μᾶλλον ὁ τοιοῦτος τρόπος ἔδοξεν εἶναι ἢ τινος τῶν ἀρχαίων σοφιστῶν* intellegimus iam illis temporibus (medio altero saeculo) disiunctionem priorum et posteriorum sophistarum nobis tritam in usu fuisse, cuius usque ad Aristidem equidem exempla inveni nulla. Puto vel hoc silentio per saeculum fere post alterius, quod dicimus, sophistici generis natalem observato commendari illam sententiam, qua putemus non consulto quosdam nomen sophistarum cum ipsis prioribus sophistis extinctum ad lucem revocasse sibi que ascivisse, ut quasi ipsi redivivi viderentur Gorgiae, Protagorae, Hippiae; qua de sententia in fine libelli accuratiora addenda erunt. Neque hoc, quod de prioribus et posterioribus sophistis ab Aristide diserte disiunctis modo diximus, inde infringitur, quod Aristides, ubi ad Isocratis in or. XV exemplar ipse se defendit²⁾, temere veteres et iuniores sophistas inter se ita commutat, ut illis defensis se quoque purgatum censeat. Cavendum enim est, ne talibus hariolationi-

1) Locutio saepius de sophistis nimis sublimibus usitata, velut π. ὕψ. c. 3 p. 5, 15 V: *ὄντα οὐχ ὑψηλά, ἀλλὰ μετέωρα.*

2) Arist. π. ῥήγ. I et ὑπερ τῶν τεττ. n. 45—46 D. to. II p. 1—414, impr. p. 406 sqq. cf. Baumgart l. l. p. 25—30.

bus vere sophisticis falsam de posterioribus sophistis amplectamur opinionem; id quod etiam de Themistio valere mox videbimus.

Hermogenes in libro de inventione sophistam dicit — nimirum Platonis in modum — eum, qui consulto contraria dicit ac demonstrat iis, quae re vera efficere studet, figurato sermone usus (Sp. II 259, 29; W. III 183): ὁ δὲ παρὰ τῶν ἐχθρῶν λόγος ἰσχυροποιούμενος, ἀσθενεστεράς ἀναγκάζων εἶναι τὰς λύσεις, ἐκεῖ δεικνύσι βούλεσθαι πλέον τὸν σοφιστὴν ἢ κατὰ τὸ δοκοῖν εἰσάγεσθαι, ὅλον ὁ Περικλῆς κτλ. Quibuscum licet conferre verbum σοφίζεσθαι, quod 'captiose et insidiose excogitare' Tarsio valet Sp. II 235, 21 et 251, 5 (W. III 147 et 169¹⁾).

Sophistarum mentio ab Hermogene praeterea duobus fit locis: Sp. II 395, 20 (W. III 362) φαίνεται δὲ λόγος δεινός, οὐκ ὦν τοιοῦτος (ὃ δὴ καὶ τρίτον ἔφη δεινότητος εἶδος εἶναι), ὃ τῶν σοφιστῶν, λέγω τῶν περὶ Πῶλον καὶ Γοργίαν καὶ Μένωνα καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς οὐκ ὀλίγων, ἵνα μὴ λέγω πάντων, ubi ex iis, quae insequuntur, apparet huius, quae sophistarum plerumque est, δεινότητος id esse proprium, quod efficit, ut vel viles et omnium communes sententiae semper magnis sublimibusque elatae verbis δειναὶ esse videantur: inanis igitur est vis et pulchritudo eius generis dicendi, quod proprie sophisticum dicitur, atque ab ipso Hermogene ad Socraticorum sententiam luculenter inclinante φαινόμενη μὲν, οὐ μὴν οὐσα δεινότης haec aperte nuncupatur v. 30. Alter locus propterea est dignus, qui afferatur, quod accurate respondet illi Aristideo (cf. p. 248). Dicit enim Hermogenes, item atque illic Aristides, σεμνότητα tranctans (Sp. II 292, 15; W. III 226): περαιτέρω δὲ τούτων εἰ προέλθοιεν (αἱ τροπαί), καὶ παχύτερον καὶ σχεδὸν εὐτελέστερον αὐτὸν (sc. τὸν λόγον) ποιούσι. παράδειγμα τούτου Δημοσθενικὸν μὲν οὐκ ἂν λάβοις, οὐ γὰρ ἔστι·

1) τοῦτο δὲ τὸ διλήμματον σεσόφισται καὶ Δημοσθενικὸν ἔστι σχῆμα. Huc respicit anon. W. III 641, 19, qui politico versui haec adaptat additque:

τὸ παραλογιζόμενον σοφιστικὸν νῦν λέγει.

παρὰ δὲ τοῖς ὑποξέλοις τοῖσι σοφισταῖς πάμπολλα εἴροις ἄν. τάφους τε γὰρ ἐμψύχους τοὺς γύπας λέγουσιν¹⁾ . . . καὶ ἄλλα τινὰ ψυχρεῖνται πάμπολλα . . . ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων οὕτω χρωμένων τῷ λόγῳ, τῶν τραγηδοποιῶν δὲ λέγω καὶ τοῦ Πινδάρου, τάχ' ἂν ἔχοιμέν τι λέγειν . . . ὑπὲρ μέντοι τῶν ἐν πολιτικῇ λόγῳ τοιαύταις χρωμένων παχύτησιν οὐδεμίαν ἀπολογία ἐύρισκω. Iterum igitur ea, quae sophistis potissimum, i. e. epidicticarum orationum artificibus, accidunt, vitia maxime reprehendenda ac damnanda esse in veritate causarum discimus, unde denuo fit perspicuum σοφιστικὸν et πολιτικὸν λόγον quodammodo — Epicureorum videlicet in modum — esse oppositos.

Adiectivum σοφιστικὸς quid Hermogeni valeat, ut ex ipsis illis substantivi adhibiti exemplis apparet, ita etiam

1) Gorgias teste Ps. Long. π. ὕψ. c. 3 p. 5, 13 V, quo cum loco conferas quaeso hunc Hermogenis: H. laudat Gorgiae locum praeterea ex solo Ps. Longino notum, qui Gorgiae nomen addit; uterque traegodiae dicit tales translationes (τροπὰς) esse; ille huic opponit τοὺς ἀληθινοὺς, hic τοὺς πολιτικοὺς λόγους. Iam videas Hermogenis de iis, qui ante se similia scripserint, iudicium Sp. II 267, 26—268, 8 (W. III 1:2): posteriorem eius partem ad Aristidem probabiliter refert Baumgartius l. l. p. 153 sq.; prior pars mea sententia nullo pacto quadrat ad Dionysium, ad quem eam facile quis revocet propter Sp. II 342, 10. W. III 293; quadrat egregie ad librum περὶ ὕψους: in eo una idea singillatim, passim omnes tractatae erant; de ipso Demosthene, quem Hermogenes respicit, dictum in eo fuit in lacuna tertia (p. 24 V), ne dicam viginti fere commemorationes. Τετραγαμένως scripsisse Ps. Longinus iure potest Hermogeni videri, nam ideas ab Hermogene subtiliter distinctas hic ad libidinem confundit (cf. p. 24, 17—25, 5, ubi vel undecim qualitates nominantur); ac si quid in hoc libro reprehendi debet, reprehendendam esse rerum, notionum, partium non satis accuratam distinctionem mihi certum est. *Αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἀπὸ* Ps. Longinus Hermogeni videri iure potuit, quod perspicias ex c. XII (p. 24, 16—25, 3) perlecto; verbum *οἶμαι* mirum quantum anonymus adhibet. Probabile igitur mihi videtur lectitasse Hermogeuem libellum π. ὕψους, quem, si modo legi potuit, ab Hermogene non esse lectum vix credibile est. Si vero recte coniecimus, novum accedit argumentum, quo Longino hoc opus abiudicemus; ut fortasse ne Io. Cauua quidem iam possit dubitare, qui etiam nunc, quantum scio, Longini id esse spondet. Haec postquam monui, qui libelli π. ὕψ. peculiari ratione habita Hermogeuem perlegerit, fortasse alia huius modi indicia non desiderabit.

clarius fit loco, qui singularis mihi videtur (Sp. II 436, 28. W. III 417): τὰ ἴσα σχήματα ταῦτα ὄντα ποτὲ μὲν ἐστὶν ἀγωνιστικά, ποτὲ δὲ ἐπιδεικτικά, ποτὲ δὲ σοφιστικά: ἀγωνιστικά μὲν ἐστὶν, ὅταν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων συνδράμη ἔξωθεν πάρεργον, ὅτε καὶ χωρὶς τῶν ὀνομάτων ἕκαστον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ πράγμα μνησκει καὶ λεχθὲν λανθάνει . . . ἐπιδεικτικά δὲ εἰσιν (ἐστὶν?), ὅταν τὰ ἀγωνιστικά πολλὰ γένηται καὶ ἐπιτηδευθῆ εἰδημόνως εἰς ἡδονὴν ἀκοῆς σὺφρονα, ὡς περὶ τὰ παρὰ Ἰσοκράτει ἴσα τὰ ἐν ταῖς παραινέσεσι μάλιστα: σοφιστικά δὲ ἐστὶν, ἃ νῦν μὲν ἐπαινῆται, ὑπὸ δὲ τῶν παλαιῶν κωμωδεῖται (καὶ) ὅσα αἰσχροῦς καὶ κενῶς κολακεύει τὴν ἀκοήν, ἃ Πλάτων διαβάλλει, ὡς λιγυροῦ Πῶλε κτλ., quae verba explicantur a Maximo Planude (W. V 576, 1 sq.) et Gregorio Corinthio (W. VII 1235, 20): σοφιστικά εἰσιν πάρισα, ὅσα εἰσὶν ἐπιτετηδευμένα e. q. s. Ne putaveris hac distributione irritum fieri, quod saepius ipsi professi sumus, scilicet esse paene idem σοφιστικὸν et ἐπιδεικτικόν: hanc enim Hermogenis disiunctionem nemo omnium, quorum restant scripta, rhetorum praeter hunc secutus est, ac ne Hermogenes quidem alibi eius habet rationem. Iam vero intellegimus, quod bene concordat cum δεινότητος σοφιστικῆς definitione supra laudata, ab Hermogene vocem σοφιστικός ita intellegi, ut vani simul et nimis artificiose facti significatio insit. — Alii loci illum sensum praebent, quo pulchritudo orationi ostentandi et captandi causa adspersa significatur, velut Sp. II 413, 19 (W. III 384): ὁ δὲ Αἰσχίνης πολιτικός μὲν ἐστὶν, εἴπερ ἕτερός τις, σοφιστικός δὲ καὶ γαῦρος καὶ τῷ μεγέθει μετὰ τοῦ κατὰ σχῆμα κάλλους πλεονάζων, quod cum Philostrati iudicio (v. soph. I 18, 3) apte composueris ¹⁾; ceterum videmus σοφιστικὸν quiddam iam ante Philostratum in Aeschinis elocutione veteres observasse, ut vel hinc ex parte et illustretur

1) ibi: ξὺν εὐροία καὶ θείως — θεοφορήτῳ ὁρμῇ — ἀβρὰ σεμνολογία — τὸ ἐπίχαρι ξὺν δεινότητι. cf. Suid. s. v. Αἰσχίνης: πρῶτος δὲ πάντων τὸ θείως λέγειν ἤσκησε διὰ τὸ σχεδιάζειν ὡς ἐνθουσιῶν. Dion. Hal. epit. l. π. μμ. c. 5, 5 ἐν δὲ τῇ τῶν λέξεων ἐκλογῇ πομπικός ἅμα καὶ δεινός . . . ἡδὺς μὲν αὐτόθεν ἐντυχόντι.

et explicetur ratio illa Philostrati, qua alterius sophisticae ducem fecit Aeschinem — praecipue, ut suspicor, eo studio ductus, ut vetustatis specie splendidorumque nominum gloria suam artem indueret. Ad locum modo laudatum Hermogenes nos remittit Sp. II 415, 9 (W. III 387) verbis: *μεγέθει δὲ χρεῖται μὲν οὐκ ὀλίγη (Ἀντιγῶν ὁ Ῥαμνούσιος), καλιῶς δὲ πως καὶ συννερασμένῳ καὶ οὐ κατὰ τὸν Ὑπερείδην διειστικῶτι τῶν ἄλλων, οὐδ' αὐτὸ κατὰ τὸν Αἰσχίνην σοφιστικῶ, καίτοι τῆς λέξεως αὐτῶ πολλοῦ διηρμένης* ¹⁾, unde certum fit illo priore loco *σοφιστικὸς* vocem ad orationis splendorem et magnitudinem spectare; falsus est Ioannes Sicel. (W. VI 501, 2), cum interpretatur: *ἀπατητικῶ, παραλογιστικῶ* (Platonis in modum hac voce accepta). — Denique in eo, quem dicit, *πολιτικῶ λόγῳ*, quamquam insit splendor orationis (*ἡ λαμπρότης*), tamen saepius eum arte minuendum esse censet, atque ita quidem e. g., ut sententiae partes interiecto membro disiungantur ²⁾, velut Demosthenes non uno tenore sententiae ambitum compleverit, *ὁ σφόδρα ἂν ἐποίησεν αὐτῶ τὸν λόγον λαμπρόν καὶ σοφιστικόν, . . . ἀλλὰ διέκοψε καὶ ἤττον ἐποίησεν αὐτὸν φανῆναι λαμπρόν*: vel ex adiectivis *σοφιστικὸς* et *λαμπρὸς* promiscue adhibitis manifestum fit *σοφιστικόν* esse splendidum, artificiosum, distinctum; videmus etiam hic item atque supra secerni a *πολιτικῶ λόγῳ* quodammodo sophisticum dicendi genus.

Omnnes, opinor, perlustravimus Hermogenis locos huc pertinentes, unde satis efficitur eum, quem in universum adiectivo *σοφιστικὸς* inesse supra demonstravimus, sensum, videlicet 'arte facti, ostentationi accommodati accedente vanitatis captiosae notione', etiam ab Hermogene, tecnico scriptore, ei tributum esse.

In Phrynichi libri iisdem temporibus conscripti titulo, qui est *σοφιστικῆ παρασκευή*, adiectivum in universum

1) Möror Vahlenum in edit. libri π. ἴψ. c. 2 (p. 3, 10) et c. 7 (p. 9, 29) exarare *διηρμένοις* et *διηρμένων* pro formis *ι* subscr. carentibus. cf. *διαρμα* et *διαρσις* apud Ps. Long. c. 12 (p. 24, 6 V) et c. 8 (p. 11, 7 V).

2) Sp. II 399, 6. W. III 367.

ad eum spectat, qui ἀρχαίως καὶ δοκίμως — ut eclogae prima verba amplectar — dicere studet, qui quidem illa aetate idem erat, atque sophista a nobis descriptus; vertemus igitur confidenter: exornatio sive praeparatio oratoria¹⁾.

Iam praetermisso, quem supra tractavimus, Philostrato apud Sextum empiricum, qui in libro πρὸς ῥήτορας mirum quantum cum ipsis sententiis tum disputandi ratione cum Philodemo congruit, illam potius adiungit voci σοφιστῆς vim, qua significat magistrum artis dicendi, cum dicit (p. 697, 31 Dind.): καθὸ καὶ οἱ σοφισταὶ πολλάκις εἰώθασιν ἐν ταῖς διατριβαῖς λέγειν· θετέον θέσιν. Qui usus ut exemplis supra allatis ita ipsius sceptici philosophi acerbis verbis opportune illustratur (p. 678, 9 D): οἱ σοφιστεύοντες (i. e. qui sophistarum munere funguntur) ἐπ' ἄκρον μὲν τὴν ῥητορικὴν ἐξήσκησαν τεχνολογίαν, ἰχθύων δὲ ἀφωνότεροι ἐπὶ τῆς ὑπαίθρου θεοφοροῦνται (cf. v. 17: ἄλλους διὰ τέχνης προάγοντες λέγειν ποιούσι), quibus verbis facile Philodemi simillima appones.

Huic addere liceat similem sophistarum commemorationem exstantem apud Clementem Alexandrinum (qui quidem plerumque Platónico more eos perstringit, cf. str. I c. 3, 23. 8, 39. 9, 44. 10, 47. 17, 87) strom. I 3, 22: οἱ κακοδαίμονες σοφισταὶ (cf. Dio Chr. 8 p. 145, 17 D) τῇ σφῶν αὐτῶν στωμυλλόμενοι τερθρεῖα ἀμφὶ τὴν διάκρισιν τῶν ὀνομάτων καὶ τὴν ποιὰν τῶν λέξεων σύνθεσιν τε καὶ περιπλοκῆν τὸν πάντα πονούμενοι βίον τρυγόνων ἀναφαίνονται λαλίστεροι . . . ποταμὸς ἀτέχων²⁾ ῥημάτων, νοῦ δὲ σταλαγμός.

Longinus porro criticus, ut ad technicos revertar, (Sp. I 305, 16; W. IX 559) ut Homeri, Archilochi, tragicorum, comicorum, melicorum poetarum dicendi genus, ita etiam sophistarum (imprimis veteres notare videtur) elocutionem imitandam et sectandam esse dicit, hand dubie utpote περικαλλῶς τε

1) Bernhardt, Grundr. d. gr. Litt. I p. 584: *Hilfsbücher des eleganten Stils*; quod ad rem, recte.

2) Hoc adiectivum in hoc sententiarum nexu quid sibi velit, non assequor: aut exspecto e contrario ἐντέχνων aut scribendum puto ἀτέχνης, quod adverbium in comparationibus saepius locum habet.

καὶ ποικίλως τὴν ἐξαγγελίαν ἠσκημένων, ut legitur paulo antea (Sp. I 304, 25). Ceterum hoc loco (Sp. p. 305, 16 ~ 20; W. 559, 12 ~ 15) clare distinguuntur σοφισταὶ et ῥήτορες. In epitoma ex celebrati huius rhetoris operibus facta (Sp. I 327, 23) ex optima profecto observatione oriunda haec praecipiuntur: ὅτι χρὴ τὸν παραμυθούμενον μὴ μετὰ σοφιστικῆς τρανότητος, ἀλλὰ μετὰ συμπεπονθυίας λέγειν ἀπλότητος· οὐ γὰρ ῥητορικῶς ἀλλὰ θεραπευτικῶς ἔξῃστι λέγειν, ubi inde explicandum est adiectivum σοφιστικός (promiscue, ut vides, usurpatum cum voce ῥητορικός), quod copiosae et illuminatae orationis ambagibus, si qui alii, epidictici illi artifices gloriabantur.

Deinde in Menandri Laodiceae commentario de epidicticis orationibus diserte distinguuntur sophistarum orationes vere epidicticae ab imitationibus civilium orationum, quas μελέτας nuncupatas in scholis studiose iam antiquitus eos meditato esse (cf. supra p. 221 c. adn. 2) notum est, cum dicit (Sp. III 331, 16; W. IX 128): ἄς γὰρ ἐπιδείξεις λόγων πολιτικῶν οἱ σοφισταὶ καλούμενοι ποιοῦνται, μελέτην ἀγῶνων εἶναι φασιν, οἷον ἐπιδείξιν¹⁾. Apud eundem priores illi sophistae οἱ πάλαι σοφισταὶ vocantur Sp. III 332, 27 (W. IX 131): καὶ τῶν ἄλλων καὶ τῶν τοιούτων ἤδη τινὲς τῶν πάλαι σοφιστῶν ἐπαινοὺς συνέγραψαν. Denique ex locutione ῥήτορες, σοφισταί, γεωμέτραι (Sp. III 364, 15; W. IX 206) concludendum etiam hunc ῥήτορας civiles, σοφιστὰς epidicticos oratores vocare.

1) Vocem ἐπιδείξεις his temporibus, quantum scio, vix alius rhetor praeter Menandrum tam angustis finibus circumscriptam de solis laudationibus et vituperationibus (Sp. III 331, 8; W. IX 128, 4) adhibuit. Servavit Menander eum sensum vocis, quo ab Aristotele technice primum de tertio genere usurpata invenitur; is enim ἐπιδεικτικὸν γένος non intellegit nisi de laudatione et vituperatione (cf. Aristot. rhet. p. 1358^b 12. 16; 1359^a 17; 1391^b 33 ~ 1392^a 5; 1396^a 12 ~ 16. 26. 29; 1399^a 12; 1416^b 27; 1418^a 33). Plerique rhetores non accurate his terminis servatis notione ἐπιδείξεις passim in universum utuntur de orationibus sive συγγράμμασιν ad ostentationem, non ad solam contentionum veritatem atque utilitatem factis. (cf. supra p. 213 adn. 1 et Quintil. inst. III 4, 13.)

In altero, quem vulgo eidem adscripsimus Menandro, de epidicticis orationibus tractatu verba (Sp. III 411, 29; W. IX 279): *γένοιτο δ' ἂν καὶ ἀπὸ λέξεως ἐπιτετηδευμένης καὶ κεκαλλωπισμένης χάρις ἐν λόγῳ, οἷα ἐστὶν ἢ Πλάτωνος καὶ Ξενοφώντος καὶ τῶν νεωτέρων, Δίωνος καὶ Φιλοστράτου καὶ τῶν σοφιστῶν, ὅσοι καὶ συντιθέναι τὸ συγγραφικὸν εἶδος* (cf. supra p. 178 adn. 2) *ἔδοξαν χαριέντως* iterum confirmant, quod maxime proprium sophistarum esse diximus, videlicet elocutionem arte politam, flosculis distinctam. Ex reliquis apud eundem sophistarum commemorationibus (Sp. III 418, 12. 393, 3. 388, 17 = W. IX 288. 254. 247) nihil novi addiscimus.

Adiungere his liceat locum rhetoricae, quae nomine Halicarnassensis Dionysii falso fertur (quam si tacitum quendam sensum secuti circa Menandri tempora simulque florem aetatis sophisticae natalem seu rectius natales egisse opinamur, a vero vix multo aberimus), dico p. 391, 13 R (c. X): *ταῦτα καὶ ἄλλα τοιαῦτα κεφάλαια, ἐν ταῖς τῶν σοφιστῶν διατριβαῖς εἰθισμένα ἀγωνίζεσθαι, φευκτέα, εἰ μέλλει τις πρὸς ἀλήθειαν ῥητορεύειν* (cf. p. 390, 3 R: *οἷς χρῶνται οἱ μελετῶντες, οὐκ ἂν χρησαμένων τῶν ὡς ἀληθῶς λεγόντων*), ubi magistros dicendi declamationibus occupatos notari patet; qui vel post ea, quae in appendice sum dicturus, Dionysii hoc caput esse credit, *χαίρετω οἷς ἦδεταί*, ut cum Ps. Longino loquar, addatque hoc argumentum iis, quae ad fulciendam nostram sententiam Dionysius supra porrexit. Altero loco, p. 375, 14 R, *σοφιστὰς* Ps. Dionysius ita commemorat, ut veteres sophistae a Platone perstricti intellegendi sint.

Himerius de se ipse confessus ecl. VII (p. 21, 12 Duebn.): *ἐγὼ καὶ σοφιστῆς ἐγενόμην παρ' ὑμῖν καὶ πατήρ· εἰ σοφιστῆς δεξιός, ὑμεῖς ἐπίστασθε· λέγω γὰρ αἰεὶ, καὶ τὴν ἐμὴν πολιτείαν ἔχει τὰ θέατρα orationes in theatro habendas praecipuum sophistae negotium esse aperte dicit; nec minus or. VI 2 (p. 59, 21 Duebn.), ubi quaerit ex Philipporum civibus: *ἄρ' οὖν σοφιστῆς ἀφθογγότερος κύκνου φανήσεται καὶ σιωπῆ παραδραμεῖται πόλιν ἀρχαίαν;* et or. XXI 9 (p. 88, 46 Duebn.): *δοκεῖ δέ μοι καὶ ὁ Πρωτεύς σοφιστῆς τις τοὺς λόγους δεινὸς γενό-**

μενος . . . εἰς πολλὰς ἰδέας μερῖσαι τοὺς λόγους (quae dixit fortasse Platonis memor Euthyd. p. 288 B), ne praeter necessitatem alios locos coacervem. — Σοφιστικὰ διηγήματα commemorantur apud eundem in fragmentis or. XXXII 1 (p. 103, 5 Duebn.), videlicet narrationes, quales accommodatae sophistis (e. g. Isocrati!) facile admittant artis demonstrationem.

Themistius ut revera philosophi potius quam sophistae nomine dignus est, ita plerumque ipse philosophum sese appellans vehementer adversatur iis, a quibus sophistis adnumeratur, id quod etiam apud alios sophistas observatur, velut Hermogenes a Philostrato sophistis attributus non nisi cum contemptu de iis loquitur coll. supra p. 249—252¹⁾; qua in re ex parte simile quid animadvertis atque apud Aristidem (cf. p. 248 sq.): videlicet in refellendis his calumniis demonstrat non talem se esse, quales suae aetatis sophistas depingit Plato, in quo ita habitabat, ut vel ex hoc Platonis totam de sophistis sententiam quamvis coartatam tamen integram promi posse iure nobis videamur supra (p. 208 n. 1) monuisse (cf. Them. p. 348, 30. 350, 22. 351, 2. 416, 16. 417, 7. 419, 8 ed. Dind.). De ipsis autem posterioribus sophistis ubi misso defensionis artificio vitataeque et temporum et personarum confusione iudicium facit, ἀίμυλοι, κακοδαίμονες (cf. p. 253 de usitato hoc sophistarum epitheto), ἐπαίροντες, ἀσπαζόμενοι τοὺς θεωμένους ἐν θεάτροις καὶ πανηγύρεσιν, ζῆματα ἄδοντες μετὰ ἡδονῆς ὡσπερ Σειρήνες comparent (p. 412 Dind.), atque id orationis illecebris artificiosius et blandimentis, quibus multo discessisse eos Themistius dicit a Socraticae elocutionis simplici simul et efficaci genere.

Eunapius, qui exceptis Philostrati studiis ex instituto de sophistis egit, ad illustrandum ipsius vocis sophistae usum quamquam multa, tamen novi nihil affert. Ut apud Philostratum ipsum vidimus, ἡ σοφιστικὴ ἀρτις ἐπιδιctica inclusa docendi professione dicitur p. 487, 34. 493, 21. 40 ed. Boiss. a. 1878; ἡ σοφιστικὴ διατριβὴ (usitata Philodemo locutio) valet de sophistarum usu scholastico p. 485, 46; τὸνος σοφι-

1) Cf. Synes. Dion. p. 36 P et E. Rohde mus. Rhen. vol. XLI p. 186.

στικῶς et πνεῦμα de eo, qui desideratur in epidicticis orationibus sono atque spiritu, legitur p. 497, 3.

Denique ex Synesio duos nolui negligere locos. In Dione enim disiungit Chrysostomi σοφιστικῶς ὑπόθεσεις et πολιτικῶς (p. 39 P)¹⁾, unde egregie illustratur distinctio illa saepius a nobis exemplis demonstrata, quamquam hoc potissimum loco vocem πολιτικῶς maluerim ex Isocratis usu intellegere, velut omnino Isocrates cum nullo aptius mihi videtur comparari quam cum Dione. Idem Synesius p. 36 P verba ὑπόθεσιν μεταχειρισμένην σοφιστικῶς explicat: *τουτέστι λαμπρῶς (λαμπρῶς Dind., quod risum mihi movit) ἀπληγελμένην καὶ δεξιῶς καὶ πολλὴν τὴν ἀφροδίτην ἐπαγομένην. ταύτη καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, οὓς λέγοντες ἐκίλουν τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων, ἤξιοῦντο τῆς προσηγορίας τοῦ σοφιστοῦ.* Item ut hoc loco vox σοφιστικῶς, nisi fallor, vox ῥητορικῶς accipienda p. 37 P: *ὅς γε καὶ τὰς ῥητορικῶς τῶν ὑποθέσεων οὐκέτι ῥητορικῶς, ἀλλὰ πολιτικῶς²⁾* (simpliciter, magis ieiune) *μετεχειρίσατο.* Prorsus igitur — ne repetam, quae adnotavi ex Dione p. 241 adn. 2 — probatam vides, quam ipsi probavimus, adiectivi σοφιστικῶς explicationem.

Ad finem longi, Iuppiter, et laboriosi itineris iam pervenimus. Nam ut ipso quinti saeculi exitu sophistica paulatim evanuisse videtur, ita ne digna quidem apud posteriores (quorum ex numero Phoebammonem, Nicolaum sophistam, Zonaëum, Gregorium Corinthium, Polybium Sardinianum nimia fortasse indulgentia passim respexi) inveni, quibus eam, quam persecutus sum ab incunabulis usque ad senectutem, notionem amplius illustrandam putarem. Satis enim puto esse demonstratum, sophistae nomen hac aetate usur-

1) v. supra p. 199 c. adn. 2.

2) Ne putaveris sollemnem hanc disiunctionem terminorum πολιτικῶς et ῥητορικῶς esse. Nos eam invenimus apud Aristot. art. poet. p. 1450^b 6 (v. supra p. 145), neque utique licet negare rationem quandam inter hunc Synesii philosophi Platonici usum et illum Aristotelis interesse. Praeterea huc conferendus est locus Diog. Laert. supra laud. p. 142 adn. 1, quo πολιτικῶς et ῥητορικῶς disiunguntur; quo loco, si modo meam mutationem accipis, prorsus eandem habes distinguendi rationem.

pari de iis epidicticis oratoribus, qui totum studium in pulchritudine illuminatae omni modo elocutionis et vanae sententiarum nitore actumore consumunt simulque artem magis exemplis propositis quam per regulas tradere student, cui substantivi significationi prorsus convenit vis adiectivi σοφιστικός.

Iam ut ad totam, quam emensi sumus, viam oculos referamus, haec fere statuenda mihi videntur: Usque ad saecula. Chr. n. quarti exitum sophistarum nomen doctores illos omnis civilis sapientiae significat, atque ita quidem, ut ii ex hoc numero, qui imprimis rhetoricae docendae operam navant, una comprehendantur, per se vero ac nude positum vel, quod dicimus, technice nomen sophistae sive solum artis magistrum sive epidicticum oratorem notare testimoniis non potuerit demonstrari. Apud Epicurum primum ac fortasse proprio huius sectae more nomen sophistae in regnum quasi rhetoricae ita transiit, ut deposita latiore illa potestate acceptaque angustiore vi technice epidicticarum orationum artifex docendae simul arti addictus nuncupetur σοφιστής, opposito, qui πολιτικός audit, oratore civili. Hic usus haud dubie perduravit apud horti philosophos, probatus etiam, quantum ex voluminibus Herculaneis videmus, eorum adversariis, ad Philodemi tempora; quamquam etiam amplius per interiectum temporis spatium — quod propter fontium huius aetatis inopiam certo demonstrari nequit — hanc termini usurpationem vagatam esse non est cur negemus. Strabonis autem Dionysiique imprimis et eorum, qui post eum usque ad mediam primi p. Chr. n. saeculi partem exstiterunt in rhetorica disciplina, scriptorum satis multis locis — quibus dempseris, spero, nullum, addideris fortasse plures — discimus his ipsis temporibus sophistis potissimum per se quasi propriam possessionem attribui simpliciter artem epidicticam et technicam rhetoricae tractationem, ut et artificiosus orator et artis doctor proprio nomine σοφιστοῦ notetur, adiectivum σοφιστικός de rhetoricis rebus adhibitum servato Epicureorum usu idem valeat atque arte factum, ad ostentationem delecta-

tionemque paratum'. Tum ipsa non tam primum nascente, quam subito temporum condicione ingeniorumque quodam aucto impetu magnum incrementum faciente epidictica dicendi arte, inde a posteriore primi p. Chr. n. saeculi dimidio sophistae illi, quos cum veteribus auctoribus consentientes proprie 'posteriores' dicere consuevimus, totum huius vocis usum sibi vindicant, ut cum iis eorumque professione notiones σοφιστής et σοφιστικός prorsus sint coniunctae; atque ea vi et significatione, quam adiectivum σοφιστικός ab horum hominum indole eorumque orationum natura duxit (id est: 'arte comparatum, ad orationis pulchritudinem ornatumque, saepius inanem, factum, ostentationi destinatum', quem usum ab illo post Epicuri tempora observatum non genere ipso, sed frequentia solum et ambitu distare apertum est), etiam ab artium scriptoribus de technicis rebus adhibitum est, opposita haud raro notione πολιτικός.

Vides igitur, nam ne hoc quidem nolui addere, non satis recta seu rei intellegentia seu elocutione uti eos¹⁾, qui dicant posteriores sophistas nomen traxisse a primis illis quinti et quarti saeculorum sophistis, quod ita plerumque significant, ut dicant: 'die neuen Sophisten knüpften an die älteren an'. Tale enim quid, linguarum leges et consue-

1) Non affero nisi paucos: Meinersius eius, quem p. 204 laudavimus, libri p. 227: *Lächerlich ist es endlich, den Aeschines zum Haupte der jüngeren Sophisten zu machen, da dieser Name keinem Redner vom Lysias bis auf Christi Geburt gegeben, sondern erst im 1. u. 2. Jahrh. nach Chr. 'erneuert' worden ist*; quae de usu vocis σοφιστής Meinersius dicit l. l. p. 224 i.—227, pleraque perversa sunt. — Bernhardt (Grdr. d. gr. Litt. I p. 594): *Es war schon ein großer Irrtum zu glauben, der Name σοφιστής sei niemals außer Umlauf gekommen* (quae dicit, ni fallor, contra Westermannum, Gesch. d. Beredskt. I p. 201 n. 14) . . . *im Gegenteil war diese Benennung auf litterarischem Gebiete mit den alten Sophisten erloschen . . . sie kehrt zuerst bei Dio Chrys. wieder.* — Christius (Gr. Litt. gesch. p. 592): *An diese 2. Art der Sophisten (wie Gorgias u. Thrasym.) knüpfte die neue Sophistik an.* — Rohdus (Gr. Roman p. 291): *Anknüpfend an jene erste Blütezeit kunstmäßiger Redeübung . . . nannte sich dieser späte Herbstflor der Beredsamkeit 'die zweite Sophistik'* (meliora docet Rohdus ibid. p. 293 et p. 293 adn. 2). — Kaibelius (Herm. XX 509): *sie schließt eng an die alte Sophistik an.*

tudinem si spectas, per se minime est consentaneum. Nos vero vidimus numquam — ut imaginem teneam — filum fuisse discissum, immo posteriorum sophistarum nomen multo abest ut idem valeat atque id, quod Protagoras eiusque aequales ac socii sibi vindicarunt quoque ab eiusdem temporis auctoribus sive honoris sive convicii causa appellati sunt. Rectius profecto et rebus convenientius dicemus ad posteriores sophistas vocem σοφιστής ea vi atque significatione transiisse, qua post exitum quarti saeculi usurpari coepta est quaque in usu esse usque ad ipsorum, quos vocamus, posteriorum sophistarum dies numquam desiit. Hoc autem tempore servatis iis, quae huius alterius sophistae ab Epicuro appellati semper propria fuerant, tantum incrementum fecit ipsa sophistica vel epidictica ars, ut propter multo frequentiore usum quasi denuo ad lucem emersisse multis per errorem visis esse has notiones non ita possimus mirari.

Iam nova his expositis eaque, quantum intellego, non nullius gravitatis subsidia praesto sunt ad diiudicandam illam dissensionem quae nescio utrum fuerit an sit inter Kaibelium et Rohdium. Contra Rohdii enim sententiam (Griech. Rom. p. 290 n. 1) in Hermae vol. XX p. 507—513 tria potissimum, ut distincta pronuntiem, posuit Kaibelius: primum oppositas esse inter se alteram sophisticam et Asiaticorum rhetorum rationem¹⁾, secundum Dionysium utpote Atticae eloquentiae studentem artissimo vinculo coniungi cum altera sophistica²⁾, tertium magistram fuisse alteram sophisticam cuiusvis scientiae, non solum rhetoricae et artis epidicticae.³⁾ Nunc huius quaestionis fundamenta non mediocriter mota esse nemo non

1) l. l. p. 508 *zwischen Asianern und Sophisten besteht nicht nur keinerlei Verwandtschaft, sondern ein bewusster Gegensatz.*

2) l. l. p. 513 *Es scheint mir unbestreitbar, daßs Dionys mit seinen atticistischen Bestrebungen in den allerengsten Zusammenhang mit der zweiten Sophistik gesetzt werden muß.*

3) l. l. p. 508 *Wer die (zweiten) Sophisten nur für Lehrer der Rhetorik und für Prunkredner auf der Wanderschaft hält, der erklärt ihr ungeheures Ansehen nur zum Teil, et p. 509 Sie waren, was ihr Name*

videt, et ob id ipsum difficile est convenienter et breviter simul Kaibelio respondere: verumtamen conemur haec proposita ita examinare, ut quasi normam arbitrii ea sumamus, quae exposuimus, et imprimis illud respiciamus semper fuisse inde ab Epicuri aetate genus quoddam epidicticorum oratorum rhetoricaeque doctorum, quod sophistarum nomine appellabatur; a quo nullo pacto disiungendum est genus, quod dicimus, posteriorum sophistarum. Atque haec quidem mihi censenda visa sunt:

I) Non fuerunt oppositae altera sophistica et Asiaticorum rhetorum ratio, sed Asiaticorum grex non est nisi species quaedam universi illius epidicticorum oratorum rhetoricaeque doctorum generis, quod inde ab Epicuro hoc nomine numquam non fuit appellatum et cuius ipsi quoque sunt, quos proprie appellare solemus iuniores sophistas. Philodemus enim a sophistis Hegesiam non distare, sed vel omnia, quae eorum sunt propria, prae se ferre diserte dicit (v. supra p. 224), et Dionysius Halicarnassensis, qui voce σοφιστής eo, quo modo diximus, sensu utitur, hoc potissimum nomine quasi proprio iterum iterumque Hegesiam appellat (v. supra p. 235 c. adn. 1). Veteribus igitur criticis iisque hac in re locupletissimis testibus sophistae non aliter Hegesias et Asiani visi sunt, quam sophistae fuerunt et nobis dicuntur ii, quos posteriores ferimus.

II) Deinde Dionysium Halicarnassensem certum est quam maxime abhorruisse a sophistarum ratione, cum, ubicumque (praeter eos locos, ubi τούς ἐπὶ σοφίᾳ θανμαζομένους et primos illos sophistas denotat, v. supra p. 234 sq.) totum hoc et universum genus respiciens nomen sophistarum adhibet, non nisi cum contemptu et indignatione eo utatur; ea autem ratio, quae intercedit inter Asiaticos rhetores et Dionysium, i. e. oppositio studiorumque diversitas vel maxima (cf. p. 445—451 R et libri de comp. verb. c. 18 p. 244 sqq. Sch. et al.), nullo iure disiungitur ab ea, quae intercedit inter universos sophistas et Dionysium, quippe cum Dionysio ipsi sophistae et Asiatici rhetores minime diversi visi sint. Cum vero *sagt, Lehrer alles Wissens, und die Rhetorik war nur der Zauberstab, der die Schätze der Weisheit heben konnte*. (?).

steriores sophistae generatim non discernendi sint ab iis, quos Dionysius dicit, sed sint iidem, minime licet dicere cum Kaibelio: '*D. Hal. mit seinen atticistischen Bestrebungen muſs in den allerengsten Zusammenhang mit der zweiten Sophistik gebracht werden*'. Dionysius certe nihil minus expetivit quam ut suis studiis sophistis faveret; illud me concedere, quod magna cum restrictione Rohdus concessit in mus. Rhen. p. 172, per se patet; interdum enim vel ab adversariis adversarii quaedam mutuantur.

III) De tertia, quam proposuit Kaibelius, sententia multo graviora et magis necessaria argumenta ex rebus ipsis personisque in censum vocatis cum Rohdio petuntur, quam ex nominis vi et usu. Nihil tamen setius etiam de his respondere nostrum est, quia Kaibelius ipse (p. 509 l. l.) dicit: '*sie waren, was ihr Name sagt, Lehrer alles Wissens*'. Iam illud mihi videor demonstrasse de alteris, qui vocantur, sophistis non esse renovatum nomen veterum sophistarum ampliore sensu eorum aequalibus usurpatum, sed sua sponte neque quoquam consulto hoc nomen iterum inveniente seu restituente transiisse ad hos posteriores sophistas hanc appellationem eo sensu, quo epidicticum rhetorem rhetoricaeque doctorem solum post Epicuri dies insignit. Ergo nomen quidem sophistae de alteris sophistis adhibitum nihil dicere vult nisi rhetoricum artificem et magistrum, quae re vera fuit duplex horum hominum professio.

Improbantur igitur vel argumentis a nominis usu repetitis Kaibellii sententiae. Ex altera parte prorsus probantur et, si cui incerta visa sunt, certa, spero, fient, quae Rohdus vir doctissimus praeclare et tetigit in eleganti libro (Gr. Rom. p. 290 adn. 1) et defendit in mus. Rhen. vol. XLI p. 170 sqq.; quae quidem eis sunt contraria omnibus, quae Kaibelio visa sunt; quamquam secundum ea, quae probare suscepimus, vel haec paulo alia ratione excipiemus et perspicuemus.

Haec mea auxilia, quamquam Rohdio veniunt proelio feliciter iam pugnato, tamen non inutilia fore spero ad complendam victoriam.

APPENDIX,

qua quaeritur, num sint Dionysio Halicarnassensi
tribuenda artis rhetoricae, quae eius nomen prae se fert,
capita VIII IX X XI.

Ut huius artis etiam capita X et XI, a Blassio¹⁾ (et Roesslerero)²⁾ vere Dionysii esse putata, Halicarnassensi ab iudicaret, qui optime de Dionysio meruit, leves quasdam stili differentias protulit, quibus, quia ad dicendi usum non technicum tantum spectant, vix quisquam magnam vim tribuerit³⁾, dico L. Sadéeum in quaest. de Dion. Hal. script. rhet. crit. (Argentor. 1878 p. 29—32). Miror Sadéeum, qui Dionysii technologiam satis compertam se habere per totum librum luculenter testatur, non protulisse multo graviora, quae quidem ad promovendam molestam paene quaestionem mea sententia aliquid valent. Nos vero, quia Roessler (l. l. p. 10 sq.) et, qui mutata ex parte priore sententia (l. l. p. 24 sqq.) ei assensus est, Blassius (in philol. Anz. V p. 353 sq.) praeter cap. X et XI etiam capita VIII et IX Dionysio vindicarunt, in hac re tractanda ita a Sadéeo discedemus, ut capita VIII IX X XI pariter respiciamus. Habeo haec, quae dicam:

I) Apud Ps. Dionysium in c. X p. 388, 17. p. 390, 6. p. 391, 12 R, in c. VIII p. 285, 1. 296, 8. 11. 297, 9 bis, in c. IX p. 323, 5 vox *ιδέα* usurpatur ad significanda technice rhetoricae tria genera. Vox *γένος* in omnibus his tractatibus nusquam ita occurrit, ut hoc munere fungatur; vox *εἶδος*,

1) De Dionysii Halic. scriptis rhetoricis, Bonnae 1863.

2) Dion. Hal. scriptorum rhet. fragmenta coll. disp. praef. est C. Theod. Roessler, Lips. 1873.

3) Nimium igitur his mihi videtur tribuisse Usener in Dion. Hal. librorum de imit. reliquiis p. 5 sq.

quae apud omnes scriptores passim promiscue adhibetur cum voce *ιδέα* (cf. Platonem), substituitur in c. VIII p. 295, 8. Dionysius Aristotelem secutus semper utitur termino *γένος*: p. 488, 2. 5. 565, 3. 525, 11. 588, 8. His in terminis in duas classes facili opera dignoscendas rhetores discedunt, ita ut e. g. Aristoteles (p. 1358^a 36 contra hoc non facit, cf. Roemerum, art. rhet. ad p. 1358^a 36, quem improbo¹⁾), auctor ad Alexandrum, Dion. Hal., auct. ad Her., Cicero (de inv.; cf. Quintil. III 3, 15), Quintilianus adhibeant voces *γένος* et genus. Quintilianus III 3 et 4 vocis *είδος* ne mentionem quidem facit. Ii autem, qui sequuntur, Hermogenes, Alexander Num., Rufus, Porphyrius, Nicolaus sophista, Sopater, Maximus Planudes, anonymi posteriores apud Walz. IV 27, 11 et 713, 5 utuntur constanter voce *είδος* vel *ιδέα*, qua de re cf. Syrianum et anon. ap. Speng. *συναγ. τεχν.* p. 184 et 186 et Doxop. W. II 122 sq. et Georg. W. VI 515; vox *μέρη* invenitur apud Philodemum et Sextum emp. (cf. supra p. 253), 'partes' interdum dicit Quintilianus, dubium vero num technice. Ex hac collectione, cuius testimonia hic nolo afferre, apparet non esse Dionysii ac ne eius quidem temporis haec capita; atque ut profitear, quid sentiam: postquam paulum in rhetoribus versatus sum, mihi quidem hoc unum argumentum ad abiudicanda Dionysio haec capita satis videtur valere. Ceterum terminus *ἐγκωμιαστικὸς* in c. VIII p. 297, 8 et 299, 5 occurrit: haec vox omnino non exstat apud Dionysium, qui solos terminos *ἐπιδεικτικὸς* et *πανηγυρικὸς* agnoscit, cum vetustiore technologia, ut in omnibus, etiam in hac re concinens.

II) *κεφάλαια* apud Ps. Dionysium in c. X p. 390, 1. 3. 5. 391, 14 et in c. VIII p. 282, 15 sunt argumentationes sive argumenta (cf. Sop. W. V 25, 25, Maxim. W. V 393, 17, Marcell. W. IV 67, 29, qui omnes interpretantur Hermogenem,

1) Scholion, quod ad p. 1358^b 7 in Cram. anecd. Par. I p. 251, 28 exstat: *τρία γένη τῆς ῥητορικῆς· ἀλλὰ μὴν ἄνω εἶδη εἶπε κτλ.* nihil demonstrat, nisi scholiastae temporibus hoc interpolamentum textui insertum fuisse et ipsum scholiastam in eo offendisse.

agnoscentem vel maxime hunc dicendi usum); porro *κεφάλαια* sunt, quae accuratius saepe *τελικὰ κεφάλαια* appellantur (*τὸ δίκαιον, συμφέρον, καλόν, etiam ἡ δύναμις*, i. e. quaestio num perfici quid possit, velut in Isocratis Philippo), in c. X p. 390, 9 sq. et in c. VIII p. 300, 7; denique in c. VIII p. 297, 14 et in c. IX p. 360, 1 *κεφάλαια ἐπιταφίου* eadem ratione vocantur *ἔπαινος, ὕμνος, παραμυθία*, et tum in c. VIII p. 298, 8. 12 *ἔγκωμιον κεφάλαιον* est *ὁ τοῦ γένους λόγος* et *ἡ παραβολὴ καὶ τὸ ἐξετάζειν* (= c. I p. 232, 14 sq. *περὶ παραβολῶν καὶ συγκρίσεων*, quae res raro commemoratur hac ratione a technographis!). Haec omnia alienissima sunt a Dionysii simplicitate, cui valent *κεφάλαια*: 1) partes narrationis, quae singillatim argumentis tractantur (p. 612, 2. 11. 14. 614, 17 R). 2) diversa capita, e quibus historicorum narrationes sive ipsius Dionysii libelli constant (p. 822, 8. 837, 9. 839, 1. 1100, 1 R. de comp. v. p. 16 Sch.). 3) summa rerum capita (p. 844, 2. 855, 10. 748, 5 R. de comp. v. p. 116 Sch.). 4) sententia (p. 886, 16 = *κῶλον* p. 886, 5), praeterea nihil.

III) *κατασκευὴ* apud Ps. Dionysium in c. X p. 381, 2 et 388, 7, in c. VIII p. 292, 4. 298, 6 et in c. IX p. 359, 11 est probatio, argumentatio, argumentum; in c. IX p. 321, 8 exstat *κατασκευὴ τῶν κεφαλαίων*, quod vere Hermogenianum esse nemo nescit, qui eum perlegit (v. Sp. II 206 = W. III 106 sq. et schol. W. V 393 sq. et VII 747 sq.), quod etiam Volkmannus docet ap. Iw. Muellerum II 471. *κατασκευάζω* porro est 'argumentis firmo, probo' in c. VIII 287, 3. 292, 8. 12. 295, 5, et, qui locus notabilis est, p. 303, 8 (*τὰς αἰτίας λέγων . . . κατασκευάζει*); item *συγκατασκευάζειν* in c. VIII p. 289, 2. 6. 295, 7. 288, 11. 282, 16 et in c. IX p. 359, 9. Haec abhorrent a Dionysii technologia, quamvis crebro ac varie voce *κατασκευὴ* utatur; Dion. p. 501, 3, quo solo loco sunt, qui hanc vim voci *κατασκευὴ* inesse opinentur, non intellegenda argumentatio, sed totius orationis (artificiosa et dolosa quodammodo) apparatus, institutio.¹⁾

1) Cf. A. Greilich, Dion. Halic. quibus vocab. ex artibus

IV) Ubi Dionysius dicit: *προκατασκευή, προκατασκευάζεσθαι*, Ps. Dionysium dicere *προδιοικήσις, προδιοικεῖσθαι* bene iam monuit Sadéeus l. l. p. 31; ego addam ne vocem quidem *διοικεῖσθαι, διοίχῃσις*, quae technice exstat apud Ps. Dion. in cap. X p. 388, 2. 10. 393, 12 et in c. IX p. 352, 14. 353, 4. 360, 12, inveniri apud verum Dionysium. — Vox *ἀγωνίζεσθαι*, i. e. 'argumentis probare' (= *κατασκευάζειν*), hoc speciali sensu non legitur apud Dionysium, exstat apud artis auctorem in c. IX p. 363, 8 et alibi, in c. X p. 391, 15. 379, 1. Derivandus mihi videtur haec usurpatio ex illo posterioris notae more, quo *ἀγῶνες* appellantur uno verbo probatio et refutatio (v. supra p. 196 n. 1 et p. 177 n. 1).

V) *στοιχεῖα* apud Ps. Dionysium in c. X constanti usu sunt partes orationis: p. 385, 16. 386, 1. Hae apud Dionysium audiunt *ιδέαι*: p. 489, 1. 565, 4. 492, 6. 11. 494, 2. 615, 10. 1096, 8, sive (rarius) *μέρη*: p. 611, 9. 489, 3. Hic Dionysianus vocis *ιδέα* usus ipse quoque admodum singularis fortasse ab Isocrate repetendus propter p. 489, 1—6 R; quid sit *στοιχείον* Dionysio, non est, quod hic addam; id certum, ei non esse *στοιχείον* partem orationis.

VI) Disiunctio, quae est inter *πρᾶγμα* et *ἵθος* in c. X p. 374, 1. 387, 4 et in c. XI p. 399, 10. 414, 7, nusquam invenitur apud Dionysium ¹⁾, invenitur autem etiam in c. IX p. 360, 11, quod eo magis notandum, quia haec technica distributio perrara est (similis quaedam inter *πραγματικὸν* et *παθητικὸν εἶδος* apud Apsinem et Cornutum, conferas etiam Walz. rhet. Gr. IV 417, 12 et V 220, 20).

VII) *κοινὸν* et *ἴδιον ἵθος* disiungitur a Ps. Dionysio in c. X p. 375, 6 ~ 8 et praecipue in c. XI p. 396, 17. 413, 13 sq.

ductis in scriptis rhetoricis usus sit 1886 p. 10 sqq., qui exempla ex Dionysio collegit et plerumque recte expedit; non debebat probare Ernestium (lex. techn. Gr. p. 174) errantem in hoc Dionysii loco explanando et versionem Reiskii editioni additam, quae falsa est.

1) Spero neminem huc tracturum esse Dionysianam illam *τῶν ἐντέχων πίστεων* distributionem (p. 494, 4 sqq.), scil. *εἰς τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ πάθος καὶ τὸ ἦθος*.

et in ipsis rebus tractandis. Hoc alienum a Dionysio, qui plerumque ne vocem quidem ἡθός hoc sensu adhibet (sed sensu ἐπιεικεία, commendatio per mores). Neque minus a vero Dionysio discedit illa disiunctio, qua singillatim tractantur ἡθός γνώμη τέχνη λέξεις: qui Dionysium legit, satis compertum habet illum disiungere τὸ πραγματικὸν et λεκτικὸν μέρος (e. g. p. 861, 12 sqq. 896, 11. 930, 13. 1112, 15 ep. ad Pomp. c. 4, 1. 2, 13 epit. 1. π. μιμ. c. 3, 2. de comp. v. p. 8 Sch. — p. 810, 5. 874, 8. ep. ad Pomp. c. 1, 10); communis autem haec disiungendi ratio est capitum X et XI (v. p. 373, 16 ~ 377, 6 ~ 378, 11 ~ 382, 3. 394, 16 —; 396, 12. 14. 396, 16 ~ 407, 7 ~ 410, 15, ubi desideratur ὁ ἐπὶ τ. τ., ~ 413, 1. 413, 12 sq.). Terminus πολλοστῶς εἰπεῖν (discernitur ποικίλως εἰπεῖν, in c. XI p. 412, 12. 13. 414, 8) Dionysio, qui talium terminorum mirum quantum habet varietatem, prorsus ignotus est (πολλοστὸν μέρος exstat p. 999, 17 R).

VIII) πολιτικὰ ὀνόματα apud Ps. Dionysium in c. X p. 384, 9 sqq. sunt, quae accommodata sunt civili elocutioni, i. e. neque quaesita nimis neque trita; huius usus apud Dionysium testimonium invenitur nullum.

IX) Verba artis in c. X p. 394, 10 καὶ μιμεῖται τὸν Δημοσθένην, οὐχ ὅτι Δημοσθενικῶς· καὶ τὸν Πλάτωνα ὁμοίως, καὶ τὸν Ὅμηρον valde mihi quidem olent doctrinam Hermogenis, qui hos tres viros technice et clare quasi tria suorum generum perfecta specimina in libro π. ἰδ. II 10 posuerat; cf. imprimis Sp. II 410, 2—4; W. III 380: οὐχ ὁ Δημοσθενικὸς . . . οὐχ ὁ κάλλιστος πανηγυρικὸς ἢ Πλατωνικὸς ἢ Ὀμηρικὸς. In his vel eadem bipertitio trium membrorum.

X) Demosthenes in technicis rebus a Platone pendere dicitur a Ps. Dionysio in c. X p. 381, 14. 376, 7; hac de re in tanta copia librorum, quos de his composuit Dionysius, nihil exstat; et graviter, quantum eum cognovi, suspicor Halicarnassensem laturum esse, si hanc ei sententiam inculcaremus.

Mihi quidem non videtur opus esse plura quaeri seu potius adscribi — sunt enim singularia multa; ego, ut vides, ea

potius urgenda putavi, quae generaliter ad technologiam rhetoricam spectant. Ut pauca, quae singularia potius vocarim, tangam, mihi non est dubium, quin frequentissimus usus vocum μέθοδος et μεθοδεύειν (e. g. in c. VIII p. 252, 14. 253, 13. 284, 3. 295, 3. in c. IX p. 330, 12. 347, 7 in c. X p. 375, 14 τὰς τῶν προτάσεων (!) μεθόδους) revocandus sit ad Hermogenis sollemnem in libris de formis partitionem, ubi semper tractat ἔννοιαν, μέθοδον¹⁾, λέξιν (cf. Sp. II 269, 8; W. III 194): certe apud Dionysium hoc vocabulum non memini me legere nisi p. 855, 4: μεθοδεύειν τὰς ἀξιότητες. Neque vox μεταχειρίσις, μεταχειρίζεσθαι, quae technice usurpatur a Ps. Dionysio in c. X p. 375, 1. 376, 14. 385, 15. 394, 10 et in cap. VIII p. 281, 5, usquam legitur in Dionysii genuinis libris: invenies eam in ceteris huius artis tractatibus, velut p. 248, 2, et, quod fortasse non est nullius momenti, apud Aristidem Sp. II 513, 7. 515, 11 (W. IX p. 411. 413) et apud Hermogenem Sp. II 259, 25. 260, 12. 27 et Ps. Menandrum Sp. III 399, 16. 412, 27. 419, 14. 428, 31. 434, 28. 435, 8.

Haec igitur me commovent, ut pro certo habeam huius artis capita VIII IX X XI non esse composita a Dionysio Halicarnassensi. Capita X et XI unius auctoris esse ut aliis, ita mihi quoque probabile videtur. Quid de auctore capitum VIII et IX iudicandum sit, hoc loco nolo inquirere.

1) Quod posuit Hermogenes pro Aristideo termino σχῆμα.

INDICES.

I. Loci scriptorum accuratius explanati.

	pagina		pagina
Alexander Numenii		Athenæus	
Sp. III 1, 9 (W. IX 332) et 12,		l. XIII p. 593 f.	211 sq.
16 (W. VIII 429)	191 sq.	Aurelius Augustinus	
Aphthonius		Halm p. 138, 34 sqq.	160 sq.
Sp. II 22, 5. 49, 15 (W. I 61.		Chirius Fortunatianus	
108)	198 sq.	Halm p. 81, 12 sqq.	231
schol. Aphth. W. II 683	161 n. 4	Choeroboscus	
Apsines		dict. p. 627, 34 sqq. Gaisf.	
Sp. I 353, 10. 396, 31 (W. IX		176 n. 1	192 n. 1
494. 584)	195	Cicero	
Ps. Apsines		de inv. I 5, 7. 6, 8. II 4, 12.	
Sp. I 405, 1. 406, 31 (W. IX		51, 155 sq.	231
594. 596)	195	de or. II 16, 68	161 n. 3
Aristides		III 28, 109	163
Sp. II 460, 29 (W. IX 343)	248	or. 11, 37. 13, 42. 20, 68. 27,	
Sp. II 512—514 (W. IX 410—		96	232 sq.
413)	177	Clemens Alexandrinus	
Sp. II 513, 19 (W. IX 411)	179	strom. I 3, 22	253
Sp. II 530, 14 (W. IX 434)	248	Cornutus	
Sp. II 533, 27 (W. IX 438)	177	Sp. I 427, 3	195 sqq.
Aristoteles		Demetrius	
eth. Nic. p. 1180 ^b 35 sqq.	213	περὶ ἔργου. Sp. III 264, 4 (W.	
rhet. p. 1354 ^a 1. 14	218	IX 10)	244 sq.
p. 1354 ^b 22	144	Demosthenes	
p. 1355 ^b 17 sqq.	212	or. XIX 246. Ps. Dem. or.	
p. 1359 ^b 12	212 n. 8	LIX 21	211
p. 1391 ^b 16	143	Ps. Dem. or. LXI 44	137
p. 1396 ^a 5	144	Didymus	
p. 1403 ^b 34	143	in schol. Soph. El. 87	171
poet. p. 1450 ^b 4	145. 257 n. 2	in schol. Soph. Philoct. 1113	
		194 n. 1	

	pagina		pagina
Dio Chrysostomus		Eunapius	
or. 8 p. 145, 16 D	238 n. 1	v. soph. p. 461, 5. 494, 42 Boiss. 199	
or. 12 p. 217, 24 D	239	p. 497, 3 Boiss.	257
or. 19 p. 287, 25 D	237. 239	Galenus	
or. 52 p. 159, 16 D	173	de plac. Hipp. et Plat. V	
or. 56 p. 223, 16. 78 p. 279, 12	237	p. 471 K	214 n. 1
Diogenes Laertius		Gellius	
III 87	142 n. 1	n. A. XVII 5, 3	246 sq.
VII 42	231 n. 1	Gregorius Corinthius	
VII 43	196	W. VII p. 1098, 15	242
X 26	214 n. 1	Harpocration	
Dionysius Halicarnassensis		ap. Cornutum Sp. I 459, 6.	
script. rhet.		460, 2	175 sq.
p. 488, 3 R	166. 192	Hermarchus	
p. 501, 3 R	265 c. n. 1	laudatus a Philodemo	154. 221
p. 536, 4 R	137. 171	Hermagoras	
p. 558, 13 R	168	laudatus a rhetoribus	159 sqq.
p. 647, 10 R	173 n. 1	Hermogenes	
p. 660, 13. 929, 1 R	235	Sp. II 4, 30 sqq. (W. I 17) 189 c. n. 2	
p. 937, 14 sq. R	166	Sp. II 17, 26 (W. I 51)	182
p. 939, 3 R	234	Sp. II 133, 12 (W. III 1)	
p. 957, 7 R	168 c. n. 3	183. 182 c. n. 2	
p. 1027, 6 R	170	Sp. II 133, 17 (W. III 2) 162 n. 2	
p. 1050, 8 R	169 c. n. 1	Sp. II 199, 11 (W. III 94)	169
p. 1095, 6 R	235	Sp. II 239, 31. 292, 15 (W. III	
p. 1125, 11 R	166. 168	183. 226)	249
decomp. verb. p. 246 sqq. Schaef. 235		Sp. II 267, 26—268, 8 (W. III	
ibid. p. 420 Schaef.	168. 179	192)	250 n. 1
de imit. p. 11, 2 Us.	164 sq.	Sp. II 351 sq. 355, 4 (W. III	
ibid. p. 31, 5 Us.	170	306 sq. 310)	190 c. n. 3
ep. ad Pomp. 1, 10 (p. 40, 25 Us.) 166		Sp. II 395, 20 (W. III 362)	249
antiqu. Rom. I 8	167	Sp. II 398—404 (W. III 366—	
Ps. Dion. art. rhet. p. 233, 1 R 173 n. 1		373)	184 sqq.
ibid. p. 384, 9 sqq. R	176. 267	Sp. II 399, 6 (W. III 367)	252
ibid. p. 391, 13 R	255	Sp. II 413, 19. 436, 28 (W. III	
ibid. p. 394, 10 R	267	384. 417)	251
Doxopater		Sp. II 415, 9 (W. III 387)	252
W. II p. 74, 24. 93, 11. 104,		Sp. II 417, 28 (W. III 391) 185 n. 7	
25. 105, 7	200 sq.	Hieronimus peripateticus	
Epicurus περί ῥητορικῆς		frgm. laud. a Philod. et Dion. 158 sq.	
laudatus a Philodemo 154. 217. 221		Himerius	
227 n. 1		ecl. VII 2; or. VI 2, XXI	
		9, XXXII 1	255 sq.

	pagina		pagina
Iosephus Rhacend.		Metrodorus	
W. III 482, 18	197	laudatus a Philodemo	154. 226
Isocrates		de titulo librorum <i>πρὸς τοὺς σοφιστὰς</i>	214 n. 1
or. II 51	134 sqq.	Minucianus	
or. III 8	238 n. 2	apud Sopatrum W. V 9, 15	192 n. 1.
or. IV 3. 62	207	Nicolaus sophista	
or. V 25. 29	238 n. 2. 207	Sp. III 450, 2 ~ 10 et similia	196 sq.
or. IX 10	138 sq. 175 sq.	Sp. III 468, 25	197
or. XII 5. 11—15	208. 238 n. 2	Sp. III 454, 17. 455, 30. 497, 6sqq.	199 sq.
or. XIII 9. 14. 19. 20. 21	134 sqq. 206 sq.	<i>περὶ ὑψους</i>	
or. XV 136. 256	238 n. 2	c. 3, 2 (de aetate libelli)	250 n. 1
or. XV 147. 155 sq. 168. 197. 215. 220 sqq.	207 sq.	c. 4, 2. 23, 4	236
epist. VIII 7. 8	238 n. 2	c. 1, 2. 9, 13. 34, 2. 44, 1	172 sq.
hypoth. or. XIII	192 n. 1	Philodemi vol. rhet. ed. Sudhaus	
Iulius Victor, Halm p. 373, 2	162	p. 9, 26 sqq.	217
Iuvenalis		p. 28, 2 sqq.	226 n. 1
sat. III 74	241 n. 1	p. 32, 16 sqq.	217. 219 n. 1. 222 sq.
sat. VII 167 sq.	246	p. 48, 26 sqq.	216. 227
Longinus		p. 56 sq.	218 n. 2
Sp. I 305, 16 (W. IX 559). 327, 23	253 sq.	p. 90, 33	225
Sp. I 323, 29	195	p. 92, 18 (93, 23. 98, 19)	158
Lucianus		p. 94, 10. 100, 16. 130, 6. 88, 5	226 n. 1
de conscr. hist. c. 43	175 sq.	p. 132, 31 sqq.	223
rhet. pr. 1, Lexiph. 23, pseudol. 6	247	p. 134, 2	221 c. n. 1
Maximus Planudes		p. 137, 34. 149, 5	226 n. 1
W. V 213, 22	164	p. 162, 9	223
W. V 214, 1	200	p. 180, 17	224. 235
W. V 225, 25	207 n. 2. 224 n. 1	p. 188, 21	224
W. V 252, 11	213 n. 1	p. 206	222
Menander <i>περὶ ἐπιδεικτικῶν</i>		p. 208, 25	219. 222
Sp. III 331, 16 (W. IX 126)	198. 254	p. 206, 14. 209, 10 sqq.	156 sq.
Sp. III 332, 27. 364, 16 (W. IX 131. 206)	254	p. 210, 5	225
Sp. III 336. 29. 339, 21. 343, 11 (W. IX 141. 147. 155)	198	p. 212, 21 sqq.	154 sq. 220 c. n. 3
Ps. Men. Sp. III 399, 16 (W. IX 264)	198	p. 222, 7. 20	153 c. n. 3. 225
ibid. Sp. III 411, 29 (W. IX 279)	255	p. 320, 13	226
		p. 332, 10	155
		p. 361, 5	226

	pagina		pagina
Philostrati vitae soph.		rhet. ad Alexandrum	
praef. in fine	241	Sp. I 174, 12 (epist.)	151
I 7, 1. 2; 9, 1	242 sq.	Sp. I 174, 15—21 (c. 1)	146—151
I 18, 3	251	Sp. I 225—228 (c. 35)	147—150
I 19, 1	194	Sp. I 238, 10 sq. (c. 37)	151
II 10, 4	244	rhet. ad Herennium	
II 20, 1	195	I 2, 2	162 c. n. 2. 163
Photius cod. 74	176	I 2, 2. II 1, 1. III 1, 1. 6, 9	231
Phrynichus σοφιστικὴ πα-		Rufus	
ρασκευὴ	252 sq.	Sp. I 463, 13. 15 (W. III 448)	
Lob. p. 63. Bekk. an. I 15, 9	193 sq.	185 n. 7. 197	
Bekk. an. I 8, 26	176	Sextus emp. adv. math.	
Plato		II 18. III 4	253
Cratylus p. 398 D. 403 E	210	Sopater	
Gorg. p. 448 D. 520 A	209 sq.	W. IV 63	231 n. 1
p. 452 E	141	W. V 17, 17	164
Menex. p. 249 E	142	W. V 17, 4. VII 34, 6	200
Phaedr. p. 257 D	210. 212	Strabo IV p. 181. XIII p. 614.	
p. 258 D	440 sq.	625	233
p. 261 A	139	Suetonius	
p. 277 D. 278 C	141 sq.	de gr, IX p. 107, 5 R	244 n. 1
schol. p. 258 C	239 n.	ibid. X p. 108, 24 R	176
Protag. p. 312 D	209	Suidas	
Sophista p. 222 CD	139	s. v. <i>Αισχίνης</i>	251 n. 1
Plutarchus		s. v. <i>Διονύσιος Ἀλεξανδρέως</i>	233
mor. p. 123 B. 133 E	246	s. v. <i>Θεόδωρος Γαδαρέως</i>	233
p. 408 C	245	s. v. <i>Σεβηριανός</i>	137
p. 802 E sqq. (πολ. πα-		s. v. <i>σοφιστής</i>	228. 245 n. 1
ραγγ. c. 6—8)	174	Synesius	
vita Luculli c. 7, Nic. c. 1	245 sq.	Dio p. 35 P	241 n. 2
Ps. Plut. Xorat. p. 1023, 29 Dueb. 174		p. 36. 37 P	257
Pollux IV 16. 17	192 n. 1	p. 39 P	199. 241 n. 2. 257
Polybius V 33, 5 Schw.	159	Themistius	
Priscianus		or. XXIII p. 350, 22 sqq. D.	208 n. 1
Halm p. 552, 15	189 n. 2	or. XXVIII p. 412 D.	256
p. 559, 16	182 n. 1	Theonis progymnasmata	
Quintilianus		Sp. II 69, 5 (W. I 165 sq.)	222 n. 1
inst. II 15, 20 sqq.	160—163. 165	Sp. II 91, 12. 92, 6 (W. I 199 sq.)	172
III 4, 9. 10	140 149 sq.	Sp. II 97, 19 (W. I 203)	236
III 4, 12 sq.	213 n. 1	Sp. II 121, 6 (W. I 244)	171
III 7, 1	143	Thomas magister	
		p. 342 R s. v. <i>σοφίζομαι</i>	241 n. 2

	pagina		pagina
Troilus		Xenophon	211
W. VI 52, 26, 53, 5 . . .	200 sq.	mem. I 2, 31	209 n. 3
Victorinus Halm p. 156, 21	247 n. 2		

II. Loci scriptorum emendati.

	pagina		pagina
Aristides <i>τεχν. ῥητ.</i>		c. 2, 2 et c. 7, 1	252 n. 1
Sp. II 500, 24 (W. IX 394, 9)	181 n. 1	c. 43, 1	175 n. 1
Sp. II 512, 21 (W. IX 410, 15)	181 n. 1	Philodemus vol. rhet. ed. Sudhaus	
Sp. II 520, 5 (W. IX 421, 18)	181 n. 1	p. 41, 13 sqq.	157 n. 3
Sp. II 521, 4 (W. IX 422, 20)	181 n. 1	p. 53, 26	153 c. n. 2
Sp. II 536, 3 (W. IX 441, 3)	178	p. 56 sq.	218 n. 2
Aristoteles rhet. p. 1358 ^a	36 . 264	p. 79, 24	220 n. 4
Clemens Alex. str. I 3, 22	253 n. 2	p. 102, 20 sqq.	229 n. 1
Diog. Laert. III 87	142 n. 1	p. 106, 40	229 n. 1
Dionysius Halicarnassensis		p. 120, 12 sq.	153 c. n. 1
p. 468, 11 R	168	p. 132, 31	223 n. 1
p. 486, 2 R	157 n. 1	p. 180, 19	224 n. 3
p. 591, 14 R	174 n. 1	p. 183, 23	223 n. 2
p. 653, 7 R	174 n. 1	p. 200, 7	156
p. 941, 8 R	174 n. 1	p. 272, 4	153 n. 3
p. 1027, 2 R	170 n. 2	p. 362, 12	226 n. 1
p. 1050, 8 R . 169 n. 1	194 n. 1	V. H ¹ IV c. 4 (Us. Ep. p. 113,	
p. 1117, 2 R	174 n. 1	14)	223
p. 1125, 11 R	166 c. n. 1	Philostratus v. soph. I 6	241
de comp. verb. p. 60, 1 Sch.	174 n. 1	Plato Phaedr. p. 277 D	141 sq.
ibid. p. 404, 11 Sch.	234 c. n. 2	schol. Phaedr. p. 261 B	141 n. 1
ibid. p. 420, 10 Sch.	168 n. 1	rhetores Graeci ed. Walz	
Ps. Dion. art. rhet. p. 410, 15 R	267	W. IV 78, 16	183 n. 2
etymol. magn. s. v. <i>ἄνολα</i>	194 n. 1	W. V 533, 27 sqq.	185 n. 1
Eunapius v. soph.		W. VII 33, 28 (in Gorgiae de-	
p. 494, 42. 496, 45 Boiss.	174 n. 1	finitione rhetoricae)	141 n. 1
Hermogenes <i>τεχν. ῥητ.</i>		W. VII 34, 7	200
Sp. II 228, 22 (W. III 137, 1)	189	Sopater W. V 17, 11—15	200 n. 2
Sp. II 352, 27 (W. III 307, 2)	190 n. 5	Sophocles: schol. Philoct. 1113	
Sp. II 437, 19 (W. III 417, 21)	251	194 n. 1
Sp. II 437, 23 (W. III 418, 2)	251	Synesius, Dio p. 35 P	241 n. 2
Isocrates or. IV 11	137 n. 1	ibid. p. 36 P	257
or. XIII 12	138 n. 1. 194 n. 1	Themistius	
Nicolaus soph. Sp. III 468, 21	197	or. XXIII p. 357, 3 D	174 n. 1
<i>περὶ ὑποφ</i>		Theonis progymn.	
Leipziger Studien. XV.		Sp. II 121, 7. 8 (W. I 244, 1. 3)	171

III. Termini rhetorici passim tractati.

<i>ἀγοραῖος</i> 175 n. 1	150. 170. 191 n. 2. 202. 213 n. 1.
<i>ἀγών</i> 167. 177 n. 1. 196 n. 1. —	229 n. 1. 254 n. 1. 264. — <i>ἐπι-</i>
<i>ἀγωνίζεσθαι</i> 266. — <i>ἀγωνι-</i>	<i>δειξις</i> 137 n. 1. 229 n. 1. 254 n. 1
<i>στής</i> 137 n. 1. — <i>ἀγωνιστικός</i>	<i>θέσις</i> 160 c. n. 2. 171 sq. 182. 183
145. 177. 179. 189 n. 2. 190. 213 n. 1	n. 2. — <i>τὰ θετικά</i> 221 sq.
<i>ἀπροῦσθαι</i> et sim. 240 n. 1	<i>ἰδέα</i> 263 sq. 266
<i>ἀφελής</i> 177—180. 181 n. 2. 188.	<i>ἰδιωτικός</i> 175 n. 1. 179. 190 n. 2
190 n. 3	<i>ἱστορικὸν γένος</i> 168 c. n. 3.
<i>γένος</i> (<i>ἰδέα, εἶδος, μέρος</i>) 263 sq.	185 n. 7
— <i>generum rhet. ordo</i> 191 n. 2	<i>κατασκευή</i> 265 sq.
<i>γραφικός</i> 145. 179. 213 n. 1. 216	<i>κεφάλαιον</i> 264 sq.
n. 1.	<i>μεταχειρίσις</i> et sim. 265
<i>διοικεῖσθαι</i> et sim. 266	<i>πανηγυρικός</i> 185 c. n. 1 et 7.
<i>δύναμις</i> 157 sq.	188 sq. 202. 213 n. 1. 229 n. 1. 231
<i>ἐγκωμιαστικός</i> 230 n. 231 n. 1.	n. 1. 264
254 n. 1. 264. cf. 149 sqq.	<i>πράγμα</i> et <i>ἦθος</i> disiuncta 266
<i>εἶδος</i> 263 sq.	<i>ρήτωρ</i> 238 n. 2. 247 c. n. 2. — <i>ῥητο-</i>
<i>ἐμπρακτος</i> 154 sq. 157. <i>πρακτι-</i>	<i>ρικός</i> 145. 183 n. 2. 192. 196. 257
<i>κός</i> 226 n. 1	<i>συγγραφικός</i> 178 sq. 192. 255
<i>ἐναγώνιος</i> 167. 169. 173. 189 n. 1	<i>στοιχεῖον</i> 266
(<i>τὰ ἐνόντα</i>) 156. 157 c. n. 1	<i>σύντονος</i> 178 n. 2
<i>Epicureorum term. scholast.</i> 219 n. 1	<i>τέχνη</i> 152. 157
<i>ἐπιδεικνύναι</i> 137 n. 1. 213. n. 1.	<i>ὑπεξάφρσις</i> 196 n. 1. 216 n. 1
— <i>ἐπιδεικτικός</i> 137 n. 1. 145—	

LEIPZIGER STUDIEN
ZUR
CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

FÜNFZEHNTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1894.

LEIPZIGER STUDIEN
ZUR
CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

FÜNFZEHNTER BAND

Zweites Heft.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1894.

|

|

|

|

7

INHALT.

	Seite
OTTO SCHILLING, De legionibus Romanorum I. Minervia et XXX.	
Ulpia	1
CAROLUS BRANDSTAETTER, De notionum πολιτικός et σοφιστής	
usu rhetorico	129
OTTO FIEBIGER, De classium Italicarum historia et institutis .	275
OTTO SCHILLING, Addenda	462

DE
CLASSIUM ITALICARUM
HISTORIA ET INSTITUTIS
SCRIPSIT
OTTO FIEBIGER.

—

Viri docti cum intra hos decem annos magis magisque studia contulerint ad singularum legionum auxiliorumque Romanorum res gestas quam accuratissime indagandas, classium Italicarum historiam institutionemque immerito fere neglexerunt. Neque enim nisi a duobus usque adhuc classium Romanarum historia aliqua ex parte pertractata est. Cum anno h. s. sexagesimo sexto ab academia Parisina quaestio esset proposita institutionis classium Romanarum e scriptoribus lapidibusque Graecis et Romanis exquirendae, Camillus de la Berge Francogallus, bibliothecae Parisinae bibliothecarius, anno h. s. undeseptuagesimo accuratissimam de illa re commentationem tradidit, cui laus praemiumque tributa sunt. Sed cum paulo post mortuus sit, commentatio eius multos per annos in scriniis latuit. Quae ne oblivione obrueretur, ab amico eius Roberto Mowat anno h. s. octogesimo sexto in volumine sexto annalium, qui „Bulletin épigraphique“ appellantur, carptim in lucem edita est. Nempe breviarium illud nonnullis locis non sufficere facile intellegitur, praeterquam quod numerus inscriptionum classiariorum ex illo tempore valde auctus est.

Multo uberius eadem de re disseruit Hermannus Ferrero homo Italus in eo libro, qui inscribitur „l'ordinamento delle armate romane“ (Augustae Taurinorum 1878), qui continet insuper quingentas octoginta unam inscriptiones classiariorum ad id tempus notas. Nec satis habuit vir ille doctus hoc volumen composuisse. Addidit anno h. s. octogesimo quinto supplementum haud exile centum quinquaginta unam inscriptiones novas complectens in volumine tricesimo sexto annalium, qui vocantur „Memorie della Reale accademia delle scienze di Torino“. In duabus illis commentationibus etsi larga materies

proponitur, nonnulla tamen plane sunt praetermissa, alia negligentius disputata, non diiudicata alia. Accedit quod inscriptionum lectiones, quas Ferrero in priore saltem disputatione praebet, interdum non diligenter sunt notatae, quod quidem viro docto crimini dari nequit, cum illo tempore Corporis Inscriptionum Latinarum voluminum, quae plurimas classiariorum inscriptiones continent, admodum pauca edita essent.

Iam cum omnia fere Corporis, quod dixi, Berolinensis volumina sint emissa, gravissimum illud argumentum retractare conatus sum, tametsi amplitudine rei impediatur totam historiam institutionemque vel classium Italicarum tantum enarrare, quod dissertationis modum multo excederet. Satis habui eis, qui post me materiem illam integram tractaturi sunt, fundamentum laboris struxisse. Atque ut operis consilium patefaciam, in tribus prioribus capitibus res, quae ad ipsam classium Italicarum historiam pertinent, in quarto et quinto institutionem classium illarum tractabo. Accedunt indices ducum classiariorum in capite sexto duaeque appendices.

Ac primum quidem dicendum erit de classium Italicarum origine.

CAPUT I.

De classium Italicarum origine.

Romani cum Sullanis primum temporibus imperium Italicorum marium validis classibus firmare conarentur, initio calamitatibus sunt afflicti.¹⁾ Quamquam M. Antonio anno a. Chr. n. septuagesimo quarto amplissimum delatum erat a senatu maritimum pro praetore imperium²⁾, nullo tamen modo Romanorum spei satisfecit. Immo vero classis eius a Cretensibus, qui cum piratis societatem inierant, fusa atque fugata est³⁾, quam cladem Romanos non accepturos fuisse verisimile, si Antonio a senatu maior numerus navium opesque satis magnae decreta essent.⁴⁾ Feliciorum cum eventu anno a. Chr. n. duodeseptuagesimo Q. Metellus navalibus proeliis pro praetore dimicavit.⁵⁾ Nihilominus latrocinia brevi post maris interni oras de integro infestaverunt. In tantis angustiis cum inaudita potestas terra marique anno a. Chr. n. sexagesimo septimo ad Cn. Pompeium esset delata, paucis diebus ab eo Italicis maribus pax incolumitasque com-

1) Bella, quibus proconsules M. Antonius anno centesimo tertio (Liv. Perioch. l. 68), P. Servilius Vatia Isauricus intra duodeoctogesimum atque septuagesimum sextum annum (Liv. Perioch. l. 93) cum piratis pugnaverunt, praetermitto, cum illis non Italiae, sed Asiae minoris maria a praedonibus liberarentur.

2) Cic. Act. in Verr. l. II § 8: 'Post M. Antonii infinitum illud imperium', l. III § 213: 'Ita se in isto infinito imperio M. Antonium gessisse' . . . ; Vell. Pat. l. II 31, 3; Lactantii divin. inst. l. I 11 § 32: 'Quale M. Antoni fuit infinitum illud imperium, cui totius orae maritimae potestatem senatus decreverat, ut praedones persequeretur ac omne mare pacaret.'

3) Flor. l. I 42, 3.

4) Mommsen, hist. Rom. III^o p. 79.

5) App. Sic. c. 6; D. Cass. l. 36. 1, 2.

mercii conciliata est, ut praedicat in oratione, quae inscribitur pro lege Manilia, Cicero (§ 35): 'Duabus Hispaniis et Gallia praesidiis ac navibus confirmata, missis item in oram Illyrici maris et in Achaïam omnemque Graeciam navibus Italiae duo maria maximis classibus firmissimisque praesidiis adornavit.'

Quinque annis post ingens pecunia sestertium ter et quadragies in classis armamenta erogata est ¹⁾, cum persuasum esset Romanis nisi classium robore Italiae maria defendi non posse, itemque in posterum annum pecunia classi ornandae collata est. ²⁾ Neque C. Julius Caesar civili bello exorto Italicorum marium imperium praeoccupare neglexit. Qui cum anno a. Chr. n. undequingagesimo in utroque mari classes aedificare ³⁾ maturasset, in Tusco mari Q. Hortensio Hortalo ⁴⁾, in Hadriatico P. Cornelio Dolabellae ⁵⁾ summam imperii tradidit.

At omnes illi apparatus maritimi in summa rerum necessitate instituti ne paululum quidem manserunt. Nam anno a. Chr. n. undequadragesimo Italiae orae orbatae rursus omni classis praesidio infestis navibus S. Pompei erant ita proiectae, ut Caesar Octavianus et M. Antonius cum Pompeio Misense foedus inire cogerentur. Tum Octavianus primum consilium cepit Romanorum imperii in supero inferoque mari in perpetuum stabiliendi. Cui priusquam cum S. Pompeio decertare posset, cum imprimis classibus satis firmis opus esset, anno a. Chr. n. duodequadragesimo et Romae et Ravennae ⁶⁾ classes

1) Cic. pro Flacco § 30: 'Nonne nos his in mare superum et inferum sestertium ter et quadragies erogabamus?'

2) Cic. pro Flacco § 30: 'Quid postero anno? nonne M. Curtio et P. Sextilio quaestoribus pecunia in classem est erogata?'

3) App. Bell. civ. I. II 41: 'Ἐκέλευσε δὲ καὶ νεῶν στόλους δύο γίνεσθαι κατὰ σπουδὴν, ἀμφὶ τε τὸν Ἴόνιον καὶ περὶ τὴν Τυρρηνίαν.'

4) Oros. I. VI 15, 8.

5) Flor. I. II 13, 31.

6) App. Bell. civ. I. V 78: *Ναῦς τε μακρὰς ἐκ Ῥαουέννης καὶ στρατὸν ἐκ τῆς Κελτικῆς καὶ παρασκευὴν ἄλλην ἐς τὸ Βρεντέσιον καὶ ἐς Δικαιάρχειαν ὀξέως περιέπεμπεν*, I. V 80: *Τριήρεις δὲ ἑτέρας ἐν Ῥώμῃ καὶ ἐν Ῥαουέννῃ προσέτασσε γίνεσθαι καὶ στρατὸν πολλὸν ἐκ τῆς Ἰλλυριδος μετεπέμπετο . . . Τὴν δ' οὖσαν παρασκευὴν (νεῶν) ἐκέλευε Κορινθίκιον ἐκ Ῥαουέννης μεταγαγεῖν ἐς Τάραντα.*

instruendas curavit, quarum alteri Tusci maris praesidio constitutae C. Calvisium Sabinum et Menodorum, alteri, quae Hadriaticum mare defenderet, L. Cornificium ¹⁾ praefecit. Quae tamen valida classium praesidia eodem ipso anno cum Pompeianis navibus optime exercitatis tum vi procellarum paene deleta sunt. ²⁾

Tanta clade accepta Octavianus Agrippae, quo nemo illa aetate rei navalis peritior erat ³⁾, tum forte ex Aquitania peropportune signis laureatis reverso novam classem comparandam mandavit. Ille quidem cum extemplo cognovisset amplissimum munitissimumque portum praecipue necessarium esse, sinum Baianum lacusque Lucrinum et Avernum ⁴⁾, qui in interiore terra sunt, in unum spatiosissimum portum fossis inter se ita coniunxit ⁵⁾, ut ad interiorem quoque portum, lacum Avernum, e mari ipso aditus esset. Ligna ad naves aedificandas necessaria e densissimis silvis ⁶⁾, quae lacum Avernum a duobus lateribus circumdabant, caesa sunt, ut Strabo (l. V 4, 5 p. 244 C) testatur: *Περικλείεται δ' Ἰορνος ὀφρύσιν ὀρθλαῖς . . . πρότερον δὲ συνηραρῆσιν ἀγρία ὕλη μεγαλοδένδρων καὶ ἀβάτω . . . νυνὶ δὲ τῆς ὕλης τῆς περὶ τὸν Ἰορνον κοπέλης ὑπὸ Ἀγρίππα.*

Optima classe instructa sociisque navalibus ab Agrippa crebris exercitationibus ad navale bellum ingeniose praeparatis Octavianus cum S. Pompeium proeliis ad Mylas et Naulochum commissis superavit, tum M. Antonium Actiaca pugna devicit.

Sed tantis belli navalis victoriis reportatis Octavianus nequitiam otio se dedit. Sicut rerum potitus stativa militum collo-

1) App. Bell. civ. l. V 80.

2) App. Bell. civ. l. V 92.

3) Vell. Pat. l. II 79, 2; D. Cass. l. 48. 49, 2; Zon. l. X 23, P. I p. 514 D.

4) Strab. l. V 4, 5 p. 244 C.

5) Suet. Div. Aug. c. 16; D. Cass. l. 48. 50, 3; Flor. l. II 18, 6; Verg. Georg. l. II 161 seq. cum scholiis; Anthol. Pal. (ed. Dübner) l. VII 379 et IX 708.

6) cf. de densissimis lacus Averni silvis: Ps. Arist. de mir. ausc. c. 102; Prop. l. IV 17, 1; Verg. Aen. l. III 442 cum scholiis, l. VI 118 et 564; Sil. Ital. l. VI 154; Claud. Rapt. Proserp. l. I 116.

cavit singulasque legiones in singulas imperii Romani provincias distribuit, ita Italicis classibus Miseni et Ravennae perpetuas stationes instituit, ut Caesarum aetatis scriptores commemorant. Velut legimus in annalibus Taciti (l. IV 5): 'Italiam utroque mari duae classes, Misenum apud et Ravennam . . . praesidebant', in Suetoniana vita Divi Augusti (c. 49): 'Classem Miseni et alteram Ravennae ad tutelam superi et inferi maris collocavit', in Vegetii epitoma rei militaris (l. IV 31): 'Apud Misenum igitur et Ravennam singulae legiones¹⁾ cum classibus stabant, ne longius a tutela urbis abscederent et, cum ratio postularet, sine mora, sine circuitu ad omnes mundi partes navigio pervenirent.'

Ravennae navalibus Octavianus iam anno a. Chr. n. duodequadragesimo, ut supra (cf. p. 280 adn. 6) vidimus, usus erat, quamquam nemo tradit iam illa aetate ibi artificiosum portum constitutum esse. Suo igitur iure Bormannus²⁾ scribit de portus Ravennatis statu aetate Augusti: 'Magno portu (Ravennae) vel instituto vel aucto.' At idem vir doctus Appiani locos (l. V 78, 80), e quibus Ravennam libera re publica florente navium armamentarium fuisse discimus, in praefatione, quam in volumine undecimo CIL ad Ravennatum inscriptionum syllogem composuit, silentio praetermisit.

Quaenam autem erant causae, quibus commotus Octavianus Ravennae potissimum principalem Hadriaticae classis stationem instituit? Ac primum quidem ab illa urbe in finibus Galliae Cisalpiniae et Italiae sita³⁾ classis non solum septen-

1) Vegetii verba: 'Singulae legiones cum classibus' non cum Raphaelo Fabretti (Col. Trai. p. 83 seq.) atque Böckingio (N. D. II p. 988 seq.) ita percipienda sunt, quasi classarii et Misenses et Ravennates re vera duabus legionibus inserti fuerint. Immo Vegetii error, ut primus Lipsius (de magn. Rom. l. I c. 5) vidit, cui omnes fere viri docti assentiuntur (Marquardt, „Staatsverw.“ II² p. 511 adn. 7), inde exortus est, quod classarii, ut in militia legionaria, in centurias divisi fuerunt, id quod infra in septima parte capituli quinti explicabo.

2) CIL XI p. 6^a.

3) App. Bell. civ. l. II 32: *Κατέβαιεν ἐπὶ Ραοέννης, ἢ συναφῆς τε ἦν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τῆς Καίσαρος ἀρχῆς τελευταία.*

trionem meridiemque versus celeri navigatione perveniebat, sed etiam paucis horis in Dalmaticam oram in Ravennae conspectu positam ac summa cum diligentia custodiendam propter crebras Dalmatarum seditiones ¹⁾, qui modo annis a. Chr. n. tricesimo quinto et sequente ²⁾ rebellionem fecerant. Deinde Ravenna, urbs undique fere paludibus cincta ³⁾, quae ad septentrionem versus latissime excurrebant ⁴⁾, a continente difficillime poterat oppugnari. In occidentali solum latere Romam versus angustum aditum patuisse testatur Iordanes. ⁵⁾ Urbs ipsa, ut colligi potest e verbis Strabonis (l. V 1, 7 p. 213 C): *Ἐνλοπαγῆς ὄλη καὶ διάρρητος, γεφύραις καὶ πορθμείοις ὄδενομένη* fossis cuniculisque ita erat divisa, ut Ravennates in modum Venetorum pontibus scaphisque commercium haberent. Domus ipsae

1) D. Cass. l. 54. 34. 3, 4.

2) App. Ill. c. 15—23; D. Cass. l. 49, 35—38.

3) Vitr. l. I 4, 11: 'Exemplar autem huius rei Gallicae paludes possunt esse quae circum Altinum Ravennam Aquileiam'; Strab. l. V 1, 7 p. 213 C: *Ἐν δὲ τοῖς ἔλαι μείστη μὲν ἐστὶ Ῥάουεννα*; Colum. de re rust. l. III 13, 8: 'Nisi statim uligo palustris obvia, sicut in agro Ravennate'; Sid. Apoll. epist. l. I 8, 2 (Mon. Germ. Hist. VIII p. 13): 'Quod te Ravennae felicibus exultantem auribus Padano culice perfossis municipalium ranarum loquax turba circumscillit'; Zos. l. V 27, 1: *Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιρρεῖσθαι*; Iord. Get. c. 29 § 148: 'Haec (Ravenna) in sino regni Romani super mare Ionio constituta, ut in modum insulae influentium aquarum redundatione concluditur'; Proc. Bell. Goth. l. I 1 (Corp. Byz. Proc. vol. II p. 8): *Πάδος τε γὰρ ὁ ποταμός . . . καὶ ποταμοὶ ἄλλοι νασιποροὶ ξὺν λίμναις τισὶ πανταχόθεν αὐτὴν περιβάλλοντες ἀμφιρροτον ποιοῦσι τὴν πόλιν*; Theoph. Chronogr. (ed. Boor) I p. 84 v. 24 seq.: *Καὶ ἄγει αὐτοὺς διὰ τῆς παρακειμένης τῇ Ῥαουέννῃ λίμνης ἀβάτου οὐσῆς*; Sil. Ital. l. VIII 601: 'Lenta paludosae proscindunt stagna Ravennae'; Mart. Epigr. l. III 93, 8: 'Meliusque ranae garriant Ravennates', l. XIII 21, 1: 'Mollis in aequorea quae crevit spina Ravenna'; Sid. Apoll. epist. l. VII 17, 19 (Mon. Germ. Hist. VIII p. 124): 'Rura paludicola temnis populosa Ravennae.'

4) Herod. l. VIII 6, 5: *Ὡς δὲ διέπλευσαν τὰς τε λίμνας καὶ τὰ τεναγῆ μεταξὺ Ἀλτίου καὶ Ῥαβέννης*; It. Ant. (126): 'Inde navigantur septem maria Altinum usque.'

5) Get. c. 29 § 148: 'Quae urbs inter paludes et pelago interque Padi fluenta unius tantum patet accessu' atque § 149: 'Ab occidente vero habet paludes, per quas uno angustissimo introitu ut porta relicta est.'

in palis erant aedificatae, ut testis est Vitruvius (l. II 9, 11): 'Est autem maxime id considerare Ravennae, quod ibi omnia opera et publica et privata sub fundamentis eius generis habent palos.' Tum propter propinquitatem Padi Ravenna cum nobilissimo illo Italiae flumine nulla fere impensa poterat coniungi. Qua ratione non solum commercium navium, quibus Padus secundum Strabonem (l. V 1, 11 p. 217 C) a Placentia, secundum Plinium (n. h. l. III 123) ab Augusta Taurinorum navigabatur, Ravennam trahebatur ¹⁾, sed etiam Padus ipse ab Hadriatico mari expedite patefiebat, cum omnia iusta ostia Padi aetate Augusti a mari valde impedita essent, ut legitur apud Strabonem (l. V 1, 5 p. 212 C): *Διαχεόμενος δ' εἰς πολλὰ μέρη κατὰ τὰς ἐκβολὰς τυφλὸν τὸ στόμα ποιεῖ καὶ δυσείσβολός ἐστιν.* ²⁾ Denique latissima pineta, quae prope ad Ravennam extendebantur ³⁾, salutisque vallis Padanae ⁴⁾ materia navali abun-

1) Re vera Strabo commemorat (l. V 1, 11 p. 217 C) a Placentia Ravennam usque duos dies totidemque noctes in Pado navigari. Polybiana aetate per Volanen ostium Padi navigabatur, quod unum est ostiorum septentrionalium (Polyb. l. II 16, 11. 12: *Τὸ δεύτερον (στόμα) Ὀλιανὰ κείται δ' ἐπὶ τούτῳ λιμὴν οὐδενὸς τῶν κατὰ τὸν Ἀδριανὸν ἤττω παρεχόμενος ἀσφάλειαν τοῖς ἐν αὐτῷ καθορμυζόμενοις*), cuius in vicinia egregia navium statio erat.

2) Sic Spineticum ostium Padi Strabonis temporibus videtur harenis obstructum fuisse, cum oppidum Spina, quod primo maritimum erat, secundum Strabonem (l. V 1, 7 p. 214 C) nonaginta stadia a mari abesset. Eodem modo Vergilianis versibus (Aen. l. XI 456—458):

Haut secus atque alto in luco cum forte catervae
 Consedere avium piscosove amne Padusae
 Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni

regio palustris Padusae, quae in Spineticum ostium effunditur, illustratur, cuius in ripis palustribus cycni versantur. Id quoque proferam Vibium Sequestrem (Riese, Geogr. Lat. min. p. 154 v. 10), quem constat nominum indicem a poetis Vergilio, Ovidio, Lucano deprompsisse (cf. Teuffel, hist. litt. Rom. II⁵ p. 1145 adn. 1), Padusam pro palude putavisse.

3) Rubaeus, Italicarum et Ravennatum historiarum l. I p. 7 E; Gregorovius, Wanderjahre in Italien IV p. 45; Schweiger-Lerchenfeld, das Mittelmeer p. 191.

4) In regione Padana larigna praecipue ligna, quae secundum Vegetium (l. IV 34) ad navium aedificationem maxime idonea erant, caesa esse scriptum legimus apud Vitruvium (l. II 9, 16): 'Quaesitum unde essent ea

dabant, quod, cum Italia lignis valde careret, summi momenti erat. Itaque Ravenna omni ex parte ad classis stationem maxime idonea erat.

De portus Ravennatis situ, apud quem pharus erat constituta (Plin. n. h. l. 36. 83.)¹⁾, nisi descriptionibus, quas quinti sextique p. Chr. n. saeculi scriptores exhibent, non edocemur.²⁾ Erat in ore latissimae Fossae Augustae³⁾, quae hodie evanuit.⁴⁾ Fossa autem Augusta ab Augusto imperatore instituta a meridiana⁵⁾

ligna, quae ab igni non laederentur. Tunc ei demonstraverunt eas arbores, quarum in his locis maximae sunt copiae, et ideo id castellum Larignum uti materies larigna est appellata. Haec autem per Padum Ravennam deportatur.'

1) Ipse Desiderius Spreti, qui ante hos centum fere annos scripsit, illius phari vestigia vidit, ut adnotat in libro suo „de origine urbis Ravennae“ (l. I p. 5 A).

2) Quae exstat portus Ravennatis Ravennae in ecclesia S. Apollinare Nuovo imago musiva saec. p. Chr. n. VI, vide in „Stacke, Deutsche Geschichte“ I p. 102.

3) Plin. n. h. l. III 119: 'Augusta fossa Ravennam trahitur (Padus), ubi Padusa vocatur quondam Messanicus appellatus'; Iord. Get. c. 29 § 150: '(Padus) ab Augusto imperatore latissima fossa demissus, qui septima sui alvei parte per mediam influit civitatem, ad ostia sua amoenissimum portum praebens'; Claud., de VI. cons. Honor. Aug. v. 495, 496:

Signa movet, iamque ora Padi portusque relinquit
Flumineos.

4) Forbiger, Handb. der alten Geogr. III p. 504. Portus Ravennatis Padique ostiorum tabulam meam vide separatim.

5) Quod Nissenus (Ital. Landesk. p. 205) Fossam Augustam longius quam ad proximum Padi ramum, Padusam productam esse opinatur, cum hodie ligula, quae multo magis quam Padusa ad septentrionem spectet — ad occidentem versa a lacuna Fossa di Porto — „Agosta“ appelletur, in accuratissima tabula octava geographica Mayri (Atlas der Alpenländer) non ligula Agosta nomine est relata, sed vicus in septentrionali ligulae parte situs. Imprimis autem id viro docto respondeo fortuitum concentum vocis „Agosta“, quae ligulam secundum ipsum, secundum Mayrum vicum, nullo tamen modo fossam significat, plane nihil valere ad sententiam eius confirmandam, cum hodie in Italia nomen „Agosta“ creberrimum sit. Est enim nomen „Agosta“, ut nonnulla afferam exempla, et Latii oppido prope Sublaqueum sito et maritimo Siciliae oppido prope Syracusas. Immo respiciendum est Fossam Augustam ab Augusto propterea vix ultra Padusam esse productam, quod prorsus inutile erat illam fossam, quae Ravennam

parte Padi, quae Padusa appellatur, deducta erat urbemque Ravennam in duas partes dividebat, ut legimus et apud Iordanem (vide p. 285 adn. 3) et in epistula quinta libri primi Sidonii Apollinaris (§ 5) (Mon. Germ. Hist. VIII p. 7): 'Insuper oppidum (Ravennam) duplex pars interluit Padi, certa pars alluit.' Poterat vero talis fossa facillime per ipsam urbem rivulis passim irrigatam (cf. p. 283) perduci. Sed cave ne cum Fossa Asconis, Ravennae munimento septentrionem versus, cuius idem Iordanes (Get. c. 29 § 149) mentionem facit, Fossam Augustam confundas, id quod Forbiger¹⁾ peccavit. Nam quamquam eadem erat pars Padi, Iordane tamen teste (Get. c. 29 § 149): 'A septentrionale quoque plaga ramus illi (Ravennae) ex Pado est, qui Fossa vocitatur Asconis' Ravennam a septentrionali parte petebat. Quod autem gravissimum est, apud Iordanem et Fossa Augusta et Fossa Asconis plane seorsum enumerantur. Quo autem tempore Fossa Asconis sit orta, statuere non licet, cum alibi non commemoretur. Cum Fossa Augusta deducta 'plurimus Padi iuxta civitatem Ravennam in praedictum mare magnum ingrederetur', ut geographi Ravennatis verbis (p. 290 ed. Parthey) utar, Ravenna in posterum tanta erat opportunitate locorum, ut omnium ad Hadriaticam oram Italiae sitarum urbium illustrissimum emporium fieret, quod Sidonii Apollinaris (epist. l. I 5, 5 [Mon. Germ. Hist. VIII p. 7]) verbis expressum est: 'Qui (Padus) ab alveo principali molium publicarum discerptus obiectu et per easdem derivatis tramitibus exhaustus sic dividua fluenta partitur, ut praebeant moenibus (Ravennae) circumfusa praesidium, infusa commercium flumine ipso Padi coniungeret, usque ad Caprasium ostium producere, cum ille Padi ramus multo sit angustior quam latissimum flumen Padusae. Id quoque moneo fossam, cuius mentio fit in fragmento Valgii Rufi poetae (Baehr. Fragm. poet. Rom. p. 343 n. 3):

Et placidam fossae qua iungunt ora Padusam,

Navigat Alpini flumina magna Padi,

sine ulla dubitatione esse Fossam Augustam. Exoritur autem illa fossa, si Servii commentarium (ad Verg. Aen. l. XI 457), qui Valgii Rufi versus exhibet, respicimus, a flumine Padusa, cum talis sit Servii explicatio: 'Alii (dicunt Padusam esse) partem Padi, in quam descenditur fossa.'

1) Handb. der alten Geogr. III p. 505, adn. 43.

cium. Hic peropportuna cuncta mercatui.' Neque potest dubitari, quin illa urbs ex ea aetate Hadriatici maris imperium obtinuerit, quo antiquissimis temporibus Spinam oppidum floruisse Strabo ¹⁾ narrat.

Aestuum accessu recessuque Ravennatum portus, ut ad propositum revertar, non carebat, ut et ex Claudiani versibus (de VI. cons. Honor. Aug. 495—499):

Iamque ora Padi portusque relinquit
Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus
Aestuat et pronas puppes nunc amne secundo,
Nunc redeunte vehit, nudataque litora fluctu
Deserit, Oceani lunaribus aemula damnis,

et e Procopii verbis apparet (Bell. Goth. l. I 1 [Corp. Byz. Proc. vol. II p. 9]): Ἐνταῦθα γίνεται τι ἐς ἡμέραν ἐκάστην θαυμάσιον οἶον. Ἡ θάλασσα πρῶτῃ ποιουμένη σχῆμα ποταμοῦ ἡμέρας ὁδὸν εὐζώνῃ ἀνδρὶ ἐς γῆν ἀναβαίνει καὶ πλοῖμον αὐτῆν παρεχομένη ἐν μέσῃ ἠπείρῳ, αὐτῆς ἀναλύουσα τὸν πορθμὸν, ἀναστρέφει ἀμφὶ δεξιὰν ὄψλαν, καὶ ἐφ' αὐτῆν ξυνάγει τὸ ρεῦμα. Ὅσοι οὖν ἐς τὴν πόλιν ἐσχομίζουσιν τὰ ἐπιτήδεια ἢ ἐνθὲνδε ἐκφέρειν κατ' ἐμπορίαν ἢ κατ' ἄλλην ἔχουσιν αἰτίαν, τὰ φορτία ἐν τοῖς πλοίοις ἐνθήμενοι, κατασπάσαντές τε αὐτὰ ἐν τῷ χωρίῳ οὗ δὴ ὁ πορθμὸς γίνεσθαι εἶωθε, προσδέχονται τὴν ἐπιρροήν. Καὶ ἐπειδὴν αὕτη ἀφίκεται, τὰ τε πλοῖα κατὰ βραχὺ ἐκ γῆς ἐπαιρόμενα πλεῖ καὶ οἱ ἀμφὶ αὐτὰ ἔργου ἐχόμενοι ναυτίλλονται ἤδη. Circuitus eius videtur maximus fuisse, cum apud Iordanem, qui e Dionis libris deperditis testimonium excerpserit, portum Ravennatem ducentas quinquaginta naves capere potuisse memoriae traditum sit.²⁾ Idem colligendum est e Zosimi verbis (l. VI 8, 2): Πληθος πλοίων οὐ μέτριον εἰς τὸν τῆς Ραβέννης λιμένα συναγαγόντος. Quoniam urbs a mari Procopio teste ³⁾ duo stadia aberat, in portus

1) l. V 1, 7 p. 214 C: Ἱστορεῖται περὶ αὐτῶν (τῶν Σπινητῶν) ὡς θαλασσοκρατησάντων. Φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ θαλάσῃ ὑπάρξαι.

2) Iord. Get. c. 29 § 150: 'Classum ducentarum quinquaginta navium Dione referente tutissima dudum credebatur recipere statione.'

3) Bell. Goth. l. I 1 (Corp. Byz. Proc. vol. II p. 8).

- regione Ravennae suburbium Classis¹⁾ nomine conditum est. Quo in suburbio, ubi plurimae Ravennatum classiariorum inscriptiones repertae sunt, castra quidem classiariorum rerumque omnium ad navalem militiam necessariarum receptacula collocata erant.

Ravennam ipsam, quamquam naturae propugnaculis optime erat munita, tamen iam a Iuliiis imperatoribus firmis muris circumdatam esse et Hieronymus Rubaeus²⁾ et Desiderius Spreti³⁾ rectissime opinati sunt. Licet enim cognoscere e quinto titulo CIL vol. XI anno p. Chr. n. quadragesimo tertio ab imperatore Claudio Ravennae auream portam esse aedificatam, cuius in basi inscriptio illa insculpta erat.⁴⁾ Saeculo p. Chr. n. quinto ab imperatore Valentiniano tertio Ravennae muros denuo praemunitos esse Agnellus Ravennas⁵⁾ (Lib. pontifical. Vit. S. Ioannis c. IV) ecclesiasticus auctor saeculi octavi testatur.

Explicatis et portus et urbis Ravennae condicionibus pertractanda est quaestio difficillima neque ab ullo adhuc virorum doctorum tractata, quo fere tempore Augustus imperator Ravennatem stationem instituerit. Neque enim certus annus potest

1) Procop. Bell. Goth. I. II 29 (Corp. Byz. Procop. vol. II p. 270): *Ἐκέλευε κατὰ τάχος ἐς Κλάσσεις τὸν λιμένα ἐσπλεῖν οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ Ῥαβέννης προάστειον καλοῦσιν, οὗ ὁ λιμὴν ἐστίν;* Iord. Get. c. 20 § 151: *‘Trino si quidem urbs ipsa vocabulo gloriatur trigeminaque positione exultat, id est prima Ravenna, ultima Classis, media Caesarea inter urbem et mare’;* Agath. I. I 20: *Παραγίγνεται ἐς Κλάσσεις, οὗ δὴ τὸν Ναροῦν διατρίβειν ἐπέπυστο. Ἰδρῆται δὲ τὸ φρούριον ἐν τῇ Ῥαβέννης περιουκίδι;* Theoph. Chronogr. (ed. Boor) I p. 109, 18 seq.: *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐκάη ἡ Ῥάβεννα, καὶ μετ’ ὀλίγας ἡμέρας ἐσφάγη ὁ πατριῆκος Ῥαμίτος εἰς Κλάσας;* Geogr. Rav. p. 259, v. 6—8: *‘Item civitas | Caesarea | Classis’* |, p. 326, v. 1—3: *‘Ravenna | Caesarea | Classis’* |; Guidonis Geograph. p. 504, v. 20. 21: *‘Ravenna | Caesarea | Classis’* |, p. 462, v. 7. 8: *‘Item Caesarea | Classis’*; Sid. Apoll. epist. I. I 5, 5 (Mon. Germ. Hist. VIII p. 7): *‘Ravennam paulo post cursu dexteriore subeuntes, quo loci veterem civitatem novumque portum media via Caesaris ambigas utrum conectat an separet.’*

2) Italicarum et Ravennatum historiarum I. I p. 16 BC; I. I p. 20 F.

3) De origine urbis Ravennae I. I p. 5 A.

4) Iam pridem evanuisse eam Bormannus testatur (cf. CIL XI 5 adn.).

5) Agnelli verba afferuntur a Rubaeo (I. I p. 15 E) et Desiderio Spreti (I. I p. 5 A).

indicari, cum nec scriptores nec tituli apertum anni indicium praebeant.

Mea quidem sententia aliqua ex parte potest explorari, quo fere tempore principatus Augusti statio Ravennas instituta sit, cum computare liceat, Fossa Augusta quando iam fuerit deducta. Vitruvii enim loco supra (cf. p. 284 adn. 4) commemorato (l. II 9, 16) Ravenna cum Pado coniuncta iam dicitur. Sed quoniam Vitruvius libros de architectura intra annum a. Chr. n. decimum quintum et tertium composuit, quod et Quirini templum anno a. Chr. n. decimo sexto dedicatum ¹⁾ commemorat (l. III 2, 7) et unum lapideum theatrum, Pompeianum scilicet, Romae fuisse dicit (l. III 3, 2), cum anno a. Chr. n. decimo tertio duo alia theatra lapidea, Balbi et Marcelli ²⁾, dedicata sint ³⁾, id quod primus omnium Hirtius vidit ⁴⁾: Fossam Augustam, quam quin librorum de architectura auctor cognoverit, dubitari non potest, aliquanto ante annum decimum tertium instructam esse patet. Huc accedit, quod Valgius Rufus poetae Horatii familiarissimus, qui anno a. Chr. n. duodecimo consul erat, Fossam Augustam ipse quoque oculis perlustravit, quod fragmenti versibus supra (cf. p. 285 adn. 5) allatis aperte illustratur. Composuit autem ille carmina sua secundum Ribbeckii sententiam ⁵⁾ per decem primos fere principatus annos. Sed ut ad ipsum institutae Ravennatis stationis tempus definiendum transeam, Augustus nimirum non prius Augustam Fossam deduxit, quam Ravennam Hadriaticae classis stationem destinavit portumque Ravennatem satis amplum munitumque effecit. Id igitur satis constare existimo Ravennatum classis stationem decem primis principatus annis conditam esse. Atque

1) D. Cass. l. 54. 19, 4.

2) Marcelli theatrum, si Plinii testimonium habet auctoritatem (n. h. l. VIII 65), anno undecimo demum dedicatum esse Mommsenus in 'rerum gestarum Divi Augusti' libro (p. 88) explanat.

3) D. Cass. l. 54. 25, 2 et l. 54. 26, 1.

4) Disputavit de ea re in volumine primo (p. 228. 229) Wolfii musei antiquitatis (1807). Cf. etiam Schanzium (hist. lit. Rom. II p. 230).

5) Röm. Dichtung II p. 360.

Misenatium classis stationem in Tusco mari eodem fere tempore institutam esse infra videbimus.

Fuerat Tusci maris portus principalis Octaviano Baianus sinus cum lacubus Lucrino Avernoque, sicut in capitis praefatione enarravimus (p. 281). At ille portus et spatii circuitu et recessu locorum satis aptus tutusque¹⁾ unum habebat incommodum, quo in posterum plane inutilis factus est. Lacus enim Lucrinus, per quem proficiscendum erat ad intimam portus optimamque partem, quae Averno lacu altitudine spatioque aquarum eximio²⁾ efficitur, maioribus navibus nonnumquam ita vadosus erat³⁾, ut lacus Avernus plerumque non sine magnis navigandi difficultatibus a mari adiretur. Qua de causa cum praesertim facile non esset in lacu Lucrino ancoram iacere, Strabonis iudicium se habet verissime (l. V 4, 5 p. 244 C): *Ἔστι δ' ὁ μὲν Ἰορκινὸς κόλπος ἀγχιβαθῆς καὶ ἀρτίστομος, λιμένος καὶ μέγεθος καὶ γήσιν ἔχων, χρεῖαν δ' οὐ παρεχόμενος λιμένος διὰ τὸ προκεῖσθαι τὸν Ἰορκίνον κόλπον πρὸς βραχῆ καὶ πολὺν.* Itaque cum Octavianus et Tusci maris et urbis Romae tutandae causa non minus in occidentali Italiae ora perpetuam classis stationem instituendam curaret, alter portus eligendus erat. Est autem praeclarissimum acuminis exemplum, quod Miseni portum Tuscae classis stationem Octavianus destinavit, cum in illa ora nusquam portus commodior posset reperiri. Nam portus Misensis introitu molibus artato⁴⁾ amplius munitusque portus impensa exigua effectus erat aequae ac Baianus, eo tamen insignis, quod multo propior⁵⁾ erat mari aperto.

Nec minus situ Misematium portus similis erat Baiano.

1) Verg. Aen. l. V 813: 'Tutus quos optas portus accedet Averni.'

2) Ps. Arist. de mir. ausc. c. 102: *Τὸ βάθος ἔχουσαν ἀνπερβλητον;* Diod. Sic. l. IV 22, 1: *Ἔχει δὲ τὴν μὲν περίμετρον ὡς πέντε σταδίων, τὸ δὲ βάθος ἀπίστον· ἔχουσα γὰρ ὕδωρ καθαρῶτατον φαίνεται τῇ χροῖ· κνανοῦν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ βάθους.*

3) Strabo l. V 4, 6 p. 245 C: *Εἰσπλοῦν δ' ἔχει πλοίοις ἐλαφροῖς, ἐνορμισσασθαι ἀχρηστος.*

4) Beloch, Campania p. 196.

5) Strabo l. V 4, 5 p. 243 C: *Κάμπαντι δὲ τὸ Μισσηρὸν λιμὴν εὐθὺς ὑπὸ τῇ ἀκρῇ.*

Nam et in intimam terram pertinebat et ut in portu Iulio Avernus lacus vera statio erat, sic in Misenensi mare, quod ab Italis hodie „Morto“ appellatur. Cuius in litore et Holstenio teste saeculo septimo decimo ¹⁾ tum navalium tum receptaculorum reliquiae oculis percipiendae erant, et complures classicae inscriptiones: CIL X 3400^a, X 3420, X 3639, Eph. epigr. VIII f. 1, 426 repertae sunt.

Iam videamus portus Misenatis terminos.²⁾ Qui etsi in libro de Campania Belochii (p. 195) enumerantur, non erit tamen inutile indicare classiariorum titulos, quos plane neglexit Belochius, omnibus illis locis repertos esse. A meridionali enim parte Belochio auctore pertinet isthmus Miniscalae, ubi tituli CIL X 3381 (n. 123), 3394, 3459, 3503, 3534, 3619 effossi sunt, a septentrione Baulorum colles cum piscina illa mirabili in promunturium 'Punta di Pennata' nomine eminentes, ubi tituli CIL X 3346, 3352 (n. 63), 3363 (n. 70), 3366 (n. 112), 3368 (n. 131), 3400, 3415, 3421, 3429, 3464, 3477, 3485, 3496, 3497, 3545, 3553, 3565, 3572 (n. 121), 3579, 3590, 3597, 3643^a, 3645, 3664, 3672, X 2, 8210, 8211, 8374^a, Eph. epigr. VIII f. 1, 383, 384 reperti sunt, ab occidente mons Procida, cuius in declivibus una usque adhuc inscriptio CIL X 3625 investigata est.

Quamquam qua fere aetate principatus Augusti Misena-tium statio instituta sit, ignoramus, cum hac in re plus etiam a temporis indicibus destituti simus ³⁾, nihilominus tamen res

1) Adn. ad Cluveri 'Italiam' p. 223.

2) Vide portus Misenatis tabulam in fine adnexam.

3) A. Castricius Myrio (CIL XIV 2105) classis praefectus, fortasse idem quem, cum Murenarum coniurationem anno a. Chr. n. vicesimo tertio patefecisset, ab Augusto ipso apud iudices esse defensum a Suetonio (V. Div. Aug. c. 56) memoriae traditum est, certe quidem, quae est Mommseni sententia (CIL I p. 186; Staatsr. II³ p. 593 adn. 2), classis praefecturam ante annum a. Chr. n. vicesimum obtinuit, cum vigintisexvir sit dictus, vigintisexviratus autem, Augusti aetatis proprius, ad Caesaris tempora nullo modo quadrans, anno a. Chr. n. vicesimo vigintiviratu compensatus sit. Nec prorsus abhorret ab incipientis principatus temporibus, quibus ne libertini quidem, id quod in capite quinto videbimus, a classis praefectura exclusi erant, quod ille hominis peregrini, Talenti, filius est (cf. Willmanns Exempla I no. 1603 adn.). At plane nulla est causa, cur Castricium illum Myrionem

gestas primi principatus contemplando comprobare mihi videor Misenatam classis stationem eodem fere tempore conditam esse quo Ravennatem.

Actiaca pugna commissa Octavianus trecentas ¹⁾ fere longas naves ab Antonio captas ²⁾ in Galliae Narbonensis oppidum Foroiuliense misit ³⁾, a Iulio Caesare conditum octavaeque legionis gratia Coloniam Octavianorum appellatum ⁴⁾ eximioque portu insigne ⁵⁾, unde paucis annis post ad bellum moverentur. Nam tantas navium opes Gallicae orae praesidio constitutas fuisse e Taciti verbis: 'Proximum Galliae litus praesidebant' dilucide apparet. Nec minus ex eo, quod captae illae naves, quibus in Actiaca pugna non satis apta remigum manus fuerat ⁶⁾, 'valido remige' (Tac. ann. l. IV 5) instructae sunt, colligendum est Octavianum in Gallia Narbonensi expeditissimam classem voluisse collocare. Optimo igitur iure Forum Iulii a Strabone (l. IV 1, 9 p. 184 C): *ναύσταθμον Καισαρος τοῦ Σεβαστοῦ* appellatur ⁷⁾, ut non possim adstipulari Zumptio, qui conten-

in Misenatium praefectorum numero ducamus. Ut ceteroquin hoc loco id moneam, homines Castriciae gentis noti a Gardthauseno in volumine altero libri eius, qui Augustus inscribitur (p. 218 adn. 61 capitis primi libri quinti), enumerati sunt.

1) Nonnullas earum Apollini Actiaco consecravit cf. D. Cass. l. 51. 1, 2; Anthol. Pal. l. VI 236.

2) Plut. V. Ant. c. 68; Zon. l. X c. 29, P. I 526 C.

3) Tac. ann. l. IV 5.

4) Mommsen, hist. Rom. III^e p. 553 adn.

5) Strabo, l. IV 1, 10 p. 185 C: *Τῶν δὲ λιμένων ὁ μὲν κατὰ τὸν ναύσταθμον ἀξιόλογος.*

6) Plut. V. Ant. c. 63.

7) Duae tantum inscriptiones (CIL XII 257, 258) classi Foroiulensi tribuendae sunt. Quod Robertus Mowat (Bull. épigr. VI p. 216) Sextum Aulienum (CIL X 4868 [n. 1]) Foroiuliensium navium praefectum declarat, cum fuerit duumvir Foroiuliensis, talis coniectura omni caret fundamento. Nonne Aulienus eodem iure alio munere militari in illa regione functus esse potest, quod illi Foroiuliensem duumviratum conciliavit? Quod autem gravissimum est, nullo testimonio instructi sumus omnino peculiare classis praefectos Fori Iulii fuisse. Immo naves Foroiulienses, cum Vespasianus rerum potiretur, sub procuratore Galliae Narbonensis provinciae erant, ut Tacitus auctor est (hist. l. III 43).

dit ¹⁾ id solum in animo habuisse Octavianum, ut Iulianam coloniam amplificaret. Sic ingens ille in pugna Actiaca captarum navium numerus in oppido Foroiuliensi aptum in modum dispositus est, donec Baiano portu neglecto Miseni perpetua Tuscae classis statio instituta est.

Sed quomodo usus est princeps Augustus Foroiuliensibus navibus? Gallia Hispaniaque septentrionalis primis annis post Actiacam pugnam neutiquam prorsus pacatae erant. Legimus enim apud Dionem (l. 51. 20, 4) anno a. Chr. n. undetricesimo Iani templum esse clausum, quamquam tunc etiam et cum Treveris foederatisque Celticis gentibus et cum Cantabris Asturbus Vaccaeis bellatum est. Itaque cum anno vicesimo septimo imperii Romani provinciae inter principem senatumque distribuerentur, Augustus in Galliam Narbonensem se contulit, et periculosum esse ratus praevalentem classem Foroiuliensem senatus potestati committere, et certior factus Galliae confinia ita perturbata esse, ut subitum bellum immineret. Ac re vera iam anno proximo bellum gestum est et cum Salassis rebellantibus ²⁾ et cum bellicosissima gente Cantabrorum. Iam cum Cantabro bello in Hispaniae oras Romanorum classe impetum factum esse sciamus ³⁾, classis illa sine ulla dubitatione constabat ex navibus Foroiuliensibus, quibus Agrippa rei maritimae peritissimus videtur praefuisse. ⁴⁾

Anno autem vicesimo quinto Cantabris pacatis, quamquam non prorsus subactis, cum annis vicesimo quarto, secundo, undevicesimo ⁵⁾ novae seditiones erumperent, Augustus anno vicesimo altero non iam dubitavit Galliam Narbonensem senatui permittere. Neque enim sedatis belli periculis magnas copias in illa provincia retinere opus erat, id quod legimus apud Cassium Dionem (l. 54. 4, 1): *Τότε δ' οὖν καὶ τὴν Κύπρον καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν ἀπέδωκε τῷ δήμῳ ὡς μηδὲν*

1) Commentat. epigraph. I p. 315.

2) D. Cass. l. 53. 25, 3.

3) Oros. l. VI 21; Flor. l. II 33; Mommsen, hist. Rom. V p. 61.

4) Flor. l. II 33.

5) D. Cass. l. 53. 29, 1, 2; l. 54. 5, 1--3; l. 54. 11, 2--5.

τῶν ὀπλων αὐτοῦ δεομένας. Admodum igitur esset probandum, id quod Renierus ¹⁾ coniecit, anno vicesimo altero classem Foroiuliensem totam esse deductam, nisi Tacitus (ann. l. IV 5) in enumerandis imperii Romani, quae fuerunt anno p. Chr. n. vicesimo tertio, copiis ²⁾ Foroiuliensem classem expressis verbis commemoraret. Quin etiam anno undeseptuagesimo complures naves Fori Iulii, quae a Tacito claustra maris significantur, stationem habuerunt. Nam cum Fabius Valens Vitellianus Galliam et Germaniam in Vespasianum sollicitare conatus a Liguria ora infecta re navem solveret atque procellis ad Stoechadam insulas prope Massiliam sitas deferretur, liburnicis navibus interceptus est, quas Valerius Paulinus procurator, Foroiuliensis coloniae praefectus et Vespasiani studiosissimus, dimiserat (cf. Tac. hist. l. III 43). Itaque satis certe scriptorum testimoniis confirmatum est centum primis saltem principatus annis in Foroiuliensi colonia navium stationem fuisse, ut doctissimi viri Mowatus (Bull. épigr. VI p. 216), Ferrero (L'ordinamento p. 159), Allmer (Inscript. de Vienne I p. 421), Desjardins (Géogr. de la Gaule romaine III p. 181, 373), Héron de Villefosse (Daremb. Dict. des ant. p. 1235^b), Marquardt (Röm. Staatsverw. II² p. 502) minime recte statuere mihi videantur Foroiuliensem classem iam paucos post annos totam esse remotam. Nec possum ad illorum sententiam eo perduci, quod in capite decimo quarto secundi historiarum libri Taciti non legimus naves Foroiulienses anno undeseptuagesimo Misenensi classi Liguriae Galliaeque Narbonensis oras hostiliter populanti se opposuisse, cum facile sit intellectu Foroiulienses naves praepotenti Misenatium classi resistere non ausas esse. Quod

1) Revue des Sociétés savantes 1860 p. 37.

2) Qui quin in Romanorum copiis enumerandis certe quidem annum p. Chr. n. vicesimum tertium in animo habuerit, cuius facta in antecedentibus memoriae tradidit capitibus, non debet dubitari, et quod ipse scribit: 'Quae tunc Romana copia in armis' et quod in illa copiarum enumeratione duae in Africa collocatae legiones commemorantur, cum ante annum p. Chr. n. vicesimum legio tertia Augusta sola in Africa esset, cui anno p. Chr. n. vicesimo nona Hispana Tacfarinatis bello exorto adiuncta est (Tac. ann. l. III 9).

contra Sieverus ¹⁾ contendit Foroiulienses naves intra annum p. Chr. n. vicesimum tertium atque duodeseptuagesimum in Hispaniam missas esse coniectura est futilissima.

Quamquam igitur post annum vicesimum alterum sine ulla dubitatione in oppido Foro Iulii naves constitierunt, non tamen credibile est ex illo tempore omnes illas naves trecentas ibi remansisse, cum dementis fuisset, provinciam tantis praesidiis instructam senatui concedere. Quemadmodum autem Foroiulienses naves imminutas esse animis cogitemus? Nihil facio cum Mowato (Bull. épigr. VI p. 216), qui censet anno vicesimo altero plurimas naves Foroiulienses ad bellum navale iam plane fuisse inutiles. Quae cum pugna ad Actium commissa optime ornatae essent, post novem annorum spatium minime erant inutiles. Multo est probabilius plurimas naves anno a. Chr. n. vicesimo altero deductas esse in Misenatum portum, qui nuperrime erat institutus, Fori autem Iulii nonnullas remansisse Gallicae orae tutandae causa. Sic igitur comprobasse mihi videor Misenensem quoque stationem decem primis principatus annis conditam esse.

Contemplanti mihi Augusti imperium dubium esse non potest, quin classicae stationes Misenas atque Ravennas eodem tempore institutae sint, quo legionum ceterarumque copiarum stativa, quae princeps rerum potitus in singulis imperii Romani provinciis collocavit. ²⁾ Nam ingens navium numerus, quae post Actiacam pugnam Octaviano contigerunt, non solum Antonianae, quae primo Forum Iulii sunt missae, sed etiam propriae naves quam celerrime in tutis stationibus recipiendae erant. Quid? Quod in monumento Ancyrano et Misenatis et Ravennatis classis plane nulla fit mentio? ³⁾ Qua de re valde notanda rectissime mihi videtur indicasse Mommsenus ⁴⁾, cum dicat Augustum

1) Stud. zur Gesch. der röm. Kaiser p. 145 adn. 21.

2) cf. Mommsen, Res gestae Divi Augusti p. 75.

3) A Dione quoque, ubi imperii Romani vires enumerat (l. 55, 23. 24), Misenatam Ravennatemque classem silentio praetermitti notabile est. *Ναύραç* solum ille quidem commemorat.

4) Staatsr. II³ p. 862 seq.

illas classes non rei publicae, sed sua impensa instituisse. Sed quoniam sicuti praetoriani ad suum usum erant collocatae, Augustus illis institutis nullum in modum meritus erat de re publica: quocirca in monumento Ancyrano hanc institutionem, ut par erat, silentio praeteriit. Forsitan non erit alienum hoc loco monere Germanicae classis naves hodie: 'Sr. Majestät Kriegsschiffe' ¹⁾ signari, Britannicae classis: 'Her Majesty Ships', unde intellegitur et Romanorum et nostra aetate pervulgatam opinionem esse naves longas praeter cetera pertinere ad principem, qui Romanorum temporibus primus classes sibi constituit.

Quod si respexerimus, non est mirandum Italicas classes sub Augusti imperio auctoritate nondum floruisse. Est enim traditum apud Dionem (l. 55. 28, 1) ²⁾ anno p. Chr. n. sexto piratas in Tusco mari ita percrebruisse ³⁾, ut per tres annos nullus senatorius procurator in Sardiniam posset proficisci, sed ibi imperio militari opus esset. Talis autem calamitas non potest explicari, nisi classem Misensem, quae ne proximum quidem Sardoum mare a piratis defendere potuit, etiam tum valde infirmam fuisse putamus. Atque apud eundem scriptorem legimus (l. 55. 29, 4) eodem anno totam Hadriatici maris oram Apolloniam versus a Batone Dalmata esse vexatam, Ravennati autem classe in tantis belli periculis quidquam effectum esse frustra requirimus. Quae si iam tum quidem praevaluisset, Dalmatarum seditio brevi esset oppressa.

Nec tamen e duobus illis a Dione allatis eventis oportet concludi Augustum tum demum maritimis illis cladibus commotum Misensem Ravennatemque classem instituendam curasse, cum decem ultimis annis principatus bellis Germanico

1) Kl. Staatshandb. des Reiches und der Einzelstaaten. 1885. p. 90.

2) Καὶ γὰρ λησταὶ συχνὰ κατέτρεχον, ὥστε τὴν Σαρδῶν μὴδ' ἄρχοντα βουλευτὴν ἔτεσι τρισὶ σχεῖν, ἀλλὰ στρατιώταις τε καὶ στρατιάρχοις ἰππεῦσιν ἐπιτραπῆναι.

3) Strabonis verba (l. III 2, 5 p. 144 C): Πρόσσει δὲ καὶ ἡ νῦν εἰρήνη, τῶν ληστηρίων καταλυθέντων, ὥσθ' ἡ σύμπασα ἐπάρχει ἡρώτων τῶς πλοῖζομένοις ad primos principatus annos referenda sunt.

Pannonicoque coortis terrestres exercitus firmare cogere tur portibusque aedificandis minime vacaret. Immo classium Italicarum infirmitatem exeunte fere principatu Augusti inde explicari existimo, quod naves, quibus ad Actium pugnatum erat, tum quidem maiore e parte vetustate et usu exstiterant inutiles, novae tamen partim propter opum penuriam partim propter parsimoniam principis non erant aedificatae.

Sic pertractata Italicarum classium origine iam videamus nomina earum.

CAPUT II.

De nominibus classium Italicarum.

Ac primum quidem de praetorio nomine classium Italicarum disseram, quod cum ineunte quidem principatu certissime non haberent¹⁾, in posterum classi utrique commune erat.

Classes Italicae iam a prima origine sub ipso imperatore e potestate eius imperatoria sive sub vicario imperatoris, classis praefecto, erant. Attamen postquam decretum est illis nomen praetorium, quod est 'imperatorium', 'ad imperatorem pertinens', arbitrio quasi et usui²⁾ imperatorum, qui ex eo tempore summa Italicorum classiariorum ope erant defendendi³⁾, commissae sunt, eodem modo prae provincialibus classibus, quo prae legionibus cohortes praetoriae honoratae.

Quonam autem tempore utraque classis Italica praetorio nomine est ornata? Satis habent viri docti indicavisse nomen illud classibus esse delatum intra Nonas Aprilis anni p. Chr. n. septuagesimi primi, quo die classi utrique praetorium nomen deest⁴⁾ atque ante diem quintum Idus Octobris anni cente-

1) Deest in inscriptionibus CIL III 2 p. 844 (n. 3) (a. d. III, Id. Dec. 52), Eph. epigr. II p. 457 (n. 4) (Non. April. 71), CIL III 2 p. 850 (n. 5) (Non. April. 71). Praeterea praetorium nomen in compluribus etiam titulis classium Italicarum non legitur, nescimus tamen, quibus fere annis tituli illi tribuendi sint.

2) Rectissime adnotat Mommsenus (Staatsr. II³ p. 863 adn. 5) idcirco trierarchos saepius (cf. CIL VI 3621 [n. 101] atque X 3356 [n. 95]) Augusti trierarchos se appellare.

3) Iustus Lipsius, de magn. Rom. I c. 5 p. 30.

4) cf. Eph. epigr. II 457 (n. 4) atque CIL III 2 p. 850 (n. 5).

simi vicesimi septimi¹⁾, quo die classi Ravennati praetorium nomen fuisse ex veteranorum privilegio CIL X 2 7854 (n. 37) discimus. At minime in tam vaga temporis circumscriptione acquiescemus. Immo investigandum est, quibusnam factis Italicae classes praetorium nomen meruerint, cum fieri non potuerit, ut tantum honorem sine egregiis erga imperatorem meritis assequerentur. Quodsi perlustramus temporis spatium intra septuagesimum primum atque centesimum vicesimum septimum annum, plane nihil memorabile per quinquaginta illos sex annos ab Italicis classibus esse effectum apud veteres scriptores traditum est. Attamen anno undeseptuagesimo, quod in primis Vespasiani partes secutae Vitellianos fortiter oppugnaverunt, Vespasiani victoriam maturaverunt maximamque eius gratiam merita sunt. Quo bello civili quam prospere Italicae classes pro Vespasiano decertaverint, hoc loco enarrare supersedeo, cum in tertio capite de bellis, quibus Italicae classes interfuerunt, dicendum sit. Hoc unum protulisse sufficit Vespasianum pace conciliata Italicas classes non sine praemiis dimisisse.

Vitelliano bello confecto non solum utriusque classis veterani civitate Romana conubioque donati post sex et viginti annorum stipendia deducti sunt in colonias, in Pannoniam Ravennates (CIL III 2 p. 850 [n. 5]), Misenates Paestum in oppidum (Eph. epigr. II p. 457 [n. 4]), sed etiam nonnulli de classariis, qui in bello fortitudine studioque praeter ceteros floruerant, quamquam nondum sex et viginti annorum stipendia emeriti²⁾,

1) Secundum Aschbachium (Sitzungsber. der Wiener Acad. Histor.-philol. Kl. 1875, vol. 79 adn. 3) praetorium nomen, quod in veteranorum privilegio Traiani imperatoris, edito primum a Clemente Cardinali ('Diplomi imperiali di privilegi accordati a' militari raccoltati et commentati' Velletri 1835, tab. XIII p. 32), utrique classi nondum adscriptum est, intra centesimum nonum atque centesimum vicesimum septimum annum decretum est. At privilegium illud auctore Mommseno (CIL III 2 p. 901^b) a Ligorio imperite est fictum. Praeterea non esset anno centesimo nono tribuendum, quod vult Aschbachius, sed anno centesimo decimo sexto aut septimo, quoniam in eo Traiano Parthici nomen inditur.

2) Matura talis missio honesta ceteris classariorum privilegiis nusquam confirmatur. Nec minus e titulo CIL XI 85 intellegitur A. Papirium

honeste tamen sunt missi, civitate Romana conubioque et ipsi honorati, id quod privilegii valde quidem mutilati CIL III 2 p. 851 verbis ¹⁾: [‘Quo]d se in expeditione belli fortiter industrieque gesserant’ apparet.

Quibusnam autem praemiis classarii sunt affecti, qui classaria stipendia ultra fecerunt? Haud erat iniquum eos quoque, qui optime de Vespasiano meriti porro in classe militaverunt, beneficiorum gratia obstringi, cum esset timendum, ne, qui iam antea ut legionibus ²⁾ insererentur petiverant ³⁾, nullo beneficio concesso classariam militiam aegre ferrent. Quapropter statuere ausim Italicis classibus post bellum Vitellianum, in quo Vespasiani partibus libentissime studuerunt, nomen praetorium ⁴⁾ esse delatum.

Quod si conceditur, primo ad spectu veri videtur simillimum praetorium nomen tum, cum a Vespasiano Titoque de Vitellio devicto Hierosolymisque expugnatis triumphatum est ⁵⁾, utriusque classi esse decretum. Actus est autem ille triumphus

Vernaculum Ravennatem post sex et viginti demum annorum stipendia civitate donatum esse. Nimirum milites aetate imperatoria interdum etiam ante emerita stipendia missos esse confirmatur et Ulpiani verbis (Dig. l. III 2. 2, 2): ‘Est honesta (missio), quae emeritis stipendiis vel ante ab imperatore indulgetur’, quae avertit Mommsenus (cf. CIL III f. 3 p. 2015^a) et titulo L. Trebii Rusonis classarii (CIL V 938), cuius in monumento legimus: ‘Merui post classicus miles ad latus Augusti annos septemque decemque nullo odio, sine offensa missus quoque honeste.’

1) Privilegium illud ad classarios esse referendum Mommsenus uberiorius explanavit (cf. adn. ad CIL III 2 p. 851).

2) Classariam militiam multo fuisse viliorem legionaria inter omnes constat. A terrestri militia remotum in classe militare turpissimum fuisse e Dionis verbis (l. 79. 3, 5): *Στρατευόμενον γὰρ ποτε αὐτὸν ἐν Θράκη καὶ κακουργήσαντά τι ἐς τοὺς τριηρίτας ἀπέσωστο* Camillus la Berge (Daremb. dict. p. 1222^b) primus effecit. Addo Iosephum memoriae tradere falsum Alexandrum ab Augusto ut poena afficeretur remigibus esse insertum (Ios. Ant. Iud. l. XVII 12, 2, Bell. Iud. l. II 7, 2).

3) cf. Tac. hist. l. III 50.

4) In longe plurimis titulis classiariorum praetorium nomen semper ante classis nomen indicatur, exceptis titulis CIL VI 3105 (Pr. Cl. Mes.) atque CIL X 3624 (Classis Misensis praetoria).

5) Ios. Bell. Iud. l. VII 5, 4.

ante Kal. Maias anni septuagesimi primi, cum apud Zonaram (l. XI 17, P. I p. 577 C) scriptum inveniamus triumpho interfuisse Domitianum consulem, Domitianus autem secundum Suetonium (V. Domit. c. 13) ultra Kalendas Maias nunquam gesserit consulatum.¹⁾ At in neutro illo mensis Aprilis anni septuagesimi primi veteranorum privilegio, quae intra triumphus dies videntur scripta esse, nec Misenati nec Ravennati classi nomen praetorium additum est. Nec cogitare licet illud nomen modo decretum Italicis classibus idcirco non esse scriptum in his privilegiis, quod ad classarios pertinebant, qui stipendia in classe praetorio nomine nondum honorata meruerant, cum veteranis in patriam redeuntibus, ut praetorium nomen Italicis classibus tum forte delatum omnium primi in privilegia sua referrent, certe esset concessum. Si vero illo ipso anno Vespasianus praetorium nomen Italicis classibus decernere maturasset, pro certo statim in usu fuisset. Immo plane apparet e verbis Suetonianis (V. Vespas. c. 8): 'Quare Vitellianorum quidem et exauctoravit plurimos et coërcuit, participibus autem victoriae adeo nihil extra ordinem indulisit, ut etiam legitima praemia sero persolverit', de quibus Curtius Wachsmuthius benigne me admonuit, Vespasianum non solum in Vitellianos graviter consuluisse, sed etiam iis, qui ab ipsius parte steterant, non nimis indulisisse, ut merita praemia tum demum persolveret, cum cognovisset eos sibi imperatori sicuti antea praestare sese fidelissimos. Itaque ex Suetonii verbis statuendum erit Italicis classes pro rebus in Vitelliano bello praeclare gestis praetorio nomine esse honoratas, nec tamen post ipsum bellum, sed aliquanto serius id esse factum. Ceterum praetorio nomine decreto quin Italicæ classes non modo prae ceteris auctoritate floruerint, sed etiam classarii earum maiora acceperint stipendia dubitari non potest.

Quoniam sic comprobasse mihi videor praetorium nomen Italicis classibus a Vespasiano imperatore esse delatum, Ver-

1) Professus est talem temporis descriptionem primus quidem Antonius Pagi (Tillemont, Hist. des Emp. II p. 472*).

nazzae¹⁾ hominis Itali sententiam, qui censet nomen illud a Traiano demum imperatore esse decretum anno fere centesimo tertio, reiciendam esse puto.

Ac primum quidem Vernazza demonstrat classi Misenensi anno undeoctogesimo praetorium nomen nondum fuisse, cum in illa Plinii epistula (l. VI 16, 4), in qua Plinii maioris Misenatium classis praefecti mors enarratur, sit scriptum: 'Classem imperio praesens regebat', praetoria voce omissa. Nec tamen quidquam aliud Plinius vult hoc loco proferre, nisi avunculum classi praefuisse. Iam idem Vernazza contendit a Traiano demum praetorium nomen Italicis classibus propterea esse delatum, quod apud Tacitum, qui sub Traiano scripsit, et Misenati et Ravennati classi praetorium nomen semper deest. At Tacitus imperatorum res gestas non ultra septuagesimum annum, quo tempore utraque classis non iam praetoria erat, memoriae tradidit nec suae aetatis instituta transfert ad eam, quam describit. Sed rectissime idem Vernazza proponit in primis Hadriani annis praetorium nomen vix esse additum, cum ille imperator tum semper fere peregrinatus sit. Ergo e Vernazzae sententia praetorium nomen Italicis classibus non potest esse decretum nisi Traiano imperatore idque anno centesimo tertio Dacico bello priore confecto. Quo in bello non sufficiente classe Moesica Italicis classibus Romanorum copias traiectas esse ideoque bello illo confecto classicas coronas, ut est in titulis, compluribus a Traiano esse delatas. At iam Mowatus (Bull. épigr. VI p. 208) docuit legiones, quae Dacico bello priori interfuerunt, stativa habuisse in Pannonia Moesia Germania, ut belli gerendi loca terrestri itinere peterent, cum imperator eiusque comites ab Italia navibus ad id bellum proficiscerentur.²⁾ Neque id Vernazzae concedendum esse puto bene instructam Moesicam classem aptam non fuisse copiis devehendis in Danubio. Quae autem summa est, secundum Mowatum³⁾

1) Memorie della R. Accad. di Torino vol. XXIII p. 89 seq. Adumbrata est Vernazzae sententia a Mowato (Bull. épigr. VI, p. 208 seq.).

2) Schiller, hist. imper. Rom. I p. 550 adn. 9.

3) Bull. épigr. VI p. 161 et 209.

Caesarum temporibus classicae coronae non modo ducibus decretae sunt, qui in classiarum militia praestiterant, sed omnino ducum primoribus.

Satis igitur docuisse mihi videor Italicas classes minime ideo, quod Dacico bello priore advexerint copias praetorio nomine esse honoratas.

Italicae classes quin iam Vespasiano imperatore praetoriae fuerint dubium non est, tametsi in titulo (CIL II 1178 [n. 8]) Hadriani aetatis ¹⁾ Ravennatum classis, non Misenensis nomen habet praetorium. Quo titulo adhibito falsissime affirmatur in onomastico lexicis Forcellini (IV p. 536^b) prius concessum esse praetorium nomen Ravennatum classi quam Misenatum. Est enim praetorium classis Misenensis nomen lapidarii vitio omisum. ²⁾ Quo in titulo si vitium non esset statuendum, Turpius Sentinatianus, cuius in cursu honorum ultima est Misenatum classis praefectura ³⁾, cum praetoriae Ravennatis classis praefectura functus Misenati classi non praetoriae praeficeretur, in ordinem inferiorem detrusus esset. Eo autem facilius statuere licet quadratarum vitium, quod etiam in titulo CIL X 1127 (n. 18), qui ad Severianam aetatem pertinet ⁴⁾, praetorium Ravennatum classis nomen iam diu quidem decretum negligentia quadam praetermissum est, quoniam in titulo CIL IX 1582 (n. 17), qui ad eundem spectat virum, legimus: '[Praef.] classium praetoria[rum] Misenatum [et Ravennatum].'

Ceterum non in perpetuum Italicae classes praetorio nomine praeditae erant. Nam cum Constantini Magni aetate imperii Romani sedes Byzantium transferretur, praetorium nomen iis

1) M. Calpurnius Seneca, classis praefectus, cuius mentio fit in hoc titulo, commemoratur etiam in privilegio anni centesimi tricesimi quarti (cf. CIL III 2 p. 878 [n. 10]).

2) Idem sentit Hermannus Ferrero (L'ordin. p. 74).

3) In titulo CIL II 1267 (n. 9) Sentinatiani cursus honorum ultima est praefectura classis Ravennatis. Additur huic praefecturae in titulo CIL II 1178 (n. 8), qui posterior est, Misenatum classis praefectura.

4) cf. CIL IX 1582 (n. 17), CIL VI 1056 (n. 19) (a. 205), Eph. epigr. VII 1204 (n. 21), VII 1205 (u. 22) (a. 207).

ademptum est.¹⁾ Qui exhibet nomen illud posterioris Caesarianae aetatis titulus ultimus, est CIL X 3343 (n. 29) anni trecentesimalterius. In Notitiae Dignitatum libello, qui circa annum quadringentesimum decimum scriptus est²⁾, nomen illud nec Misenensi (N. D. Occ. 42, 11) nec Ravennati classi (N. D. Occ. 42, 7) additum est. Itemque 'classis Misenatium' atque 'classis Ravennatium' commemoratur in Vegetii rei militaris epitoma (I. IV 31. 32), quae Langio³⁾ auctore intra annos trecentesimalium octogesimum quartum atque quadringentesimum quinquagesimum edita est.

Reliquum est, ut disseramus de titulo CIL III 1919 (n. 56) a Mommseno suppleto, in quo fit mentio L. Artorii Iusti Misenatium classis praepositi. Qui ad primum p. Chr. n. saeculum, etsi deest praetorium nomen, non potest referri, cum in illo titulo dignitas ducis reperiatur, quae tertio demum p. Chr. n. saeculo ab imperatoribus instituta est.⁴⁾ Ei igitur aetati tribuendus est titulus ille, qua utraque classis Italica praetorium nomen iam amiserat. Accedit quod ex illo id quoque cognoscimus Artorium Iustum ducem fuisse legionum cohortium alarum Britannicinarum⁵⁾ adversus Aremoricanos.⁶⁾ Gens autem Aremoricorum, cuius sedes in Gallia septentrionali secundum oram intra Ligerim et Sequanam, postquam annis a. Chr. n. quinquagesimo quarto (Caes. Bell. Gall. I. V 53, 6) et altero (ibid. I. VII 75, 4) seditionibus factis anno quinquagesimo primo a. C. Fabio Caesaris legato (ibid. I. VIII 31, 4) perdomita est, per quadringentos sexaginta annos plane quievit. Anno demum

1) Héron de Villefosse (Daremb. dict. p. 1232^b).

2) Mommsen, Eph. epigr. V p. 163; Teuffel, hist. litt. Rom. II⁵ p. 1163 adn. 6; Schiller, hist. imper. Rom. II p. 17.

3) cf. praef. edit. Veget. p. VI.

4) Disputavit ea de re Mommsenus in additamento Salleti dissertationis, quae inscribitur: 'Die Fürsten von Palmyra' (p. 72—75).

5) Supplet Mommsenus 'Britannicinarum'. At minime exstat septimi versus tituli initio spatium unius litterae inserendae, praeterquam quod Britannicinus adiectivum titulo CIL III 3228 potest probari, nusquam Britannicinius. Excidit septimi versus initio nihil nisi pars prior litterae N.

6) Rectissime supplet Mommsenus 'Aremoricanos'.

quadringentesimo undecimo¹⁾ Aremoriorum pagum foedere icto cum Britannis Constantini tyranni superbia incitatum contra Romanos arma movisse Zosimus auctor est (l. VI 5, 3). Aremoriorum ab Exsuperantio procuratore anno quadringentesimo decimo septimo pacatis²⁾ (Rutil. Namat. l. I 213 seq.) brevi post de integro seditiones factae sunt. In Romanorum potestatem redacti ab Aëtio³⁾ anno quadringentesimo tricesimo sexto eodemque fere tempore a Litorio⁴⁾, nihilominus cum Petronius Maximus rerum potitus esset⁵⁾, anno quadringentesimo quinquagesimo quinto rebellaverunt, id quod Sidonii Apollinaris versus (carm. l. VII 369 seq., Mon. Germ. Hist. VIII p. 212) declarant:

‘Quin et Aremorius piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum
Ludus et assuto glaucum mare findere lembo.’

In tot tantisque Aremoriorum posterioris aevi seditionibus dubitari non potest, quin Artorius ille aliquatenus eis dux interfuerit, ut praetorium classis Misenensis nomen in titulo eius nulla alia de causa sit omissum, nisi quod illa aetate Italicae classes praetorio nomine iam erant orbatae.

Nec vero praetorium solum nomen Italicarum classium proprium erat. Accesserunt utrique tertio saeculo ineunte pia e vindicis nomina. Quod nempe Mowatus⁶⁾ contendit nomina illa in titulis Severianis et legioni tertiae Augustae⁷⁾ et praetorianorum cohortibus⁸⁾ saepe adscripta Italicis classibus iam

1) Perperam Dahnus (Wietersheim-Dahn, *Gesch. der Völkerw.* II² p. 167) hanc Aremoriorum seditionem anno quadringentesimo undecimo ortam esse contendit, cum Zosimo teste eodem accideret anno, quo Alarichus iterum Romam urbem obsidione clausit, i. e. anno quadringentesimo nono.

2) Tillemont, *Hist. des Emp.* V p. 636; Wietersheim-Dahn, *Gesch. der Völkerw.* II² p. 180.

3) Ioh. Antioch. fragm. 201, 3 (Müller, *fragm. hist. Graec.* IV p. 615).

4) Sid. Apoll. *carm.* l. VII 246—248, Mon. Germ. Hist. VIII p. 209; Tillemont, *Hist. des Emp.* VI p. 210.

5) Sid. Apoll. *carm.* l. VII 360, Mon. Germ. Hist. VIII p. 212.

6) Bull. épigr. VI p. 209.

7) Sic CIL VIII 2550 et 2552 (a. 195), CIL VIII 6 (a. 201).

8) CIL III 2 p. 890 et X 5064 (a. 208).

ab eodem Septimio Severo esse delata, minime recte se habet. Neque enim quidquam praeter haec verba legimus in titulo CIL VI 1063 (col. III, vers. 14) a. d. III Id. April. anni ducentissimi duodecimi: 'Classis Pr. M.'¹⁾ Sunt igitur nomina illa a Caracalla demum, Severi filio, Italicis classibus decreta.

Num certis de causis praetorio nomini cognomina illa praetoriis classibus addita sint, nos quidem perspicere non possumus. Nam etsi per se est manifestum posterioris aetatis imperatoriae copiis libidine quadam nomina esse decreta, non tamen est praetermittendum Caracallam imperatorem²⁾, cum a Thraciae ora in Asiam minorem transveheretur anno ducentesimo decimo quarto, naufragio facto classis praefecti triremi e mortis periculo esse ereptum. Si satis constaret Italicis classibus tum quidem non solum imperatorem ab Europa in Asiam traiectum, sed etiam machinas bellicas a Dione (l. 77. 18, 1) commemoratas a Nicomedia in Syriam transportatas³⁾ esse, ut illarum praefectus imperatorem servaret, equidem non dubitarem contendere piae vindicis nomina utriusque classi illo ipso anno esse decreta, quod re vera imperatorem a morte vindicavissent. At nonne Pontica classis in oppido Cyzicorum collocata⁴⁾ tum potest fuisse adhibita, ita ut illius classis praefectus imperatorem servaret? Ne igitur curemus perquirere, quibus de causis praetoriae classes sint honoratae piarum vindicum nominibus. Leguntur autem illa cognomina 'pia vindex'⁵⁾, ut hoc afferam, in Misenensibus titulis CIL III f. 1, 7327 (n. 168), VIII Suppl. 14854 (n. 57), X 3335 (n. 26), X 3336 (n. 24), X 3529, Eph. epigr. VIII f. 1, 800, L'année épigr. 1892, 140 (n. 172), in

1) Nomina 'pia vindex' in titulo illo ex libidine vix sunt ommissa, cum hic titulus publice sit insculptus.

2) Spartianus V. Carac. c. V 8; D. Cass. l. 77. 16, 6; Henzen, Act. frat. Arv. p. CC.

3) Schillerus (hist. imp. Rom. I p. 746) id quidem pro certo profitetur.

4) D. Cass. l. 79. 7, 3.

5) Ponuntur illa 'pia vindex' modo post nomen praetorium, modo post classis nomen.

Ravennatibus: CIL III 168 (n. 69), III 2 p. 899 (n. 43), 'Mitteil. des Arch. Inst. Röm. Abt.' II p. 14.

Praeterea classis Ravennas sub eodem Antonino Caracalla, cuius aetate legiones auxilia imperatorum nomina sibi assumere solebant ¹⁾, Antoniana est dicta ²⁾, quod legitur in titulis: CIL III 168 (n. 69), X 2 8325 (n. 41), XI 36, XI 39. ³⁾ Sub Gordiano Misenatum classis Gordiana est appellata ⁴⁾, sub M. Iulio Philippo eiusque filio Philippiana. ⁵⁾ Nec Ravennatum classis sub Philippis imperatoribus nomen eorum non accepit. Legimus enim in titulo anni ducentesimi quadragesimi sexti primum edito in annalibus, qui Notizie degli Scavi (1886 p. 228) ⁶⁾ inscribuntur: 'Classis praetoria Ravennas pia vindex Philipporum.' Sub C. Messio Decio classi Ravennati nomen erat Decianum, quod habes in veteranorum privilegio CIL III 2 p. 899 (n. 43). ⁷⁾

Ut autem summam capitis proponam, praetorium nomen Italicis classibus peculiare erat. Sed nomina illa imperatoria nihil prae se tulisse nisi meram honoris speciem inde apparet, quod provinciarum quoque classibus nomina imperatorum sunt imposita, ut Philippianum ⁸⁾ Britannicae classi, Moesicae Gordianum. ⁹⁾

Agedum colligamus, quibus bellis Italicae classes interfuerint.

1) Mommsen, Staatsr. II³ p. 848.

2) Tribuendus est titulus CIL X 2. 8325 (n. 41) annis ducesimo decimo quarto sequentibus.

3) In titulis CIL XI 36 et 39 nomina 'pia vindex' omitta sunt; sed cum spectent ad milites gregarios, id nullius momenti est.

4) cf. CIL X 3336 (n. 24).

5) cf. CIL X 3335 (n. 26) (a. d. V. Kal. Ian. 248) et III f. 1. 7327 (n. 169).

6) Postremo editus est ab Henzeno 'Mitteil. des Arch. Inst. Röm. Abt.' II p. 14.

7) A. d. V. Kal. Ian. anni ducentesimi quinquagesimi.

8) cf. CIL XII 686.

9) cf. 'Arch.-epigr. Mitteil. a. Östr.' vol. VIII p. 22. 23.

CAPUT III.

De bellis, quibus Italicae classes interfuerunt.

Nolo bella illa permulta enumerare, in quibus utraque classis Italica nihil effecit nisi ut sive copias deveheret sive imperatorem eiusque comites ad belli loca transmitteret, praesertim cum plerumque neququam possit explorari, utrum utraque classis Italica an altera an una e multis classibus provinciarum bello interfuerit. Nam ut sententiam meam illustrem exemplo, cognitum habemus e fratrum Arvalium actis ¹⁾ Traianum imperatorem ad prius bellum Dacicum mari esse profectum, nec tamen scimus, utra Italica classe usus sit.

Talia praefatus ad illa Caesarianorum temporum bella pertractanda aggredior, in quibus classium Italicarum ope res gestae sunt. Quas imperatorum quidem aetate vix potuisse bellis adhiberi rectissime iam monuerunt Hirschfeldus ²⁾ et Jurienus de la Gravière ³⁾ Francogallus. Nam minime erat timendum, ne Italiae orae ab hostibus invaderentur. Ac re vera Misena-tium Ravennatumque classes duobus tantum, quod sciamus, bellis ipsae dimicantes interfuerunt et bello civili anni undeseptuagesimi et rursus aemulorum contentionibus, quae post Pertinacis imperatoris mortem coortae sunt. Non igitur intererant bellis externis, sed discidiis discordiisque Romanorum.

Bella autem Italicis classibus adiuvantibus gesta eo magis mihi proposui enarranda, quod nemo ⁴⁾ hanc rem continua oratione persecutus est.

1) Henzen, Act. frat. Arv. p. CXL et 123.

2) Verw.-Gesch. p. 123.

3) La marine des Ptolemées et la marine des Romains I, p. 106.

4) Praetermittit Jurien de la Gravière Italicarum classium comm-

Ac primum quidem e Taciti potissimum historiarum libris cognoscamus, quae anno undeseptuagesimo ab Italicis classibus gesta sint.

Post Galbae mortem, qui, cum triumphum egisset, magnum classiariorum numerum crudeliter occidi iusserat ¹⁾, Misenates Ravennatesque, quibus Otho honoratiorem pollicitus erat militiam (Tac. hist. l. I 87), eius partes extemplo libentissime sunt secuti. Quae res non parvi erat momenti, cum Otho, cui tum maxime Vitelliani exercitus e Gallia appropinquantibus valde instabant, tantis instructus classium praesidiis multo praevaleret. Ilico autem, ut classium opes suum in usum conferret, cum Misenatium navibus, quibus Moschus libertus praeerat (ibid. l. I 87), additis urbanis cohortibus permultisque praetorianis in oras Galliae Narbonensis, quae Vitellio iam se dederat (ibid. l. I 76), impetum facere conatus est eo consilio, ut Fabium Valentem, Vitellianorum ducem, in Galliam Cisalpinam cum exercitu ingredi prohiberet. Id quidem Othoni in animo fuisse affirmat Mommsenus.²⁾

Atque initio quidem Othoni omnia prosperrime cesserunt. Italiae enim orae in Tusco mari sitae a Misenatium classe usque ad ipsas Alpes maritimas omni ex parte obsessae erant (ibid. l. II 12). Vastata sunt ferro ignique ab Othonianis cum cetera Ligurum oppida tum Albintimilium Liguria quoddam municipium, in quod ab effrenatis classariis atrociter est saevitum (Tac. hist. l. II 13, Agric. c. 7). Nequiquam Marius Maternus, Alpium maritimarum procurator, contendit, ut pagani ad bellum evocati Othonianis urgentibus resisterent, cum primo ipso concursu fugarentur (Tac. hist. l. II 12). Iam classis Othoniana Narbonensis provinciae oras adoriri parabat. In tanta belli calamitate Fabius Valens, dux Vitellianorum, qui erat in propinquo,

morare res gestas sub Othone Vitellio Vespasiano Severo imperatoribus, quamquam complexus est classium Romanarum historiam in volumine primo libri in adnotatione antecedente laudati.

1) Plut. V. Galb. c. 15; Tac. hist. l. I 6. 37. 87; Suet V. Galb. c. 12, D. Cass. l. 64. 3, 2.

2) Hermes V p. 161.

duas Tungrorum cohortes alasque complures misit, quae provinciae copiis adiuvantibus acerrimum hostem repellerent. Pugnatum est in litore maris in occidentali nisi fallor Liguriaie parte. Erat autem acies Othoniani exercitus sic instructa: In collibus prope oram pars classiariorum disposita erat, adiunctae in planitie mari propiores praetorianorum cohortes, cum classis a mari in oram invaderet, ut victoria propter opportunitatem locorum ab Othonianis animis iam praeciperetur. Ac re vera brevi tempore interiecto Vitelliani adventantes, qui equitatu plurimum valebant, Treveris nimis incaute progressis prorsus erant perturbati, praesertim cum classis Othoniana necopinantes a tergo aggrediretur. Atque ad internecionem redacti essent Vitelliani, nisi noctis caligo insectantibus hostibus intervenisset (ibid. l. II 14. 28). Frustra subsidiis submissis, cum lux appeteret, proelium redintegratum est. Nam etsi primo rem tam bene gesserunt, ut classis ipsa summis angustiis premeretur, Othoniani tamen victores discesserunt. Neque ultra comminus signa contulerunt, cum alter alterum fugeret: Vitelliani, quod classem timebant, Antipolim exercitum reduxerunt, Othoniani Vitellianis equitibus perterriti Albiganum se receperunt (ibid. l. II 15).

Usui erat Othoni impetum fecisse in Liguriam, cum insulae Tusci maris Misenatium classis victoria nuntiata Othoni fidem praestarent. Ne Corsorum quidem fides, quos Decimus Pacarius procurator ad Vitellium perducere studuit Claudio Pyrrhico, classis Misenensis trierarcho, equiteque quodam Romano fidelissimis Othoni trucidatis, in posterum labefactata est (ibid. l. II 16).

Nihilosetius Misenatium classis incursus, quo paene deleti sunt Vitelliani, frustra susceptus est, cum Othoniani non possent prohibere, quominus Fabius Valens cum exercitu Cottias Alpes transgressus Ticinum usque procederet (ibid. l. II 27).

Sed non solum extra Italiam classarii pro Othone pugnaverunt, verum etiam bello in Italia ipsa exardescente imperatorem semper tutati sunt. Ingens enim classicorum numerus Othonem ad bellum proficiscentem comitati sunt (ibid. l. II 11). Iam Othoniano exercitu in Galliam Cisalpinam progresso Raven-

natum naves aptissimae erant ad Padi ostia custodienda, ne Vitelliani Galliam Cisalpinam ingressi aut a mari subsidia arcesserent aut comneatum Padanis navibus expedirent. Quapropter Tacitus (hist. l. II 32) loquentem facit Suetonium Paulinum, unum e ducibus Othonianis: 'Clausam Alpibus et nullo maris subsidio Transpadanam Italiam'; itaque bellum ducendum esse, quoad Vitelliani comneatus laborent inopia.¹⁾

Ceteroquin haud paucis Taciti locis narratur, quosnam in illo bello labores subierint, quatenus effecerint memorabilia singulae manus classicorum. Intercepti enim sunt inter Placentiam et Ticinum mille classarii a Vitellianis cohortibus Caecinae, quae Transpadanam regionem occupant (ibid. l. II 17). Placentia autem oppido, cui Vestricius Spurinna, dux Othonianus, praerat, a Vitelliano Caecina acerrime, sed frustra oppugnato, classariorum numerus, qui Placentiae praesidium firmaverant, Turullio Ceriali auctore, Caecinae e Germanica militia familiarissimo, ad discedentes Vitellianos transfugerunt, ut apud Tacitum (hist. l. II 22) legimus: 'Tradidere sese abeunti Turullius Cerialis cum compluribus classicis.' Quod contra profert Gerstenecker²⁾ classarios illos sub Ceriali duce primum fuisse agmen Othoniani Galliam Cisalpinam intrantis exercitus atque ad Caecinam Placentia Cremonam proficiscentem transisse, prava est coniectura.

Plane usque adhuc a viris doctis silentio est praetermissum Ravennates³⁾ naves in Pado advectas Othonianis tulisse auxi-

1) Vitellianum exercitum bello inter Vespasianum et Vitellium coorto interclusum fuisse eodem modo maritimo comneatu, cum Ravennatum classis Lucilio Basso praefecto auctore ad Vespasianum defecisset, illustratur Caecinae verbis (Tac. hist. l. III 13): 'transfugisse classem; in arto comneatum'. Atque apud eundem Tacitum (hist. l. III 52) legimus Vespasiani duces in Galliam Cisalpinam progressos id providisse imprimis, ut 'Padus et mare comneatibus compleretur'.

2) In programmate Monacensi (1882), quod inscribitur 'Der Krieg des Otho und Vitellius in Italien im Jahre 69' p. 19 et 23.

3) Quamquam neque in vicesimo tertio neque in tricesimo quinto capite secundi historiarum libri certis Taciti verbis refertur naves illas Padanas ad Ravennatum classem pertinuisse, facili tamen coniectura colli-

lium. Contigit enim Marcio Macro Othoniano, ut gladiatoribus in alteram Padi ripam, quam hostes occupaverant, traiectis Vitellianos prope Cremonam repelleret (ibid. l. II 23). Alias nempe idem Macer haud prospere dimicavit, cum gladiatores, quibus liburnicas naves compleverat, ut Germanos, Vitellii socios, in insula Padi collocatos reicerent, navibus eorum a Germanis ascensis omnes fere ad unum in fluctibus Padi submersi sint (ibid. l. II 35. 36. 43).

Sed postquam Bedriacensi pugna haud prospere commissa Otho imperator mortem sibi conscivit, Italicis classibus nihil iam restabat, nisi ut una cum ceteris Othonianis adversus Vitellium pacem sibi conciliarent. Itaque cum brevi post Vespasianus atque Vitellius de imperio decertarent, Italicae classes primo a Vitellio stabant (ibid. l. III 2), ut Antonius Primus et Arrius Varus, Vespasiani duces, Galliam Cisalpinam intrantes cogerentur in oppido Altino praesidium collocare firmissimum, quod Ravennatem classem coerceret (ibid. l. III 6). Sed tamen iam paucis intermissis diebus Ravennatum classis in Vespasiani fidem se contulit. Nam cum Caecina fide erga Vitellium violata Patavium esset profectus, se classiariorum fortitudinem accensurum mentitus, molitus tamen re vera classis defectionem, Lucilio Basso, Ravennatum classis praefecto, sine ullo persuasit negotio, ut Italicis classibus nihil esset commodius nisi Vitellium deserere, cuius partes belli necessitate coactae essent ut sequerentur (ibid. l. II 100). Sed quamquam Bassus praefectus, qui plurimos classiariorum in Vespasiani partes traxit (ibid. l. II 101), a Ravennatibus suspiciosus classis praefectura remotus est (ibid. l. III 12), is tamen, qui in eius locum substitutus est, Cornelius Fuscus, acerrimus Vespasianaе partis defensor erat (ibid. l. II 86, III 4. 42. 66).

Ravennatum classis defectione nuntiata Vitellius, quamvis securus in summis belli periculis, vehementissime, sed sero tamen excitatus est (ibid. l. III 36), cum Caecina professus Vitel-

gitur Ravennates fuisse, quoniam Ravenna cum proprio flumine Padi Fossa Augusta coniuncta erat.

lianos post Ravennatis classis defectionem a com meatibus fore exclusos iam praestantissimorum militum fidem labefactare conatus esset ¹⁾ (ibid. l. III 13).

Nequiquam Fabius Valens, dux alter Vitellianus, qui imperatori fidem servavit, Arimino oppido praesidiis firmato Ravennatem classem continere studuit, dum in Galliam Narbonensem transvectus Galliae Germaniaeque copiis convocatis Vitellio salutem attulisset (ibid. l. III 41). Sed vix ab Italiae ora navem solverat, cum Cornelius Fuscus et Ariminense praesidium terra marique impetu facto ²⁾ in deditionem vocat et Ravennates naves dimittit, quae Umbriae Picenique oras in Vespasiani potestatem redigant (ibid. l. III 42). Praeterea Ravennates Vespasianos in terrestri quoque militia adiuverunt, quippe cum Ravennatum classarii Vespasianorum exercitum Pompei Silvani Annique Bassi auferent, qui praetorianis Vitellii cohortibus occurrerunt (ibid. l. III 50).

Cum Ravennatum classis propter longinquitatem Ravennae ab urbe iam primis Vespasiani belli temporibus sine ullo periculo a Vitellio desciscere posset, Misenatum classis defectio, propter urbis viciniam periculosa, multo postea est exorta. Vespasianis tamen Romae appropinquantibus nihil iam profecit Vitellio, quod Lucium Vitellium fortissimum fratrem urbanis militibus Misenatumque classi praefecerat (Suet. V. Vitell. c. 15; Tac. hist. l. III 55), cum non modo Claudius Faventius, centurio Misensis, classem in summa rerum perturbatione ad Vespasiani partes perduceret, sed etiam Claudio Apollinari, classis praefecto, cunctante Apinius Tiro, qui antea praetor fuerat, seditionis classariis ducem se offerret. Tanti vero erat momenti

1) Tametsi initio milites defectionis consilium repudiaverunt ipsumque Caecinam in vincula coniecerunt (ibid. l. III 14), ita incitati Ravennatum classis erga Vitellium perfidia, ut trium liburnicarum navium milites, qui forte obviam ibant, trucidarent, paulo post tamen ipsi quoque Vespasiani ducibus turpiter se tradiderunt (ibid. l. III 31).

2) Omisit Mommsenus praeclarissimum illud Ravennatum in commentario proferre, quem scripsit ad veteranorum privilegium anni septuagesimi primi (Eph. epigr. II p. 457).

classis illius defectio, ut plurima Campaniae oppida in Vespasiani partes transirent (Tac. hist. l. III 57).

Quantopere autem Vitellius Misenatium classis proditione fuerit perturbatus, inde licet concludere, quod praiceps e castris Romam advolavit (ibid. l. III 56), ut classariam seditionem exstingeret. Sed frustra mandavit Claudio Iuliano, pristino classis praefecto, qui tum urbanis cohortibus praeerat, ut seditiosos classarios aut fervida adhortatione aut vi armorum ad officium revocaret. Ipse enim Iulianus, qui brevi post in Vespasiani partes transgressus copias suas cum Misenatibus classariis sub Claudio Apollinari praefecto coniunxit, Terracinae in oppido Latii munitissimo se inclusit, ut tutus ibi esset a Vitellianis (ibid. l. III 57).

Tum maxime, cum iam nihil esset in Vitellii potestate nisi tractus ille inter Terracinam et Narniam, oppidum in meridionali Umbriae parte situm (ibid. l. III 60), L. Vitellius, ut subveniret fratri belli calamitatibus vehementer afflicto, consilium cepit a Feronia, Campaniae vico, Terracinam oppugnare, quod videbatur propugnaculum adversariorum prope Romam periculosissimum. Nec male rem gessit, cum et circumsectorum socordia et servi proditione adiutus nocte intempesta cum exercitu Terracinae muros ascenderet atque in oppido praeter opinionem oppugnato omnia turbaret. Quamquam fuga omnes salutem petiverunt nec prius subsisterunt, quam ad naves in portu ad ancoras consistentes confugerunt, sex tamen modo naves una cum Claudio Apollinari, classis praefecto, fuga se eriperunt, reliquae aut captae sunt aut trepidantium multitudine demersae (Tac. hist. l. III 76. 77; D. Cass. l. 65. 16, 2). Sed ne talis quidem belli eventus Vitellii imperatoris cladem moratus est.

Ex his, quae breviter exposuimus, satis intellegitur, quam varia belli fortuna Italicae classes anno illo undeseptuagesimo pugnaverint.

At multo difficilius cognoscitur, quonam eventu Italicae classes bello civili post Pertinacis imperatoris mortem coorto interfuerint, quia Xiphilini e Dione excerpta, Herodiani libri,

vitae scriptorum historiae Augustae vix exilem illius aetatis notitiam exhibent. Quae pro certo statuimus, haec fere sunt.

Postquam Pertinace imperatore interfecto Didius Iulianus Romae imperator est appellatus, solae Italicae copiae i. e. urbani milites atque utraque classis Italica imperium eius comprobaverunt, cum eodem tempore legati Clodius Albinus in Britannia, C. Pescennius Niger in Syria, L. Septimius Severus in Pannonia a legionibus incitati imperatoriam dignitatem appetent. Sed dum Albinus ¹⁾ atque Niger Romam proficisci cunctantur, Septimius Severus mora nulla interposita cum Pannonicis legionibus Italiam ingressus tanta celeritate Ravennatum urbem, Galliae Cisalpinae claustra, cepit ²⁾, ut Tullius Crispinus, praefectus praetorio Iuliani, Ravennam missus, ut Ravennatem classem contra Severum armaret ³⁾, re infecta Romam discedere esset coactus.

Nec Misenatium classiarum, quos Iulianus, cum Severi exercitus Romae appropinquaret, Miseno accurrere iussit ⁴⁾, ut urbis praesidium augerent, ullum fere adiumentum attulerunt, cum illi, si Dioni est fides habenda, in bello gerendo tirones ne arma quidem tractare didicissent, ut Septimius Severus sine ulla contentione rerum potiretur. Quoniam testimonio nisus Ceuleneerus ⁵⁾ contenderit non amplius quingentos Misenates tum esse Romam profectos, perspicere non potui. Etsi fontis-

1) Albinum Severi promissis commotum in Britannia remansisse legimus apud Zonaram (l. XII c. 7, P. I 604 B).

2) D. Cass. l. 73. 17, 1: *Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀφίκετο καὶ τὴν Ῥάβενναν ἀκοντὶ παρέλαβε, καὶ οὗς ἐκεῖνος (Ἰουλιανὸς) ἐπ' αὐτὸν ἐπεμπεν ἢ πείσοντας ὑποστρέψαι ἢ εἰρξοντας τῶν παρόδων, προσεχώρον αὐτῷ; Spart. V. Iul. c. VI 3: 'Sed dum haec egit Iulianus, Severus classem Ravennatem occupat'; Zon. l. XII 7, P. I p. 604 C: *Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος εἰς τὴν Ἰταλίαν εἰσέβαλε καὶ τὴν Ῥάβενναν ψκείωσατο καὶ οἱ πεμπόμενοι προσεχώρον αὐτῷ.**

3) Spart. V. Iul. c. VI 4: 'Tullius Crispinus, praefectus praetorio, contra Severum missus, ut classem produceret repulsus Romam, redit.'

4) D. Cass. l. 73. 16, 3: *Οἱ ἐκ τοῦ ναυτικοῦ τοῦ ἐν τῷ Μισσηνῷ ναυλοχοῦντος μεταπεμφθέντες οὐδ' ὕπως γυμνάσωνται ἤδεσαν.*

5) *Essai sur la vie et le règne de Septime Sévère* 1860 p. 42.



bus numerus non indicatur, id tamen pro certo affirmo numerum eorum fuisse multo maiorem.

Sed Iuliano devicto Septimius Severus non iam totius imperii Romani potestatem obtinuit. Immo Pescennius Niger, qui in oriente firmissimum regnum sibi constituerat, terra marique oppugnandus erat. Quo in bello navali potissimum Septimium imperatorem Italicis classibus usum esse e Herodiani verbis (l. II 14, 7): *Ἐξήρτυε δὲ καὶ στόλον ναυτικόν. καὶ πάσας τὰς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τριήρεις ὀπλιτῶν πληρώσας ἐξέπεμπεν* atque (l. III 1, 1): *Ἄγων δὲ πάντα ἐπ' αὐτὸν τὸν Ἰλλυρικὸν στρατὸν πεζὴν τε καὶ ναυτικὴν δύναμιν ἄλλην, quae ab Hoefnero¹⁾ sine ulla causa in dubium sunt vocata, plane apparet. Nec sine veri specie Ceuleneerus (l. c. p. 68 et 69) opinatur Italicas copias Severianas belli initio Italicis classibus Brundisio Dyrrachium esse traiectas.²⁾ Imprimis autem Severus classibus illis est usus, et cum exercitum a Thraciae ora Cyzicum in oppidum transmitteret³⁾, et cum Byzantium tres per annos circumsederet, cuius portus catenis clausi⁴⁾ quingentarum navium classem continebant.⁵⁾ Ac re vera Byzantio oppugnando frequentes naves adhibitas esse colligi potest e verbis Dionis (l. 74. 12, 1): *Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἔδρασαν καὶ ἔπαθον οἱ Βυζάντιοι, ἅτε τοῖς ἐκ τῆς οἰκουμένης ὡς εἶπεῖν στόλοις ἐπὶ ὅλον τριετῆ χρόνον πολιορκούμενοι.* Iam idem Dio auctor est et Byzantios hostium triremes in stationibus lacessitas cepisse⁶⁾ et, cum multi Byzantii inopia*

1) 'Untersuch. zur Gesch. des Kaisers L. Septimius Severus und seiner Dynastie' 1875 p. 128.

2) Spartiano teste (V. Sever. c. 15, 2) milites Severi, cum anno ducesimo primo adversus Parthos arma ferret, Brundisio in orientem navibus sunt transvecti.

3) Schiller, hist. imper. Rom. I p. 710; De Ceuleneer l. c. p. 70.

4) D. Cass. l. 74. 10, 5.

5) Ibid. l. 74. 11, 3.

6) Ibid. l. 74. 12, 1: *Ἡρόν (οἱ Βυζάντιοι) δὲ καὶ τριήρεις τῶν ἐν τῷ ὄρωφ τῶν ἐναντίων οἰσῶν; Zon. l. XII c. 9, P. I p. 606 AB: Οἱ δὲ Βυζάντιοι καὶ ζῶντος τοῦ Νίγρον καὶ θανόντος πολλὰ καὶ θανάμαστα ἔδρασαν, ἐπὶ χρόνον πολιορκούμενοι τριετῆ. Ἡρόν μὲν γὰρ καὶ*

ingravescente ex urbe scaphis evadere conarentur, eorum navigia aut esse depressa aut intercepta Romanorum liburnis.¹⁾ Neutiquam igitur potest dubitari, quin Italicae classes bello illi interfuerint.

Quibus autem aliis bellis aetatis Caesarianae Italicae classes rebus gerendis se praestiterint, ignoramus.

Sed iam aggrediamur ad regiones stationesque classium Italicarum accuratius definiendas.

πλοιά τινά παραπλέοντα, ἤρουν δὲ καὶ τρήρεις τῶν ἐν τῷ ὄρμῳ τῶν ἐναντίων οὐσῶν.

1) D. Cass. l. 74. 13, 1—3.

CAPUT IV.

De classium Italicarum regionibus stationibusque.

1. De regionibus.

Quod Suetonius affert (V. Div. Aug. c. 49) ad inferi maris tutelam Misenatium classem institutam esse ab Augusto Ravennatem ad superi, apud Vegetium (l. IV 31) hiece accuratissime illustratur: 'Misenatium classis Galliam Hispanias Mauretanium Africam Aegyptum Sardiniam atque Siciliam habebat in proximo. Classis autem Ravennatium Epiros Macedoniam Achaïam Propontidem Pontum Orientem Cretam Cyprum petere directa navigatione consueverat.' Nimirum Vegetii verba non ita sunt intellegenda, ut singulae terrae aut a Misenensi aut a Ravennati classe custodirentur. Immo data occasione Misenates in Ravennatium regionem, Ravennates in Misenatium arcessiti sunt. Nam ut exemplis verba mea confirmem, e titulo Misenensi Eph. epigr. VIII f. 1, 426 intellegitur L. Calpurnium Rufum Misenatem, qui scribae munere fungebatur, Ephesum ex officio missum esse, quamquam Ephesiorum oppidum proprie pertinebat ad Ravennates. Quid? Quod in oppidis Thessalonica (cf. CIL III f. 1. 7327 [n. 168]) et Cyzico (cf. CIGr. II 3692 [n. 75]) Misenatium tituli sunt reperti, tametsi Macedonia Pontusque Vegetio auctore ad Ravennatem regionem spectabant, Dertosae vero in municipio Hispano, quae Misenatium classis regio, Ravennatis sepulcrum erutum est (CIL II 4063)? Nec Taciti testimonium (hist. l. II 9) est praetermittendum duas Misenenses triremes Galatae Pamphyliaeque procuratorem comitatas esse, quamquam illae terrae Ravennatium classis praesidio permissae erant. Sed cum ille procurator sine ulla dubitatione in pro-

vinciam Ostia navi sit profectus, Misenatum classis triremes custodiendi causa ei sunt datae.

Itaque non licet simpliciter accipere cum Vegetio singulas imperii Romani provincias inter Misenensem et Ravenatensem classem distributas fuisse. Praeter cetera autem ne illud quidem neglegendum est Mauretanium¹⁾ Africam Aegyptum Pontum Syriam, cum imperii Romani opes auferentur, propriis classibus ita esse munitas, ut classium praetoriarum praesidiis magis magisque supersederent.

2. De stationibus.

Etsi Ferrero in additamento²⁾ libri saepius laudati per tabulam classium Italicarum stationes exposuit, quae et scriptorum testimoniis et titulis repertis quadam cum probabilitate indicantur, tamen illam materiam recolare sum conatus. Primum enim his diebus nonnulli, qui huc faciant, tituli sunt eruti; neque paucos praetermisit Ferrero; tum interdum veteranorum titulos³⁾ tabulae suae inscripsit, cum soli militantium tituli, ut infra videbimus, sint conferendi; deinde nusquam fere ab eo est explanatum, qua de causa singulae stationes institutae sint; denique nunc demum, quo loco singulae classiariorum inscriptiones repertae sint, ex adnotationibus CIL Ephemeridisque epigraphicae voluminum satis certe cognoscimus.

Sed priusquam ad singula transeamus, quae de classium Italicarum stationibus in universum dicenda videantur, proponamus.

Ut maris commercia in tuto plane collorarentur, non sufficiebat, quod in duobus illis portibus, in Misensensi et Ravenati, maximae navium stationes erant institutae. Iam monui

1) De Mauritaniae classe nuperrime Cagnat ('L'armée Romaine d'Afrique' p. 340) scripsit, de Africae Aegypti Ponti Syriae classibus sunt conferenda, quae exploraverunt doctissimi viri Ferrero ('L'ordin.' p. 160—171, 180), Mowat ('Bull. épigr.' VI p. 226—231), Héron de Villefosse (Daremb. 'dict.' p. 1234), Marquardt ('Staatsverw.' II^a p. 503—505).

2) cf. 'Memorie di Torino' vol. XXXVI p. 69 seq.

3) Pertinent ad veteranos tituli Aquileienses CIL V 774 = Ferr. 562 atque CIL V 938 = 576, et titulus Ostiensis CIL XIV 235 = Ferr. 216.

in extremo capite primo (p. 296) anno p. Chr. n. sexto Sardiniam insulam in conspectu paene portus Misensis sitam valde turbatam fuisse latrocinii. Talia autem incommoda tolli vix poterant, nisi utraque classis locis et saepe hostiliter vastatis et propter commercium illustribus paucarum navium stationes collocabat, ut, si quid opus facto erat, auxilium adesset. Rectissime enim Vegetii verba se habent (l. IV 31): 'In rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse quam virtus.' Atque haud facile piratarum latrocinia Caesarianis temporibus admodum essent repressa, nisi in singulis Italiae provinciarumque oppidis maritimis permultae navium stationes institutae essent. Qualis autem fuerit Traiani aetate maris incolumitas, Arriani verbis (Diss. Epict. l. III 13, 9), allatis primum a Mommseno ('Staatsr.' II³ p. 863 adn. 6), illustratur: *Εἰρήνην μεγάλην ὁ Καίσαρ Τραιανὸς ἡμῖν δοκεῖ παρέχειν, ὅτι οὐκ εἰσὶν οὐκέτι πόλεμοι οὐδὲ μάχαι οὐδὲ ληστήρια μεγάλα οὐδὲ πειρατικά· ἀλλ' ἔξῃστι πάσῃ ὥρᾳ ὀδεύειν, πλεῖν ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμᾶς.*

Itaque navium stationes maxime in regionibus, quas piratae vexare solebant, aliae commercii atque comiteum usus, aliae officio principis atque palatii dispositae sunt.

Navibus sic a Miseno sive Ravenna ad classicam stationem ablegatis classariae vexillationis nomen imponendum erit, sicuti vexillationis legionariae nomen militibus a legionibus ablegatis. Nempe classariae vexillationis significatio non legitur nisi in titulo Gordianae aetatis CIL VI 1638 et in titulo, qui ad classem Germanicam pertinet (Brambach CIRh 665).

Ut aperiam, quomodo singulae stationes inter Misenam classem et Ravennatem distributae fuerint, per se manifestum est Misensium classis stationes in Tusci maris oris, Ravennates in Hadriatico sitas fuisse. Duobus tamen in portibus Centum Cellis in occidente, in Piraeo in oriente utraque classis Italica videtur navium stationem habuisse, cum ibi totidem fere Misenses tituli sint reperti, quot Ravennates. Fortasse classis utraque in duobus illis portibus propterea habuit communem stationem, quod optandum erat Ravennatum classi in occidentis, Misensium in orientis maribus unam saltem patere statio-

nem, cum aliter uniuscuiusque classis administratio perturbata fuisset.

Sed non solum in oris maris classes Italicae stativa habuere, verum etiam in urbe Roma et prope ad lacum Fucinum.

Qui classarii duces singulis stationibus praefuerint, singillatim erit dicendum.

Reliquum est, ut exponam, unde cognoscatur alicubi classis stationem fuisse. Certe quidem haec in re scriptorum testimonia plurimam habent auctoritatem. Sed cum non multa eaque recondita exstant, animum est advertendum, quibusdam locis singuli classiariorum tituli sint reperti. Est enim probabile, si in oppido quodam classiaro elogium est insculptum, vel potius, si in oppido quodam classarius uxori (cf. CIL X 3462) vel liberis (cf. CIL XIV 241) sepulcrum fecit, illum in oppido illo diutius esse versatum. Nihilominus tum demum aliquo loco classis stationem fuisse pro certo statuendum erit, si certa aderunt testimonia scriptorum, cum, etiamsi singuli tituli classiariorum quibusdam locis sint reperti, nihil obstat, quominus classarii illi fortuito paululum ibi morati sint.

Veteranorum vero titulis aliquo loco repertis minime demonstratur classiarum stationem in illa regione fuisse. Plerumque enim tales emeritorum inscriptiones, si imperatoris privilegia indicant, a classariis domum sunt transportatae, ut adnotavit iam pridem Mommsenus ¹⁾ nuperrimeque exemplis comprobavit ²⁾, si in sepulcris leguntur, a veteranis in patria sunt insculptae. Quod quidem optime titulo Pannonico veterani ex optione M. Minicii Saturnini classis Ravennatis comprobatur (cf. CIL III 3971). Ille enim honeste missus in patriam memorialem lapidem Sisciae in Pannoniae oppido, unde Tacito teste (hist. III 12) Ravennates potissimum conscripti sunt, uxori filiis parentibus extruxit.

Singulas classium Italicarum stationes perlustrantibus primum quidem erit loquendum de Tusci maris stationibus i. e. de Misensibus.

1) cf. CIL X 2 p. 777 b.

2) cf. CIL III f. 3 p. 2034 a.

In primariarum inferi maris stationum numero Ostiensem stationem, quae a Strabone ¹⁾ urbis *Ἐστίνειον* appellatur, referendam esse vix quisquam negabit. Nam ibi iam primis principatus annis navium stationem fuisse probabile est, cum Ostiae non solum plurimi rei frumentariae comaeatus maritimi exponerentur ²⁾ atque in horreis conderentur ³⁾, sed etiam totius orbis terrarum commercium conflueret. ⁴⁾ Nec minus magistratibus ab Ostia ⁵⁾ in provinciam proficiscentibus naves erant apparandae. Itaque non est mirum, quod satis multi classiariorum tituli Ostiae sunt reperi: cf. CIL XIV 234 (n. 120), 237, 238, 239, 240, 241, 243 (in hisce classis Misenensis nomen legitur), CIL XIV 110 (n. 76), 232 (n. 107), 233, 242, 4133. Sed multo gravioribus testimoniis licet confirmare principatus aetate ibi classiariorum stationem fuisse. Legimus enim in capite octavo Suetonianaе vitae Vespasiani ⁶⁾ imperatorem illum classiaris ab Ostia ac Puteolis et Romam currentibus et recurrentibus, cum donativum calciarii nomine peterent, non solum nihil praebuisse, sed etiam arrogantes cogisse excalceatos cursitare. Hac quidem narratiuncula aperte indicatur Vespasiani temporibus classiaris Ostiae fuisse collocatos. Immo vero Hermannus Dessau ⁷⁾ e Suetonii verbis: 'et ex eo ita cursitant', quibus finitur narratio, concludit Suetonii quoque aetate classiaris Ostia Romam advolasse.

1) Strab. l. III 2, 6 p. 145 C et l. V 2, 1 p. 219 C.

2) cf. Dessau CIL XIV p. 7 b; D. Hal. l. XII 1; Aur. Vict. vir. ill. c. V 3: 'Ostiam coloniam, maritimis comaeatibus opportunam'; Amm. l. XIX 10, 1; Sid. Apoll. epist. l. I 10, 2 (Mon. Germ. Hist. VIII p. 16).

3) Locis ab Hermanno Dessau laudatis (CIL XIV p. 8 b) Ammiani Marcellini verba addenda sunt (cf. l. XIX 10, 4): 'Vellificatione plena portum naves ingressae frumentis horrea refererunt.'

4) Flor. l. I 1, 4: 'Futurum, ut totius mundi opes et comaeatus illo velut maritimo urbis hospitio reciperentur'; Isid. orig. l. XV 1, 56.

5) Iuv. sat. VIII 171 seq.

6) 'Classiaris vero, qui ab Ostia et Puteolis Romam pedibus per vices comaeant, petentes constitui aliquid sibi calciarii nomine, quasi parum esset sine responso abegisse, iussit post haec excalceatos cursitare; et ex eo ita cursitant.'

7) cf. CIL XIV p. 9^a.

Ceterum iam Neronis temporibus naves longas Ostiae stetisse in ancoris eiusdem Suetonii verbis (V. Ner. c. 47) adhuc neglectis illustratur, e quibus apparet Neronem in summa rerum desperatione, cum legiones defecisse nuntiatum esset, fidelissimos libertorum Ostiam praemisisse, ut classem praepararent, cum ipse tribunus centurionesque praetorii evocaret, ut Alexandriam secum fugerent.¹⁾

Neque omittendum est Claudium imperatorem anno p. Chr. n. quadragesimo tertio ad Britannicam expeditionem Ostia navi esse profectum.²⁾

Sed exstat alterius quoque saeculi exeuntis titulus, valde quidem mutilatus (CIL XIV 110 [n. 76])³⁾, quo indicatur anno centesimo octogesimo sexto classarios Ostienses sub Iusto trierarcho fuisse.⁴⁾

Ostiensem stationem ad Misenatium classem pertinuisse e titulis manifestum fit. Ravennatum autem classiariorum inscriptiones Ostiae esse repertas Héron de Villefosse (Daremb. dict. p. 1233^{b)}) temere contendit. Neque enim quidquam Ravennates titulos Ostiae esse repertos legitur in commentatione a viro docto de Rossi scripta (cf. Bull. dell' inst. 1865, p. 42—46), qua nititur Heronis sententia.

Id quoque commemoro Mommsenum⁵⁾ significatione vernae Ostiensis, quae legitur in titulo CIL X 3654, confirmari putare Ostiae classis stationem fuisse, cum verna ille classarii cuiusdam Ostiensis filius esset. Nec tamen necesse Ostiensem vernam classarii esse filium.

Restat ut Mowati (Bull. épigr. VI p. 165) atque Heronis

1) cf. D. Cass. l. 63. 27, 2.

2) cf. ibid. l. 60. 21, 3.

3) Primum quidem a Garruccio suppletus (cf. Ferr. 'L'ordin.' adn. ad inscr. 7), sed melius a Mommseno (cf. CIL XIV 110 adn.).

4) Est assentiendum Hermanno Ferrero, qui censet ('L'ordin.' p. 67) classarios illos sub Iusto trierarcho non unius navis fuisse, cum Claudius Pyrrhicus quoque trierarchus Tacito teste (hist. l. II 16) compluribus Corsicanis liburnis praefuerit.

5) cf. Herm. vol. XVI p. 465. Quam Mommseni sententiam Dessau (cf. CIL XIV p. 9*) probat.

de Villefosse (Daremb. dict. p. 1222^b) sententias refellam, qui putant duas illas cohortes, quas Claudius imperator Suetonio teste (V. Claud. c. 25) Ostiae et Puteolis instituit, ut incendiorum pericula minueret, e classiariorum numero constitisse. Quae cum incendiis opprimendis operam darent, certe quidem vigilum cohortes fuerunt, ut iam Mommsenus vetustiore sententia abiecta¹⁾ enuntiavit (cf. CIL X p. 183^a), quamvis dubitanter, cum sibi vigilum tituli Ostiae sive Puteolis reperti nondum essent noti.²⁾ Hodie, postquam Hermannus Dessau³⁾ haud paucas vigilum inscriptiones Ostiae repertas collegit, quibus duas Puteolis repertas CIL X 1767 et 1768 adiungo, vix quisquam dubitabit, quin cohortes illae a Claudio creatae vigilum cohortes fuerint.⁴⁾ Ne tamen ulla remaneat dubitatio, monendum erit cohortes illas et Ostiensem et Puteolanam a Claudio propterea esse institutas, quod, cum Tiberio imperatore noctu incendii ardor supra Ostiam apparuisset, urbis Romae vigiles accurrerunt, rati oppidum illud in periculo esse, ut apud Senecam (nat. quaest. l. I 15, 5) legimus: 'Sub Tiberio Caesare cohortes in auxilium Ostiensis coloniae cucurrerunt tanquam conflagrantis, cum caeli ardor fuisset per magnam partem noctis parum lucidus crassi fumidique ignis.' Tali eventu commotus profecto Claudius consuluit, ut Ostiae et Puteolis vigiles praesto essent.

Perinde atque Ostiensis floruit Puteolana classis statio, supra saepius commemorata. Inde iam Octavianum maritimas expeditiones paravisse Appianus (Bell. civ. l. V 78. 97. 98) auctor est. Imprimis autem Puteolis quoque frumentariae naves exinanitae⁵⁾ sunt, maxime priusquam portus Ostiensis molibus

1) Primo Mommsenus (cf. Herm. vol. XVI p. 645) cohortes urbanae fuisse disputaverat.

2) Non dubitant Hirschfeldus (Philol. vol. XXIX p. 76) atque Belochius (Campania p. 91) contendere vigilum cohortes illas fuisse.

3) Vide et CIL XIV p. 9^a et Eph. epigr. VII p. 358 seq.

4) Apud Tacitum quoque (hist. l. I 80 et l. II 63) mentio fit Ostiensis cohortis, id quod Dessau (cf. CIL XIV p. 9^a) vidit.

5) Disseruerunt hac de re Mommsenus (cf. CIL X p. 183^a), Hirschfeldus (cf. Philol. vol. XXIX p. 75 adn. 113), Belochius (Campania p.

aggeribusque erat praemunitus¹⁾, quos a Claudio imperatore institutos Traianus demum confecit.²⁾ Classis stationem ibi fuisse e Suetonii verbis (V. Vesp. c. 8) supra allatis patet. Accedit quod ingens numerus titulorum ad classarios pertinentium repertus est Puteolis: cf. CIL X 3360 (n. 71), 3386 (n. 127), 3419, 3475, 3504, 3529, 3546, 3604, 3605, 3629 (illi classis Misennensis nomen exhibent), CIL X 3364 (n. 80), 3397, 3406, 3407, 3462, 3492, 3495, 3498, 3507, 3512, 3568, 3580, 3583, 3585, 3589, 3612, 3638, 3647, 3649, 3666, X 2 8208.

Puteolanae quoque stationi trierarchum praefuisse conicere licet ex inscriptione CIL X 3360 (n. 71), ex qua discimus C. Iulium Postumum classicum testamentum conscripsisse Ti. Flavio Terentiano trierarcho procurante.³⁾ Cohortem illam a Claudio institutam, cuius mentio fit apud Suetonium (V. Claud. c. 25), vigillum fuisse, non classiariorum supra (p. 324) demonstravimus.

Alia Antiatis erat stationis condicio. Quo in oppido, quod Philostratus (V. Apoll. l. VIII 20) inter oppida maritima numerat, cum sciamus Iulios imperatores libentissime esse versatos⁴⁾, consentaneum est imperatorum usui classiarium stationem ibi esse collocatam. Ac re vera apud Tacitum (ann. l. XIV 4) legimus Neronis matrem Agrippinam, quae Antii commorari solebat, classis triremi classariisque usam esse, quotiescunque navigavit. Unde nescio an factum sit, ut in oppido Antio, quod a Strabone (l. V 3, 5 p. 232 C) ἀλιμενον significatur,

114—116). Confer etiam Strabonis locos l. V 4, 6 p. 245 C et l. XVII 1, 7 p. 793 C atque Philonis libelli in Flaccum cap. V (Ναῦς Ἀλεξανδριδης). Id quoque moneo Gaium imperatorem frumentariis navibus Puteolanis usum esse, cum celeberrimum illum pontem navalem Puteolis Baias in oppidum faciendum curaret (cf. Suet. V. Calig. c. 19; D. Cass. l. 59. 17, 1. 2).

1) De his cf. Dessau CIL XIV p. 5^b, 6^a, 6^b, 7^a.

2) Antequam Ostiae aptus portus est constitutus, naves eo saepius non sine summis difficultatibus sunt appulsae (cf. D. Cass. l. 60, 11. 2), ut merces atque frumenta primis principatus temporibus ibi impeditae exonerentur (cf. Strab. l. V 3, 5 p. 231 et 232 C).

3) Conferenda sunt verba, quae in titulo CIL XIV 110 (n. 76) leguntur: 'sub [cura] . . . ti Iusti tr(ierarchi).'

4) cf. Mommsen CIL X p. 660^b.

summa impensa Nero Suetonio teste (V. Ner. c. 9) portum aedificaverit. Nimirum unus usque adhuc classarius titulus Eph. epigr. VIII f. 1. 658 Antii est repertus.

Multo etiam saepius Romanorum imperatores in Baiana regione, quae passim domibus imperatoriis erat ornata (cf. Ios. Ant. Iud. I. XVIII 7, 2), domicilia collocaverunt.¹⁾ Dubiumne idcirco, quin in portu Baiano, quem et Plinius (n. h. I. III 61) et Athenaeus (I. II 43^b) praedicant²⁾, classariae naves ad imperatorum nutum praesto fuerint, praesertim cum Baiis erutae sint satis multae classiariorum inscriptiones: cf. CIL X 3353 (n. 68), 3453, 3633, 3642, 3669 (in illis classis Misensis nomen), CIL X 3393, 3436, 3442, 3445, 3484, 3523, 3652 (incerta: CIL X 1981)?

Terracinensem classis stationem fuisse ex historiarum Taciti libris (I. III 76, 77) scimus, ubi legimus anno undeseptuagesimo classarios Terracinae obsessos, cum L. Vitellius imperatoris frater oppidum expugnasset (cf. D. Cass. I. 65. 16, 2), ad liburnicas naves in Terracinensi portu commoratas accurrisse, ut fugae se mandarent. Ceterum unus adhuc exstat classarius titulus Terracinensis CIL X 2 8261.

Ne posteriore quidem aevo Terracinensem portum esse neglectum inde apparet, quod ab Antonino Pio imperatore in integrum est restitutus (Capitol. V. Anton. Pii c. VIII 3).

In nobilissima Campaniae civitate Neapoli, quae iam Sullano bello civili proprias triremes sibi comparaverat³⁾, quin Caesarianis quoque temporibus classariae naves steterint, non est dubium, quoniam aliter, cur ibi repertae sint tot classicae inscriptiones, haud facile potest explicari. Quarum nonnullae licet Neapolim demum deportatae sint, quae est Mommseni sententia⁴⁾, permultae tamen exstant vere Neapolitanae. Ut autem titulos Neapoli repertos enumerem, hi quidem sunt:

1) cf. Mommsen CIL X p. 351^b.

2) Belochius quoque (cf. Campania p. 180, 181) portum illum describit.

3) cf. App. Bell. civ. I. 1 89.

4) cf. CIL X p. 172^b.

CIL X 3349 (n. 61), 3370 (n. 113), 3388 (n. 135), 3494, 3508, 3566, 3578, 3620¹⁾, 3656 (illi cum classis Misensis significatione), CIL X 3338 (n. 167), 3354 (n. 83), 3358 (n. 73), 3375 (n. 145), 3401, 3433, 3437*, 3510, 3511, 3532, 3562, 3607, 3611, 3613, 3632, 3634, 3637, 3662, 3668.

Quoniam Stabiis effossum est sepulcrum (cf. CIL X 2 8131 [n. 77]), quod C. Longinius Priscus trierarchus Misensis filiolo suo fecit, recte conicere mihi videor illum ibi in officio diutius esse versatum idque eo magis, cum apud Plinium (epist. l. VI 16. 11, 12) legamus anno undeoctogesimo Vesuvio erumpente Stabiis naves habuisse stationem, quibus Pomponianus, Plinii maioris classis praefecti amicus, ubi periculum imminuit, ventis adversis frustra conatus est proficisci. Sed quales fuerint illae naves loco illo Pliniano non indicatur.

Num Surrenti Salerni Veliae in Campanis oppidis classarii ad tempus fuerint collocati, diiudicare non ausim. Satis habeo commemorasse titulos CIL X 685 et 687 Surrenti esse repertos, Eph. epigr. VIII f. 1 292 Salerni, Eph. epigr. VIII f. 1 282 Veliae, qui omnes sunt classiariorum.

Communis autem classis utriusque Italicæ navium statio erat Centum Cellis, ut iam Ferrero ('L'ordin.' p. 132) atque Bormannus (CIL XI p. 524*) docuerunt, cum numerus fere aequalis Misensium Ravennatumque titulorum Centum Cellis sit repertus. Novem enim exstant inscriptiones Misenses (CIL XI 3522, 3523, 3524, 3525, 3526, 3532, 3533 [n. 129], 3534, 3535), sex Ravennates (CIL XI 3528, 3529, 3530, 3531, 3531*, 3536). Ac re vera Rutilius Namatianus, qui Roma in patriam proficiscens Centum Cellis ancoras iecit, illum portum tranquillam navium stationem esse in itineralio suo (l. I 237 seq.) dicit. Id quoque liceat addere itineralio Antonini (498, 4, ed. Parthey p. 243) confirmari Centum Cellis fuisse 'navium positionem'. Attamen posterioris aevi statio erat, cum Centum Cellarum portus a Traiano demum institutus posterioribus maxime saeculis floruerit. Atque haud paucas naves ad ancoras ibi con-

1) Titulum illum erutum esse in agro Neapolitano Neugebauer ('Die Südslaven u. deren Länder' Lipsiae 1851 p. 247) testatur.

stitisse inde apparet, quod Centum Cellarum classariis eorumque propinquis proprius sepulturae locus concessus fuit, id quod Annovazzi ¹⁾ sepulcra eorum contemplatus explanavit.

Si quaeritur, cur Traianus Centum Cellarum stationem maximo sumptu instituerit, cum portus Ostiensis haud ita multum distaret, scholio quodam Iuvenalis ²⁾ scimus Ostiae portum Traiani aetate denuo valde fuisse inutilem. Nec perspiciuntur Plinii verba (cf. epist. l. VI 31): 'nam per longissimum spatium litus importuosum hoc receptaculo (Centum Cellarum portu) utetur', nisi putamus Ostiensem portum tum quidem statu fuisse deterimo. Huc accedit quod Dione ³⁾ auctore nihil antiquius habuit Traianus quam ut plurimos portus constitueret.

Ceterum Centum Cellarum stationi tituli in oppido Lorio ⁴⁾ in via Aurelia sito reperti, quod hodierno die 'Torre in Pietra' appellatur, adnumerandi sunt, ut Bormannus in adnotatione (CIL XI p. 550 ^{b)}) eleganter expedivit. Sunt autem originis Misenatis: CIL XI 3736, XI 3737, Ravennatis: CIL XI 3735.

Lunae portum Italiae septentrionalis optimum ⁵⁾, cui hodie 'Spezia' nomen, Ravennatum classariorum praesidio commissum fuisse propterea credibile est, quod Ravenna urbs multo erat propior. Ac re vera, qui Lunae erutus est titulus classicus (cf. Notizie degli Scavi 1890 p. 380), Ravennatis est. Fortasse autem non erit inutile hoc loco commemorasse iam liberae civitatis temporibus Livio (l. XXXIV 8, 5) teste Lunam contractas esse naves Romanorum.

Italicae igitur continentis in mari Tyrrheno sitis stationibus perlustratis iam ad Galliae Hispaniaeque oras transeamus.

Firmata sunt Galliae litora navibus Foroiuliensibus,

1) cf. Notizie degli Scavi 1877 p. 264.

2) Ad sat. XII 76: 'Traianus portum Augusti restituit in melius et interius tutiorem sui nominis fecit.'

3) l. 68. 7, 1: *Καὶ πλείστα καὶ ἀναγκαϊότατα καὶ ἐν ὁδοῖς καὶ ἐν λιμέσι . . . κατασκευάσας (Τραιανός).*

4) Legitur in Latii tabula volumini CIL XIV addita.

5) Collegit scriptorum testimonia Bormannus cf. CIL XI p. 259^b.

quae etiam anno p. Chr. n. undeseptuagesimo, ut supra (p. 294) vidimus, ibi dispositae erant.

Ad Hispaniam autem tuendam navibus, ut censet Mommsenus¹⁾, non opus erat, cum Cantabris perdomitis provincia illa prorsus esset pacata, ut ex eo, quod in oppido Dertosa seorsum a mari in Hiberno flumine sito unus titulus Ravennas (cf. CIL II 4063) effossus est, non sit coniciendum classis stationem ibi fuisse, id quod iam Huebner²⁾ rectissime monuit.

Deinde Mauretaniae Numidiae Africae Aegypti navium stationes hoc loco sunt praetermittendae, cum provinciarum classibus custodirentur.

Reliquum est ut navium stationes, quae in omnibus fere Tusci maris insulis constitutae erant, accuratissime consideremus.

Ae primum quidem in Corsica insula Misenatium naves excubuisse gravissimus auctor est Tacitus (hist. l. II 16), qui memoriae mandavit Claudium Pyrrhicum trierarchum liburnicarum ibi navium anno undeseptuagesimo Decumi Pacarii procuratoris consiliis pertinaciter esse adversatum.

Cuius insulae portum Marianam, qui ad septentrionem spectabat, stationem fuisse navium Corsicam ablegatarum G. Lafaye Francogallus demonstravit³⁾, nisus titulo CIL X 2 8329 ibi effosso, nec aliter sentit Mommsenus (cf. CIL X 2 8329 adn.). Quod vero putat Lafayus⁴⁾ titulum illum ad tertium vel quartum saeculum pertinere, equidem non assentior: immo eum propter omissum Misenatium classis nomen praetorium saeculo primo ascribo.

Alteram classis stationem in optimo portu⁵⁾ Aleria fuisse, quod Corsicae caput erat⁶⁾, idem Lafayus⁷⁾ proposuit, cum

1) cf. hist. Rom. V p. 61.

2) cf. CIL II p. 535^b.

3) Bull. épigr. I p. 230 seq.

4) Ibid. I p. 231.

5) Ibid. III p. 292.

6) Zon. l. VIII 11, P. I p. 388 A: *Τὴν μὲν Οὐάλεριαν τὴν κρατίστην αὐτῆς πόλιν.*

7) Bull. épigr. III p. 290 seq. et IV p. 19.

ibi repertae essent inscriptiones Eph. epigr. VIII f. 1 800 et VIII f. 1 801.

Quaenam autem Corsicanarum stationum partes? Etsi primo fortasse obtutu non intellegitur, cur Romani saxosam illam insulam¹⁾ et vastam et propter silvarum latitudinem inviam, quae nullo fere commercio insignis erat, navium praesidio tutati sint, tamen reputes velim navibus in illa insula collocatis et oras Italiae septentrionalis Galliarum Hispaniaeque tutissima custodia contineri et Corsos, ne, qua erant praedandi cupiditate²⁾, maris commercium perturbarent, coërceri potuisse. Huc accedit quod Corsicae silvae iam liberae rei publicae temporibus excellentissimam picem materiamque navalem praebuerunt.³⁾

Porro Sardiniensem Misenatium classis stationem fuisse Caralibus Mommsenus et CIL X 2 p. 777^b et p. 787^b contendit. Titulis, quos ille attulit, Caralibus erutis CIL X 2 7592 (n. 146), 7593 (n. 65^a), 7595 (n. 115), hi, recenti aetate ibi reperti, addendi sunt: Eph. epigr. VIII f. 1 709 (n. 114), 710 (n. 142), 711 (n. 134), 712, CIL X 2 7823 (n. 81). In Caralitano autem portu, natura locorum valde opportuno, cuius saepissime

1) Strab. l. V 2. 7 p. 224 C; Seneca dial. l. XII 6. 4. 5, 7. 9. 9. 1, epigr. I. II.; Diod. l. V 13, 5; Avien. l. III 622.

2) Strab. l. V 2, 7 p. 224 C: *Οικείται δὲ φαύλως, τραχεῖά τε οὖσα καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη καὶ ἀπὸ ληστηρίων ζῶντας ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων.* Ps. Plut. Pron. Alex. 90: *Κυρνία ἄτη. Κύρνος νῆσος ἣν πάλαι ἄβατος τοῖς πλείουσι διὰ συνεχεῖς ληστείας.*

3) Theophr. hist. plant. l. V 8, 1. 2: *Μέγιστα δὲ καὶ παρὰ πολὺ τὰ ἐν τῇ Κύρῳ φασὶν εἶναι (τὰ ξύλα) τῶν γὰρ ἐν τῇ Λατίνῃ καλῶν γινόμενων ὑπερβολῇ καὶ τῶν ἐλατίνων καὶ τῶν πευκίνων . . . οὐδὲν εἶναι πρὸς τὰ ἐν τῇ Κύρῳ. Πλεῖσαι γὰρ ποτε τοὺς Ῥωμαίους βουλομένους κατασκευάσασθαι πόλιν ἐν τῇ νήσῳ πέντε καὶ εἴκοσι ναοὶ καὶ τηλικούτων εἶναι τὸ μέγεθος τῶν δένδρων ὥστε εἰςπλέοντας εἰς κόλπους τινὰς καὶ λιμένας διασχισθεῖσι τοῖς ἰστοῖς ἐπικυρῶνενῶσαι. Καὶ ὅλως δὲ πᾶσαν τὴν νῆσον δασεῖαν καὶ ὥσπερ ἡγριωμένην τῇ ὕλῃ δι' ὃ καὶ ἀποστήναι τὴν πόλιν οὐκ ἔστιν ἀβάντας δὲ τινὰς ἀποτεμῆσθαι πάμπολυ πλῆθος ἐκ τόπου βραχέος ὥστε τηλικαύτην ποιῆσαι σχεδίαν, ἢ ἐχρήσατο πενήτηντα ἰστοῖς.* Plin. n. h. l. XVI 197.

mentio fit cum in Punicis¹⁾ bellis atque extremis liberae rei publicae temporibus²⁾ tum posteriore Caesarum aetate³⁾, propterea maxime naves egerunt stationem, quod fertilissimus meridionalis Sardiniae tractus⁴⁾, unde Romani haud exiguas frumenti copias asportaverunt⁵⁾, contra incursus seditionesque Sardorum rapacium⁶⁾ omni ope atque opera erat defendendus, ne Sardo comteatu intercluso urbs Roma frumenti inopia laboraret.

Neque vero mihi persuasit Mommsenus⁷⁾ in occidentali quoque insulae parte prope Metalla classiarum stationem fuisse, cum et titulus CIL X 2 7535⁸⁾, quo nititur eius sententia, in vico Gonnesa, qui est in interiore insulae regione, repertus sit, neque ullus omnino portus exstet in illa Sardiniae ora. Contra Olbiae, quod orientalis Sardiniae oppidum est, videtur navium statio fuisse. Est enim ibi nuperrime Aurelii cuiusdam inscriptio (Eph. epigr. VIII f. 1 734 [n. 171]) investigata, qui in liburna Salus Augusta⁹⁾ classiarum stipendia meruit. Nisi forte

1) cf. Liv. l. XXIII 40, 2, 41, 7, l. XXX 39, 3.

2) Bell. Afr. c. 98.

3) Claud. Bell. Gild. 519 seq.; Procop. Bell. Vand. l. I 24. 25 (Corp. Byz. Proc. vol. I p. 403. 407), Bell. Goth. l. IV 24 (ibid. vol. II p. 591).

4) Strab. l. V 2, 7 p. 224 C; Hor. carm. l. I 31, 3. 4; Mela l. II 123; App. Bell. civ. l. II 40; Paus. l. VII 17, 3; Ampel. lib. mem. c. 46, 2; Claud. Bell. Gild. 508 seq.

5) Cic. de imp. Cn. Pomp. § 34; Varro de re rust. l. II praef. § 3; Liv. l. XXV 20, 3; Diod. l. XI 20, 4; l. XIV 63, 4; Plin. n. h. l. XVIII 66; Flor. l. II 13, 22; D. Cass. l. 48. 31, 1; Symm. epist. IX 42, 1 (Mon. Germ. Hist. VI 1 p. 248).

6) Cic. Scaur. § 38, ad fam. l. VII 24, 2; Strab. l. V 2, 7 p. 225 C; Tac. ann. l. II 85; D. Cass. l. 55. 28, 1; Marquardt, Staatsverw. I² p. 249.

7) cf. CIL X 2 p. 785^a.

8) Titulo CIL X 2 7537 Gruguae in occidentali Sardinia effosso Mommseni sententia nullo modo confirmatur, cum plane nesciamus, num classiarum sit.

9) Cagnatus, qui ante Mommsenum titulum illum (n. 171) edidit (L'année épigr. 1889 n. 158), in adnotatione secundi tertique versus verba 'ex l. Sal. Augusta' sic explicat: 'ex l(iburna) Sal(via) Augusta.' At illam compendiorum explicationem minime recte se habere inde apparet, quod in Liviae Augustae nummo (vide Cohen I p. 171) verba: 'Salus Augusta' legun-

satis habuerunt Romani Caralitanam stationem sustentare, cum apud Strabonem (l. V 2, 7, p. 225 C) legamus veritos esse Romanos in Sardinia continuo copias collocare propter pestilentem aëris aspirationem.

Agedum Sicilienses classicas inscriptiones consideremus, quarum Mommseno duae tantum notae sunt Panormitanae: cf. CIL X 2. 7288 (n. 166)¹⁾ et 7291 (n. 79). At sine ulla dubitatione Cephaloeditanus quoque titulus CIL X 2 7456 (n. 169) classiariorum est tribuendus, cum primus atque secundus tituli versus non possit explicari nisi hunc in modum: 'Oppius Valentinus²⁾ Aug(ustus) trierè', tametsi Mommsenus in adnotatione titulo CIL XI 45 adscripta contendit 'navis vocabulum constanter postponi.' Quo fit ut verba tituli CIL XI 45: 'D. Neptuno IIII' vir ille doctissimus expediat: 'D(omo) Neptuno quadriè'; Neptunum scilicet oppidum sibi esse ignotum. Verum tamen non solum in titulis CIL X 2 7456 (n. 169) atque CIL XI 45, cuius versus legendos esse: 'D(e) Neptuno quadriè' Bormannus recte affirmat, sed etiam in tribus aliis (cf. CIL VI 3095 'Ex Capricorno Trierè', X 3503 'Sole III', X 3554 'Ex tur. Optime igitur Mommsenus (cf. Eph. epigr. VIII f. 1 734) nullo quidem adhibito testimonio sic interpretatus est tituli compendia: 'ex I(iburna) Sal(ute) Augusta.'

1) In verbis 'tr. 7 Zenonis' versus alterius tituli CIL X 2 7288 (n. 166), quae rectissime interpretatur Mommsenus: 'tr(iere) centuria Zenonis', lapicidae errato navis nomen excidisse arbitror. Nam etsi profert Mommsenus in adnotatione, quae legitur ad titulum CIL X 3340 accuratissima, classarios indicare aut navis nomen aut centuriae, cui adscripti erant, aut navis nomen centuriae significatione anteposita, neque vero et navis et centuriae nomen: titulis tamen CIL VI 3165 (n. 165) ('7 Valeri Rufi III Nept') atque CIL IX 42 (n. 159) ('de lib. Triton 7 M. Vetti'), in quibus et genus nomenque navis et centuriae praefectus accuratissime commemoratur, pro certo demonstratur doctissimum virum verum non vidisse. Itaque opinor in titulo CIL X 2 7288 (n. 166) navis nomen vitio esse omissum, cum trieris vocabulum solum navis nomine praetermisso, etsi centuriae significatio adscripta est, omni sensu careat.

2) Quae indicatur lacuna in primi versus fine tituli a Toremuza postremo descripti, litteris TIN fortasse explenda est. Legitur autem Valentini nominis compendium 'Valentin', ut sententiam meam probem exemplo, apud Willmannsium I n. 135^b.

Cerere III') antepositum est navis vocabulum. Itaque pro certo erit statuendum in titulo CIL X 2 7456 (n. 169) navis vocabulum exstare. Id solum dubium esse potest, quomodo compendium illud 'Aug' enodandum sit. Sed cum in titulo CIL X 3450 'Augusti' nomen navis reperiatur, CIL X 2 7456 (n. 169) idem nomen erit legendum.

Tam paucas in Sicilia usque adhuc effossas esse classiaris inscriptiones quis est quin miretur? Nihilominus non possum cogitatione complecti insulam illam, τὸ ταμειῖον τῆς Ρώμης, ut Strabonis¹⁾ verbis utar, quae maximos frumentarios commeatus praebere solebat²⁾, relictam fuisse a Romanis sine ullo navium praesidio, praesertim cum hic quidem Caesarum quoque temporibus latrones vagarentur.³⁾ Si igitur agnoscenda erit Siciliensis statio, quam ad Misenatem classem pertinuisse verisimile, titulis repertis indicatur fuisse eam in fertilissima⁴⁾ regione Panormi, quo meliorem portum per totam Siciliam non fuisse Diodorus Siculus⁵⁾ memoriae tradidit.

Altera quoque statio num Cephaloedii fuerit, unde frumentum exportatum esse Cicero⁶⁾ testis est, cum unicus tantum usque adhuc exstet titulus Cephaloeditanus, diiudicare non ausim.

Quid? Capreas nonne classiariorum manus erat congregata extremis Tiberii imperatoris temporibus? Legimus enim apud Suetonium (V. Tib. c. 62) fuisse eorum negotium miserimos illos contis caedendi, quos saevus imperator se praesente in mare praecipitari iusserat. Quodsi Suetonianae narrationi in universum erit diffidendum, cum a pessimo fonte eam esse repetitam appareat, id tamen non erit infitiandum recte tradi Capreis, quod undecim per annos orbis terrarum caput erat, praesto fuisse classarios imperatori, ne plane esset interclusus

1) cf. l. VI 2. 7, p. 273 C.

2) cf. ibid; Plin. n. h. l. XVIII 63. 66.

3) cf. Trebellii Pollionis V. Gallieni c. IV 9: 'Etiam in Siciliam quasi quoddam servile bellum exstitit latronibus evagantibus, qui vix oppressi sunt.'

4) cf. Sil. Ital. l. XIV 261: 'fecunda Panormus.'

5) l. XXII 10, 4: 'Ἐπὶ τὴν Πανορμιτῶν πόλιν, ἔχουσαν λιμένα κάλλιστον τῶν κατὰ Σικελλίαν.'

6) Act. in Verr. l. III § 172: 'Cephaloeditanum frumentum.'

ab urbe Roma. Quae quidem sententia optime eo comprobatur, quod legimus apud Dionem (l. 58. 13, 1) Tiberium imperatorem, cum familiarissimum suum Seianum propter nequitias eius perdere decrevisset, Capreis naves adornandas curasse eo consilio, ut, si conata Seiani praeter spem prospere evenissent, navibus illis fugeret.

Prope Capreas pharum fuisse instructam et Suetonius (V. Tib. c. 74) et Statius (Silv. l. III 5, 101) memoriae prodiderunt. Classiariorum vero tituli Capreis adhuc non sunt eruti.

Restat ut dicamus de Tiberii Claudii Pisonis classici centurionis titulo CIL X 6800 (n. 116), qui repertus est in insula Aenaria, prope ad Capreas sita. Neque enim incredibile nonnullas naves ibi fuisse collocatas, cum profiteatur Belochius¹⁾ insulam illam praeclarissimo portu instructam fuisse.

Iam transeamus ad superi maris stationes, quae in Ravennatum classis regione positae erant. Quodsi respicitur numerus earum, neminem fugiet multo esse pauciores Hadriatici maris stationes quam Tuscas. Est autem tale discrimen facillime eo explicandum, quod Romanorum multum intererat occidentalis Italiae oras et portuum numero et imperatoria sede insignes compluribus exornari stationibus.

Atque primum quidem dicendum erit de Aquileiensi classis statione, qua in Hadriatico mari praeter Ravennatem vix ulla erat validior. Facillime autem perspicitur, cur firmum illud atque frequens²⁾ oppidum, extremo in mari situm, quod erat teste Strabone³⁾ propugnaculum contra barbarorum incursus tutissimum, classis praesidio sit custoditum. Nam cum crebrae viae et militares et publicae initium inde caperent⁴⁾, bellantibus erat Aquileia Italiae quasi porta, negotiantibus emporium peropportunum.²⁾ Optimo igitur iure iam Ferrero⁵⁾ Iurien de la

1) cf. Campania p. 209.

2) cf. Mommsen CIL V 1 p. 83^a.

3) l. V 1, 8 p. 214 C: *Ἐπιτειχισθὲν τοῖς ὑπερκείμενοις βαρβάροις.*

4) cf. Itin. Antonin. p. 124, 126, 128, 270, 276, 279, 291.

5) 'L'ordin.' p. 159.

Gravière¹⁾ Héron de Villefosse²⁾ e classiariorum titulis Aquileiae repertis collegerunt naves ibi dispositas fuisse. Neque in eo est offendendum, quod duae tantum³⁾ adhuc Aquileiae erutae sunt classicae inscriptiones CIL V 960 et 1048 (n. 90), quarum illa aevi incerti, haec propter significationem 'trierarchi et liberti Augusti' superioris imperatorum aetatis est⁴⁾, cum oppidum eis temporibus, quibus Germanorum gentes Italiam sunt ingressae, haud raro vastatum sit. Immo Ammianus Marcellinus (l. XXI 12, 9) enarrat Aquileienses anno trecentesimo sexagesimo primo, ut oppugnatorum impetui resisterent, ligneas turres eximia altitudine navibus, quae erant in portu, imposuisse, ut de Aquileiensi classis statione nequaquam possit dubitari.

Ac vero cum in Notitia Dignitatum (Occ. XLII 4) Venetum classis mentio fiat praefecti, cuius sedes erat Aquileiae, ab imperatoribus posterioris aevi, quos Aquileiae saepissime versatos esse constat⁵⁾, classem ibi constitutam esse certissimum.

Ceterum in aliis quoque septentrionalis illius anguli Hadriatici maris portibus singuli classiariorum tituli sunt reperti, ut Altini in oppido CIL V 2 8819, in Portu Lipientiae, quod erat Concordiae emporium CIL V 1956, Tergeste CIL V 541, Parentii CIL V 328 (n. 50). Num vero in omnibus illis oppidis classis stationes fuerint, non licet pro certo affirmare. Id unum mihi veri esse simillimum videtur Altinatum oppidum, unde per Septem quae vocantur Maria Ravennam navigabatur⁶⁾, navium praesidio minime fuisse nudatum, ne subitus illinc impetus fieret in Hadriatici maris claustra, portum Ravennatem. Quae sententia eo confirmatur, quod apud Herodianum (l. VIII 6, 5) legimus equites, qui ab Aquileia ad Maximum Pupienum

1) 'La marine des Ptolemées et la marine des Romains' I p. 106.

2) Daremb., dict. p. 1233^b.

3) Iam supra (p. 319 adn. 3) monui titulos Aquileienses CIL V 774, 910, 938 non esse proferendos, cum classiariorum veteranorum sint. Miror, quod a Marquardo ('Staatsverw.' II² p. 503 adn. 1) non sunt praetermissi.

4) Mommsen, 'Staatsr.' II³ p. 662 seq.

5) Onomast. Forc. I p. 399^b atque Mommsen CIL V 1 p. 63.

6) cf. Mommsen, CIL p. 205^b.

imperatorem Ravennae commorantem Maximini adversarii caput detulerint, Altino Ravennam navi esse advectos.

In media autem Hadriaticae orae parte sine ulla dubitatione Anconitana¹⁾ classis statio erat. Nam apud Tacitum (ann. l. III 9) memoriae traditum est Cn. Pisonem Syriae procuratorem in Italiam reversum in terram exiisse Anconae navesque ibi reliquisse.

Nec meridionalis Italiae ora navium praesidiis caruit, quae Brundisino in portu erant collocatae. Nam etsi Mommsenus²⁾ affirmat Brundisii aut nullam classis stationem fuisse aut sub Augusti solius principatu, quod Brundisii repertus est titulus Malchionis cuiusdam Caesaris trierarchi, quae quidem significatio non quadrat nisi ad tempora ineuntis principatus³⁾, ad aliam tamen sententiam perducimur Taciti testimonio, qui narrat (l. IV 27) servorum tumultum anno p. Chr. n. vicesimo quarto Brundisii vicinisque in oppidis ortum oppressum esse trium maxime biremium praesidiis, quibus in illo mari peregrinantes transmitti solebant, tum quidem in illo tempore ad Brundisium portum appulsis. Illae igitur naves Brundisinae, quibus in oras Epiri atque Illyriae munus erat transvehendi⁴⁾, etsi profecto plurimum tempus anni in mari sunt versatae, hieme tamen ineunte, cum mare clausum esset, ad Brundisium portum confugerunt natura et arte egregie munitum.⁵⁾ Exstant autem hodie praeter titulum illum Malchionis CIL IX 41 (n. 88) tres eiusdem originis Brundisinae: cf. CIL IX 42 (n. 159), 43, Eph. epigr. VIII f. 1 33, atque id solum dolendum est illos ne minimum quidem prae se ferre temporis indicium.

In orientalibus Hadriatici maris litoribus haud scio an

1) De portus Anconitani eximia condicione vide Mommsen CIL IX p. 572^a.

2) cf. id., CIL IX p. 8^b.

3) Accuratius hac de re disputavit Mommsenus in Hermae vol. XVI p. 463 adn. 3.

4) cf. Strab. l. VI 3, 8 p. 283 C.

5) Vide, quae protulit Mommsenus in vol. IX CIL p. 8^b. Addenda sunt Mommseni testimoniis: Gell. l. VII 6, 6, l. IX 4, 1; Zon. l. VIII 7, P. I p. 380 C; Iord. Rom. § 160.

Salonis, τῷ ἐπιπέλω Dalmatarum, ut Straboniano¹⁾ vocabulo utar, Ravennatis classis ablegata fuerit vexillatio, quamquam unus tantum titulus Salonitanus CIL III 2034 potest proferri.²⁾ Neque enim Romani gentium Dalmaticarum seditiones sine mora comprimere potuissent, nisi in ipsa illa ora maritimum oppidum occupassent, ut data occasione bellum inde pararent. Praeterea autem veri est simile eos, qui ab Italia Dalmatiae confinia petiverunt, cum valde esset molestum longo itinere Carusadium montem transcendere, primum ad Salonas naves appulisse.

In oris vero Epiri, Dyrrhachii aut Corcyrae, classis stationem fuisse nec scriptorum nec titulorum testimoniis edocemur.

Hadriatici maris stationibus enumeratis iam accedamus ad maris Aegaei stationes quae, si quid valet Vegetii auctoritas, ab eadem classe Ravennate sustentatae sunt.

Praeter ceteras autem floruit statio, quae in portu Piraeo collocata erat, utriusque, ut supra (cf. p. 320) iam demonstravimus, Italicae classis receptaculum. Quo in portu naves stationem habuisse duobus classiariorum titulis (cf. CIL III 557 et 558 [n. 126]) ibi repertis iam suspicatus erat Rossius.³⁾ Attamen oblocutus est doctissimo viro Borghesius⁴⁾, qui classarios illos paulisper in Piraeo e navi exisse contendit. Nunc vero, cum duabus illis anno h. s. quadragesimo tertio repertis tres alias classicas inscriptiones liceat addere: cf. CIL 556^a (n. 117), III 2 6109 (n. 108), III f. 1 7290 (n. 105), non iam dubitan-

1) cf. I. VII 5, 5, p. 315 C.

2) Falso contendunt Mowatus (Bull. épigr. VI p. 166) atque Camillus de la Berge (Daremb., dict. p. 1222^b) e titulo Salonitano a Carrara primum edito ('Topografia e scavi di Salona', Tergeste 1850 p. 161) manifestum fieri classarios 'Concordiae' triremis Salonarum muris muniendis operam dedisse. Neque enim in titulo illo, quem denuo deprompsit adnotationibusque instruxit Mommsenus (CIL III 1980), triremis 'Concordia' nomine, sed legiones II Pia atque III Concordia i. e. legiones II atque III Italica, quantum intellegit Mommsenus (cf. CIL III 1980 adn.) commemorantur.

3) Bull. dell' Inst. 1843 p. 131.

4) ibid. p. 133.

dum est, quin in Piraeo classium Italicarum naves diutius versatae sint, quod eo confidentius dixerim, cum Zosimo¹⁾ auctore Constantinus imperator, postquam Licinio adversario anno trecentesimo vicesimo tertio bellum indixit, classem contraxerit in portum illum Atheniensem. Quinque illorum titulorum in portu Piraeo repertorum ad Misenatium classem pertinent: CIL III 556^a 2) (n. 117), 558 (n. 126), III 2 6109 (n. 108), III f. 1 7290 (n. 105), ad Ravennatium: CIL III 557.³⁾

Contra Syriacae classis statio num in Piraeo fuerit, non satis certe potest colligi e titulo inferioris, quae Keilii est sententia⁴⁾, aetatis CIA III 2 1447 (n. 174), cum, qui in illo nominatur classarius *Μαῖωρ*⁵⁾ *Φιλίππι*⁶⁾ i. e. Maior Phi-

1) I. II 22, 2: 'Ὁρμισθησαν δὲ αἱ νῆες ἐν τῷ Πειραιεῖ μὲν αἱ Κωνσταντινῶν.

2) Haec inscriptionis verba tradita sunt: 'M. classis pr. Mis. 7 Claudi Ingevi ann XXXVIII m. an. XVIII.' Declarat Mommsenus in adnotatione CIL 'Ingevi' illud legendum esse pro 'Ingenui' nomine, neque aliter censet Huebner, qui post Mommsenum titulum illum edidit accuratissimoque commentario instruxit (cf. Archäol. Zeit. XXVI p. 40 seq.), cum dicat unam omissam esse litteram quadratarum negligentia in centurionis cognomine. At mea quidem sententia minime opus est tali remedio, cum omnia se habeant rectissime, si ultimae vocis Ingevi litterae ita separantur, ut duo exstent compendia: 'Inge' i. e. Ingenui atque 'vi' i. e. vixit. Reperimus autem 'Ingenuum' sive 'Ingenuum' nomen haud raro per compendium scriptum in titulis, ut CIL III 2 5771: 'Lucianus Ing(enus)' atque CIL XII 5686, 430^d. 'of(ficina) Inge(nui).'

3) Perperam adnotat Kumanudes (*Ἀττικῆς ἐπιγραφῶν ἐπιτύμβιοι* 1871 n. 3880) classarii nomen, cuius mentio fit in hoc titulo, Maronium fuisse. In tabula enim imaginis classarii illius, quam separatim addidi, aperte exstat: 'T. Taronius Celer' nomen.

4) Archäol. Aufsätze von Ludw. Ross' II p. 663 adn. 30.

5) Cognomen *Μαῖωρ* sive *Μαῖορ*, Latino sermone 'Maior' nomine expressum (cf. CIL VI 3155, VIII 2783, 10746), in inscriptionibus Graecis saepius legitur, ut CIGr III 5952, 5964; CIA III 1 472, 1133 v. 13.

6) Translatus est genetivus Graecus *Φιλίππι* e genetivo Latino *Philippi*, ut legitur in alia inscriptione Graeca *Ρούφι* genetivus (Kaibel, Inscr. Gr. Sic. et Ital. 2404, 13). Alia illius genetivi exempla in titulis Graecis non reperiri. Ceterum Ferrero ('L'ordin.' p. 171) inscriptionem illam Graecam attulit quidem, sed quomodo sit legenda non explicavit. Certe offendit

ippi¹⁾ (scil. filius), Aradi natus in oppido Syriae, *στρατιώτης ληκτός*²⁾ aut miles veteranus aut lectus miles possit haberi, sive *ληκτός* vocabuli originem a verbo *λήγειν* ducimus, sive *ληκτός* formam ex Latino sermone (lectus) in Graecam linguam translata esse putamus, id quod in nominis *Φιλιππι* usu factum videmus.

Multo pauciores classicae inscriptiones repertae sunt in aliis portibus maris Aegaei. Quarum Thessalonicensis est titulus T. F. Sabestiani Misenatis: CIL III f. 1 7327 (n. 168). Quo in oppido, ubi iam Persei Macedonum regis naves anno a. Chr. n. centesimo undeseptuagesimo collocatae erant³⁾, Caesarianis quoque temporibus classis stationem fuisse haud scio an inde sit concludendum, quod ibi Macedonici procuratoris sedes erat.⁴⁾ Cuius praesidio aliquot naves ablegatas fuisse propterea veri est simillimum, quod apud Tacitum (hist. l. II 9) legimus nonnullas triremes Galatiae Pamphyliaeque procuratorem comitatas esse. Neque imperatores posterioris aevi Thessalonicensem portum neglexisse testis est Zosimus, apud quem legimus (l. II 22, 1) Licinium anno trecentesimo vicesimo tertio Thessalonicae amplissimum bellicum portum effodiendum suscepisse.⁵⁾

Deinde aditum ad Pontum Euxinum a mari Aegaeo patentem non sine navium praesidio relictum fuisse ex C. Iulii Valentis Ravennatis centurionis titulo Calchedone eruto CIL III 322 (n. 156) discimus.

Quid? Nonne Cyzici, cuius duo portus auctore Strabone (l. XII 8, 11 p. 575 C) plus ducentis navibus tutissima

in signo λ $\Phi\iota\lambda\iota\pi\pi\iota$ vocabuli, sub quo signo ille litteram X subesse putavit. At in inscriptione illa Graeca λ habet formam λ , A formam Λ (cf. Ross 'Archäol. Aufs.' II p. 683).

1) Sicut in hac inscriptione legimus: 'Maior Philippi', ita in inscriptione CIL IX 42 (n. 159): 'Scaeva Liccal.'

2) Notio illa *ληκτός* in nullo alio titulo militari legitur.

3) Liv. l. XLIV 10, 1; Diod. l. XXX 11, 1.

4) Marquardt, 'Staatsverw.' I² p. 319.

5) Conferendus est de illo opere Hertzbergius, 'Gesch. Griechenlands unter der Herrschaft der Römer' III p. 225.

statione recipere potuerunt, frequentes naves stationem egerunt? Attamen nisi prioribus Caesarum temporibus classium Italicarum nullae naves ibi dispositae erant, cum iam primo p. Chr. n. saeculo in illa maris regione ad Ponticas terras defendendas Pontica classis institueretur¹⁾, quam Caracalla imperatore Cyzici collocatam fuisse Dio (l. 79. 7, 3) testatur. Non igitur mirum est, quod Cyzici unus Misenatium trierarchi titulus CIGr. II 3692 (n. 75) adhuc repertus est.

Secundum autem Asiae oras classium Italicarum inscriptiones usque ad hunc diem non sunt detectae nisi titulus Ravennas CIL III 2 6092^a Mytilenae in oppido Lesbio, quod duobus portibus instructum fuisse Strabo (l. XIII 2, 2 p. 617C) narrat. Mytilenaeam autem stationem, si modo est statuenda, conditam fuisse, ut maris commercium firmaretur, documento est alia Mytilenaea inscriptio CIL III 455 anni a. Chr. n. tricesimi primi²⁾, quam M. Titio classis praefecto dedicaverunt negotiantes cives Mytilenaei.

Ut denique ad oras Syriae transeam, in portu Beryto Ravennatis trierarchi titulus CIL III 168 (n. 69) saeculi tertii erutus est. Nec tamen eo comprobatur ibi tum illius classis stationem fuisse, cum sciamus Syriam iam Hadriano imperatore³⁾ propria classe custoditam fuisse.

Classium Italicarum inscriptiones in insulis Cypro et Creta effossae omnino nullae exstant.

Haec de maritimis classium Italicarum stationibus erant dicenda, quaeramus nunc de terrestribus. Sunt autem continuae classiariorum vexillationes in terra nusquam dispositae nisi in urbe Roma, cuius condicio in omnibus rebus plane est singularis. Atque ibi et Misenates et Ravennates classiariorum

1) Marquardt, 'Staatsverw.' II² p. 503 seq.

2) Falsissime Robiou ('Rev. archéol.' n. ser. vol. XXIV p. 146) disputat titulum illum tertii p. Chr. n. saeculi esse eumque ad Ravennatem classem pertinere.

3) Cognoscimus e titulo CIL VIII 2 8934 Sex. Cornelium Dextrum Syriacae classis praefectum. Quem classaria praefectura sub Hadriano imperatore functum esse tituli verbis 'donis militaribus donatus a divo Hadriano ob bellum Iudaicum' aperte demonstratur.

collocatos fuisse titulis frequentibus Romae repertis certum in modum edocemur. Sunt enim Misenatium classiariorum inscriptiones CIL VI 3094, 3095, 3096 (n. 136), 3097, 3099 (n. 139), 3101, 3104, 3105, 3107, 3109, 3110, 3113, 3122, 3123, 3125 (n. 138), 3126, 3129, 3130 (n. 137), 3131, 3133, 3135 (n. 132), 3137, 3138, 3139, 3910, Eph. epigr. IV 921, 922 (n. 64), (incertae: CIL VI 3093, 3114, 3128, 3146, 3147), Ravennatium CIL VI 3148, 3152, 3153, 3154, 3155, 3156, 3159, 3160, 3161, 3162, Eph. epigr. IV 923 (n. 160), (incertae: CIL VI 3149, 3158), cum in titulis CIL VI 3163, 3164, 3911 (n. 102), VI 2 8928 (n. 96), 'Notizie degli Scavi' 1882 p. 222 certa classis sive Misenas sive Ravennas explorari non possit. Quos titulos omnes Romae repertos esse in CIL adnotationibus apertis verbis indicatur.

Habuere vero propria in urbe stativa classarii Romam ablegati. Sic Misenatium castra inter amphitheatrum atque Titi imperatoris thermas¹⁾ in tertia urbis regione sita erant. Qua cum doctorum virorum sententia convenit, quod legimus in Commodi vita Lampridii²⁾ classarios in amphitheatro velis tendendis operam³⁾ dedisse. Id quoque scimus castra illa Misenatium, dummodo Henzenus titulum CIL VI 1091 recte suppleverit, a Gordiano imperatore tertio p. Chr. n. saeculo amplificata esse. Ravennatium autem castra quonam urbis loco aedificata fuerint, etsi minus accurate cognitum habemus, inter plurimos tamen viros doctos constat trans Tiberim ea fuisse in quarta decima regione urbana. Docuit enim Iordanus⁴⁾ Ra-

1) Inspicias Iordanum ('Topographie der Stadt Rom' II p. 115, 116, 544, 545) atque Hermannum Ferrero ('L'ordin.' p. 67 adn. 5). Quae vetustiores viri docti de castrorum Misenatium situ disputaverunt, silentio praetermisi, cum iam Ferrero illorum sententias redarguerit.

2) cap. 15, 6: 'Populum Romanum a militibus classariis, qui vela ducebant, in amphitheatro interimi praeceperat.'

3) Talem velorum usum dicitur primus omnium instituisse Q. Catulus anno a. Chr. n. duodeoctogesimo (Marquardt, 'Staatsverw.' III² p. 533, 534, 558). Locis a Marquardo laudatis adicias Amm. Marc. l. XIV 6, 25.

4) l. l. p. 116.

vennatium classarios praeter ceteros in naumachiis pugnavisse.¹⁾

Ex quo autem tempore Romam sint ablegatae Misenatium Ravennatiumque vexillationes, non liquet. Id unum pro certo profert Mommsenus²⁾ ('Staatsr.' II³ p. 862) iam Commodo imperatore Misenatium Ravennatiumque castra Romae instituta fuisse. Minus feliciter vero conclusit Marquardtus³⁾ e verbis Iosephi (Ant. Iud. I. XIX 4, 3): *Καὶ τῶν στρατιωτῶν οἱ νικτοφυλακούντες ἐπὶ τῆς πόλεως ἔρεται τε ὀπίσσοι συνέρρεον εἰς τὸ στρατόπεδον*, quae referenda sunt ad Claudii salutationem imperatoriam in castris praetorianorum, iam Claudio imperatore classarios Romae perpetuo in castra fuisse congregatos. At Suetonii verbis (V. Vesp. c. 8) alio loco accuratius tractatis: '(classarii) qui ab Ostia et Puteolis Romam pedibus per vices commeant' aperte videtur confirmari classarios illos, quorum mentio fit apud Iosephum, aut fortuito Romae tum adfuisse aut, cum Gai imperatoris mors nuntiata esset, ab Ostiensi statione valde quidem propinqua⁴⁾ celeriter Romam accurrisse. Neque enim legeremus apud Suetonium classarios Vespasiano imperatore saepius Ostia atque Puteolis Romam profectos regressosque esse in illas stationes, si classici milites primo iam Caesarum saeculo Romae in castris essent versati. Huc accedit quod in classiariorum titulis Romae repertis, qui classis nomen exhibent, et Misenati et Ravennati classi semper praetorium nomen adscriptum est, ut tituli illi Romani ante Vespasianam aetatem insculpti esse non possint. Satis igitur exposuisse mihi videor Marquardtum de verbis illis Iosephi non recte disputasse.

Ut Centum Cellarum classariis, ita Romanis quoque propria sepulturae loca erant assignata. Adnotat enim Henzenus

1) De naumachiis e scriptorum testimoniis notis conferendus est Friedländer, 'Sittengesch.' II⁵ p. 367—370.

2) cf. 'Staatsr.' II³ p. 862 adn. 3.

3) 'Staatsverw.' II² p. 511 adn. 7.

4) Ostia abest a Roma sedecim milia (cf. Kiepert, 'Lehrb. der alten Geogr.' p. 432) Nec praetermittendum apud Philostratum (V. Apoll. I. VII 16) viam ab ostio Tiberis Romam usque non nimis longam significari.

Misenatium sepulera in via Appia inter secundum atque tertium milliarium in vineis del Pinto atque Amendolae¹⁾, prope villam autem Pamfiliam collocata fuisse Ravennatum.²⁾

Si non in perpetuum, at certe multos per annos in ripis lacus Fucini Ravennatum manus videtur stationem egisse, id quod Mommsenus iam explanavit³⁾, cum in meridionali lacus ripa prope ad oppidum Lucum effossi sint tituli Ravennates CIL IX 3891 (n. 158) atque 3892. Nec dubito, quin classarii illi fuerint occupati in ingenti opere lacus Fucini siccandi⁴⁾, quod Suetonio teste (V. Claud. c. 20) a Claudio imperatore institutum atque ab Hadriano demum confectum⁵⁾ est. Est enim aperte indicatum⁶⁾ titulum CIL IX 3892 eo tempore esse reperi- tum, quo fossa incilis lacus Fucini eruta est. Praeterea autem discimus ex Hygino⁷⁾ classarios in exercituum itineribus ab equitatu protectos impedimentis remotis vias patefecisse.⁸⁾ Neque aliter interpretanda esse verba Taciti (hist. l. V 21): 'remiges per alia militiae munia dispersi' recte contendit Mo- watus.⁹⁾ Itaque veri videtur simillimum classarios Ravennates, saepius viarum munitores, versatos fuisse in opera illa ad- modum difficili, quoniam non fossae solum erant ducendae, sed etiam mons intercidendus. Ad naumachiam vero, quam Claudius imperator instituit¹⁰⁾, cum omnis fere lacus siccatus

1) ad CIL VI 3093.

2) ad CIL VI 3149.

3) ad CIL IX 3891 et 3892.

4) Plin. n. h. 36, 124; Tac. ann. l. XII 56. 57; Suet. V. Claud. c. 20; D. Cass. l. 60. 11, 5. 33, 6.

5) cf. Spart. V. Hadr. c. XXII 12.

6) cf. adn. ad CIL IX 3892.

7) De munit. castror. c. 24: 'Classici omnes ideo praetendunt, quod ad vias munitendas primi exeunt, et quo sint tutiores, a Mauris equitibus et Pannoniis veredariis operantes proteguntur.'

8) Commemorantur apud Iosephum (Bell. Iud. l. III 6, 2) quoque, qui tollant impedimenta itineris, nec tamen apertis verbis classarii vocantur.

9) 'Bull. épigr.' VI p. 165.

10) Tac. ann. l. XII 56; Suet. V. Claud. c. 21; Mart. lib. spect. c. XXVIII 11.

esset, titulos illos ad lacus ripam repertos non esse referendos Mommsenus iam recte monuit.

Plane aliter est indicandum de titulo, edito primum in annalibus, qui vocantur *Notizie degli Scavi* (1886 p. 228), atque ab Henzeno¹⁾ uberrimo commentario explanato. Unde comperimus milites sextae cohortis praetoriae una cum viginti Ravennatibus classiaris, qui titulum illum et M. Iulio Philippo imperatori et filio eius et Augustae dedicaverunt, prope ad viam Flaminiam latrocinium prospere oppressisse. Sunt igitur Ravennates illi in terrestri militia versati una cum copiis terrestribus. Sed oritur quaestio, utrum classarii in via Flaminia praesidii causa dispositi fuerint aliquamdiu, an data occasione e castris stativis maxime propinquis arcessiti sint. Henzenus, etiamsi dubitanter profert iudicium, tamen classarios illos Ravennates tum accurrisse e castris stativis opinatur, neque equidem aliter sentio, cum vix credibile sit classarios pro copiis terrestribus vias militares Romanorum custodivisse.

Neque igitur eadem de causa inde, quod apparuerunt in oppidis Italiae mediterraneis Tibure (cf. CIL XIV 3630), Capuae (cf. CIL X 3882), Beneventi (cf. CIL IX 1631), Cumis (cf. CIL X 3527 et Eph. epigr. VIII f. 1 443), Picientiae (cf. CIL X 2 8119) singuli tituli classiariorum, concludendum est classiariorum manus in oppidis illis praesidii causa fuisse collocatas.

Satis habeo commemorasse, quibusnam locis orbis terrarum tituli classiariorum Italicorum militantium sint reperti²⁾, nec facere possum, quin hoc loco pronuntiem me quidem pro necessario putasse omnes illos locos, quibus militantium classiariorum inscriptiones effossae sunt, in hoc capite indicare, quoniam spes est fore ut titulis posthac repertis haec illa statio maiore cum confidentia exploretur. Ceteroquin hoc iterum moneo titulis aliquo loco repertis, nisi adsunt certa scriptorum testimonia, non pro certo demonstrari classarios ibi

1) cf. 'Mittell. des Arch. Inst. Röm. Abt.' II p. 14—20.

2) Vide tabulam classiariorum Italicarum stationum, quae est in fine.

habuisse stationem, ut de nonnullis fortasse, quas protuli, classicis stationibus sit disceptandum. Sed talia sunt levioris momenti.

In capite quinto de ordine et militari et civili classiariorum ducum verba faciamus, qua de re viri docti valde adhuc dissentiant.

CAPUT V.

De classium Italicarum ducibus.

Quamquam de dignitatis gradu et militari et civili, quam singuli classiarii duces imperatoria aetate obtinuerunt, iam plurimi viri docti disseruerunt¹⁾, nonnulla tamen hac in re difficillima partim neglecta partim non recte disputata sunt, ut totam illam quaestionem denuo tractandam mihi proposuerim, praesertim cum nisi de singulis ducum ordinibus recte senseris, de classiarum institutione omnino non liceat iudicare. Qua in re quamquam classium Italicarum duces praeter ceteros respiciemus, tamen aliquatenus etiam classium provinciarum duces spectandi sunt, cum comparatis externis Italicisque ducibus Italicorum interdum appareat condicio.

Ac primum quidem de classium praefectis dicendum est.

1. De classium praefectis.

Ex his Vegetii verbis (l. IV 32): 'Liburnis autem, quae in Campania stabant, praefectus classis Misenatium praeerat, eas vero, quae Ionio mari locatae fuerant, praefectus classis Ravennatium retinebat' et Misenatium et Ravennatium classiarum singulos praefuisse classis praefectos elucet, qui summum tenuerunt in classe imperium. Iidemque apud Tacitum inter-

1) Robiou, 'Rev. archéol.' n. ser. XXIV p. 142—156 'Le recrutement de l'État-Major et des équipages dans les flottes Romaines au temps de l'empire'; Mowat, 'Bull. épigr.' VI p. 101—116, 153—156; Ferrero, 'l'ordin.' p. 32—34 atque 'Mem. della R. Accad. di Tor.' vol. XXXVI p. 25—29; Hirschfeld, 'Verw.-Gesch.' p. 122—127; Marquardt, 'Staatsverw.' II² p. 509, 512—514; Mommsen, Herm. XVI p. 463 seq., XIX p. 31 seq. atque adn. CIL.

dum (cf. ann. l. XIII 30) remigum praefecti appellantur. Tacitum enim hoc nomine usum esse nulla alia re nisi variandi studio commotum Mowatus ('Bull. épigr.' VI p. 106) inde dilu-scide illustrat, quod apud eundem Tacitum de Claudio Apollinari classis praefecto legimus et: 'praeerat classi Claudius Apollinaris' (hist. l. III 57) et: 'praeerat Apollinaris remigibus' (ibid. l. III 76).¹⁾ Graeco autem sermone classis praefectus dictus est et *ἑπαρχος στόλου*, id quod comperimus e bilingui titulo Valerii Valentis Misenatium classis praefecti (Kaibel, Inscr. Gr. Sic. et Ital. n. 873 [n. 24]), et *ἑπαρχος κλάσσης*, ut est in titulis P. Aelii Ammonii Moesicae classis praefecti ('Arch. epigr. Mitteil. a. Östr.' VIII p. 22, 23)²⁾ atque Prisci Alexandrinae classis praefecti (Sylloge papyrorum musei Berolin. fasc. 5 n. 142, 143 cura Wilckeni). Ac praeterea stolarchi significationem, quae legitur in titulo CIL X 3413, a Graecis esse petitam Mommsenus³⁾ probavit, cum classarii in titulis graecissare solerent. Cui sententiae oblocutus est Henzenus⁴⁾ negans Romanos, etsi nonnulla munera classaria aetate imperatoria Graecis nominibus significata essent, eadem munera modo Graeco modo Latino sermone appellasse⁵⁾; unde effici stolarchum non praefectum esse classis, sed navium agminis ducem.⁶⁾ Sed tamen non solum Graeca notione 'nauarchi archigybernis' (cf. CIL X 3349 [n. 61]), sed etiam, si modo rectum vidit Mommsenus⁷⁾, plane Latino vocabulo 'principis nauarchi'⁸⁾ summa nauarchorum dignitas significatur. Adde

1) Optime igitur hoc modo Mowatus Schefferi (de militia navali p. 290) reiecit sententiam, qui censet plane eundem atque archigubernum esse remigum praefectum.

2) Silentio praetermisit Ferrero illam inscriptionem in additamento. ('Mem. di Tor.' XXXVI.)

3) cf. adn. ad inscr. 6870 vol. III sylloges Henzenianae atque indicem CIL X p. 1131.

4) cf. p. 521 vol. III syll.

5) Secutus est Henzeni sententiam Marquardtus ('Staatsverw.' II² p. 513 adn. 3).

6) Vide adn. ad inscr. 6870 vol. III syll.

7) cf. adn. ad CIL X 3349.

8) cf. CIL X 3348 (n. 68), X 2 8215 (n. 62), XI 86 (n. 89).

quod Misenatium classis praefectus Graece vocatus est *ἑπαρχὸς Μεισηνῶν στόλου* (cf. CIL X 3336 [n. 24]); praeterea in titulo sane quidem ποῦτικο (CIGr. II 3694) Crispinus, Ponticae classis praefectus *στολάρχης Ποντικῶν βελῶν* nominatur. Qua de causa cum Mommseno puto stolarchi nomen esse nihil aliud nisi alteram classis praefecti appellationem. Contra si cum Henzeno stolarchos agminum duces fuisse putarem, valde mirum esset, quod unus agminum ducum illorum titulus exstat.

Quibus variis classis praefecti nominibus expositis primum quidem quaerendum videtur, fidesne sit habenda Vegetii testimonio, ad inferiorem nempe aetatem pertinenti, quo indicatur singulis Italicis classibus singulos praefectos fuisse praepositos. Dissentit a Vegetio Robiou Francogallus¹⁾, priore Caesarum aetate utriusque Italicæ classis praefecturam ab uno esse administratam ratus. Quam quidem sententiam eo comprobare studet, quod ostendit primos ineuntis principatus classis praefectos nobis quidem notos Sextum Aulienum (CIL X 4868) (n. 1) atque T. Iulium Optatum (CIL X 6318) (n. 2) satis habuisse classis praefectos sese vocari, classium singularum nominibus plane praetermissis. At primis potissimum principatus temporibus²⁾ classis nomen saepissime in titulis non esse indicatum Mowatus³⁾ primus contendit atque Ferrero⁴⁾ compluribus exemplis allatis approbavit, ut, quae Robiou protulit contra Vegetii auctoritatem, prorsus pro nihilo putanda sint.

Nec licuit Roberto Robiou Taciti afferre testimonium (hist. l. II 100), secundum quod Lucilius Bassus sub Vitellio imperatore et Misenati et Ravennati classi simul praefuit⁵⁾, cum

1) cf. 'Rev. archéol.' n. ser. XXIV p. 142.

2) Atque etiam post Vespasiani aetatem classis nomen interdum omitti colligendum est e titulo CIL X 3649, qui 'L. Valeri Germani militis classis praetoriae' est. Neque indicatur classis nomen in titulo Cicatriculae praefecti (Ferr. n. 360 [n. 35]), qui e Bormanni sententia (cf. Hirschf. 'Verw.-Gesch.' p. 125) secundo p. Chr. n. saeculo functus est praefectura.

3) 'Bull. épigr.' VI p. 102 adn. 1.

4) 'L'ordin.' p. 70, 71.

5) Quod recte se habere intellegitur ex duobus eiusdem diei veteranorum et Misenatium (cf. Eph. epigr. II p. 457 [n. 4]) et Ravennatium

haec res a Tacito propter id ipsum commemoretur, quod extraordinem acciderat, ut adnotavit rectissime Mowatus.¹⁾ Ceteroquin Misenatis Ravennatisque praefecturis, quantum titulis sive scriptorum discimus testimoniis, singuli semper praefecti perfuncti sunt neque Hirschfeldo²⁾ est concedendum Moschum libertum anno p. Chr. n. undeseptuagesimo, cum classis Otho-niana Galliae Narbonensis oras depopularetur, utrique Italicae classi praepositum fuisse, quod apud Tacitum (hist. l. I 87) legimus: 'curam navium Moschus libertus retinebat ad observandam honestiorum fidem', quoniam in tertio capite exposuimus necopinatum illum impetum suscepisse classem solam, quae erat in proximo, Misenatem. Neque eo licet in errorem induci, quod comperimus e titulo CIL IX 1582 (n. 17) Cn. Marcium Rustium Rufinum classium praetoriarum et Misenatium et Ravennatium fuisse praefectum, cum in titulo CIL X 1127 (n. 18), qui ad eundem pertinet virum, et Ravennatis et Misenatis classis praefectura singulatim enumeretur.

Sed Misenatium Ravennatiumque classis praefecturas non modo non ab iisdem simul administratas esse viris, verum etiam impari fuisse dignitate, quod primus animadvertit Hirschfeldus³⁾ titulis CIL X 1127 (n. 18), II 1178 (n. 8), 1267 (n. 9) inter se collatis. Commemoratur enim in honorum cursibus, quos tituli illi exhibent, primum Ravennas, deinde Misenensis classis praefectura. Neque ad perspiciendum difficile, cur antecesserit dignitas Misenatium classis praefecti. Nam cum propter urbis viciniam imperatores Misenatem maxime classem in suum usum converterent, manifestum illius classis praefectos amplioribus quam Ravennates dignatos esse honoribus. Nec minus Hirschfeldi sententia titulo comprobatur anno h. s. octogesimo septimo reperto L. Iulii Vehilli praefecti (L'année épigr. 1888 n. 66) (n. 15), qui item Ravennati munere functus Misenensi

(cf. CIL III 2 p. 850 [n. 5]) privilegiis, in quibus idem Bassus utriusque classis praefectus commemoratur.

1) 'Bull. épigr.' VI p. 102 adn.

2) 'Verw.-Gesch.' p. 124 adn. 1.

3) *ibid.* p. 126.

classi praefuit. Ceterum e titulo eiusdem Vehilli id quoque colligendum est classium Italicarum praefecturas multo praestitisse provinciarum classium praefecturis, quoniam ille Vehillus aliquanto ante quam in ordinem Ravennatum classis praefectorum promotus est, Ponticae classis praefectura est functus.

Quaenam autem fuerint classis praefecti munera, quamquam pro certo statuere non possumus, id tamen non erit dubitandum, quin ille non solum omnibus classariis et ducibus et gregariis praefuerit, sed etiam curam habuerit et navium et armamentorum et aedificiorum, denique totius classis apparatus. Eundemque in bello classicos impetus direxisse Moschi exemplo comprobatur (cf. Tac. hist. l. I 87). Praeterea classis praefectum classiariorum delicta suo vindicavisse arbitrio, cum potestas illius et sine provocatione esset et omni vacaret intercessione, e Iulii Pauli iurisconsulti verbis¹⁾ elucet: '(Hac lege excipiuntur) tribuni etiam militum et praefecti classium alarumve, ut sine aliquo impedimento legis Iuliae per eos militare delictum coërceri possit', quae primus Mowatus ('Bull. épigr.' VI p. 106) attulit.

Neque officiorum civilium classis praefectos expertes fuisse discimus ex aere, quod vocatur, Italicensi. Quo in codicillo illis praecipitur (cf. CIL II Suppl. 6278 v. 44. 50), ut una cum compluribus imperatoriis magistratibus provideant, ne fraus fiat senatusconsulto 'de sumptibus ludorum gladiatoriorum minuendis', sub Marco et Commodo imperatoribus²⁾ promulgato, qua de re summa cum diligentia disputavit Mommsenus.³⁾

Insuper posterioribus quidem Caesarum temporibus cum Misenatium classis praefectura Misenensis rei publicae administratio coniuncta erat, nec minus cum Ravennati praefectura Ravennatum civitatis procuratio, quorum hoc apparet e Notitiae Dignitatum verbis (Occ. XLII 7): 'praefectus classis Ra-

1) Sententiarum ad filium l. V tit. 26, 2 (Huschke, Iurisprudentiae Anteiustinianae quae supersunt p. 540).

2) Temporis haec descriptio refertur et Eph. epigr. VII p. 395 et CIL II Suppl. p. 1035.

3) cf. Eph. epigr. VII p. 398.

vennatium cum curis eiusdem civitatis, Ravennae¹ illud ex iis, quae in titulo CIL X 3344 (n. 30) leguntur: 'praefectus classis et curator rei publicae Misenatium'. Quae omnia Mommseni¹⁾ doctrinae debemus.

Quinam inter classis praefecti comites fuerint, paene ignoramus. Id unum comperimus e titulo CIL X 3415 comitatum esse classis praefectum cornicularium, qui his quoque diebus in militaribus exercitiis primores duces subsequi solet.

Subiecti erant et Italicarum et provinciarum classium praefecti priore aetate imperatoria ipsorum imperatorum arbitrio, quoniam illi quidem summum maritimum imperium obtinebant. Postea nimirum, cum ingens magistratum numerus esset, classium Italicarum praefecti sub 'magistro militum praesentali a parte peditum' erant (N. D. Occ. XLII), provinciarum classium praefecti singulorum ducum dicto erant audientes (N. D. Or. XL; Occ. XXXII, XXXIII, XXXIV, XXXV, XXXVIII).²⁾

Creatos vero esse classis praefectos ab imperatoribus cum per se patet tum confirmatur Taciti testimonio, apud quem legimus (hist. l. II 100): 'Lucilius Bassus post praefecturam alae Ravennati simul ac Misenensi classibus a Vitellio praepositus'. Neque vero ad classis praefecturam humiliores classarios duces paulatim esse provectos, sed classariam praefecturam, quippe quae in equestribus duceretur muneribus, a viris administratam esse ordinis equestris, qui nunquam antea in maritima militia erant versati, iam Robiou³⁾ demonstravit.

Quaenam autem equestrium munerum series erat? Primum quidem equestris ordinis viri ad equestrem militiam accedebant, cum in terrestribus exercitiis primipilium, praefectorum cohortium, tribunorum militum, equitum praefectorum locos tenerent. Perraro autem militari tribunatu sive equitum praefectura perfuncti ad alterius Italicae classis praefecti dignitatem producti sunt. Nam tria tantum exstant exempla hominum equestrium tam subito ad classis praefecturam pro-

1) cf. adn. ad CIL X 3344.

2) Mowat, 'Bull. épigr.' VI p. 106; Ferrero, l'ordin. p. 33.

3) 'Rev. archéol.' n. ser. XXIV p. 145.

vectorum: Declaratus est classis praefectus Rufus quidam post militarem tribunatum (cf. CIL X 4867) (n. 31), P. Cornelius Cicatricula post equitum praefecturam (cf. Ferr. 360) (n. 35), Lucilius Bassus, vir ille e Taciti historiis nobilissimus, post alae praefecturam (cf. hist. l. II 100).

Immo plerumque viri equestri dignitate praediti, priusquam sive Ravennatis sive Misenatis classis praefecturam susciperent, aut administraverunt provinciam¹⁾ aut ad aliquod munus civile aggressi sunt, designati, ut nonnulla afferam exempla, seu procuratores Augusti vigesimae hereditatum (CIL V 2 8659) (n. 13) seu patrimonii procuratores (CIL X 6657) (n. 39).

Non eadem quadrant ad classium provinciarum praefecturas, ad quas equestris ordinis viri saepissime post ipsum tribunatum militarem sive alae praefecturam producti sunt. Sic L. Valerius Proculus, postquam tribunus fuit legionis VII Claudiae p. f., destinatus est Alexandrinae classis praefectus (cf. CIL II 1970), L. Valerius legionario tribunatu functus Moesicae classis praefectus (cf. CIL III f. 2 8716), P. Aelius Ammonianus post praefecturam alae I Flaviae Gaetulorum eiusdem Moesicae classis praefectus (cf. 'Arch. epigr. Mitteil. a. Östr.' VIII p. 22. 23), Sextus Cornelius Dexter²⁾ post praefecturam alae I Augustae geminae colonorum Syriacae classis

1) CIL II 1178 (n. 8): (Antea) 'Proc. provinciae Lusitaniae et Vettoniae'; CIL X 1127 (n. 18): (Antea) 'Proc. Aug. prov. Syriae'; Tac. hist. l. II 86: 'Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes; sed procurator aderat Cornelius Fuscus'; Suet. Reiffersch. p. 92: 'Plinius Secundus Novocomensis equestribus militiis industrie functus, procurationes quoque splendidissimas et continuas summa integritate administravit'; Plin. epist. l. III 5, 17: 'cum procuraret (Plinius) in Hispania'.

2) Dextrum illum post classis praefecturam demum alae praefuisse perperam profert Mowatus ('Bull. épigr.' VI p. 105). Neque enim illius viri cursus honorum (cf. CIL VIII 2 8934) serie recta, sed contraria est legendus. Minime igitur recte se habet, quod concludit Mowatus e titulo alae praefecturam gestam esse modo ante modo post classis praefecturam, quoniam in omnibus, quae exstant, honorum cursibus alae praefectura antecedit classariam.

praefectus (cf. CIL VIII 2 8934), P. Aelius Marcianus post praefecturam alae Augustae II Thracum Moesicae classis praefectus (cf. CIL VIII 2 9358).

Quapropter consentaneum est provincialium classium praefectis provinciarum procurationes plerumque non ante gestam classiarum praefecturam mandatas esse, ut indicatur titulis CIL II 1970, III 726, III f. 2 8716, VII 379 adn., VIII 2 8934. Unum contra potest proferri exemplum praefectum quendam Britannicae Moesicae Pannonicae classis, cuius nomen titulo eius altera ex parte abrupto plane ignoramus, ante classium praefecturas Alpium provinciae procurationem suscepisse (cf. CIL VI 1643) (n. 53).

Nec desunt exempla, quibus probetur nonnullos, postquam iam praefecti castrorum (cf. CIL X 4868 [n. 1] et XI 711 [n. 46]) aut fabrum praefecti (cf. CIL III 726) fuerunt, classis praefecturam adeptos esse, tametsi praefectura fabrum interdum etiam post classiarum praefecturam administrata est (cf. CIL X 4868) (n. 1).

Id quoque est dignum, quod commemoretur Marcium Agrippam a Caracalla imperatore classis praefectum esse designatum (Spart. V. Carac. c. VI 7) antea functum muneribus amplissimis, quae vocantur 'a cognitionibus' atque 'ab epistulis' (D. Cass. l. 78. 13, 4), ut monuit primus Hirschfeldus.¹⁾ Sed nusquam alias memoriae traditum est quemquam tam mirum in modum ad classis praefecturam ascendisse.

Iam videamus, qua fere aetate Romani equestri militia administrata ad classis praefecturam pervenerint. Qua in re id unum licet pro certo affirmare Plinium maiorem Misenatium classis praefectum mortuum esse annum quinquagesimum septimum aetatem (Plin. epist. l. III 5, 7). Nihilominus non vereor declarare classis praefecturam aetate iam firmata administratam esse, quoniam plerumque et diuturnior equestris militia et provinciarum procurationes classiarum praefecturam antecederant.

1) 'Verw.-Gesch.' p. 126 adn. 4.

Iam est quaerendum, quot per annos classis praefecti, nisi mortuo imperatore subito missi sunt, classiaro muneri praepositi fuerint, id quod difficilius est diiudicatu. Anicetus quidem Neronianus classis praefectus et iam anno undesexagesimo, cum Agrippinae navem demergere conaretur (cf. Tac. ann. l. XIV 3), Misenatium classis fuit praefectus, neque anno sexagesimo altero ab illa praefectura erat remotus, cum Nero Octaviae uxori daret opprobrio (cf. Suet. V. Ner. c. 35) coniurasse eam cum Aniceto eo consilio, ut Misenatis classis praesidia sibi conciliaret (cf. Tac. ann. l. XIV 62 seq.); sed quam diu ille iam ante annum undesexagesimum in Misenati praefectura versatus sit, plane nescimus. Atque apparet contra e cursu honorum L. Iulii Iuliani Vehilli et Ravennatis et Misenatis classis praefecti (L'année épigr. 1888 n. 66) (n. 15) illum utrique classis praefecturae per multo brevius temporis spatium praefuisse quam Anicetum soli Misenati, quoniam Iulianus inde ab anno centesimo octogesimo quarto usque ad undenonagesimum¹⁾ non modo classium Italicarum praefecturas, verum etiam munus gessit, quod vocatur 'a ratione', praefecturaeque annonae.

Sed quaenam munera expleverunt, qui Italicarum classium praefectura perfuncti erant? Iam recte exposuit Ferrero²⁾ illis modo ampliora militaria imperia esse delata modo nobiliores publicas administrationes. Sic Cn. Marcius Rustius Rufinus (CIL IX 1582) (n. 17) atque Valerius Valens (Eph. epigr. VII 1211) (n. 25) vigilum cohortibus praefuerunt, quorum hic postea etiam vices egit praefecti praetorio (cf. Eph. epigr. VII 1211) (n. 25). Ipsi autem praetorio post classis praefecturam praepositi fuerunt Cornelius Fuscus (Suet. V. Domit. c. 6; D. Cass. l. 68. 9, 3) atque L. Iulius Iulianus Vehillus (L'année épigr. 1888 n. 66) (n. 15).

Eodemque modo in ampliore administratione versati sunt: Cn. Marcius Rustius Rufinus, cuius paulo ante mentio facta est,

1) De illa annorum ratione conferendus est indicis Misenatium classis praefectorum n. 13.

2) 'L'ordin.' p. 32.

qui praeposituram annonae obtinuit (CIL IX 1582) (n. 17), L. Iulius Iulianus Vehillus, qui declaratus est et a rationibus et praefectus annonae ('L'année épigr.' 1888 n. 66) (n. 15), M. Aquilius Felix, cui delatum est munus accensi equitum Romanorum (CIL X 6657) (n. 39).

At classium provinciarum praefectos post classiarium munus confectum plerumque provinciarum procurationibus occupatos fuisse supra iam exposuimus (p. 353). Sed tamen L. Valerius Proculus, Alexandrinae classis praefectus, in cursus honorum fine pervenit ad praefecturam annonae (CIL II 1970), nec memoratu indignum videtur Hermanno Ferrero¹⁾ Pertinacem Germanicae classis praefectum vel imperatoriam dignitatem esse consecutum (Capit. V. Pert. c. II 2).

Allatis omnibus, quae sunt dicenda de classium praefectorum militari dignitate, iam disseramus, quae fuerit illorum condicio in civitate Romana.

Est autem in primis perscrutandum, utrum classium praefecti plane omnes cives fuerint Romani necne. Quod iam a Felice Robiou²⁾ et ab Hermanno Ferrero³⁾ ita disceptatum est, ut classis praefecti condicionis libertinae non reperiantur nisi sub Claudio Nerone Othone imperatoribus. Sunt autem in classium praefectorum numero, quod sciamus, hi homines liberti: Tiberius Iulius Optatus (CIL X 6318) (n. 2) sub Claudio, sub Nerone Anicetus (Tac. ann. I. XIV 3), Moschus autem sub Othone (Tac. hist. I. I 87). Atqui Claudius imperator non decere arbitratus homini libertino tantum munus militare mandari incommodum illud, ut primus animadvertit Mommsenus⁴⁾, eo conatus est mitigare, quod concessit Ti. Iulio Optato, Misennatium classis praefecto, ut cognomen equestre sibi sumeret Pontianum. Sed Claudii quoque imperatoris aetate equestres classis praefectos fuisse, qui nimirum civitate Romana erant

1) 'L'ordin.' p. 32.

2) 'Rev. archéol.' n. ser. XXIV p. 144.

3) 'L'ordin.' p. 32.

4) cf. CIL X 6318 adn.

ornati, testis est P. Palpellius Clodius Quirinalis Ravennatum classis praefectus (CIL V 533) (n. 32).

Si igitur praetermittimus tres illos libertinae condicionis praefectos, reliqui omnes quin cives Romani fuerint dubitari non potest, praesertim cum semper fere in titulis eorum et tribus et patris nomen apertis verbis indicetur. Quod tamen Marquardtus¹⁾ contendit Q. Marcium Hermogenem Alexandrinae classis praefectum anno centesimo tricesimo quarto (CIL III 43) libertum fuisse, de ea coniectura iam Ferrero²⁾ valde dubitavit.

Atque classis praefectos ex equestri ordine esse delectos iam explanatum est (p. 351), cum militarem dignitatem eorum tractaremus. Senatorios contra viros ad classariam praefecturam non esse admissos eo demonstratur, quod apud Tacitum (hist. l. II 86) legimus Cornelium Fuscum Ravennatum classis praefectum (ibid. l. III 12) senatorium hominem natum, cum admodum iuvenis esset, ordinem illum exuisse.

Quod autem equestri dignitate ornati erant classium praefecti haud pauci honores ad eos delati sunt, ut cognitum habemus e titulis. Designati sunt vero oppidorum municipalium patroni potissimum (cf. CIL V 2 8659 [n. 13], X 3344 [n. 30], X 6657 n. [39], II 1970, VIII 2 8934, VII 379 adn.). Praeterea habiti sunt saepius in duumviris sive duumviris quinquennialibus oppidorum municipalium (cf. CIL X 4867 [n. 31], 4868 [n. 1], XI 711 [n. 46], Ferr. n. 360 [n. 35]). Neque exclusi erant a flaminis (cf. CIL X 4868) (n. 1) sive pontificis (cf. CIL V 2 8659 [n. 13], XI 711 [n. 46], Ferr. n. 360 [n. 35]) honore.

Iam cum sub Marco et Vero imperatoribus³⁾ triplex magistratum ordo institueretur, classium praefecti adscripti sunt secundo ordini perfectissimorum. Neque in eo est offendendum, quod cognomen illud 'v. p.' = vir perfectissimus in Valerii Valentis titulo CIL X 3336 (n. 24) demum legitur, qui Gor-

1) 'Staatsverw.' II² p. 513 adn. 2.

2) 'L'ordin.' p. 32.

3) Mommsen, 'Staatsr.' III³ p. 565.

diano tertio imperatore Misenensi praefecturae praefuit, quoniam omnino cognomina illa 'em. v.', 'v. p.', 'e. m. v.' in titulis haud raro sunt ommissa, id quod discimus ex M. Rustii Rufini titulis, quorum in tribus (Eph. epigr. VII 1204 [n. 21], 1205 [n. 22], 1206) (n. 23) cognomen 'e. v.' legitur, in uno (CIL IX 1582) (n. 17) autem praetermissum est, qui ad eandem Rufini praefecti vigilum dignitatem pertinet.

Praefectis gradu inferiores erant subpraefecti, ut muneris nomine est expressum, de quibus iam verba faciamus.

2. De classium subpraefectis.

Cum classarii subpraefecti nomen nisi in titulis octo¹⁾ nusquam legatur, de dignitate eius copiosius dici nequit. Atque rectissime iam Ferrero²⁾ asseveravit subpraefectos fuisse praefectorum vicarios. Neque enim extraordinariam obisse dignitatem nec perbreve munus sustinuisse subpraefectos Mowatus³⁾ mihi videtur optime eo comprobasse, quod vigilum titulis nomen ostendit in illis saepius praefectos atque subpraefectos simul commemorari.⁴⁾ Non igitur dubitandum erit, quin et Misenati et Ravennati praefecto in omne tempus singuli adiuncti fuerint subpraefecti. Falso enim opinatur Hirschfeldus⁵⁾ secundo demum p. Chr. n. saeculo institutum esse subpraefecti officium; namque in titulo T. Abudii Veri Ravennatium subpraefecti (CIL V 328) (n. 50) non adscriptum est praetorium classis nomen, unde illum ante Vespasianam aetatem subpraefecti munere functum esse efficitur.

Quem autem dignitatis gradum classium Italicarum subpraefecti tennerint, colligi potest e titulo CIL VI 1643 (n. 53), ex quo cognoscimus subpraefectum quendam praetoriae classis,

1) Sunt autem: CIL V 328 (n. 50), VI 1643 (53), 1644 (n. 54), VIII Suppl. 14729 (n. 55), IX 5357 (n. 51), 5439 (n. 52) X 3334 (n. 48), Ferr. n. 583 (n. 49).

2) 'L'ordin.' p. 33.

3) 'Bull. épigr.' VI p. 107.

4) Tituli nuperrime reperti exstant: Eph. epigr. VII 1204 (n. 21), 1205 (n. 22), 1206 (n. 23) 1207, 1209, 1210, 1211 (n. 25).

5) 'Verw.-Gesch.' I p. 125.

cuius nomen in titulo excidit, ad provinciarum classium pro-
vectum esse praefecturas.

Neque Italicarum modo classium subpraefecti commemo-
rantur, sed etiam classis Alexandrinae subpraefectus (cf. Eph.
epigr. IV 926), ut statuendum videatur ipsos quoque classium
provinciarum praefectos a subpraefectis in navalibus officiis
esse adiutos.

Attamen quae singulae subpraefectorum fuerint partes,
nescimus, nisi quod intellegitur e titulo CIL X 3334 (n. 48)
Alfenium Senecionem Misenatium classis subpraefectum arbi-
trum fuisse in lite P. Aelio Rufino classiario Misenensi intenta
propter agri possessionem ab heredibus eius, qui antea agrum
illum possederat. Videtur autem Mommseno¹⁾ causa illa ab
Alfenio subpraefecto propterea esse acta, quod ager ille ad
subpraefecti administrationem pertinuit.

Porro ut aperiam, quae munera subpraefecti, quorum exstat
cursus honorum, ante classiarum subpraefecturam gesserint:
aut post legionarium tribunatum (cf. CIL VI 1643) (n. 53) aut
post alae praefecturam (cf. CIL IX 5357 [n. 51], 5439 [n. 52]
Ferr. n. 583 [n. 49]) ad illum dignitatis gradum pervenerunt.

Classis tamen subpraefectura administrata aut procuratores
profecti sunt in provincias (cf. CIL VI 1643 [n. 53], IX 5439
[n. 52], Ferr. n. 583 [n. 49]) aut variis praefecturis praefuerunt,
ut praefecturae vehiculorum (cf. CIL IX 5357) (n. 51) seu
classium provinciarum praefecturis (cf. CIL VI 1643) (n. 53).

Iam perquaerentibus nobis, quaenam in civitate fuerit sub-
praefectorum condicio, quin omnes, quos sciamus, classiarum
subpraefecti cives Romani fuerint, dubium esse non potest
praeter Tiberium Iulium Xanthum Alexandrinae classis sub-
praefectum (Eph. epigr. IV 926), qui homo libertinus post Claudii
imperatoris mortem classiarum obiit subpraefecturam. Nec
praetereundum videtur T. Appalium Alfinum Secundum (CIL
IX 5357) (n. 51) atque T. Cornasidium Sabinum (CIL IX 5439)
(n. 52) subpraefectos in titulis et patris et tribus nomen aperte
indicare.

1) cf. CIL X 3334 adn.

Subpraefectos vero, cum equestris essent dignitatis, non minus quam praefectos equitum honoribus par erat cumulari. Sic T. Appalius Alfinus Secundus Ravennatum subpraefectus non solum Firmi Piceni patronus fuit atque duumviratum gessit quinquennalem, sed etiam flamen proditus augurque cooptatus est (cf. CIL IX 5357) (n. 51). Itemque T. Cornasidius Sabinus subpraefectus honoribus ornatus est et auguris et aedilis et duumviri quinquennalis (cf. CIL IX 5439) (n. 52). Inferiore tamen honore quam praefecti digni habiti sunt in eo subpraefecti, quod a Marco et Vero imperatoribus non in secundum magistratum ordinem, sed in tertium, qui vocatur egregiorum, asciti sunt; id quod colligi potest e titulo CIL IX 5439 (n. 52), ubi compendium 'e m. v.' i. e. 'egregiae memoriae vir' legitur. Quo certissimo testimonio usus in titulo valde corrupto CIL VI 1644 (n. 54) quoniam compendium exstat 'e. m. v.', minime cum Henzeno verba 'praef. cl.' supplenda esse puto, sed subpraefecti classis notionem. Nec minus in titulo CIL VIII Suppl. 14729 (n. 55), cuius ultimi tantum versus servati sunt, propter compendium 'e. v.' i. e. 'egregius vir', quod legitur in tertio versu ab ultimo, non classis praefecti, sed subpraefecti¹⁾ munus explendum videtur, quoniam multo difficilius est cum Mommseno, qui titulum illum praefecto addicit, litteras, quae exstant EV, commutare in PV.

Iam est dicendum de classis praepositis.

3. De classis praepositis.

Cum praefectorum atque subpraefectorum munera permanerent, praepositi classis, quae est Mowati²⁾ atque Hermanni Ferrero³⁾ sententia, extra ordinem ad maritimum imperium designati sunt. Inde autem cum alii viri docti tum Guilelmus

1) Optime compendiis 'sub pr.', quae in titulo CIL VI 414 v. 9 leguntur, quinque sive sex litterarum lacuna expletur, quae reperitur initio versus quarti ab ultimo.

2) 'Bull. épigr.' VI p. 108.

3) 'L'ordin.' p. 33 et 'Bull. trimestriel des antiquités Africaines' 1884 II p. 180.

Henzenus¹⁾ praepositos classis non iustos classarios duces fuisse argumentantur, quod terrestrium quoque exercituum praepositi, quorum haud raro fit mentio in titulis, neque perpetuo neque aequali munere functi sint. Sunt enim praepositi illi terrestres, ut summam Henzenianae explicationis proferam, cuilibet exercitui data occasione praefecti, postquam alius alium dignitatis gradum assecutus est; id quod optime concludere mihi videtur Henzenus ex his potissimum verbis: 'Si praesidis vel cuiusvis praepositi ab excubatione quis desistat, peccatum desertionis subibit', quae in Modesti iurisconsulti quarto libro de poenis²⁾ leguntur.

Quodsi tres illos praepositorum classis titulos, qui usque adhuc mansere, perlustramus, re vera perspicimus omnes illos praepositos a vario dignitatis gradu ad praepositi munus accessisse. Est enim Severus quidam iam post cohortis praefecturam Syriacae atque Alexandrinae classis praepositus designatus (CIL VIII 2 9363); L. Artorius Iustus Misenatium classis exstitit praepositus, postquam primipilus fuit legionis quintae Macedonicae (CIL III 1919) (n. 56); P. Aelius Marcianus alae praefectura perfunctus Syriacae atque Alexandrinae classis praepositus factus est (CIL VIII 2 9358). Sed quod illi Marciano praepositi munere gesto Moesicae classis praefectura mandata est, plane nihil habet miri, quoniam nihil obstabat, quominus ille post alae praefecturam provincialem classem regeret. Nec recte videtur concludere Hirschfeldus³⁾ e titulo illo praepositum classis dignitate cessisse praefecto, cum omnino praepositi et terrestres et maritimi modo superioris modo inferioris dignitatis fuerint.

Quibusnam autem temporibus praepositi illi classarii sint constituti inquirentibus, etsi certi quidquam proferre non licet, tamen proxime ad probabilitatem accedere videntur et Mowatus⁴⁾

1) 'Jahrb. der Altertumsfr. im Rheinl.' 1848 vol. XIII p. 54, 55 adn.; Annali dell' Instituto' 1850 vol. VII n. ser. p. 40, 41.

2) cf. Dig. l. 49. 16, 3.

3) 'Verw.-Gesch.' I p. 126 adn. 5.

4) 'Bull. épigr.' VI p. 108.

et Ferrero¹⁾ rati Severum atque Marcianum navium agminis ab Alexandrina atque Syriaca classe ablegati destinatos esse praepositos, ut Mauretaniae procuratorem in Afris piratis excitandis adiuvarent. Id quoque addo Cagnatum²⁾, qui his diebus eandem quaestionem tractavit, idem sentire.

Ab his praepositis plane sunt segregandi praepositi, qui vocantur, reliquationi.

4. De praepositis reliquationi.

Praepositi reliquationi, quorum tres exstant tituli³⁾, num aut reliquationi aut reliquationis praepositi fuerint appellati, diiudicare non audeo, quoniam hoc in titulo CIL X 3345 (n. 59), illud in titulo CIL VIII Suppl. 14854 (n. 57) reperimus.

Multo maioris momenti est explorare, quale munus illorum fuerit, qua de re Henzenus atque Mommsenus diversum in modum iudicaverunt. Atque Henzenus⁴⁾ quidem opinatur nihil esse aliud Misenensis classis reliquationem nisi navium illud agmen, quod, postquam pleraeque naves Misenates in altum provectae sunt, in portu Misenensi remanserit. Ac re vera reliquationis notio significat id, quod reliquum est, ut Tertulliani verbis (de anima c. 56) mihi videor comprobare: 'Aiunt et immatura morte praeventas (animas) eo usque vagari istic, donec reliquatio compleatur aetatum, quantum pervixissent, si non intempestive obissent'. Attamen si Henzenianam sententiam accipimus, non satis intellegitur, cur residuis illis navibus singularis praepositus reliquationi sit constitutus, nec potius subpraefectus praepositus, qui absentis praefecti munere fungebatur.

1) 'Bull. trim.' II p. 180.

2) 'L'armée d'Afrique', Lutetiae Parisiorum 1892 p. 341.

3) I.: Titulus Flavii Senilis (CIL VII 137). Notandum videtur in illo titulo non 'ex stipibus' verba legi, ut in volumine VII CIL typis expressum est, sed 'ex stipibus', id quod Eduardus Lee (Eph. epigr. III p. 312) inscriptione inspecta adnotat. II.: Titulus C. Sulgii Caeciliani (CIL VIII Suppl. 14854) (n. 57). III.: Titulus M. Verecundini Veri (CIL X 3345) (n. 59).

4) 'Bull dell' Inst.' 1850 p. 128, 1851 p. 117 adu. 1.

Sed Henzeno praepositi reliquationi munus videtur militare, in classaria administratione¹⁾ illum versatum esse censet Mommsenus. Monet enim vir ille doctissimus singulis copiis thecas fuisse nummarias, in quibus dimidium donativorum ex largitione imperatorum eo consilio conditum sit²⁾, ut pecuniae illae missis demum militibus exsolverentur: totam igitur illam pecuniam in theca nummaria Misenensi conditam putandam esse illius classis reliquationem. Quam sententiam ut reddat probabilior, affert vir ille doctissimus Digestorum locum (l. XXVI 7. 44), quo mentio fit 'reliquationis tutoris', i. e. pecuniae eius, quam debet tutor pupillo. Satis igitur sic comprobasse sibi videtur Misenatium reliquationi praepositum non navium praefectum fuisse, sed thecae nummariae Misenensis administratorem.

Equidem facere non possum, quin Mommseni explicationem praeferam Henzenianae, quoniam, qui vocatur in titulo CIL VIII Suppl. 14854 (n. 57), C. Sulgius Caecilianus praepositus reliquationi idem functus est munere 'praepositi thesauris dominicis' i. e. quoniam dominicus adiectivum idem valet atque imperatorius³⁾, procuratoris aerarii sive praediorum imperatoris officio.

Qua fuerint dignitate, qui praepositorum officia gessere reliquationi, apparet e cursu honorum eiusdem Caeciliani, cuius paulo ante fecimus mentionem. Ille enim, priusquam ad praepositi munus provectus est, nauarchus fuit in classe Misenensi, exinde centurio in compluribus legionibus, postea vero primipilatum obtinuit. Ipse quoque M. Verecundinus Verus praepositus reliquationi tum primipilus exstitit (cf. CIL X 3345) (n. 59).

Iam descendamus ad classis nauarchos.

1) cf. 'Bonner Jahrbücher' vol. 68 p. 55.

2) Suet. V. Domit. c. 67; Marquardt, 'Staatsverw.' II³ p. 562 seq.

3) Conferenda sunt verba titulo 39 septimi libri codicis Iustiniani praescripta: 'ne rei dominicae vel templorum vindicatio temporis exceptione submoveatur'.

5. De nauarchis.

Singularium navium duces non sub ipsis classium Italicarum praefectis vel subpraefectis fuisse, sed complurium navium delatum esse imperium primoribus singulis ducibus, qui optime agminum praefecti declarantur, cognoscere licet e Vegetii verbis (l. IV 32): 'sub quibus (classis praefectis) erant deni tribuni per cohortes singulas constituti'. At nusquam tribuni classis illa notio in titulis legitur, quoniam, ut Zelliuss iam exposuit¹⁾, quod reperitur in titulis compendium 'tr' classis ab omnibus fere viris doctis trierarchi vocabulo explicatur. Quomodo igitur expediendum videtur, quod apud Vegetium tribuni classis memorantur?

Non aliter censeo nisi agminum illos praefectos, cum a Diocletiano atque Constantino imperatoribus totius rei militaris Romanorum ordo novatus esset, ipsos quoque alium in modum esse appellatos. Vegetium autem memoriae tradere in capitibus illis, in quibus refert de opibus maritimis Romanorum — i. e. a capite tricesimo primo libri quarti usque ad finem — qualis fuerit suis potissimum temporibus i. e. ineunte saeculo quinto classium Romanarum status, mea quidem sententia cum ex aliis rebus intellegitur tum ex eo, quod apud illum, ut in capite secundo dissertationis (p. 304) monui, et Misematium et Ravennatium classis praetorium nomen iam non legitur, quae commutatio facta est imperio Romano sub Constantino in duas partes seiuncto. Ac re vera classis tribuni significationem ad posterius aevum spectare inde colligendum est, quod apud Ammianum Marcellinum²⁾ (l. XXIII 3. 9), qui quinquaginta circiter annos ante Vegetium scripsit, Euphratis classis duces anno p. Chr. n. trecentesimo sexagesimo tertio Constantianus tribunus comesque eius Lucillianus commemorantur. Zosimus³⁾ nimirum (l. III 13. 3), ut Constantiani munus clarius illustraret, Latinam notionem tribuni Graeco vocabulo *ναύαρχου* expressit.

1) cf. 'Röm. Epigraphik' II p. 314.

2) 'Classis advenit tribuno Constantiano cum comite Lucilliano ductante.'

3) *Κατίστησαν δὲ ναύαρχοι Λουκιανὸς καὶ Κωνσταντίος.*

Iam oritur quaestio, quod nomen fuerit agminum ducibus superioribus Caesarum saeculis. Quodsi Henzenum sequeremur, stolarchi eiusmodi agminum duces putandi essent; at iam in antecedentibus, cum singula classium praefectorum nomina enumerarem (p. 347 seq.), satis comprobasse mihi videor illam sententiam esse reiiciendam. Sunt autem agminum praefectorum muneribus e ducum primorum classis numero nulli plane relictī nisi nauarchi. Nihilominus difficillimum est confirmare nauarchos sive *ναύαρχους* superiore imperatorum aetate navium agminibus praefuisse. Nam etsi Tacitus (ann. l. XV 51) atque Suetonius (V. Vitell. c. 13) singulis locis mentionem fecerunt nauarchorum, nullo tamen modo e verbis eorum concludere licet, quale nauarchorum imperium fuerit. Neque aliorum imperatoriae aetatis scriptorum testimoniis, ut Diodori, Plutarchi, Appiani, Dionis, Philostrati, apud quos *ναύαρχος* semper est aliquot navium praefectus¹⁾, uti licet sine ullo periculo, quoniam verba eorum nunquam ad imperatorum tempora pertinent, sed aut ad liberam rem publicam Romanorum aut ad res gestas Graecorum. Id solum tenendum est et apud Graecos i. e. apud Lacedaemonios Rhodiosque potissimum et apud Romanos liberae civitatis temporibus maiori navium agmini praefuisse nauarchos. Atque etsi certis exemplis demonstrare non possum eandem fuisse imperatorii aevi nauarchorum conditionem, eos tamen re vera navium agminum praefectos fuisse propterea probabile est, quoniam, ut supra protulimus, e ducum classiariorum numero nemo restat nisi ordo nauarchorum.

1) Sic scribit Diodorus de Antisthene nauarcho (l. XX 50, 1): *Ἀντισθένην τὸν ναύαρχον ἔχοντα ναῦς δέκα τῶν πεντηρικῶν ἀπέλιπε κωλύσοντα τὰς ἐκ τῆς πόλεως ναῦς ἐπεξίεναι πρὸς τὴν ναυμαχίαν*. Sic apud Plutarchum Lysander et, qui in eius locum successit, Callicratidas (V. Lys. c. V 6), sic apud Philostratum (V. Apoll. l. III 53) Nearchus, dux classarius Alexandri Magni regis, nauarchi appellantur. Sic apud Appianum (Punica c. 98) *χιλλαρχοὶ καὶ ναύαρχοι* opponuntur, ut pateat *ναύαρχους* revera compluribus navibus praefuisse. Sic apud Dionem (l. 41. 48, 1) traditum est L. Scribonium Libonem anno a. Chr. n. duodequingagesimo *ναυαρχίαν* obisse, atque apud Caesarem (Bell. civ. l. III 23, 1) legimus quinquaginta navium classem sub illius imperio fuisse.

Sed priusquam in eo acquiescamus agminum duces fuisse nauarchos, iam Mommseni¹⁾ sententia, probata et a Marquardo²⁾ et ab Hermanno Ferrero³⁾, refutanda est censentis triremibus, liburnis, minoribus navigiis praefuisse trierarchos, nauarchos et quadriremium et quinqueremium et hexerium duces fuisse, cum nusquam legatur tetrerarchi, penterarchi, hexerarchi significatio.

Minime id quidem Mommsenianae sententiae repugnat, quod in nauarchorum titulis nusquam indicatur nomen navis, cui nauarchus ille praefuit, cum in trierarchorum quoque inscriptionibus, quarum quadruplo maior est numerus, navis trierarchi nomen perraro commemoretur. At ipse concedit vir ille egregius imperatoriae aetatis trierarchos, quoniam trierarchi notio sensim latiore significationem induerit, quadriremibus ipsis navibus praefuisse, ut e titulo CIL X 3391, in quo mentio fit adiutoris trierarchi tetrere Venere, cognitum habemus. Quae cum ita sint, nauarchis nisi quinqueremium aut hexerium⁴⁾ cura nihil iam superest. Sed e Galeni⁵⁾ verbis *τριηράρχας μὲν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν τριήρων, νῦν δ' ἤδη πάντας οὕτως καλοῦσι τοὺς ὀπωσοῦν ἡγουμένους στόλου ναυτικοῦ, καὶ μὴ τριήρεις ὄσιν αἱ νῆες*, quae profert Marquardtus⁶⁾, quamvis non eadem causa permotus, aperte cognoscitur trierarchos duces fuisse navium, quae modo maiores modo minores erant triremibus. Nec praetermittendum videtur et iam in Rhodia classe trierarchos quinqueremibus praefuisse, ut e Polybianis illis verbis (l. XVI 5, 1) apparet *ἐπιφανέστατα δὲ ἐκινδύνευσαν τρεῖς πεντήρεις τῶν Ῥοδίων, ἧ τε ναυαρχίς, ἐφ' ἧς ἔπλει Θεοφιλλίσκος, μετὰ δὲ*

1) cf. CIL X 3340 adn.

2) cf. 'Staatsverw.' II² p. 513 et 514 adn. 1.

3) 'L'ordin.' p. 39.

4) Sic putat Ferrero ('Mem. di Tor.' vol. XXXVI p. 26) difficultatem esse tollendam. Perperam contra profert illud 'adiutor trierarchi tetrere Venere' eo fortasse explicandum esse, quod unius cuiusque classiarii ducis comes 'trierarchi adiutor' appellatus sit.

5) cf. Kühnii edit. vol. V p. 897.

6) 'Staatsverw.' II² p. 509 adn. 2.

ταύτην ἥς ἐπιηράρχει Φιλόστρατος et in titulo Halicarnassensi (Lebas-Waddington III 1. 504) a Marquardo laudato¹⁾ trierarchum navis quadriremis ducem commemorari.

Imprimis autem Mommseni sententia redarguitur titulo Augusti reperto in Galliae Narbonensis oppido aliquo, qui est Claudii Albini Germanicae classis nauarchi (cf. CIL XII 2412) (n. 170), quoniam fieri non potest, ut Albinus ille quinqueremi sive hexeri praefuerit, cum in Germanicae classis navium numero, quae in Rheno flumine navigabant, triremibus²⁾ grandiores non fuerint. Nihil ergo relinquitur, nisi ut Albinus ille nauarchus Germanicae classis navium agmini fuerit praepositus.³⁾

Neque inde quod duobus locis nauarchi et trierarchi una voce commemorantur (cf. CIL X 3341 atque Dig. I. 37. 13. 1) concludendum est nihil fere interesse inter duo illa munera classiarum, cum inter omnes constet tribunos atque centuriones terrestres exercitus, plane inter se diversos, saepissime una proferri (cf. Tac. hist. I. I 18, 28, 38, 80, 82, II 5).

Immo vero nauarchos navium agmini praefuisse eo magis veri est simile, quod trierarchi ipsi interdum complurium navium duces fuerunt, ut infra in ea capituli parte, quae est de trierarchis, dicendum erit.

1) 'Staatsverw.' II² p. 509 adn. 2.

2) In Taciteis quidem libris, in quibus Rhenanarum navium saepius mentio fit, triremibus grandiores non commemorantur (cf. hist. I. V 22, ann. I. XI 18). In capite vicesimo tertio V. libri historiarum nullae aliae naves nisi liburnae et moneros enumerantur. Nec minus probatur Hegeippi verbis (Bell. Iud. I. II 9 v. 124—127): 'Itaque iam non caupulis Germanorum repletur (Rhenus), sed Romanorum liburnis, quae pererrantes toto usque ad mare bicornis amnis fluente quondam liberas gentes servitio premunt' Rheni naves non nimis grandes fuisse.

3) Eodem illo titulo pro certo demonstratur non recte iudicare Mommsen, cum dicat ('Bull. épigr.' VI p. 111) Italicas classes solas in singula agmina divisas fuisse, non tamen classes provinciarum. Nec solum Germanicae classis nauarchus in titulis reperitur, sed etiam Britannicae (Dig. I. 36. 1, 48) atque Ponticae. (Quamquam in inscriptione CIL III t. 1 6980 Pontica classis non apertis verbis indicatur, tamen, quod est Sinopae reperta inscriptio, illi classi tribuenda videtur.)

Sed quod apud Vegetium (l. IV 32) singularum navium duces nauarchi appellantur, quorum munus fuisse gubernatores remiges milites exercendi his verbis expressum est: 'singulae autem liburnae singulos nauarchos, id est quasi navicularios, habebant, qui exceptis ceteris nautarum officiis gubernatoribus atque remigibus et militibus exercendis cotidianam curam et iugem exhibebant industriam', iam recte ostendit Mowatns ('Bull. épigr.' VI p. 112) re militari a Diocletiano atque Constantino imperatoribus novata pristina munerum nomina plerumque non esse sublata, sed tamen saepius aliis indita, alienis a pristinis muneribus. Id quoque addo convenisse imperatoria aetate exeunte navium duces nauarchos appellari, quoniam paulatim omnis generis naves classicae seu liburnae seu triremes seu quadriremes communi liburnarum nomine significatae sunt¹⁾, ut aptum non esset trierarchi nomen retinere.

Optime vero nauarchos, cum maiori navium numero praessent, in ducum primorum classis numero habitos esse ex eo Taciti loco intellegimus, quo Epicharidis coniuratio enarratur (ann. l. XV 51), ubi legimus: 'In Campania agens (Epicharis) primores classiariorum Misenensium labefacere et conscientia illigare conisa est tali initio. Erat nauarchus in ea classe Volusius Proculus.'

Quale autem fuerit munus nauarchorum, nescimus. Dubito enim Philonis Iudaei ('de constitutione [sive creatione] principum' c. 7) verba *ὅπερ γὰρ πόλεως βασιλεύς, τοῦτο καὶ κώμης ὁ πρῶτος, καὶ οἰκίας ὁ δεσπότης καὶ νοσοῦντων ἰατρός, καὶ στρατοπέδου μὲν στρατηγός, ναύαρχος δὲ ἐπιβατικοῦ²⁾ καὶ πληρωμάτων³⁾*, ex quibus apparet nauarchos non solum classiaris praefuisse, sed etiam remigibus agminis, cuius imperium

1) Scriptorum testimonia vide apud Marquardtum ('Staatsverw.' II² p. 509).

2) Apud Polybium quoque (l. I 49, 5 et 61, 4) *ἐπιβάται* atque *πληρώματα* opponuntur, itemque apud Ciceronem (Act. in Verr. l. V § 133) 'remiges militesque' atque in Belli Africi capite sexagesimo tertio (§ 3) 'remiges epibataeque'.

3) Cur inserenda videatur Dindorfio (Thes. Steph. V p. 1371^a) *πρῶτος* notio post *πληρωμάτων* vocem, equidem non intellego. Sunt enim genetivi

eis delatum erat, ad nauarchos referre, cum ibi nauarchi nomine significari videatur quicumque quolibet maritimo imperio praeditus est. Atque nauarchorum munus iam primis principatus temporibus institutum fuisse concludi licet e titulo Ti. Iulii Hilari nauarchi (CIL VI 2 8927) (n. 67), cui Tiberianum cognomen impositum est.

A quonam nauarchi designati sint, minus perspicuum est, tametsi inde quod Volusius Proculus Neronis matrem de medio tollere molitus Tacito¹⁾ auctore (ann. l. XV 51) ad nauarchi provectus est honorem, apparet Neronem a tali dignitatis accessione haud procul abfuisse.

Iam quibus muneribus perfuncti Romani ad nauarchi dignitatem pervenerint, si quaerimus, alii antea in terrestri militia versati, alii trierarchi stipendia meriti sunt. Hinc testis est P. Petronius Afrodisius (CIL XI 86) (n. 89) Ravennas, illinc C. Sulgus Caecilianus Misensis (CIL VIII Suppl. 14854) (n. 57), qui antea fuit optio peregrinorum atque exercitator militum frumentariorum. Nam nauarchi munus profecto non primo esse loco administratum e Taciti verbis (ann. l. XV 51) paulo supra laudatis perspicitur, quoniam aliter illo loco non esset dictum Volusium illum Proculum non pro sceleris magnitudine, quo Neronem iuverat, ad nauarchi dignitatem esse provectum.

Quot vero per annos nauarchi munus gestum sit, haud difficile erit definiendum, si, quid significant verba usque adhuc a viris doctis plane neglecta 'bis nauarchus', quae et in P. Aelii Iuniani (CIL X 3350) (n. 65) et in Valerii Veri nauarchi titulo (Eph. epigr. IV 922) (n. 64) leguntur, recte explanaverimus. Atque haesisse in verbis illis editores additamentorum VI. CIL voluminis ex interrogationis signo, quod in indice voluminis IV. Ephemeridis epigraphicae (p. 595) verbis 'bis nauarchus' adscripserunt, apparet. Atque ipse Ferrero²⁾

ἐπιβατικοῦ atque *πληρωμάτων* eodem modo ad *ναύαρχος* substantivum referendi, quo genetivus *οἰκίας* ad *δεσπότης* vocabulum.

1) 'Volusius Proculus, occidentae matris Neronis inter ministros, non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur.'

2) Vide in 'Atti della R. Accad. di Tor.' vol. XVII p. 380 adn. 2.

affirmavit illud 'bis nauarchus' valde esse mirum, non tamen conatus ullam proferre explicationem.

Sed similibus vocibus comparatis, velut 'praefectus fabrum II atque tribunus militum bis', quae in inscriptionibus saepissime leguntur, mihi videor notiones illas posse explicare. Atque ut primum quidem ad illud 'praefectus fabrum bis' explicandum accedamus, praefecti fabrum, qui a provinciarum procuratoribus designabantur, unum tantum annum munere fungi solebant. Si tamen procuratori imperium prorogatum est, ne fabrum quidem praefecti, ut apud Marquardtum¹⁾ scriptum legimus, officia intermiserunt. Id igitur exprimitur verbis, 'praefectus fabrum II' (CIL XII 2456), 'III' (CIL XIV 2989), 'IV' (CIL XII 1867), 'V' (CIL XII 2608), 'VI' (Orelli n. 3434) eos, qui in titulis illis commemorantur, duos tres quattuor quinque sex annos fabrum praefecturam continuavisse.

Nec minus in titulis militum tribunorum numeris 'bis', 'ter' etc. indicatur, quot per annos singuli tribunatus muneri praefuerint, quoniam militum tribuni, quos destinare imperatoris erat, item per singulos annos denuo designati sunt, id quod Madvignus²⁾ optime demonstravit. Exstant autem exempla alios duos (CIL XIV 3548), alios tres (Suet. V. Vesp. c. 1), alios quattuor (CIL II 2029) annos militum fuisse tribunos. Nam 'bis' adverbium, quod legitur in verbis tituli CIL XIV 3548: 'Tribunus militum bis leg. IIII. Macedonicae et legion. XXI. Rapacis', non ita interpretandum esse, ut tribunus ille militum bis et in legione IIII Macedonica et in XXI. Rapace tribunatum gessisse putetur, is non negabit, qui verba tituli CIL VI 3518: 'Tribunus milit. legionis IIII. Macedonicae et legionis X. Geminae', inspexerit. Nam quamquam hic quoque duarum legionum tribunatus commemoratur, illud 'bis' tamen non reperitur.

Itaque cum et fabrum praefectos et tribunos militum in titulis adverbis bis ter etc. stipendiorum annos indicare per-

1) 'Staatsverw.' II² p. 517.

2) cf. scripta minora p. 553 ('Die Befehlshaber und das Avancement in dem römischen Heere').

spicuum sit, non dubito duos illos nauarchos, quorum in titulis notio illa 'bis nauarchus' reperitur, duos per annos id munus administravisse statuere, nisi forte nauarchi ilico complures in annos designati sunt, ut vocibus 'nauarchus bis' indicetur nauarchis illis munus denno complures in annos esse delatum.

Vel adulescentulos ad dignitatem nauarchi esse provectos, id quod discimus e titulo Valerii Veri nauarchi (Eph. epigr. IV 922) (n. 64), qui vicesimum quintum annum agens mortuus est, nihil habet alieni. Solebant enim ipsi quoque tribuni militum vix vicesimum aetatis annum egressi ad illud munus accedere¹⁾.

Nec tamen omnes nauarchi eundem dignitatis gradum obtulerunt. Docemur enim titulo P. Petronii Afrodisii (CIL XI 86) (n. 89) nauarchos paullatim ad nauarchi principis dignitatem provectos esse, quem nauarchorum summum fuisse veri est simillimum. Commemorantur autem nauarchi principes in titulis: CIL X 2 8215 (n. 62), X 3348 (n. 66), XI 86 (n. 89). Nec quidquam aliud sibi velle significationem 'nauarchus archigybernes' sive 'archigubernus', quae legitur CIL X 3349 (n. 61), X 2 7593 (n. 65a), Dig. I. 36. 1. 48, rectissime mihi videtur exposuisse Mommsenus in adnotatione adscripta titulo CIL X 3349. Quae praeclarissima Mommseni coniectura mea quidem sententia eo quoque argumento confirmatur, quod fieri non poterat, ut gubernatores, etsi multorum annorum stipendia meruerant, archiguberni gradum ascenderent. Nam scimus e titulis non solum quosdam viginti sex per annos gubernatores fuisse (cf. CIL X 3436, 3437), sed etiam quendam per tres et triginta²⁾, quendam vel per quadraginta quinque annos (cf. CIL XIV 238), nec tamen quisquam eorum factus est archigubernus. Perperam igitur Camillus de la Berge³⁾ atque Ferrero⁴⁾ disputasse mihi videntur archigubernum esse summum gubernatorem. Valde contra gaudeo, quod affirmavit Mar-

1) Marquardt, 'Staatsverw.' II² p. 366 adn. 4.

2) 'Bonner Jahrb.' vol. 66 p. 78.

3) cf. Daremb. 'dict.' p. 374^b.

4) 'L'ordin.' p. 39.

Immo videamus, quemadmodum nunc titulus ille Mommseno explendus videatur. Qua de re conferendus est titulus 3340 X. CIL voluminis. Supplet autem Mommsenus hoc modo¹⁾ iis, quae antea proposuerat, fere reiectis.

Divi Nervae Abnepotib.
Nauarchi Et Trierarchi. Classis. Praetor. Misen.
Quod Ad Alteros. Centurionatus. Quibus. Divus. Pius
Classem Suam Honoraverat. Adiecto. Tertio. Ordine
Optimum Principem Aequaverint.

Lacunis ita expletis censet vir ille doctissimus e titulo illo elucere Antoninum Pium imperatorem alterum centurionum, qui trierarchi vocantur, ordinem instituisse, cum Marcus et Verus, filii eius, ut patrem imitarentur, tertium centurionum ordinem constituerint, qui utrum fuerint gubernatores necne in medio relinquitur.

Sed, quantum perspicio, ea, quae a Mommseno inserta sunt, propterea minime sunt probanda²⁾, quod nemo honorarium illum titulum statuere debebat, ut Marco et Vero imperatoribus gratias referret, nisi ii, qui tertio loco centurionum ordinem obtinuerant, i. e., si Mommsenum sequimur, gubernatores. Attamen trierarchis, qui iam a Pio imperatore eadem dignitate ornati erant, ne minima quidem causa erat, cur Marco et Vero gratias agerent, quod gubernatoribus centurionatum decreverant; immo par erat illos aegre tulisse, quod gubernatoribus quoque honos centurionatus tributus est, cum sua ipsorum dignitas minueretur gubernatoribus in centurionum numerum adscitis. Praeterea in iis, quae a Mommseno suppleta sunt, ad perspiciendum difficile, cur nauarchi, qui neque a Pio imperatore neque a filiis eius ullo honore aucti erant, suum nomen titulo illi honorario praescripserint.

1) Moneo prorsus probare Marquardtum (ibid. II² p. 514 adn. 1), quae protulit Mommsenus.

2) Quamquam Ferrero ('Mem. di Tor.' XXXVI p. 28) ne illud quidem comprobatur, quod altero loco Mommsenus proposuit, tamen quid displiceat non declarat.

legionariam militiam accederent, quoniam ab illo demum imperatore honorati sunt centurionatus ornamentis.

Si vero examinamus, quo fere tempore insculpti sint illi tituli, quibus confirmatur posteriore aetate nauarchos legionariae militiae participes fuisse, de altero quidem (CIL X 3348) (n. 66) certi quidquam statuere non licet, nisi propter mentionem legionis primae adiutricis eum non ante Vespasiani aetatem conscriptum esse, alterum tamen (CIL VIII Suppl. 14854 (n. 57), quia 'pia vindex' nomina in eo classi Misnensi adscripta sunt, ad tertium p. Chr. n. saeculum pertinere certissimum est.

Sed cognitum habemus e titulo illo non solum, quanam militaris nauarchorum atque trierarchorum dignitas medio fere secundo p. Chr. n. saeculo fuerit, verum etiam, si modo posteriorem tituli partem respicimus, quem locum illi tum inter cives Romanos habuerint. Scriptum enim legimus Marcum atque Verum imperatores, ne patri cederent, nauarchis atque trierarchis, quibus ille centurionatus ornamenta concesserat, tertium ordinem i. e. tertii ordinis honorem decrevisse. Tertium autem illum ordinem decurionatum putandum esse Alfonso Giorgi, Henzeni familiarissimus, optime mihi videtur effecisse e Dionis loco allato (l. 49. 14, 3)¹⁾, ubi legimus Octavianum anno a. Chr. n. sexto et tricesimo Sexto Pompeio devicto pollicitum esse ipsius centurionibus²⁾ se eos in patriam reversos decuriones designaturum.³⁾ Accedit quod et

1) *Καὶ τούτου . . . καὶ τοὺς ἑκατοντάρχους ὡς καὶ ἐς τὰς βουλὰς αὐτοὺς τὰς ἐν ταῖς πατρίσι καταλέξων ἐπήλπισε.*

2) Apud Dionem classarios centuriones commemorari Henzenus ('Bull. dell' Inst. 1851 p. 176) non recte contendit, cum omnino centuriones nominentur.

3) Eundem in modum Dio loquentem facit Maecenatem (l. 52. 25. 7: *ἐκ δὲ δὴ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἑκατονταρχησάντων οὐδὲν κωλύει τοὺς ἔλλογιμωτάτους αὐτοῦ μεταλαμβάνειν*) eos, qui ab initio centurionis munere functi sint, in decurionum numerum esse recipiendos. Nempe verba illa a Dione Maecenati attributa minime quadrare ad Augusti imperatoris aetatem, sed ad ipsam Dionis, in Berolinensi dissertatione Paulus Meyer ('De Maecenatis oratione a Dione ficta' 1891 p. 7 seq.) explanavit.

apud scriptores et in titulis¹⁾ saepissime fit mentio ordinis decurionum. Imprimis autem mea quidem sententia e loco Suetoniano (V. Div. Aug. c. 100)²⁾, ex quo discimus, qualibus honoribus tres illi ordines et senatorius et equestris et decurionalis mortuum imperatorem Augustum prosecuti sint, decurionatum tertii fuisse ordinis certissime colligitur.³⁾

Eo magis vero tituli explicationi ab Henzeno ante plus quadraginta annos prolatae fidem habeo, quod profecto titulis, qui his decem annis reperti sunt, confirmatur decurionatus dignitatem post medium secundum p. Chr. n. saeculum nauarchis atque trierarchis fuisse concessam.

Iam animadvertit Hermannus Ferrero⁴⁾ Iulio Magno nauarcho principi secundum titulum CIL X 2 8215 (n. 62) anno p. Chr. n. centesimo nonagesimo octavo⁵⁾ et decurionatum et duumviratum Volturni oppidi esse delatum. Fugit tamen virum doctum titulus Sinopensis CIL III f. 1 6980⁶⁾, unde intellegitur

1) cf. CIL II 4058, 4608, II Suppl. 6083, Eph. epigr. III p. 78, Dig. l. 50. 2, 2: 'si numerus (decurionum) ordinis plenus sit, exspectare eum oportet, donec alius vacet.'

2) 'Corpus decuriones municipiorum et coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt. . . A Bovillis equester ordo suscepit urbique intulit. . . Senatus et in funere ornando et in memoria honoranda eo studio certatim progressus est. . .'

3) Id quoque moneo in verbis illis Plinianis (epist. l. I 19, 2): 'ut te non decurione solum verum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equestres facultates trecenta milia nummum' ordinem decurionalem opponi equitum ordini.

4) cf. 'Mem. della R. Accad. di Tor.' vol. XXXVI p. 28.

5) Cuinam anno titulus ille tribuendus sit, Ferrero ('Atti di Tor.' XVII p. 381 seq.) accuratissime pertractavit. Nam cum alterius consulia nomen Saturnini solum exstaret, praeter annum centesimum nonagesimum octavum, quem exploravit Mommsenus (cf. CIL X 2 8215 adn.), etiam anni nonagesimi tertii, quo consules erant suffecti M. Lollius Paulinus Valerius Asiaticus Saturninus atque C. Antius Iulius Quadratus, rationem esse habendam. At ipse concedit Ferrero in adnotatione, quam postea quidem conscripsit (cf. 'Mem. di Tor.' XXXVI p. 28 adn. 5), annum praefendum esse centesimum nonagesimum octavum.

6) Legitur item in volumine IV. Ephemeridis epigraphicae (n. 45), non tamen relata est in indicem illius voluminis (p. 593 et 595).

Numisium Primum nauarchum non solum gessisse sacerdotium Caesaris Augusti atque aedilitatem¹⁾, sed etiam fuisse et iterum duumvirum et duumvirum quinquennalem. Neque autem credibile eum illos honores esse assecutum, nisi antea decurionatu functus sit, quoniam verba exstant in Digestis (l. 50. 2, 7): 'is, qui non sit decurio, duumviratu vel aliis honoribus fungi non potest, quia decurionum honoribus plebei fungi prohibentur'.²⁾

Nec minus silentio praetermissum est ab Hermanno Ferrero, quod, ut plane absolvatur titulus ille CIL X 3340, hoc ipso loco afferre opportunum videtur duos titulos testimonio esse trierarchis quoque inferioris aetatis decurionalem concessum fuisse honorem. Etsi sane affirmare non licet, quem fere ad annum alter titulus (CIL X 3364) (n. 80) pertineat, qui a femina³⁾ et sibi et Prisco coniugi trierarcho atque decurioni et libertis et posteris est constitutus, alter tamen (CIL X 3342^a) (n. 85), a decurionibus Miseni atque Teani aut Domnae aut Mamaeae Augustis dedicatus, cuius in subscriptione et Prisci tertiae Gallicae legionis praefecti et Lucii Vitalis⁴⁾ trierarchi nomina leguntur, tertio saeculo certe est tribuendus.⁵⁾ Nequaquam igitur potest dubitari, quin et nauarchi et trierarchi tertio p. Chr. n. saeculo decurionatu exornati sint. Atque id quoque patet, cum classis praefecti atque subpraefecti equestrem

1) Municipiorum aediles collegas minores iudicum fuisse Marquardtus ('Staatsverw.' I² p. 166) docuit.

2) cf. de his Marquardtum, ibid. I² p. 196.

3) Videtur fuisse illi nomen Serapis, quoniam exstat nominis exitus 'pis'.

4) Alias quoque tituli Vitalis nomen per compendium scriptum exhibent. Sic CIL III 4707: 'L. Val. Vit.'; CIL II 4970. 559 K.: 'Of. Vita.'; CIL II 4974, 40: 'Vit'. Cave suspiceris fuisse trierarcho illi Prisci nomen, quod sequitur in titulo, atque propterea illum trierarchum fortasse eundem esse, qui in titulo CIL X 3364 (n. 80) commemoratur. Nam in titulis classicis nomen semper scriptum legitur ante muneris appellationem.

5) Certus annus propterea proferri nequit quod non legitur in titulo nisi alterius consulis nomen: 'Claudii Severi'. Severi autem aetate imperatoria et anno ducentesimo et anno ducentesimo quinto consulatum adepti sunt.

dignitatem obtinerent, nauarchos atque trierarchos, quoniam multo inferioris gradus erant, insertos esse tertio decurionum ordini.

Quo loco cum haud alienum videatur brevi perustrare, quatenam primis principatus temporibus nauarchorum in civitate fuerit condicio, e titulo Iulii Hilari nauarchi (CIL VI 2 8927) (n. 67), qui Augusti libertum se appellat, discimus prioris imperatorii aevi nauarchos, id quod etiam de praefectis atque subpraefectis erat dicendum, plerumque liberos fuisse. At posterioris Caesarum aetatis nauarchi omnes videntur fuisse cives Romani, tametsi in tribus tantum titulis CIL VIII Suppl. 14854 (n. 57), X 2 8215 (n. 62), III f. 1 6980 et patris et tribus nomen indicatur. Sed cum illa nominum indicia etiam in titulis legionariorum, qui profecto erant cives Romani, saepius sint ommissa, ut animadvertit Mowatus ('Bull. épigr.' VI p. 113), iam nihil obstat, ne statuamus ceteros quoque posterioris aetatis nauarchos cives fuisse Romanos.

Quibus expositis e nauarchorum titulis omnia collegisse mihi videor, quae idonea sunt ad dignitatem eorum et militarem et civilem illustrandam. Sed iam licebit in huius partis fine proferre, quae dicenda sint de classis illis ducibus *δεκαροι* appellatis, quoniam haud scio an, si quale illorum munus fuerit expederimus, ipsum nauarchorum munus accuratius etiam simus cognituri.

Hi classis *δεκαροι* non commemorantur nisi in titulo e ruinis Augustei templi Alexandrini effosso, quem primus omnium Néroutos-Bey Aegyptius edidit¹⁾ adnotationibusque instruxit. Hanc autem praebet vir ille doctus tituli illius a dextra parte valde mutilati lectionem:

ΔΕΚΑΝΩΝΤΩΝ ΕΝ ΣΤΟΛΩ ΠΡΑΙΤΩ ΡΙΩ ΤΟ ΠΡΟΣΚΥΝΗΜΑ
ΘΕΩΝ ΚΑΙ ΑΡΩΝ ΕΝ ΤΗ ΔΕΤΗ ΤΗΣ ΛΗΝΑΝ ΑΓΕΓΡΑΠΤΑΙ
ΚΑΙ ΑΡΟΣ Α΄ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΟΥΗΡΟΥ ΣΕΒΑΣ
ΤΟΥ ΕΚΤΩ ΕΤΕΙ

1) cf. 'Bulletin de l'Institut Égyptien' vol. XIII p. 175—177.

Ac summa cum probabilitate disseruit Néroutsos-Bey, memoria complexus Augustei Alexandrini descriptionem, quam exhibet Philo Iudaeus (de virtutibus et legatione ad Gaium c. 22 p. 175)¹⁾, titulum illum constitutum esse a classariis decanis, ut Marcum et Verum imperatores venerarentur, quoniam, ut accipimus e Philonis testimonio, mos erat nautas et cum e portu Alexandrino naves solverent et cum in eum inveherentur imperatorum maiestatem adorare. Id nimirum minime est probandum, quod ille affirmat (p. 176) titulum eum ad praetoriam²⁾ classem Alexandrinam pertinere. Nam etsi per se non est inauditum, ut argumentatur Ferrero³⁾, praeter Italicas classes Alexandrinam quoque praetorio nomine honoratam fuisse, quoniam Aegypti provincia praeter ceteras propria imperatorum Romanorum possessio erat⁴⁾, tamen cognomine Augusta, quod in illius classis inscriptionibus saepius (cf. CIL III 43, VIII 2 9358, Eph. epigr. V 989) redit, satis indicatur Alexandrinam classem valde coniunctam fuisse cum imperatoribus. Itaque assentior Hermanno Ferrero⁵⁾, qui titulum illum sic restituit:

ΔΕΚΑΝΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΣΤΟΛΩ ΠΡΑΙΤΩΡΙΩ Nomen
ΘΕΩΝΚΑΙCΑΡΩΝΕΝΤΗΔΕΤΗCΤΗΛΗΠΡΟCΚΥΝΗΜΑ
ΚΑΙCΑΡΟC'ΑΥΡΗΛΙΟΥΟΥΗΡΟΥCΕΒΑC
ΤΟΥΕΚΤΩετει

1) Οὐδὲν γὰρ τοιοῦτόν ἐστι τέμενος, οἷον το λεγόμενον Σεβάστιον, ἐπιβατηρίον Καίσαρος νεώς, ἀντικρὺ τῶν εὐορμοτάτων λιμένων μετέωρος ἴδρται μέγιστος καὶ ἐπιφανέστατος καὶ οἶος οὐχ ἐτέρωθι, κατάπλεως ἀναθημάτων ἐν γραφαῖς καὶ ἀνδριάσι καὶ ἀργύρῳ καὶ χρυσῶ περιβεβλημένος ἐν κύκλῳ, τέμενος εὐρύτατον, στοαῖς βιβλιοθήκαις, ἀνδρῶσιν, ἄλσσει, προκυλαιοῖς, εὐρυχωραῖς, ἑπαλθροῖς, ἀπασι τοῖς εἰς πολυτελέστατον κόσμον ἡσκημένοι, ἐλπὶς καὶ ἀναγομένοι καὶ καταπλέονσι σωτήριος.

2) Perperam Néroutsos-Bey (p. 177) censet propterea Alexandrinae classi praetorium nomen fuisse, quod sub imperio fuerit praetoris. Quo modo vero praetorium nomen sit declarandum, in altero capite dissertationis exposui (cf. p. 298).

3) 'L'ordin.' p. 161.

4) Marquardt, 'Staatsverw.' I² p. 441.

5) 'L'ordin.' p. 162.

Contendit autem vir ille doctus, cum primo versu exeunte propter omissum articulum ante *στόλος* vocem praetoriae classis nomen expectetur, in primo illo versu supplendum esse adiectivum aut Misenas aut Ravennas. Secundi vero versus lacunam rectissime explet vocabulo *προσκήνημα*, cum verbum illud *ἀναγράφεται*, quod inseruerat Néroutsos-Bey, facillime cogitatione possit adiungi.

Sed mihi contigit, ut titulum illum male vexatum plane in formam integram restituerem. Liquet enim verba, quae in quarto tituli versu reperiuntur *του ἔκτω ἔτει*, minime annecti licere illi *Σεβασ*, quod exstat in versu tertio, quod et Néroutsos-Bey et Ferrero animis sibi fingere videntur, cum hoc concesso nullo modo perspiciatur, cur in tertio versu extremo relicta sit lacuna, quae verbis illis *του ἔκτω ἔτει* optime poterat expleri. Immo quae exstant et exeunte tertio et quarto versu ineunte lacunae, optime complentur cognominibus insertis, quae Lucius Aurelius Verus imperator anno centesimo sexagesimo sexto sibi vindicaverat. Quas quidem in titulo illo honorario accuratissime perscriptas fuisse veri est simillimum.

Quodsi, qui exstant anni centesimi sexagesimi sexti Lucii Veri imperatoris nummos inspiciamus, leguntur in iis tria illa imperatoris cognomina 'Armeniacus Parthicus Maximus.'¹⁾ Haec igitur nomina ratione habita inscriptionis Graecae CIA III 1030, titulo, quem tractamus, inserenda²⁾ videntur *Ἀρμενιακῶν, Παρθιακῶν, Μεγίστου*, ut, quae in quarto versu legitur syllaba *του*, ultima sit tertii cognominis *Μεγίστου*.

1) cf. doctr. num. Eckhelii VII p. 92 atque Cohenium III p. 183 n. 126 et 131.

2) Quae verba tituli illius Alexandrini integre sunt servata meo iure dubito, num a Néroutsos-Bey iustum in modum typis expressa sint, cum quomodo tradiderit vir ille doctus tituli verba, in secundo versu *τήσλη* legatur pro *στήλη*, quod expectatur, vocabulo. Veri igitur est simile spatia quoque, quae interiecta sunt inter singula vocabula, vix accurate esse indicata. In volumine CIL X (cf. p. 321), ubi legitur ille titulus nullis, quae supplenda videntur, vocibus adscriptis inter singula verba maxima intervalla denotata sunt.

Sic igitur nulla iam relinquitur dubitatio, quin titulus ille tali modo sit supplendus:

ΔΕΚΑΝΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΣΤΟΛΩ ΠΡΑΙΤΩΠΙΩ Nomen
ΘΕΩΝΚΑΙCΑΡΩΝΕΝΤΗΔΕΤΗCΤΗΛΗΠΡΟCΚΥΝΗΜΑ
ΚΑΙCΑΡΟCΑΥΤΡΗΛΙΟΤΟΥΤΗΡΟΤCΕΒΑCΤΟΥΑΡΜΕΝ
ΙΑΚΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥΜΕΓΙCΤΟΤΕΚΤΩ ΕΤΕΙ ΕΠΟΙΗΘΗ

Itaque titulus ille, quantum licet suspicari, a decanis alterius praetoriae classis Italicae dedicatus est, cum Verus imperator Parthico bello vere anni centesimi sexagesimi sexti confecto¹⁾ in patriam reversurus esset. Nam alterutram classem Italicam Alexandriae stationem habuisse propterea minime veri est simile, quod, ut iam in quarto capite (p. 329) monui, Aegypti praesidio Alexandrina classis constituta erat. Verum tamen imperatorem, cum anno centesimo sexagesimo sexto ad Parthicum bellum proficisceretur, satis validam classem comitatum esse ex his verbis concludo, quae in Iulii Capitolini Veri imperatoris vita (c. VI 9) leguntur: 'ille in Apulia venabatur et apud Corinthum et Athenas inter symfonias et cantica navigabat, et per singulas maritimas civitates Asiae Pamphyliæ Ciliciaeque clariores voluptatibus immorabatur', e quibus apparet eum, priusquam ad ipsum bellum aggredieretur, maritima oppida et Graeciae et Asiae frequentasse.

Iam ut quaeramus, quinam putandi sint illi *δεκανοί*, quorum quale fuerit munus nec Mommsenus²⁾ nec Nérontsos-Bey³⁾ expediverunt, ordiendum est a duobus Vegetii⁴⁾ locis et ab uno Modesti⁵⁾, quibus decanus⁶⁾ declaratur dux decem mili-

1) cf. Napp, de rebus imperatore M. Aurelio Antonino in oriente gestis Bonnae 1879 p. 33. 2) cf. CIL X 3340 adn. 3) L. L. p. 176.

4) cf. ed. Langii p. 47, 6 seq.: 'ut decem militibus sub uno papilone degentibus unus quasi praesesset decanus, qui caput contubernii nominatur' atque p. 43. 10: 'erant decani, denis militibus praepositi, qui nunc caput contubernii vocantur'.

5) De vocabulis rei militaris § 9: 'rursus ipsae centuriae in contubernia divisae sunt, ut decem militibus sub uno papilone degentibus unus quasi praesesset decanus, qui caput contubernii nominatur'.

6) Apud Iosephum (Bell. Iud. I. II 20, 7) legimus pro *δεκανός* voce *δεκαδάρχου* notionem.

tum terrestris exercitus. At pariter apud ecclesiasticos scriptores Augustinum ¹⁾ atque Hieronymum ²⁾ decanus est praeses decem coenobitarum. Appellatur igitur decanus sive *δεκανός*, quicumque decem praepositus est. Quoniam vero apud Polybium ³⁾ atque Diodorum ⁴⁾ saepius legitur vox *δεκαναία*, qua decem navium agmen significatur, non nimis audacter suspicari mihi videor classis decanos illi navium *δεκαναία* praefuisse. Quod si conceditur, iam constat, quot navibus singuli nauarchi praefuerint, cum tali classis *δεκανῶν* significatione probata *δεκανός* classis nullus sit alius, nisi qui apud Romanos vocatur nauarchus.

Haec de primoribus classiaris ducibus erant dicenda, iam animos convertamus ad inferioris dignitatis duces, quorum alteri erant trierarchi, alteri centuriones.

6. De trierarchis.

Singularum navium duces trierarchos, quorum iam supra saepius facta est mentio, sub agminum ducibus nauarchis fuisse per se intellegitur. Illos navibus cuiuslibet magnitudinis nequaquam triremibus solis praefuisse in antecedentibus (p. 365) iam est expositum. Relinquitur, ut hoc loco paucas illas trierarchorum inscriptiones afferam, in quibus trierarchi navis nomen indicatur.⁵⁾ Sic CIL X 3391 trierarchus quadri-

1) De moribus ecclesiae cathol. c. 67: 'opus autem suum tradunt eis, quos decanos vocant, eo quod sint denis praepositi'.

2) Epist. XII ad Eustochium c. 35: 'divisi sunt per decurias et centurias, ita ut novem hominibus decimus (decanus) praesit'.

3) Polyb. l. XXII 10, 4: 'Ἦκον δὲ καὶ παρὰ Σελεύκου τοῦ βασιλέως πρεσβευταί, τὴν τε φιλίαν ἀνανεωσόμενοι καὶ δεκαναίαν μακρῶν πλοίων ἐπαγγελλόμενοι δώσειν τοῖς Ἀχαιοῖς; ibid. l. XXIV 6, 1: 'Ἐπαγγελλόμενος δεκαναίαν δώσειν ἐντελῆ πεντηκοντηρικῶν πλοίων.'

4) Diod. l. XIV 103, 3: 'Ὁ δὲ Θεαρίδης ἐκπλεύσας καὶ καταλαβὼν τὴν Ῥηγίλων δεκαναίαν ἐν τισὶν εὐθέτοις τόποις.'

5) Perperam Aschbachius ('Sitzungsber. d. Wiener Acad. philol.-hist. Kl.' 1875 vol. 79 p. 157 adn. 3) Taciti verbis (ann. l. XIV 8): 'trierarcho Herculeio' trierarchum Herculis navis significari statuit.

remis Veneris, CIL IX 41 (n. 88) trierarchus trieris Triptolemi, sic in titulis CIL X 3361 (n. 98), III 434 ¹⁾, Eph. epigr. IV 989 liburnarum trierarchi commemorantur.

Etsi igitur trierarchi plerumque unam navem rexerunt, ut est e Taciti quoque verbis colligendum (hist. I. II 9): 'datae e classe Misensensi duae triremes ad proseguendum, cum quibus Cythnum insulam tenuit; nec defuere, qui trierarchos nomine Neronis accirent', id quod recte monet Mowatus ('Bull. épigr.' VI p. 111), non tamen licet silentio praeterire Claudium Pyrrhicum trierarchum liburnis prope Sardiniam excubantibus praefuisse, quoniam apud Tacitum legimus (ibid. I. II 16): 'Claudium Pyrrhicum, trierarchum Liburnicarum ibi navium'. Trierarchorum autem nomen initio quarti saeculi abolevisse atque exinde navium duces appellatos esse nauarchos, quod nomen exstat apud Vegetium (I. IV 32), non opus est hoc loco repetere, cum iam in iis pertractatum sit, quae diximus de nauarchis. Attamen ex eodem illo Vegetii loco scimus, quae singula officia navium duces administraverint. Haec enim ibi exstant: 'qui (nauarchi) exceptis ceteris nautarum officii gubernatoribus atque remigibus et militibus exercendis cotidianam curam et iugem exhibebant industriam'. Itaque trierarchi non solum gubernatoribus atque remigibus, sed etiam militibus classariis operam dabant exercendis. Nam optime quadrat ad illam Vegetii narrationem, quod e titulo CIL XIV 110 (n. 76) intellegimus Ostienses milites classarios sub trierarcho fuisse.

Nec minus Rufum Calenum Germanicae classis trierarchum militum classiariorum vexillationi in lapicidinas Brohlii vici missae praefuisse e titulo 665 Brambachii Corporis Inscriptionum Rhenanarum apparet. Atque Gaium Vinicium Faustum, eiusdem Germanicae classis trierarchum, ducem fuisse classariae vexillationis, quae in coloniam Ulpianam Traianam saxa transportaverat, comperimus e titulo votivo a vexillariis illis Antonino Pio imperatori anno centesimo sexage-

1) Titulus ille Syriacae classis est.

simo dedicato.¹⁾ Sed quod in titulo 684 sylloges Brambachianae Similio Germanicae classis miles de pleromate Cresimi commemoratur, tantum abest, ut cum Marquardo²⁾ atque Hermanno Ferrero³⁾ statuendum sit pleroma illud navem onerariam fuisse, quoniam illi sententiae repugnat, quod Similio miles appellatur, ut contra 'pleroma' vocabulo ratione habita Graecae notionis *πληρώματος*⁴⁾ eos, qui erant in nave, et milites et remiges significari atque Cresimum illorum ducem fuisse censeam. Nimirum inde quoque patet classarios milites trierarchorum imperio subiectos fuisse, quod testamenta eorum, ut est in titulo CIL X 3360 (n. 71), signanda erant a trierarchis.

Sed pariter versati sunt trierarchi in administratione classiarum, quod comprobatur titulo sepulchrali Eph. epigr. V 989, qui Tiberio Claudio Eroti Alexandrinae classis trierarcho exacto⁵⁾ ab heredibus eius constitutus est.

Nec fuerunt sine statorum comitatu trierarchi, cum in titulis et secutor trierarchi (cf. CIL X 3494) et, qui videtur idem fere munus praestitisse, adiutor trierarchi (cf. CIL X 3391) commemorantur. Nempe quod affirmat Ferrero⁶⁾ in titulo 702 sylloges suae officium exceptoris i. e. scribae trierarchi legi minime recte se habet, quoniam in titulo illo postremo a Bormanno in volumine undecimo CIL accuratissime edito (n. 343) septimi versus verba non, ut est apud Hermannum Ferrero: 'except(or) tr(ierarchi)' reperiuntur, sed 'ex e(adem) her(es) fr(ater)'. Ac re vera Bormannum rectam praebere lectionem inde potissimum intellegitur, quod subheredi in nono versu tituli indicato heres praescriptus fuerit necesse est.

1) Klein, 'Bonner Jahrb.' vol. 80 1885 p. 154.

2) 'Staatsverw.' II² p. 506 adn. 2; 'Privatleben der Römer' II² p. 410 adn. 8.

3) 'L'ordin.' p. 25 adn. 10.

4) Graeca voce *πλήρωμα* et milites et remiges significari optime illustratur Plutarchi verbis (V. Lys. c. XI 3): *Αὐτὸς δὲ τοὺς κυβερνήτας καὶ τριηράρχους ἐπιπέων ἀνεκαλεῖτο καὶ παρώριμα συνέχειν ἕκαστον ἐν τάξει τὸ πλήρωμα καὶ τοὺς ναύτας καὶ τοὺς ἐπιβάτας.*

5) De significatione exacti vide Marquardtum 'Staatsverw.' II² p. 551.

6) 'Mem. di Tor.' XXXVI p. 55.

Iam ut de cursu militari trierarchorum verba faciamus, plerique classiariorum videntur trierarchi munus primum suscepisse, quamquam haud ignoramus e titulo CIL III 4319 Flavium quendam Pannonicae classis trierarchum antea beneficiarii consularis i. e. actoris¹⁾ procuratorii locum obtinuisse.

Quanam vero aetate trierarchi ad classiarum militiam accesserint, nescimus. Numeros enim, qui in titulo CIL XI 71 (n. 87) leguntur, vitiose insculptos esse²⁾, suo iure contendit Bormannus³⁾, quod minime credibile est Licinium illum Maximum trierarchum, qui triginta quinque annos natus post viginti quinque annorum stipendia mortuus est, undecimum annum agentem iam trierarchi munus iniisse.

Ad ampliorem autem dignitatis gradum trierarchos superioris principatus non esse provectos, etsi non licet pro certo confirmare, tamen et quod in titulo CIL VI 3621 (n. 101) trierarchus undetriginta stipendiorum, in titulo Brambachii 522 veteranus trierarchus classis Germanicae commemoratur et quod trierarchi classis Misenensis a Claudio imperatore anno quinquagesimo altero honeste missi ad maius munus non sunt producti (cf. CIL III 2 p. 844 [n. 3]), verisimillimum videtur trierarchis primis Caesarum temporibus non concessam fuisse ullam dignitatis accessionem. Tum demum, cum iis una cum nauarchis centurionatus ornamenta a Pio imperatore decreta sunt, non solum ad nauarchorum munus, verum etiam ad centurionatum legionarium ascendere licebat, tametsi nullum trierarchum munera illa assecutum esse constat nisi P. Petronium Afrodysium Ravennatem (cf. CIL XI 86 [n. 89]).

Sed qualis fuit trierarchorum dignitas in civitate? Ut ordiamur a trierarchis ineuntis principatus, haud pauci et Italicarum et provinciarum classium duces apertis verbis im-

1) Marquardt, 'Staatsverw.' II² p. 549 adn. 7.

2) Aequè in tribus aliis titulis classiaris CIL X 3501, 3531, Desjardins, Géogr. de la Gaule I p. 366 annorum numeri negligendi sunt; quae si recte insculpta esse statueremus, classiaris, quorum in illis fit mentio, puerili aetate ad classiarum militiam aggressi essent.

3) cf. CIL XI 71 adn.

peratorum libertos se appellant¹⁾, id quod titulis comprobatur: CIL V 1048 (n. 90), X 3357 (n. 72), X 3358 (n. 73), Eph. epigr. V 989, Desjardins, 'Géogr. de la Gaule' I p. 368, Ferr. 498, 507. Alii vero seu Caesaris (cf. CIL VI 2 8928 [n. 96], 8929 [n. 93], IX 41 [n. 88], XII 257) seu Augusti²⁾ (cf. CIL VI 3621 [n. 101], X 3354 [n. 83], 3356 [n. 95] Notizie degli Scavi 1890 p. 152 [n. 104]) trierarchos se praedicant. Quos hac significatione exprimere in animo habuisse se ipsius principis dicto audientes esse Mommsenus summa cum probabilitate persecutus est.³⁾ Attamen minime assentiendum videtur illi pro certo statuenti Malchionem Caesaris trierarchum, cuius mentio fit in titulo CIL IX 41 (n. 88), non militem, sed servum fuisse imperatoris.⁴⁾ Unus sane exstat classiarum servi titulus CIL X 3346. Nec minus apertum est, cum, qui in illo commemoratur Septimus, dispensatorem classis imperatoris Caesaris Augusti Germanici Dacici Traiani se appellet, ne secundo quidem p. Chr. n. saeculo ineunte⁵⁾ a classiarum muneribus exclusos fuisse servos. Sed Septimus ille, quoniam rationes conficiebat, in administratione classis versatus est, non in militia classiarum. Attamen plane aliter est indicandum de classiarum titulis, in quibus signatum est: 'n(atione) verna' ut sunt CIL XI 59, 65, 3736, Eph. epigr. V 1045, CIL X 3646, 3654.⁶⁾ Unde id solum efficitur classiarum in illis laudatos natos esse servos. Sed deliberantibus nobis Octavianum et Siculo bello coorto viginti milibus

1) Mommsen, 'Staatsr.' II³ p. 863, Herm. vol. XVI p. 463.

2) Eodem modo in titulo, quem exhibet Cagnatus (L'année épigr. 1892 n. 22) (n. 154), veteranus Augusti ex cent(urione) commemoratur.

3) 'Staatsr.' II³ p. 863 adn. 5.

4) Vide Mommseni adnotationem ad CIL IX 41 atque X 3356. Scilicet tali sententia alii quoque trierarchi tacite servi declarantur, quorum, ut afferam exempla, sunt tituli CIL VI 2 8928 (n. 96), 8929 (n. 93).

5) Cum in Septimi illo titulo Parthicus nomen Traiani indicetur, non ante annum centesimum decimum sextum perscriptus est, quoniam Parthicus nomen imperatori inditum est anno 116 demum (cf. Eckhel VI p. 438).

6) A Marquardo ('Staatsverw.' II³ p. 510 adn. 1) duo ultimi tituli tantum enumerantur; quos tamen classiarum fuisse, certum indicium non licet proferre.

servorum manumissis classariis usum esse (cf. Suet. V. Div. Aug. c. 16) et cum anno a. Chr. n. septimo festinanter militibus opus esset, non solum ingenuos atque libertinos conscripsisse, sed etiam servos suum in usum a nobilibus traditos manumissione decreta militum numero inseruisse (cf. D. Cass. 55. 31, 1)¹⁾ statuendum erit illos, quorum in titulis verba exstant: 'n. vernā', priusquam ad classariam militiam accederent, manumissos esse. Nam certe aliter vetiti erant, quot annos muneribus classicis functi essent, notione 'militavi' in titulis adnotare, quae quidem legitur CIL XI 59, 65, 3736, X 3654, Eph. epigr. V 1045, quoniam servos militaribus officiis prohibitos esse Marquardtus²⁾ satis multis testimoniis comprobavit. Non igitur censeo cum Mommseno et Malchionem illum et multos alios trierarchos primae imperatoriae aetatis servos in classe militavisse, sed manumissos esse, priusquam conscriberentur.

At vero posterius trierarchos civitate quoque donatos esse colligendum est et e privilegio illo militari a Claudio imperatore Misenensibus trierarchis dato (cf. CIL III 2 p. 844 [n. 3]) et inde, quod duo trierarchi et patris et tribus nomen in titulis indicant (cf. CIL X 3361 [n. 98] et Eph. epigr. V 989). Nihilominus trierarchi posterioris aetatis plerumque videntur conditionis fuisse peregrinae. Testimonio est titulus CIL XI 71 (n. 87), non constitutus ante Vespasiani principatum propter adscriptum classi Ravennati nomen praetorium, in quo mentio fit trierarchi cuiusdam nationis Dalmatae. Nec minus addendum est Iulium Serenum Misenatium classis trierarchum Aegyptiam feminam i. e. peregrinam in matrimonium duxisse (cf. CIGr. II 3692 [n. 75]). Maioribus autem honoribus trierarchi medio demum secundo p. Chr. n. saeculo digni sunt habiti, cum, ut

1) l. 55. 31, 1: Πέμπει τὸν Γερμανικὸν καίτοι ταμιεύοντα, στρατιώτας οἱ οὐκ εὐγενεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξελευθέρους δούς, ἄλλους τε καὶ ὄσους παρὰ τε τῶν ἀνδρῶν καὶ παρὰ τῶν γυναικῶν δούλους, πρὸς τὰ τιμήματα αὐτῶν, σὺν τροφῇ ἐκμήνῳ λαβῶν ἤλευθέρωσεν.

2) Marquardt, 'Staatsverw.' II² p. 540 adn. 7. Addendus est testimoniis a doctissimo viro allatis Philonis Iudaei locus, qui legitur in capite sexto libelli, cui titulus 'Quod liber sit, quisquis virtuti studet' (II p. 450).

iam in antecedentibus exposuimus, a Marco et Vero imperatoribus decurionali ordini adscriberentur.

Iam relinquitur, ut quaeramus de alteris classariis ducibus ordinis inferioris, qui centuriones classici sunt vocati.

7. De centurionibus classicis.

Infimum inter classarios duces locum obtinuerunt centuriones sive centuriones classarii vel classici, uberiore illa significatione dicti, ut a terrestribus centurionibus disiungerentur. Scilicet accuratorem illam classis centurionum appellationem non legimus nisi uno loco Taciteo ¹⁾ ann. l. XIV 8 atque in titulo CIL VIII 2 9386. ²⁾

Munus illorum quale fuerit militare per se haudquaquam perspicitur. Immo vero antea considerandum erit, quemadmodum singulae naves ordinatae fuerint, ut inde appareat, quae de causa in classaria quoque militia opus fuerit centurionibus.

Imperatorum aetate singulas naves singularum centuriarum locum tenuisse, quod in classariis titulis classicorum nominibus modo genus nomenque navis modo centuriae centurionisque nomen adscriptum est, Mommsenus in adnotatione ad CIL X 3340 supra allata demonstravit. Ac recte iudicasse doctissimum virum mea quidem sententia titulo CIL VI 1063 confirmatur, quem tamen viri docti, qui assentiuntur omnes Mommseni sententiae, nescio quo pacto non viderunt. Nam cum titulo illi honorario, Caracallae imperatori anno ducentesimo decimo altero in memoriam ludorum sollemnum constituto, cuius de argumento Mommsenus in quinto Hermae volumine (p. 303) disputavit, et militum singularum cohortium vigilum et trium Misensis classis navium classariorum nomina subscripta sint, facillime intellegitur, quomodo classarii ordinati fuerint, si reputaverimus, quemadmodum hinc vigilae illinc classarii ordinem describant, cui attributi erant. Indicant autem, ut patet ex indicis nominum parte, quam exscripsi:

1) 'Aniectum trierarcho Herculeio et Obarito centurione classario comitatum.'

2) Magius Maxim(us) (C) (c)lassicus.

COH·VII·VIG·
 γ·VICTORIS
 LICINI MAXIME
 γ·RETVTI
 VOLVSSI INVENTE
 ITEM CLASSIS PRIMAE
 γ·QVADRIERI FIDEI
 NAEVI EVTVCHIANE
 γ·TRIERIS SPEI
 FLAVI ANTIOCE
 IVLI DOMNION
 γ·LIBVRNA FIDEI
 AELI ALEXANDR . . .

vigiles primum cohortis numerum, deinde centurionis nomen, classarii vero primum classis nomen, tum navis centuriam.

Sed etiam ampliora e titulo illo colligere licet. Nam cum ibi et centuria quadrieres Fides et centuria trieris Spes et centuria liburna Fides i. e. tres centuriae navium generis plane diversi commemorantur, manifestum est non solum biremes, sed etiam triremes atque quadriremes singulas centurias effecisse, tametsi nimirum quadriremis centuria multo maiore numero classiariorum constabat quam biremis centuria. At si quadriremis Fidei manus e duabus vel tribus centuriis composita fuisset, oportebat classarios illius navis ordinem militarem non incertis illis vocibus: 'centuria Quadrieres Fides' indicare, sed centurionis nomen profiteri.

Ad aliam nempe sententiam verba videntur ducere, quae in titulo CIL VI 3165 (n. 165) leguntur: 'C. Caelio Valenti centuriae Valeri Rufi triere Neptuno'. Nam cum in illis non solum centuria navis, sed etiam centurionis nomen commemoratur, dixerit quispiam centurionis nomen in titulo illo propterea enuntiari, quod non unus, sed complures praeerant centuriones classariis Neptuni trieris. Sed vehementer eum errare discimus e titulo CIL IX 42 (n. 159). Nam cuius mentio fit in illo, Scaeva classarius liburnae Tritonis haud neglexit centurionis nomen indicare, quamquam perspicuum est liburnam

illam Tritonem non amplius unam centuriam effecisse. Cum vero nusquam alias in titulis et centuriae navis et centurionis nomen simul proferant classarii, iudicandum erit tam accuratam ordinis militaris descriptionem nonnumquam propterea esse adhibitam, quod classium et Misenensis et Ravennatis naves pari remigum ordine instructae saepius eisdem nominibus significabantur. Reperimus enim, ut afferam exemplum, triremem Neptunum et in Ravennati (cf. CIL VI 3161) et in classe Misenensi (cf. CIL X 3656). Tenendum igitur est singulas naves longas cuiuslibet magnitudinis Caesarum aetate singulas centurias effecisse.

Si quaeritur, quo fere tempore singulae naves in singulas centurias distributae sint, iam ante Vespasiani aetatem centurias illas classicas institutas esse inde statuendum est, quod 'centuria Cn. Valeri Prisci' commemoratur in titulo CIL X 2 7592 (n. 146) Misenatium classis nondum praetoriae.

Restat ut explicemus, cur classarii saepius non satis habeant in titulis professi esse sese 'milites triere illa' sed perscribant se esse 'milites centuria triere illa'. Nam cum omnes naves singularum centuriarum locum tenerent, plane supervacaneum erat navis nomini centuriae notionem praescribere; cui si centurionis nomen non addebant classarii, ordinem suum militarem nullo modo accuratius indicabant. Quapropter, nisi fallor, Cagnatus compendium \bigcirc sive \sphericalangle navis nomini praescriptum omnino non centuriae, sed centurionis appellatione interpretandum esse censuit. Ita enim 'cent. triere Minerva' verba, quae in quinto et sexto versu tituli Neapolitani leguntur (L'année épigr. 1892 n. 140) (n. 172), explicat: 'centurio triere Minerva'. At, qui in illo titulo commemoratur classarius C. Lysius Tertullus, cum militem classis praetoriae Misenatium piae vindicis se appellet, compendium illud 'centur' nullo modo solvi potest voce centurionis, quoniam, id quod Mommsenus in adnotatione titulo CIL X 3377 adscripta contendit, ipsum centurionem minime in numerum sese rettulisse gregariorum nemo negabit. Nam plane aliter est iudicandum de verbis tituli CIL VI 2662: 'Valerius Taurus miles cohortis

septimae praetoriae centurio evocatus', cum Taurus ille primum miles septimae cohortis, deinde centurio evocatus fuerit. Deinde si cum Cagnato faceremus, T. Flavius Sabestianus, cuius in titulo verba exstant: 'mil. cl. pr. Mis. P. V. Philip S ¹⁾ III Vic(toria)' (cf. CIL III f. 1 7327) (n. 168) centurio putandus esset. At Sabestiani imagine quam ut dissertationi adiungerem Vindobonensis academiae sodales honestissimi benigni nemihī permiserunt, minime confirmatur illum fuisse centurionem, quoniam in illius imagine nec cataphractes neque ocreae nec vitis, quae erant centurionum insignia ²⁾, apparent. Est igitur compendium C sive γ , quod saepissime ante navis nomen scriptum legitur, ut in titulis CIL X 3377, 3379, X 2 8119, XI 3525, ubicumque titulus militis classiarīi est, neutiquam centurionis vocabulo, sed centuriae appellatione interpretandum. Nec porro offendendum est, quod nonnulli classiarīi ordinem suum militarem nimis accurate sic indicant se esse milites centuria illa triere, quoniam haec verbosa ordinis militaris significatio titulo illo CIL VI 1063, ubi compendium γ non licet explicare nisi centuriae voce, satis certe confirmatur. Propterea autem classiarīi in centuriis erant divisi, quod haud raro versati sunt in terrestri militia.

Nam, ne repetam, quae protuli in quarti capitis fine, classiarīos et Romae in castris stativis esse collocatos et Fucino lacui siccando operam dedisse et prope Viam Flaminiam Italos latrones oppressisse, compluria etiam exstant scriptorum testimonia, aliqua ex parte iam supra, sed alia de causa allata, quibus elucet classiarīos saepissime terra dimicavisse atque terrestribus copiis fuisse adiumento. Oppressus est Tacito auctore (ann. I. IV 27) servorum tumultus Brundisii vicinisque in oppidis coortus a classiarīis trium liburnarum, quos Curtius

1) Rectissime censet Mommsenus (cf. CIL III f. 1 7327 adn.) litteram S navis nomini praescriptam centuriae esse compendium, idemque statuentum est in titulo Pannonico CIL III f. 3 11019. Quod vero insculptum est illud 'S' pro centuriae compendio 'C' sive 'γ', sic explicandum esse existimo Graecum lapicidam compendium γ pro littera sigma putavisse.

2) Baumeister, 'Denkm. des klass. Altert.' p. 2060^b et 2061^a.

Lupus quaestor singulis locis apte disposuerat. Nec minus classarii, cum in Liguria finibus prope ad litora maris ab Othonianis contra Vitellianos decertaretur, in collibus collocati classis impetum in oram factum adiuverunt (Tac. hist. l. II 14). Quid? Nonne ingens classiariorum numerus Othonem contra Vitellianos a Roma proficiscentem comitatus est (ibid. l. II 11)? Nonne mille classici a Vitellianis sunt intercepti, cum Ticinum progredierentur Placentia (ibid. l. II 17)? Nonne classiariorum manus sub Turulio Ceriali Placentiae praesidium firmaverunt (ibid. l. II 22)? Caesi sunt in itinere trium liburnarum classici a Caecinae legionariis Vitellio fidem praestantibus, quod ad Vespasianum defecerant (ibid. l. III 14). Plurimi porro Ravennates classarii una cum Vespasiani legionibus Romam urbem petiverunt (ibid. l. III 50). Nec vero praetereundum est Civili eiusque exercitu fugato non promptam fuisse Romanorum classem ad hostes prosequendos, quia remiges in terra ad alia munera discesserant (ibid. l. V 21). Adde in Agricola castris Tacito teste (Agric. c. 25) non solum pedites equitesque, sed etiam classarios esse versatos. Ac ne illud quidem neglegendum est, quod apud Hyginum legimus (de munit. castr. c. 24 et 30) quingentos Misenates atque octingentos Ravennates, ut vias legionibus patefacere, ab equitatu protectos antecessisse. Quid? Quod apud Dionem (l. 73. 16, 3) memoriae traditum est Didium Iulianum imperatorem classarios Misenates, ut urbi praesidio contra Septimii Severi essent impetum, Romam accessivisse?

Satis igitur docuisse mihi videor illis exemplis classarios saepissime terrestribus proeliis interfuisse. Cum vero terrestri militiae, nisi, sicuti terrestres copiae, in centurias erant distributi, usui esse non possent, in ipsa maritima militia centuriarum ordo in singulis navibus institutus est, ut, ubi opus esset, e navibus egressi centuriatim in legionum modum incederent classarii.

Id quoque moneo classarios quotannis complures per menses, ubi mare clausum erat, omnino non commoratos esse in navibus, sed in modum copiarum terrestrium Miseni atque

Ravennae in castris esse collocatos.¹⁾ Commemorantur enim non modo castra praetoria Ravennae (cf. CIL XI 2606), quae quin plurimum Ravennatis suburbii Classis nomine fuerint dubitari non potest, sed etiam scholae armaturarum i. e. militum Miseneses (cf. CIL X 3344) (n. 30), quas et Mommsenus²⁾ et Belochius³⁾ animis sibi fingunt aedificia fuisse ad Misenam classis stationem pertinentia.

Militari autem ordine Italicas classes institutas fuisse inde potissimum perspicimus, quod humilibus muneribus classiaris omnibus fere, etiamsi non erant militaria, in titulis saepius militis significatio est praescripta. Sic miles medicus duplicarius commemoratur in titulo CIL VI 3910, miles gybernator in titulo CIL X 3436, miles sectator trierarchi in titulo CIL X 3494, miles suboptio in titulo CIL XI 3531, miles librarius duplarius in titulo CIL X 3438, miles scenicus principalis in titulo CIL X 3487, miles manipularis in titulo CIL X 3636. Optimo igitur iure Ulpianus de classiariorum condicione in Digestis profitetur (l. 37. 13, 1): 'in classibus omnes remiges et nautae milites sunt'. Propterea autem consentaneum est classis centuriis non solum milites classarios insertos fuisse, sed etiam classicos ad navis administrationem necessarios. Ac re vera e titulis et gubernatorem centuriae Ar(ri) (cf. CIL X 3385) (n. 161) et nauphylacem⁴⁾ centuriae Aeliani (cf. CIL III f. 1 7290) (n. 105)⁵⁾ cognoscimus, quorum ille certe mari-

1) Iam Lipsius (de magnitudine Romana l. I c. 5 p. 30) opinatus est classarios interdum in castris terrestribus fuisse collocatos.

2) Eph. epigr. IV p. 146 n. 503 adn.

3) 'Atlas von Campanien im Altertum' tab. VI.

4) Quemadmodum titulus ille a Mommseno in supplemento III. CIL voluminis typis expressus est, in alterius versus fine litterae tantum extant: N A V. At in imagine inscriptionis, quam dissertationi addo, litterae P vestigia tam perspicue apparent, ut nulla iam relinquatur dubitatio, quin nauphylacis munus commemoretur in titulo, id quod Mommsenus iam opinatus erat.

5) Cum ex illa inscriptione sit colligendum nauphylaces fuisse in navium centuriis, aequum videtur tituli CIL X 3445 verba: 'nauf. 7 III Vict.', quo modo Gori illa exscripsit, non cum Mommseno (cf. CIL X 3345 adn.) hunc in modum commutare: 'nauf. IIII Victoria'. Immo cognitum

timo dumtaxat munere functus est, hic, cum esset navibus custodiendi gratia praepositus, quoniam apud Ulpianum (Dig. l. IV 9. 1. § 3) legimus: 'et sunt quidam in navibus, qui custodiae gratia navibus proponuntur, ut *ναυφύλακες* et diaetarii', ne ipse quidem in militum classiariorum numero est habendus. Si vero Mommsenum sequeremur (cf. CIL X 3377 adn.), scribam quoque classiarium insertum esse centuriae titulo CIL X 3380 (n. 162) confirmaretur. At mea quidem sententia in titulo illo CIL X 3380 (n. 162) scribae munus omnino non commemoratur. Immo 'Scriba' cognomen est Cattii Sossii Felicis, qui titulum illum filio suo mortuo dedicavit. Namque aliter in titulo illo scriptum legeremus: 'Cattius Sossius Felix pater scriba > III Pace'. Quicumque enim muneribus funguntur in navibus, in titulis classiaris muneribus statim navis nomen adiungunt, quod hisce comprobandum erit exemplis: CIL IX 41 (n. 88): 'uxor Malchionis Caesaris trierarchi de triere Triptolemo', CIL X 3423: 'L. Aurelio Forti fabro duplicario lib(urna) Fide', CIL X 3436: 'Sex. Sallustius Faustus, miles gyber(nator) IIII Fide', CIL X 3482: 'C. Aponio Eudemoni prorete III Iunone', CIL X 3442: 'M. Satrius Longin(us) medic. dupl. IIII Cupid(ine)', CIL X 3465: 'T. Flavi Firmi optioni IIII Fortuna', CIL X 3496: 'P. Annus Titianus suboptio III Oceano', CIL X 3455: 'Antoni Valentis nauf. V Victoria'. Est igitur illud 'Scriba' Cattii Sossii Felicis classici centurionis cognomen interpretandum, praesertim cum Scribae cognomen in aliis quoque titulis legatur, ut est in titulo CIL X 1074: 'A. Clodius M. f. Pal(atina) Scriba.'

Ceteroquin milites classarii soli indicant centuriam, cui adscripti erant. Attamen non dubito fore ut titulis, qui fortasse iam proximis effodientur annis, confirmetur praeter classarios milites non solum gubernatores atque nauphylaces, sed etiam reliquos classicos insertos fuisse centuriis.

Iam ratione consilioque classis centuriarum expositis non

habemus e titulo illo Aurelium Marullum nauphylacem adscriptum fuisse centuriae trieris Victoriae.

est difficile proferre, quale fuerit munus centurionum, quorum in titulis plerumque naves, quarum erant duces, nominantur, ut in titulo CIL XIV 232 (n. 107) Antonii Longi centurionis 'Ops hexeris'.

Sunt enim classici centuriones adiutores existimandi militares trierarchorum, quibus praecipua cura erat rerum nauticarum. Ante Claudii nempe principatum centuriones vix sunt creati, quoniam ab illo demum imperatore militarem ordinem classium Italicarum institutum esse Mommsenus persecutus est (cf. Herm. vol. XVI p. 463).

Attamen negat Héron de Villefosse Francogallus (cf. Darremb. 'dict.' p. 1223^b) se posse cogitatione complecti in singulis navibus et trierarchum et centurionem fuisse duces. Sed nonne cum naves ancoras posuerunt classiarique milites in terram egressi sunt, et his terrestribus copiis et nauticis, qui remanserunt in navibus, duces opus erant? Quod contra profert Héron de Villefosse (ibid.) nullos fuisse classicos centuriones nisi duces vexillationum, quae extra Misenum atque Ravennam allegatae erant, Hermannus Ferrero ('Mem. di Tor.' XXXVI p. 26) idoneis exemplis allatis refutavit. Nihilominus eidem viro docto minime assentior dicenti ('L'ordin.' p. 38 atque 'Mem. di Tor.' XXXVI p. 25) commemoratos illos in titulis classis centuriones putandos esse nauarchos atque trierarchos, ad centurionum ordinem provectos. Nam medio primo p. Chr. n. saeculo et nauarchos et trierarchos et classicos centuriones sine ulla dubitatione simul in classiarum militia esse versatos primus adfirmavit Mommsenus (cf. CIL X 3340 adn.), quoniam apud Tacitum ann. l. XIV 8 Herculeius trierarchus atque Obaritus centurio classarius atque altero loco ann. l. XV 51 ad eandem aetatem pertinente Volusius Proculus commemoratur nauarchus. Quodsi cum Hermanno Ferrero statuendum esset e medio secundo p. Chr. n. saeculo, cum centurionatus ornamenta decreta sunt nauarchis atque trierarchis, illos dictos esse centuriones, inde ab illa aetate nauarchi atque trierarchi significationem in titulis ultra non legeremus. Atqui exstat titulus honorarius anni p. Chr. n.

centesimi nonagesimi sexti CIL X 3341, quem nauarchi atque trierarchi constituerunt Caracallae adolescenti.

Classis centuriones trierarchorum adiutores habendos esse, copiosius demonstrare conatus sum: multo brevius absolvendum erit, qua fere aetate centuriones ad classiarum militiam accesserint. Sunt enim plurimi decimum nonum (cf. CIL III 322, [n. 156], X 3368 [n. 131], X 3375 [n. 145], X 6800 [n. 116]) sive vicesimum primum annum (cf. CIL X 3374 [n. 144], X 3381 [n. 123], XI 340 [n. 150]) agentes centuriones facti, id quod certis titulorum testimoniis comprobatur. Valerium Priscum solum vicesimo altero anno ad centurionatum pervenisse scimus e titulo CIL X 3383 (n. 147).

Classiariis autem stipendiis emeritis, quae saepius videntur diuturna fuisse, quoniam Valerius Hispanus (CIL X 3375) (n. 145) centurio per septem et triginta annos in classe militavit, centuriones in modum gregariorum militum classicorum honeste missi veterani sunt appellati.

Nec multis demonstrare licet, quae centurionum fuerit in civitate condicio. Nusquam in titulis eorum tribus, semel (cf. CIL X 3375) (n. 145) patris nomen indicatur. Immo plurimi, quantum video, originis erant peregrinae. Est enim titulus CIL X 3572 (n. 121) Corsi, CIL X 3375 (n. 145) atque XI 340 (n. 150) Pannoniorum, CIL X 3374 (n. 144) atque 3376 (n. 148) Bessorum, CIL X 6800 (n. 116) Asiani, CIL X 3372 (n. 143) Cilicis, CIL X 3381 (n. 123) atque 3383 (n. 147) Aegyptiorum. Dalmatus centurio indicatur in veteranorum privilegio CIL III 2 p. 850 (n. 5). Duo tantum centuriones Italos se profitentur: Arrius Myro Formianum (cf. CIL X 3365) (n. 111), Marius Pudens Misenensem (cf. CIL X 3368) (n. 131).

CAPUT VI.

Indices nominum ducum classium Italicarum.

Misenatium Ravennatiumque ducum, quorum nomina sive scriptorum testimoniis sive titulis memoriae tradita sunt, indicem addere visum est in hoc capite quantum in me est accuratissimum; quem ita composui, ut classium Italicarum praefectos secundum temporis seriem ordinarem, reliquos duces litterarum ordine dispositos enumerarem, quoniam illorum tituli plerumque certissima exhibent annorum indicia, horum saepius ne minimam quidem ansam aetatis definiendae praebeant.

I. Classis Praefecti.¹⁾

a) Misenenses.

1. Sextus Aulienus (cf. CIL X 4868) (n. 1).

Hunc primum, quod sciamus, Misenatium classis praefectum fuisse Hirschfeldus, Hermannus Ferrero, Héron de Villefosse putant. Nam etsi in titulo CIL X 4868 (n. 1) non vocatur nisi 'classis praefectus' Misenensi voce omissa, tamen inde, quod Venafri duumvir fuit Campani municipii, colligendum videtur eum Misenensi classis praefecturae praefuisse. Nec minus P. Cominius Clemens Misenatium classis praefectus (cf. CIL V 2 8659) (n. 13), de quo infra erit dicendum, patronus fuit Venafri. Assecutus est autem Aulienus ille classis praefecturam, postquam imperium iniit Tiberius, quoniam

1) Enumerati iam: ab Hirschfeldo ('Verw.-Gesch.' I p. 124, 125 adn. 1. 2), ab Hermanno Ferrero ('L'ordin.' p. 71—77, p. 133—137), a Mowato ('Bull. épigr.' VI p. 207, 211 seq.), ab Herone de Villefosse (Daremb. 'dict.' p. 1233), nuperrime a Mommseno (CIL III f. 3 p. 2023).

ante classis praefecturam castrorum praefectura functus primis Tiberiani principatus annis nondum ultra castrorum praefecturam progressus¹⁾ erat.

2. Tiberius Iulius Optatus Pontianus.

Commemoratur ille Tiberii imperatoris libertus in titulis CIL X 6318 (n. 2) atque CIL III 2 p. 844 (n. 3). Quem sub Claudio imperatore scaros in Italica maria transposuisse legimus in naturali Plinii historia (l. IX 62): 'inde advectos Tiberio Claudio principe Optatus e libertinis²⁾ praefectus classis inter Ostiensem et Campaniae oram sparsos (scaros) disseminavit' idemque traditum est Macrobbii loco, quem plerique

1) Quod contendit Mowatus ('Bull. épigr.' VI p. 216), fieri non potuisse, ut Aulienus Tiberii Caesaris Augusti praefectus castrorum esset, quod Tiberius imperator ipse bella non gessisset, plane est reiiciendum, cum praefecti castrorum, qui singulis legionum stativis praeerant, nimirum pacis quoque temporibus designarentur. Nec minus perperam affirmavit idem vir doctus ('Bull. épigr.' VI p. 104) Sextum Aulienum non esse praefectum castrorum appellatum nisi classis praefectura perfunctum, cum post haec duo munera ampliorem, ut Mowato videtur, tribuni dignitatem obtinisset. (Nititur autem Mowatus hac in re iis, quae Renierus Francogallus (vol. XXVI 'Memoires de l'academie des inscriptions et belles-lettres' 1867 p. 302 seq.) de castrorum praefectis exposuit; at multo rectius hac de re Willmannsius noster iudicavit [Eph. epigr. I. p. 81 sq.]). Legit igitur Mowatus Aulieni cursum honorum serie inversa. Sed cum Aulienus, priusquam tribunus est factus, primipilatum gesserit, et castrorum praefectura modo post primipilatum modo post tribunatum modo post alae praefecturam administrata sit, id quod Willmannsius exemplis e titulis allatis accuratissime comprobavit (Eph. epigr. I p. 89 adn. 3), Aulieni cursus honorum non inverso, ut censet Mowatus, sed recto ordine est legendus. Commemoratur autem in illo cursu honorum primum castrorum praefectura, deinde classaria. Quod vero in extremo cursu honorum fabrum praefectura Aulieni indicatur, nihil habet miri, quoniam illa praefectura modo matura modo proveciore aetate est gesta (Marquardt, 'Staatsverw.' II² p. 516 seq.).

2) Quod praebent codices 'elibertius', Plinii editores commutant in: 'e libertis eius'. At sic minime esse scribendum, quia Optatus Tiberii libertus fuerit, Mommsenus explanavit in adnotatione adscripta titulo CIL X 6318. Immo rectissime proposuit vir ille doctissimus legendum esse: 'e libertinis.'

silentio praetermittunt (Sat. l. III 16, 10): 'nam Optatus¹⁾ praefectus classis, sciens scarum adeo Italicis litoribus ignotum, ut nec nomen Latinum eius piscis habeamus, incredibilem scarorum multitudinem vivariis navibus huc advectam inter Hostiam et Campaniae litus in mare sparsit ac novo exemplo pisces in mari tamquam in terra fruges aliquas seminavit.' Quod opinatur Hirschfeldus (Philol. XXIX p. 76 adn. 116) Claudium Optatum Augusti libertum portus Ostiensis procuratorem (cf. CIL XIV 163) fortasse eundem esse, quem Tiberium Optatum classis praefectum, hac de coniectura Mommsenus valde dubitat (cf. CIL X 6318 adn.). Sub Claudio autem imperatore Optatus classis praefecturam gessit atque, ut cognitum habemus e titulo CIL III 2 p. 844 (n. 3), a. d. III Id. Dec. anni quinquagesimi alterius Misematium fuit praefectus.

3. Anicetus.

Vir ille condicionis libertinae primo Neronis educator factus²⁾ postea ad Misematium classis praefecturam pervenit. Praeter ceteros autem Neronis scelera perficienda in se concepit; nam et anno undesexagesimo Agrippinam Neronis matrem occidit (Tac. ann. l. XIV 3, 7, 8; D. Cass. l. 61. 13, 2. 4; Zon. l. XI c. 12, P. I 569 A) et anno sexagesimo altero Octaviam innocentissimam Neronis uxorem perdidit, testatus adulterasse eam secum eo consilio, ut Misensis classis praesidia sibi conciliaret (Tac. ann. l. XIV 62, 63; Suet. V. Ner. c. 35). Attamen paulo post in exilium eiectus in Sardinia exulavit (Tac. ann. XIV 62). Obtinuit vero classis praefecturam intra undesexagesimum atque sexagesimum annum alterum.

4. Moschus.

Hic quoque condicionis libertinae anno undeseptuagesimo ab Othone praefectus declaratus interfuit classiario impetui a Misensibus navibus illo anno in oras Liguriaae atque

1) Non dubito codicum scripturam 'Optatus' commutare in Optatus vocem.

2) Suet. V. Ner. c. 35; Tac. ann. l. XIV 3.

Galliae Narbonensis facto (Tac. hist. l. I 87). Eundem Ravennati classi simul praefuisse, quae est Hirschfeldi ('Verw.-Gesch.' I p. 124) opinio, equidem non probo (cf. supra p. 309).

5. Claudius Iulianus.

Hic auctore Tacito (hist. l. III 57) molliter classis praefectura perfunctus a Vitellio gladiatoribus est praepositus, cum iam sub Nerone gladiatorum spectaculum edidisset (n. h. l. 37. 11. 45). Sed a Vitellio postea seditiosos Misenates ad fidem revocare iussus Vespasiani partes secutus est. Ille, ut a Vitellianis se defenderet, cum gladiatoribus Terracinam recessit in oppidum munitissimum. Nihilo autem minus brevi post Terracina a L. Vitellio imperatoris fratre expugnata strangulatus est (Tac. hist. l. III 77). Perperam Hirschfeldus (l. l. p. 124) atque Mowatus ('Bull. épigr.' VI p. 211) affirmant Iulianum illum post Lucilii Bassi demum praefecturam, de qua paulo infra erit dicendum, praefectum nominatum esse, quoniam Claudius Apollinaris a Lucilio Basso proximus fuit praefectus.

6. Sextus Lucilius Bassus.

Commemoratur ille in titulis Eph. epigr. II p. 457 (n. 4) et CIL III 2 p. 850 (n. 5). Est autem post alae praefecturam gestam a Vitellio praeter consuetudinem utrique Italicae classi praepositus (Tac. hist. l. II 100). Sed cum gloriae appetens Vitellii imperium aegre ferret, Ravennates clam in Vespasiani partes ducere conatus est. Nec vero omnia bene cesserunt, cum et Ravennates, quamquam ultra Vespasianis studebant, eum Ravennatis classis praefectura demoverent (ibid. l. III 12) et Vitellius certior factus de illius proditione eum comprehendi iuberet. Attamen post Vitellii mortem¹⁾ proditionis fructum percepit, quoniam Vespasiani duces ei septuagesimo anno ineunte mandaverunt (ibid. l. IV 3), ut Campaniae regionem pacaret, quam L. Vitellius usque ad mortem firmissimis praesidiis occupaverat (ibid. l. IV 2). In classium Itali-

¹⁾ Mortuus est ille mense Decembre anni 69. (cf. Schiller, hist. imp. Rom. I p. 398) nec multo post frater eius L. Vitellius (cf. Tac. hist. l. IV 3).

carum nempe praefecturas eum restituere non licuit ¹⁾, cum timendum esset, ne classarii indignarentur, praeterquam quod, qui Basso successerant in praefecturis illis, Vespasiani erant studiosissimi.²⁾ Sed Campania brevi perdomita (ibid. l. IV 3) Bassus ille, qui iam antea nequaquam satis habuerat utrique Italicae classi praefuisse (ibid. l. II 100), ad altiorem etiam dignitatis gradum a Vespasiano provectus est. Nam Tito imperatoris filio e Iudaico bello reverso (Zon. l. VI 28, P. I p. 308 A) legatus missus est in Iudaeam, ut oppida caperet, quae Hierosolymis expugnatis nondum se dederant (Bell. Iud. l. VII 6, 1)³⁾ summamque imperii a Ceriali Vettuleno⁴⁾ ac-

1) Falso conclusit Mowatus ('Bull. épigr.' VI p. 207) inde, quod Lucilius ille Bassus et in Misenensi et in Ravennati veteranorum privilegii (Eph. epigr. II p. 457 [n. 4] et CIL III 2 p. 850 [n. 5]) Non. April. anni 71 classis praefectus commemoratur, illi a Vespasiano classium Italicarum praefecturas denuo esse delatas. Nam e verbis, quae in illis diplomatis leguntur: 'qui militaverunt sub Sex. Lucilio Basso', minime licet colligere Bassum etiam anno 71 classium Italicarum praefectum fuisse. Atque miror, quod Mommsenus nuper (cf. CIL III f. 3 p. 1959) pristinam illam Mowati sententiam repetivit. Rectius enim vir ille egregius antea mihi videtur exposuisse (cf. Eph. epigr. II p. 457) Bassi nomen in privilegiis illis propterea esse indicatum, quod Vespasianus virum illum, quo auctore Italicae classes a Vitellio defecerint, grata memoria prosequi voluerit. Quae sententia cur sit repudianda nulla affertur causa. Quod vero Hirschfeldus ('Verw.-Gesch.' I p. 125) affirmat Vespasianum Tacito teste (hist. l. III 12) Basso Ravennatem solam praefecturam detulisse, pro certo non recte se habet, quoniam tum quidem Vitellius nondum mortuus erat.

2) Cf. et Tac. hist. l. III 57, 76 et II 86, III 4, 42, 66.

3) In onomastico Forcellini (IV p. 198^b) Sextum Lucilium Bassum classis praefectum atque L. Bassum Iudaeae legatum anni 71 eundem esse virum negatur. At nihil obstat, quominus Bassum classis praefectum ad legati dignitatem provectum esse putemus, quoniam ille in Campanis perdomandis prosperrime versatus aptissimus esset, qui ceteras Iudaeae partes nondum subactas in populi Romani potestatem redigeret.

Ceterum moneo apud Zouaram (l. VI c. 28, P. I. 308 B), qui Iosephi narrationem excerpit, Bassi praenomen *Λοκίος*, quod in Dindorfii editione legitur, commutandum esse in *Λοκίλιος* nomen Iosephi testimonio optime confirmatum.

4) Dissertuit de illo Ceriali Vettuleno, cui Sextus praenomen, Mommsenus in quarto volumine Ephemeridis epigraphicae (p. 499). Improbatur

cepit, quem una cum legione quinta Macedonica, cui in Iudaico bello legatus praefuerat, in Moesiam esse profectum veri est simillimum (ibid. l. III 7, 32, VI 4, 3). Nec sine prospero eventu Bassus bellum contra Iudaeos gessit, cum Herodium atque Machaeruntem oppida natura locorum optime munita expugnaret (ibid. l. VII 6, 1—4). Videtur autem mortuus esse in Iudaea anno septuagesimo altero exeunte¹⁾ (ibid. l. VII 8, 1 atque Zon. l. VI c. 29, P. I p. 310 B).

7. Claudius Apollinaris.

Postquam Lucilius Bassus ad Vespasianum defecit, a Vitellio Misenatium praefectus designatus est (Tac. hist. l. III 12). Nec vero in fide erga imperatorem illum mansit. Nam etsi primo, cum Misenates a Vitellio desciscerent, cunctaretur (ibid. l. III 57), tamen paulo post a Vespasiano stetit atque una cum Claudio Iuliano (cf. No 5) Terracinae contra Vitellianos se munivit (ibid. l. III 76). Capto autem illo oppido a L. Vitellio contigit ei, ut Vitellianos insectantes navi fugeret (ibid. l. III 77).

8. C. Plinius Secundus.

Anno p. Chr. n. vicesimo tertio Novi Comi natus versa-
vero optimo iure, quod Iosephi editores initio capituli sexti VII l. Belli Iudaici (§ 1) (*καὶ τὴν στρατιάν [Λουκίλιος Βάσσο] παρὰ Κερραλίου Οὐιτελλιανοῦ παραλαβών*), codicum scriptura (cf. Renier, 'Mem. de l'Accad. des inscr. et belles-lettres' XXVI 1867 p. 310) *Οὐετιλιανὸς* neglecta, suo Marte *Οὐιτελλιανὸς* nomen in textum reposuerunt. Nilominus non plane cum Mommseno in codicum scriptura acquiescendum esse puto, cum *Οὐετιλλιανὸς* nomen nusquam, quod perspexerim, reperiat (una nominis forma *Οὐετιλιος* legitur et apud Appianum (Hisp. c. 61. 63) et in titulo Graeco CIGr. III 4472. 26) et, ut recte adnotat Renierus, *Οὐετιλιανὸς* nomen Romani minime Vettuleni forma reddiderint. Immo lenissima commutatione codicum scripturae facta, *Οὐετουλιῖνος* nomen, quo Latinum illud Vettulenus optime exprimitur, in textum recipiendum esse censeo. Legitur autem *Οὐετουλιῖνος* nomen, ut exemplum afferam, apud Appianum (cf. Bell. civ. l. IV 25). Quomodo mendum illud *Οὐιτελλιανὸς* in codices irrepperit quaerenti respondeo scribam fugisse hoc loco, ut saepius in Iosephi libris (Bell. Iud. l. VI 4, 3, Antiq. Iud. l. XIV 11. 1, 2), cognomen (*Κερραλίος*) antecedere gentile (*Οὐετουλιῖνος*).

1) Statuendus est ille annus, cum paulo infra (Bell. Iud. l. VII 7, 1) traditum sit Vespasianum quartum principatus annum ingressum esse.

tus est in equestri militia (cf. Suet. Reiffersch. p. 92). Ac primum quidem Thracum cohortis praefectus (CIGr. III add. 4536 f [n. 6])¹⁾ anno p. Chr. n. quadragesimo septimo sub Corbulone²⁾ videtur militavisse in Germania (Plin. epist. l. III 5, 4). Deinde Plinio teste (ibid. l. III 5, 3) alae praefectus fuit posteaque Hispaniae procurationem gessit (ibid. l. III 5, 17 atque Suet. Reiffersch. p. 92). Tum eum bello Iudaico munere, quod vocatur ἀντεπιτρόπου, functum Syriae procuratorem uniusque ex legionibus Aegyptiacis praefectum fuisse discimus e titulo CIGr. III add. 5436 f (n. 6). Denique vero Misenatium praefecturae praepositus subito a. d. IX. Kal. Sept. anni undeoctogesimi quinquaginta sex annos natus (Plin. epist. l. III 5, 7) animam efflavit Vesuvii montis favillis extinctus (ibid. l. VI 16, 20 atque Suet. Reiffersch. p. 92). Quantopere autem studiosus fuerit litterarum, non est quod hoc loco persequar.

9. Iulius Fronto.

Non commemoratur nisi in veteranorum privilegio a. d. XII. Kal. Mart. anni centesimi undetricesimi (CIL V 4091) (n. 7). Nam quod proponit De Vitius (Onomast. Forc. III p. 683^{b)}) eiusdem Frontonis nomen in Digestis (l. 48. 19, 5) extare, propterea valde est dubium, quoniam Iulios Frontones saepissime in titulis redire Mommsenus recte adnotavit (cf. CIL V 90 adn.).

10. M. Calpurnius Seneca Fabius Turpio Sentinatianus.

Postquam Ravennatem praefecturam administravit (cf. CIL II 1267) (n. 9), ad Misenensem provectus est (cf. CIL II 1178) (n. 8). Cuius classis praefectus indicatur in veteranorum privilegio a. d. XVII. Kal. Oct. anni centesimi tricesimi quarti (cf. CIL III 2 p. 878) (n. 10). Ad eundem Sentinatianum referendus est titulus valde corruptus CIL II 1083 (n. 11).

1) Titulum illum ad Plinium maiorem pertinere Mommsenus in XIX. Hermae volumine (p. 644—648) magna cum probabilitate demonstravit.

2) cf. Mommsen, Herm. XIX p. 646.

11. Valerius Paetus.

Nomen eius traditum est in privilegio anni centesimi quadragesimi quinti (cf. CIL III 2 p. 880 (n. 12)).

12. P. Cominius Clemens.

Utriusque Italicæ classis præfectus fuit (cf. CIL V 2 8659 [n. 13], 'L'année épigr.' 1890 n. 151 (n. 14)). Cum antea stipendia meritis in legione prima adiutrice a Marco et Vero imperatoribus¹⁾ primis belli Germanici (167—169) temporibus donis militaribus exornatus sit, id quod intellegimus e titulo annalium, qui 'L'année épigr.' (1890 n. 151) (n. 14) inscribuntur, necesse est eum ad Italicarum classium præfecturas aliquanto post Veri imperatoris mortem²⁾ (a. 169) accessisse. Quondam, cum unus titulus CIL V 2 8659 (n. 13) exstaret, ita Clementis aetatem licuit circumscribere Hermanno Ferrero ('L'ordin.' p. 74), ut ille post annum centesimum duodeseptuagesimum vixerit, quoniam in eius cursu honorum (CIL V 2 8659 v. 7. 8) (n. 13) Daciae Apulensis procuratio enumeratur, Daciam autem anno centesimo duodeseptuagesimo demum tres in partes — Porolissensem Apulensem Malvensensem — divisam esse Mommsenus (cf. CIL III p. 160) exploravit.

13. L. Iulius Vehillus Gratus Iulianus.

Duo præfecti illius tituli, quorum alter valde est mutilatus, usque ad hæc tempora manserunt (cf. 'L'année épigr.' 1888 n. 14 [n. 16], n. 66 [n. 15]), editi primum ac, quoad licet, in integrum restituti a Barnabeo Italo ('Notizie degli Scavi' 1887 p. 537—553). Quibus fere annis Iulianus singulis muneribus in cursu honorum laudatis præfuerit, explorare meum non est, cum Barnabeus omnia iam optime expederit. Ut autem doctissimi viri rationes brevi proponam: Iulianus Parthici belli (162—165) temporibus ad

1) Verba 'et Vero' propterea a Cagnato ('L'année épigr.' 1890 n. 151) rectissime sunt suppleta, quod in titulo illo Marci imperatoris cognomina Armeniacus atque Parthicus leguntur, quæ Vero fratre mortuo deposuit (Schiller, hist. imp. Rom. I 2 p. 642 et ibid. adn. 7).

2) ibid. I 2 p. 647 adn. 2.

militiam aggressus (Barnabei p. 551) Germanico bello interfuit, quod anno centesimo septuagesimo quinto confectum est (l. l. p. 552). Tum Ponticae classis praefectus designatus (l. l. p. 547) Britannico bello (183—184) dux fuit vexillationis. Exinde intra centesimum octogesimum quintum atque undenonagesimum annum classium Italicarum praefecturas suscepit (l. l. p. 546), quibus perfunctus anno centesimo undenonagesimo¹⁾ successit Cleandro²⁾ in praetorii praefectura (Lamprid. V. Comm. c. VII 3. 4). Cum Barnabeus haec omnia summa cum diligentia exploraverit, audacius cetera, quae memorantur, munera Iuliani certis annis tribuere est conatus.

Ut ad extremum proferam, quo modo Commodus imperator Iulianum tractaverit, initio eum valde dilexit (D. Cass. l. 72. 14, 1³⁾), postea tamen aspernatus est (Lamprid. V. Comm. c. VII 4, XI 3).

14. Cn. Marcus Rustius Rufinus.

Etiam hic et Ravennatem et Misenensem praefecturam obtinuit (cf. CIL X 1127 [n. 18], IX 1582 [n. 17]). Quae munera quibus fere annis gesserit, inde efficitur, quod anno ducentesimo quinto vigilum praefectus fuit (cf. CIL VI 1056) (n. 19), hanc autem praefecturam secundum titulum CIL IX 1582 (n. 17) post classiarium imperium assecutus est. Fuit igitur classium Italicarum praefectus ante annum ducentesimum quintum. Ad eundem Rufinum pertinent tituli CIL IX 1583 (n. 20), Eph. epigr. VII 1204 (n. 21), 1205 (n. 22), 1206 (n. 23), quorum duo (Eph. epigr. VII 1204 (n. 21), 1205 (n. 22)) anno ducentesimo septimo sunt conscripti. Cum vero in illis

1) Cleandrum anno 182 interfectum esse in De Vitii Onomastico (III p. 630^a) falso indicatur.

2) Rectissime statuit Barnabeus sub Commodo non duos, ut vult Hirschfeldus ('Verw.-Gesch.' I p. 229), sed unum praefectum praetorio, cui nomen erat Iuliano, fuisse. Duo enim illi Lampridii loci (V. Comm. c. VII 4 et XI 3) profecto ad eundem Iulianum sunt referendi; namque Lampridius in VII. capite tradit Iulianum a Commodo esse punitum, in XI. vero, quam mirum in modum ab imperatore cruciatus sit.

3) Affertur hic locus ab Hirschfeldo (l. l. p. 229).

vigilum praefecturae Rufini mentio fiat, apparet eum tres saltem annos vigilum cohortes rexisse.

15. Valerius Valens.

Cum Misensis classis in titulo eius (CIL X 3336) (n. 24) ¹⁾ Gordiana sit appellata, praefectus fuit sub Gordiano idque primis Gordiani principatus annis, quoniam intra ducentesimum quadragesimum alterum atque quartum annum ampliore vigilum praefecti dignitatem obtinuit. Dedicavit enim vigilum praefectus titulum honorarium Eph. epigr. VII 1211 (n. 25) Furiae Sabinae, quam Gordianus anno ducentesimo quadragesimo primo in matrimonium duxit. ²⁾ Scilicet eum iam anno ducentesimo quadragesimo primo illum dignitatis gradum ascendisse propterea non est credibile, quod illo anno Philippum quendam vigilum ³⁾ praefectum fuisse scimus e titulo CIL VI 1092.

16. Aelius Aemilianus.

Mentio fit praefecturae eius in veteranorum privilegio a. d. V. Kal. Ian. anni ducentesimi quadragesimi octavi ⁴⁾: CIL X 3335 (n. 26).

17. M. Cornelius Octavianus.

Quo fere tempore ille, cuius sunt tituli CIL VIII 2 8435 (n. 28) et VIII Suppl. 12296 (n. 27) classiarium munus expleverit, sic computat Hermannus Ferrero ('Mem. di Tor.' XXXVI p. 32. 33): Quoniam in titulo CIL VIII Suppl. 12296 (n. 27) Numidia propria nominatur provincia, quod quidem Septimio Severo imperatore ⁵⁾ demum accidit, ante illius principatum Octavianus certe non fuit praefectus. Immo cum in titulo illo militaris provinciae administrator dux sit vocatus, quod nomen ab Alexandro Severo demum usitatum

1) Novissime editus a Kaibelio (Inscr. Gr. Sic. et Ital. n. 873).

2) Cohen, vol. V p. 19; Dessau, Eph. epigr. VII 1211 adn.

3) Hirschfeld, 'Verw.-Gesch.' I p. 148 n. 29.

4) Illum annum statuendum esse Mommsenus nuper accuratius exposuit (cf. CIL III f. 3 p. 2003). Perperam Mowatus annum 249 indicaverat ('Bull. épigr.' VI p. 212).

5) G. Boissière, 'l'Algérie romaine.' ed. alt. p. 298 seq.; Marquardt, 'Staatsverw.' I² p. 470 adn. 4.

est ¹⁾, Octaviani praefecturam ponere licet non ante medium saeculum tertium. Nec minus titulus Octaviani ante Diocletianum videtur esse constitutus ²⁾, cum sub illius imperio Africanarum provinciarum numerus valde sit auctus.

18. O. V . . . ius.

Praefectus ille, cuius nomen plurima ex parte non iam legitur in titulo CIL X 3343 (n. 29), tribuendus est anno trecentesimo alteri.

19. Flavius Marianus.

Consuluit ille non solum classi, sed etiam rei publicae Misenatium, ut est in titulo CIL X 3344 (n. 30). Quo tamen saeculo vixerit, viri docti pro certo non affirmant. Statuit enim Mommsenus (cf. CIL X 3344 adn.) saeculum quintum, Ferrero ('L'ordin.' p. 76), Héron de Villefosse (Daremb. 'dict.' p. 1233 ^{a)}), Hirschfeldus ('Verw.-Gesch.' I p. 124) quarti saeculi initium. Hoc autem certissimum est consulis nomina anni centesimi undesexagesimi, quae dextra tituli parte leguntur, multo ante insculpta fuisse, quam titulus ille dedicatus est.

20. Rufus quidam.

Cuius titulus CIL X 4867 (n. 31) cum valde sit mutilatus, de tempore praefecturae certi quidquam proferre non licet. Omnino Rufum illum cum Hirschfeldo ('Verw.-Gesch.' I p. 125) propterea solum in Misenatium praefectorum numero habendum esse putavi, quod titulus eius Venafri est reperitus. ³⁾

b) Ravennates.

1. P. Palpellius Clodius Quarinalis.

Commemoratur et in titulo CIL V 533 (n. 32) et in Taciti annalibus (l. XIII 30), qui eum propter crudelitatem anno quinquagesimo ⁴⁾ sexto in ius vocatum, ut praeveniret damnationem, manus sibi intulisse memoriae tradidit.

1) Marquardt, 'Staatsverw.' I² p. 557.

2) Ferr. 'Mem. di Tor.' XXXVI p. 33 et 'Bull. trim. des antiquités afric.' I 1883 p. 302.

3) Vide, quae de Aulieno (Mis. Praef. No 1) exposui.

4) Affirmant Mommsenus (CIL V 533 adn.) atque Hirschfeldus ('Verw.-Gesch.' p. 125) Quirinalem anno 57 vim sibi attulisse. At persequitur Ta-

2. L. Aemilius Sullectinus.

Cum eius titulo, edito primum a Boissieu Francogallo ('Inscr. de Lyon' p. 16) classi Ravennati praetorium nomen non sit adscriptum, ante Vespasiani aetatem illum classiaro muneri praepositum fuisse veri est simillimum.

3. M. Aurelius Regulus.

Hic quoque videtur ante Vespasianum fuisse, cum etiam in eius titulo (CIL VI 3150) (n. 34) praetorium nomen desit.

4. Sextus Lucilius Bassus.

Vide sub Misenatibus No 6.

5. Cornelius Fuscus.

Homo senatorius natus postquam ad equites transiit, cum Pannoniae procurator (Tac. hist. l. II 86) tum, quia Vespasiani erat studiosissimus (ibid. l. II 86, III 4, III 42, III 66), anno undeseptuagesimo Lucilio Basso a Ravennatibus repudiato illius classis praefectus exstitit (ibid. l. III 12). Qua dignitate instructus et Ariminum oppidum, quod Vitelliani occupaverant, ingeniose oppugnavit, et Umbriae Picenique oras maritimas Vitellianorum potestati eripiendas suscepit. Non igitur est mirum eum civili bello confecto praetoriis insignibus honoratum esse (ibid. l. IV 4). Sed maiorem etiam gratiam Flavii imperatores ei habuerunt, cum sub Domitiano ad praefecti praetorio dignitatem perveniret. (Suet. V. Domit. c. 6; Eutr. l. VII 23; Lydus de magistr. p. 184, 8 et 216, 11.) Quam tamen praefecturam non prospere gessit. Nam Dacico bello exorto praetorianis cohortibus praepositus proelio fugatus occidit (Suet. V. Dom. c. 6; D. Cass. l. 68. 9, 3; Eutr. l. VII 23; Oros. l. VII 10, 4; Iuv. sat. IV 111 cum schol.). Legitur autem elogium sepulchrale eius in libro sexto (carm. 76) Martialis poetae.

citus a capite tricesimo primo demum libri tertii decimi ea, quae gesta sunt anno 57. Quae vero antecedente anno i. e. Q. Volusio Saturnino P. Cornelio Scipione consulibus acciderint, a vicesimo quinto capite usque ad tricesimum memoriae traduntur. Ceterum moneo Mowatum ('Bull. épigr.' VI p. 293 atque Hermannum Ferrero ('L'ordin.' p. 133) recte annum 56 indicare.

6. L. Cornelius Cicatricula.

Quamquam in titulo eius (Ferr. 'L'ordin.' n. 360) (n. 35) classis praefectus non apertis verbis indicatur, tamen eum Ravennatium praefectum fuisse propterea Hirschfeldo ('Verw.-Gesch.' p. 125) veri videtur esse simillimum, quia titulus Pisauri adossus est, quod Umbriae oppidum a Ravenna non nimis longe distat. Illum secundi saeculi initio vixisse Bormannus (cf. l. l. p. 125) e litterarum tituli forma conclusit, quoniam alia temporis indicia non exstant.

7. L. Numerius Albanus.

Anno centesimo decimo tertio quintae¹⁾ vigillum cohortis praefectus (cf. CIL VI 221) (n. 36), Misenatium praefectus nominatur in veteranorum privilegio a. d. V. Id. Oct. anni centesimi vicesimi septimi (cf. CIL X 2 7854) (n. 37).

8. M. Calpurnius Seneca Fabius Turpio Sentinatianus.

Vide sub Misenatibus No 10.

9. Tuticanus Capito.

Nomen eius legitur in veteranorum privilegio Non. Sept. anni centesimi quinquagesimi alterius ('Mitteil. des Arch. Inst. Röm. Abt.' VI p. 335 seq. [n. 38]).

10. P. Cominius Clemens.

Vide sub Misenatibus No 12.

11. L. Iulius Vehillus Gratus Iulianus.

Vide sub Misenatibus No 13.

12. M. Aquilius Felix.

Quando fere classiarium munus, cuius fit mentio in titulo CIL X 6657 (n. 39), administraverit, inde licet colligere, quod, ut apparet e codicillo huic Aquilio a rationalibus tradito (vide Wilmansii titulum 2840) (n. 40), anno centesimo nonagesimo tertio procurator erat operum publicorum.²⁾ Cognoscimus autem e cursu honorum tituli CIL X 6657

1) Etsi quinta vigillum cohors in titulo CIL VI 221 (n. 36) non commemoratur, titulus tamen illi cohorti tribuendus videtur, quod est repertus in monte Coelio (vide CIL VI 222 adn.).

2) Mommsen, 'Zeitschr. f. Rechtswissenschaft' vol. XV p. 338 seq.

(n. 39) eum operum publicorum procurationi multo ante praefuisse, quam classis praefectus designatus est. Praeterea statuit Mommsenus¹⁾ eundem esse hunc Aquilium atque Aquilium centurionem a Spartiano et in Didii Iuliani (c. V 8) et in Pescennii Nigri (c. II 6) vita commemoratum, qui Septimium Severum necare iussus est. Quae coniectura propterea est valde probabilis, quod apud Dionem²⁾ traditum est eos, quos Iulianus contra Severum miserat, astute se illi dedidisse.

13. Cn. Marcius Rustius Rufinus.

Vide sub Misenatibus No 14.

14. Gongius Nestorianus.

Ravennatum praefecturae sub Caracalla imperatore praefuit, cum commemoretur in veteranorum privilegio CIL X 2 8325 (n. 41) anni ducentesimi decimi quarti. Antea fuit procurator (cf. CIL III 4024 [n. 42]) idque, cum trium Augustorum procurator sit dictus, intra annos ducentesimum nonum atque undecimum³⁾, quoniam anno demum ducentesimo nono Getae alteri Severi filio Augusti nomine⁴⁾ decreto tres aderant Augusti.

15. I . . cianus.

Nomen eius legitur in veteranorum privilegio a. d. V. Kal. Iun. anni ducentesimi quinquagesimi⁵⁾ (cf. CIL III 2 p. 898 seq.) (n. 43).

c) Incerti quattuor.

1. C. Claudius Sardus cf. CIL VI 3166 (n. 44).⁶⁾

2. Cn. Octavius cf. CIL X 6320 (n. 45).

1) Mommsen l. l. p. 339.

2) l. 73. 17, 1: *Οὗς ἐκεῖνος ἐπ' αὐτὸν ἐπέμπευ ἢ πείσοντας ὑποστρέψαι ἢ εἰρξοντας τῶν παρόδων, προσεχώρον αὐτῶ.*

3) Perperam disseruit Ferrero ('Mem. di Tor.' XXXVI p. 53) titulum conscriptum esse intra a. 203—211.

4) Eckhel, doct. numm. vol. VII p. 230^b.

5) Non recte Hirschfeldus ('Verw.-Gesch.' I p. 125) privilegium illud anno 241 tribuit.

6) Hunc titulum ante principatum esse conscriptum Ferrero ('L'ordin.' p. 20) nullis argumentis allatis contendit.

3. nius cf. CIL XI 711 (n. 46).
 4. cf. CIL XIV 2266 (n. 47).

II. *Classis subpraefecti.*

a) Miseneses.

1. Alfenius Senecio.

Titulus, in quo eius mentio fit, CIL X 3334 (n. 48) propter litterarum formam est Severianae aetatis. Ne illum Alfenium eundem esse putes atque L. Alfium Senecionem ¹⁾ Britannicum legatum monet Mommsenus (cf. CIL X 3334 adn.).

2. C. Annius Flavianus.

Quoniam titulus eius, qui legitur apud Hermannum Ferrero n. 583 (n. 49) ('Mem. di Tor.' XXXVI p. 33), legionis III. Italicae a Marco Aurelio imperatore institutae ²⁾ nomen exhibet (v. 12), non ante medium secundum p. Chr. n. saeculum scriptus est, id quod primus exposuit Pallu de Lessert ('Bull. trim. des antiquités africaines' 1884 II p. 51).

b) Ravennates.

1. T. Abudius Verus Postumus.³⁾

Videtur ille subpraefecturam ante Vespasianum gessisse, cum in inscriptione CIL V 328 (n. 50), quae ad illum pertinet, nomen classis desit praetorium.

2. T. Appalius ⁴⁾ Alfinus Secundus.

Quando ille vixerit, e titulo CIL IX 5357 (n. 51) ad annum

1) Pertinent ad eum CIL VII 269, 270, 513, 1003.

2) Marquardt, 'Staatsverw.' II² p. 451.

3) Compendium 'Post', quod initio versus tertii tituli CIL V 328 (n. 50) legitur, quemadmodum explicandum sit, viri docti plane ignorant. Neque de Rohden rectum vidit, qui nuperrime illius tituli mentionem fecit (cf. Pauly 'Realencyclopädie' I² p. 125). Est autem nihil aliud nisi subpraefecti agnomen 'Postumus', quod alias quoque per compendium scribitur, ut in titulo CIL I 1285: 'Q. Caesienus C. f. Post(umus)'.

4) Quoniam Mommsenus testatur nomen illi fuisse Appalium, non faciendum erit cum Mowato ('Bull. épigr.' VI p. 207, 290), Hermanno Ferrero ('L'ordin.' p. 137), Wilmannsio (I n. 1266), qui Appaeum nomen exhibent.

minime potest explorari. Id quidem pro certo affirmat Ferrero ('L'ordin.' p. 137), cum indicetur in octavo tituli versu cohors I Aelia Brittonum, eum ante Hadrianum non esse constitutum; ad quam temporis definitionem etiam ducimur eo, quod in quarto versu Alpium Atrectianarum procuratio commemoratur, quae non ante alterum p. Chr. n. saeculum ordinata est (Marquardt, 'Staatsverw.' I². p. 281).

3. T. Cornasidius Sabinus.

Titulum eius CIL IX 5439 (n. 52) ad tertium saeculum pertinere Mommsenus litterarum forma ratione habita opinatur (cf. CIL IX 5439 adn.). Ex aliis, quae exstant, temporum iudiciis et inde quod Dacia Apulensis commemoratur¹⁾ et quod subpraefectus ille 'e. m. v.' appellatur²⁾, nihil licet colligere, nisi titulum illum compositum esse non ante medium secundum p. Chr. n. saeculum.

c) Incerti tres.

1. cf. CIL VI 1643 (n. 53).
2. cf. CIL VI 1644 (n. 54).
3. cf. CIL VIII Suppl. 14729 (n. 55).³⁾

III. Praepositi classis.

Misenensis.

1. L. Artorius Iustus.

Eum, cuius titulus est CIL III 1919 (n. 56) ad quintum circiter saeculum pertinere, in altera dissertationis capite accuratius exposui (cf. p. 304 sq.).

1) Instituta est Daciae Apulensis procuratio a. 168 (cf. Mommsen CIL III p. 160).

2) Appellationem illam a Marco et Vero imperatoribus inductam esse exposuit Mommsenus ('Staatsr.' III² 1 p. 471 adn. 1 atque 565).

3) Non incertae classi titulus ille cum Hermanno Ferrero ('Mem. di Tor.' XXXVI p. 65) est tribuendus, sed alteri classi Italicae, cum, quae legitur in tertio versu ab ultimo, syllaba 'atium' ab editoribus ad Misennatum sive Ravennatum vocem expleatur.

*IV. Praepositi Reliquationi.***Misenenses.**

1. C. Sulgius Caecilianus.

Commemoratur ille in titulis CIL VIII Suppl. 14 854 (n. 57) atque CIL X 3342 (n. 58). Aetatem eius inde concludas, quod titulus CIL X 3342 (n. 58) aut Heliogabalo aut Alexandro Severo imperatori constitutus est (cf. Mommsenus, CIL X 3342 adn.).

2. M. Verecundinus Verus cf. CIL X 3345 (n. 59) (post Vespasianum).

*V. Nauarchi.*a) **Misenenses.**

1. Q. Agusius Varus cf. CIL X 3351 (n. 60) (p. Vesp.).

2. Aurelius Candidus cf. CIL X 3349 (n. 61) (p. Vesp.).

3. C. Iulius Magnus.

Eum secundo saeculo exeunte vixisse titulo CIL X 2 8215 (n. 62) indicatur.

4. Saturninius Isidorus cf. CIL X 3352 (n. 63).

5. C. Sulgius Caecilianus.

Vide sub No 1 Praep. rel.

6. Valerius Verus cf. Eph. epigr. IV 922 (n. 64).

7. Volusius Proculus.

Cum interfuisset Agrippinae Augustae caedi, ad nauarchi dignitatem provectus est (Tac. ann. l. XV 51). Tali dignitatis accessione minime contentus Neroni coniurationem aperuit, quam Epicharis femina cum primoribus Misenatium classis ducibus facere erat conata (ibid. l. XV 51. 57).

b) **Ravennas.**

1. P. Petronius Afrodisius cf. CIL XI 86 (n. 89) (p. Vesp.).

c) **Incerti quattuor.**

1. P. Aelius Iunianus cf. CIL X 3350 (n. 65).

2. C. Fabricius Ianuarius cf. CIL X 2 7593 (n. 65^a).

3. T. Flavius Antoninus cf. CIL X 3348 (n. 66).
4. Ti. Iulius Hilarus cf. CIL VI 2 8927 (n. 67) (aetatis Tiberii).

VI. Trierarchi classis.

a) Misenenses.

1. C. Arrius Aponianus cf. CIL X 3353 (n. 68) (p. Vesp.).
2. M. Aurelius Domitius cf. CIL III 168 (n. 69) (tertii saeculi).
3. Claudius Pyrrhicus.
Praefuit auctore Tacito (hist. l. II 16) Corsis liburnis anno undeseptuagesimo. Cum, Othoni fidelissimus, Decimi Pacarii consilii, qui Vitellii partes sequebatur, resisteret, ab illo interfectus est.
4. Crescens cf. CIL X 3363* (n. 70)¹⁾.
5. T. Flavius Terentianus cf. CIL X 3360 (n. 71).
6. Herculeius cf. Tac. ann. l. XIV 8 (aetatis Neronis).
7. L. Iulius Automatus cf. CIL X 3357* (n. 72) (ineuntis princ. aetatis).
8. Ti. Iulius Diogenes cf. CIL X 3358* (n. 73) (ineuntis princ. aetatis).
9. C. Iulius Heraclida cf. CIL X 3359 (n. 74) (p. Vesp.).
10. Iulius Serenus cf. CIGr. II 3692 (n. 75) (p. Vesp.).
11. Iustus cf. CIL XIV 110* (n. 76) (secundi saeculi exeuntis).
12. C. Longius Priscus cf. CIL X 2 8131 (n. 77) (p. Vesp.).
13. P. Manilius Sabinianus cf. Ferr. 'L'ordin.' n. 592 (n. 78) (aetatis Severi).
14. Primus cf. CIL X 2 7291* (n. 79).
15. Priscus cf. CIL X 3364* (n. 80).
16. Pudens cf. CIL X 2 7823* (n. 81).
17. Tullius Titianus cf. CIL X 3479 (n. 82) (p. Vesp.).
18. C. Valerius Macrinus cf. CIL X 3354 (n. 83) et 3355 (n. 84).
19. L. Vit(alis) cf. CIL 3342* (n. 85) (tertii saeculi).

¹⁾ In titulis, quibus adscriptus est asteriscus, classis nomen non indicatur.

b) Ravennates.

1. P. Aelius Maximus cf. CIL XI 25* (n. 26).
2. L. Licinius Maximus cf. CIL XI 71 (n. 87) (p. Vesp.).
3. Malchio cf. CIL IX 41* (n. 88) (ineuntis princ. aetatis).
4. P. Petronius Afrodisius cf. CIL X 186 (n. 89) (p. Vesp.).
5. Sestialinus cf. CIL V 1048* (n. 90).

c) Incerti quattuordecim.

1. C. Antonius Atinianus cf. CIL X 3362 (n. 91).
2. Aurelius Diogenes cf. Eph. Epigr. IV 925 (n. 92).
3. Caspius cf. CIL VI 2 8928 (n. 96) (aetatis Tiberii).
4. Ti. Claudius Maximus cf. CIL XI 3719 (n. 94).
5. M. Cocceius Stephanus cf. CIL X 3356 (n. 95).
6. Helios cf. CIL VI 2 8929 (n. 93) (ineuntis princ. aetatis).
7. Ti. Magius Caecinianus cf. CIL V 1813 (n. 97).
8. C. Marcus Maximus cf. CIL X 3361 (n. 98).
9. Myrsilos cf. CIGr. III 6182^b (n. 99).
10. C. Petronius Longus cf. CIL XI 555 (n. 100).
11. M. Plotius Paulus cf. CIL VI 3621 (n. 101).
12. C. Poppaeus Aprilis cf. CIL VI 3911 (n. 102).
13. C. Varenus Rufus cf. CIL X 3337 (n. 103).
14. nus cf. 'Notizie degli Scavi' 1890 p. 152 (n. 104).

VII. Centuriones.

a) Misenenses.

1. Aelianus cf. CIL III f. 1 7290 (n. 105) (p. Vesp.).
2. M. Antonius Gemellus cf. CIL X 3378* (n. 106).
3. Antonius Longus cf. CIL XIV 232* (n. 107).
4. Antonius Priscus cf. CIL III 2 6109 (n. 108) (p. Vesp.).
5. M. Antonius Stadius cf. CIL VI 3100 (n. 109) (p. Vesp.).
6. C. Arris Apollinaris cf. CIL X 3533* (n. 110).
7. Cn. Arrius Myrio cf. CIL X 3365 (n. 111) (p. Vesp.).
8. Aurelius Macedo cf. CIL X 3366* (n. 112).
9. Barbis Crescens cf. CIL X 3370 (n. 113) (p. Vesp.).
10. Batus Rufus cf. Eph. epigr. VIII f. 1 709 (n. 114) (p. Vesp.).

11. **Caesilius Hispanus** cf. CIL X 2 7595 (n. 115) (p. Vesp.).
12. **Claudius Faventius**.
Anno undeseptuagesimo eius opera et consilio Misenatium classem a Vitellio defecisse Tacitus (hist. l. III 57) narrat.
13. **Ti. Claudius Pison** cf. CIL X 6800* (n. 116).
14. **Claudius Ingenuus** cf. CIL III 556* (n. 117) (p. Vesp.).
15. **Clemens** cf. CIL X 3387 (n. 118) (p. Vesp.).
16. **Coelius Dorg...** cf. CIL X 3367 (n. 119) (p. Vesp.).
17. **Danaus** cf. CIL XIV 234 (n. 120) (p. Vesp.).
18. **T. Dinnius Celer** cf. CIL X 3572* (n. 121).
19. **Faenius Iustus** cf. CIL X 3389 (n. 122) (p. Vesp.).
20. **C. Hammonius Fortis** cf. CIL X 3381* (n. 123).
21. **Iulius Athenodorus** cf. CIL X 3373* (n. 124).
22. **C. Iulius Celer** cf. CIL III 225 (n. 125) (p. Vesp.).
23. **Iulius Quintinus** cf. CIL III 558 (n. 126) (p. Vesp.).
24. **Iulius Quintus** cf. CIL X 3386 (n. 127) (p. Vesp.).
25. **M. Iulius Satullus** cf. CIL VI 3118 (n. 128) (p. Vesp.).
26. **Iulius Serenus** cf. CIL XI 3533 (n. 129) (p. Vesp.).
27. **Iulius Severus** cf. CIL X 3384* (n. 130).
28. **M. Marius Pudens** cf. CIL X 3368* (n. 131).
29. **Messius Proculus** cf. CIL VI 3135 (n. 132).
30. **T. Minucius Saturninus** cf. CIL X 3369* (n. 133).
31. **Q. Naevis Aquila** cf. Eph. epigr. VIII f. 1, 711 (n. 134) (p. Vesp.).
32. **Nigrinus** cf. CIL X 3388 (n. 135) (p. Vesp.).
33. **Obaritus** cf. Tac. ann. l. XIV 8 (aetatis Neronis).
34. **Pacius Victor** cf. CIL VI 3096 (n. 136) (p. Vesp.).
35. **Paetus** cf. CIL VI 3130 (n. 137) (p. Vesp.).
36. **D. Plarentius Gratus** cf. CIL VI 3125 (n. 138) (p. Vesp.).
37. **Precilius Salutaris** cf. CIL VI 3099 (n. 139) (p. Vesp.).
38. **Sentius Maximus** cf. CIL VI 3141 (n. 140) (p. Vesp.).
39. **C. Sestius Pudens** cf. CIL X 3371 (n. 141) (p. Vesp.).
40. **Socellius Chilo** cf. Eph. epigr. VIII f. 1 710 (n. 142) (p. Vesp.).
41. **M. Suttis Valens** cf. CIL X 3372* (n. 143).

42. C. Tarulius Vitalis cf. CIL X 3387 (n. 118) (p. Vesp.).
43. D. Tullius Aelianus cf. CIL X 3374* (n. 144).
44. L. Valerius Hispanus cf. CIL X 3375* (n. 145).
45. Cn. Valerius Priscus cf. CIL X 2 7592 (n. 146) (a. Vesp.).
46. M. Valerius Priscus cf. CIL X 3383* (n. 147).
47. C. Velonius Macer cf. CIL X 3376 (n. 148) (p. Vesp.).
48. L. Vibius Romulus cf. CIL X 3665* (n. 149).

b) Ravennates.

1. C. Aemilius Severus cf. CIL XI 340* (n. 150).
2. Aurelius Sabinus cf. CIL XI 183* (n. 151).
3. M. Aurelius Zenodotus cf. CIL XI 40* (n. 152).
4. Calpurnius Faustinus cf. CIL XI 671* (n. 153).
5. C. Caninius Germanus cf. 'L'année épigr.' 1892 n. 22 (n. 154) (p. Vesp.).
6. C. Cassius Seneca cf. CIL XI 49* (n. 155).
7. C. Iulius Valens cf. CIL III 322 (n. 156) (p. Vesp.).
8. Plator cf. CIL III 2 p. 850 (n. 5) (Non. Apr. 71).
9. Sabinus cf. CIL V 2834* (n. 157).
10. Selenus Severus cf. CIL IX 3891 (n. 158) (p. Vesp.).
11. M. Vettius cf. CIL IX 42 (n. 159).
12. . . . tivus cf. Eph. epigr. IV 923 (n. 160).

c) Incerti septem.

1. Arrius cf. CIL X 3385 (n. 161).
2. Cattius Sossius Felix Scriba cf. CIL X 3380 (n. 162).
3. Caesius cf. CIL X 3390 (n. 163).
4. Cedicius cf. CIL X 3600 (n. 164).
5. Valerius Rufus cf. CIL VI 3165 (n. 165).
6. Zenon cf. CIL X 2 7288 (n. 166).
7. cf. CIL X 3338 (n. 167).

APPENDIX I.

De quattuor classiariorum Romanorum monumentis.

Cum plurimae, quae exstant in monumentis, militum terrestrium Romanorum imagines varium in modum editae sint, e parvo, quae investigatae sunt, imaginum numero classiariorum una usque adhuc, quantum scio, typis expressa est. Debetur autem illa imago Statii Rufini cuiusdam classiarium Misenensis, cuius exemplar exstat Athenis, Benndorfio¹⁾, qui omnem formam habitumque viri summa cum arte delineavit. Nec minor gratia habenda est Huebnero, qui Benndorfii imaginem accuratissima descriptione explanavit.²⁾

Sed quoniam exinde nulla iam classiariorum imago expressa est, praesertim cum Huebnerus optaverit, ut aliae quoque classiariorum imagines emitterentur, non alienum esse putavi quattuor alias huic dissertationi adiungere, quas mihi Conzius vir doctissimus Berolinensis benigne tradidit, Vindobonensium academiae, cuius sunt illae imagines, concessu.

Sic vero quattuor illas imagines tractabo, ut et aperiam, quomodo cognoscamus ex illis vestem armaque classiariorum et moneam, quae Huebnerus mihi non recte videatur de Benndorfii imagine disputasse.

Sed priusquam ordiar descriptionem, quattuor classiariorum illorum nomina proferenda sunt, quorum imagines mihi proposui illustrandas. Sunt autem:

I. M. Iulius Sabinianus Misenensis (tab. 4), cuius monu-

1) cf. 'Arch. Zeit.' vol. XXVI tab. V. Imaginis illius imitationes vide in Darembergii lexico (p. 1223*) atque apud Schreiberum ('Culturhistor. Bilderatlas' tab. 43 n. 20).

2) 'Arch. Zeit.' vol. XXVI p. 40—42.

- mentum exstat Athenis prope ad ecclesiam, quae dicitur Hagia Triada (cf. CIL III 2 6109) (n. 108);
- II. T. Taronius Celer Ravennas (tab. 5), cuius imago inserta est muro domus in via Asclepii Piraei¹⁾ (cf. CIL III 557) sitae;
- III. M. Valerius Capito Misenensis (tab. 6), cuius sepulcrum reperitur in via *Ἐπιπολας* Piraei in aedibus Antonii Maninae (cf. CIL III f. 1 7290) (n. 105);
- IV. T. F. Sabestianus Misenensis (tab. 7), cuius simulacrum Thessalonicae repertum nunc collocatum est in museo publico Constantinopolitano Tschinili Kiosk (cf. CIL III f. 1 7327) (n. 168).

Ac primum quidem ut vestem illorum perlustremus, omnes sunt tunicati. Non tamen vestiti sunt eodem omnes amictu. Sunt enim paenula tecti Sabinianus atque Capito eaque paenula sine cucullo superne consuta, ad genua defluente, cuius formam novimus e monumentis Baumeisteri (imag. 1930 p. 1838).²⁾ At Sabestianus indutus est sago, quod ad ultimam dextram oram nodulo fimbriae decore confluctuat. Atque illius sagum reiectum est, ut agitare liceat manus, operiuntur autem umeri Statii Rufi, ut est in Benndorfii tabula ('Arch. Zeit.' XXVI tab. 5), eodem vestimento. Mommsenum quidem indicare (cf. CIL III f. 1 7327 adn.) Sabestianum esse paenulatum satis habeo commemorasse. Quonam scilicet tegmine Taronius Celer adoptus sit, diiudicare non ausim, quoniam simile velamen in monumentis nusquam reperitur. Videtur autem vestis eius, quae usque ad coxas dependet, adverso pectore esse consuta, atque haud scio an laena ille vestitus sit, quod, ut patet e Nonii verbis (P. 541, 4): 'laena, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur', vestimentum erat militare.

Tunica vero, ut alte posset cingi, cingulo continebatur,

1) Qua de re Conzius me monuit. Exstabat autem illa imago antea in hortis apothecarii Stab.

2) Quattuor, quas novimus, paenulae formas Albertus Mueller persecutus est (cf. Philol. vol. XL p. 228—230). Quarta autem, quam ille describit, paenulae forma Sabinianus atque Capito induti sunt.

quod re vera quattuor illis simulacris manifestum fit. Ac profecto in Sabestiani imagine a lapicida supra cingulum tunicae sinus efficti sunt. Nec tamen plerumque totum cingulum conspicitur, cum in Sabiniani atque Capitonis imaginibus maxima cinguli pars ima paenula cooperiatur. Ceterum varia erat forma cinguli. Nam cum Sabestiani cingulum omni careat ornamento, Sabiniani, Capitonis, Taronii cingula loreis limbis distincta sunt, quae apud Sabinianum quadrati, apud Capitonem atque Taronium speciem habent anuli.

At braccæ, quæ in Statii Rufini effigie perspicue apparent, in quattuor his imaginibus plane desiderantur, propterea fortasse non adumbratæ, quod vestimentis illorum maxima contegitur femorum pars.

Placet hoc loco brevi exponere, quinam vesti fuerit color classiariorum, idcirco potissimum, quod Camillus de la Berge (Daremb. 'dict.' p. 1223^b) e versibus Plautinis (Mil. glor. IV 4 v. 1178 seq.):

'Causiam habeas ferrugineam et scutulam ob oculos laneam, Palliolum habeas ferrugineum, nam is colos thalassicust' perperam mihi videtur collegisse atra fuisse classiariorum vestimenta. Nequaquam enim classarius, sed nauta a Plauto inducitur. Immo vero classiariorum vestem veneto colore fuisse memoriae traditum est apud Vegetium (l. IV 37): 'nautæque vel milites venetam vestem induunt, ut non solum per noctem, sed etiam per diem facilius lateant explorantes.'

Tum, ut de pedum tegmine dicam, Sabinianus, Taronius, Capito caliga, quæ erat gregariorum, instructi sunt. Hac igitur re a Statio Rufino differunt, cuius calceamentum non loris deligatum est, sed totum pedem usque ad talum obtegit atque superne constringitur eundem in modum, quem habes in tabula 1035 Darembergii lexicæ (p. 850). Quodsi classiariorum calcei, quos supra descripsimus non plane eandem præbent formam, id tamen tenendum est non egere eos calceamentis, quoniam invicem e Suetonii verbis iam alio loco allatis (V. Vesp. c. 8): 'classarios vero, qui ab Ostia et Puteolis pedibus per vices commeant, petentes constitui aliquid sibi cal-

ciarii nomine, quasi parum esset sine responso abegisse, iussit post haec ex calciatos cursitare; et ex eo ita cursitant' efficiendum videtur, nudis pedibus incessisse inde a Vespasiani principatu classarios. At non dicit Suetonius classarios omnes non caligatos fuisse, sed id solum classarios, qui ab Ostia et Puteolis Romam proficisci solebant, intectis pedibus cucurrisse. Minime enim verbum illud 'cursitant' ad classarios quadrat, qui in navibus versantur. Num vero verbis illis Suetonianis omnino sit fides habenda, non possumus disceptare, quoniam in omnibus illis monumentis Romae detectis nusquam reperiatur imago.

Iam dicendum est de armis, quibus classarii ornati sunt. Ac frustra quidem in quattuor illis simulacris galeas classiariorum requirimus, quamquam apud Vegetium (l. IV 44) legimus: 'praecipua ergo esse debet tegminum cura, ut catafracti vel loricati galeati etiam et ocreis muniti sint milites'. At minime esse in eo offendendum confestim apparebit, si, quod Huebnerus¹⁾ observavit, respexerimus monumentorum sculptores, ne oris lineamenta difficiliter recognoscerentur, galeatos effingere milites non esse solitos. Non igitur est cur de Vegetii testimonio, quo confirmatur classarios galeis armatos fuisse, dubitemus.

Quod tamen apud eundem Vegetium legimus (l. IV 44): 'scuta quoque validiora propter ictus lapidum et ampliora sumuntur', id classiariorum, quas propono, imaginibus optime illustratur. Omnes enim quattuor scutati sunt et in eo tantum inter se discrepant, quod Sabestianus validissimam gerit parmam, quam Lindenschmidtio²⁾ auctore auxiliares potissimum gestare solebant, tres vero illi ceteri scuto sunt armati.³⁾

1) 'Relief eines röm. Kriegers im Museum zu Berlin' 1866 p. 17.

2) 'Tracht und Bewaffnung des röm. Heeres während der Kaiserzeit' p. 15.

3) Statui nequit Taronium dextra baculum, non scutum gestare. Nam quicumque Sabiniani atque Capitonis imagines inspexerit observaveritque, quomodo illi digitos scutum tenentes distendant, concedet in Taronii effigie plane idem esse cernendum. Nimirum Taronii scutum superficie tenuissima est effictum.

Minime autem mirum videtur scutis instructos fuisse classarios, quoniam eos saepissime terra militavisse vidimus. Est igitur reiciendum, quod Huebnerus Vegetii verbis neglectis opinatur classarios navium munimentis protectos scutorum expertes dimicavisse, quod Statius Rufinus scuto non esset munitus. At in illius simulacro scutum sculptoris culpa est omissum.

Haec de tegminibus classiariorum. Iam tela videamus. Instructi sunt Sabinianus atque Taronius dextro latere gladio, pugione sinistro, in Capitonis autem effigie nihil apparet nisi a dextra parte gladius, in Sabestiani imagine pugio a sinistra. Quemadmodum vero gladius atque pugio pendeant ex cingulo, e Taronii simulacro perspicimus, cum in ceteris non appareat propter paenulam. Insuper autem Sabinianus Capito Sabestianus hastam brevi spiculo praefixam tenent in manibus.

Attamen Taronius Celer non gestat hastam, sed rem speciei quadratae quandam sinistra videtur portare, quam plane similiter in Statii Rufini simulacro a sculptore effictam esse videmus. Quid nempe sit illud quadratum, viri docti valde dissentiunt.¹⁾ Atque cistam esse illud quadratum Rhusopulos suspicatur, codicem esse ansatum, qui honestae missionis tabulam continuerit, Huebnerus affirmat, librum esse contendit Mowatus ('Bull. épigr.' VI p. 164), Bernhardius²⁾ denique tabulas litterarias loris constrictas. Sed ut Rhusopulo respondeam, quadratum illud cistae magnitudinem non adaequat. Nec cum Huebnero codicem esse ansatum licet statuere, quoniam classarii demum viginti sive sex sive octo annorum stipendia emeriti honeste sunt missi, Statius autem Rufinus non amplius duodeviginti, Taronius vero Celer ne dimidium quidem illius stipendiorum consumpsit, septem tantum annos in classaria militia versatus. Nec de libello cogitandum est, cum nimis sit grande illud quadratum, nec de tabularum fasciculo, quo-

1) Vide Huebnerum ('Arch. Zeit.' XXVI p. 41. 42. 90).

2) 'Textbuch zu Schreibers Culturhistor. Bilderatlas' p. 242.

niam lora neque in Benndorfii lineamentis neque in effigie, quam propono, perspiciantur.

Itaque cum doctorum virorum sententias minime comprobare liceret, Woltersium instituti archaeologici secretarium adii, ut quadrati illius accuratam descriptionem exhiberet, sperans eius opera rem illam obscuram posse detegi. Ille quidem voluntati meae libentissime obsecutus rem illam hunc in modum describit: metulam esse quadratam hebetem, cuius angustior superficies vergat ad spectatorem, cum basis sit in recessu imaginis; quoniam vero effigies illa nimis neglegenter insculpta sit, fortasse formas illas indiligenter insculptas esse. Sed cum ne hic quidem vir doctus, quomodo illud quadratum explicandum sit, animo possit informare, nihil restat, nisi ut quadratum illud capsulam nescio cuius usus esse statuamus.

Ut denique pauca de quattuor illarum imaginum specie proferam, Sabestiani atque Capitonis monumenta praeter cetera parum accurate insculpta sunt, quamquam omnino, ut adnotavit Mommsenus (cf. CIL X p. 318^b, X 3592 adn., X 3598 adn.), classiariorum tituli rudi arte fabricati sunt. Ac ne Sabiniani quidem simulacrum, quibusdam in rebus diligentissime confectum, iustum in modum delineatum est, praeterquam quod litterae tituli nimis neglegenter incisae sunt.

Imprimis autem plane nulla est figurarum proportio. Nam cum Sabiniani atque Sabestiani statura iusto humilior sit, Capitonis figura eximia eminent magnitudine.

APPENDIX II.

De tabula Graeca ad Misenatem classem pertinente (n. 173).

In altera hac appendice tabulam Graecam, quae est de veteranis quibusdam Misenensibus interpretandam mihi proposui. Est autem tabula illa in papyro scripta, quae in museo Berolinensi conditur, a Wilckeno ¹⁾ nuperrime edita.

1) cf. syll. papyr. musei Berol. 1893 fasc. 5 n. 113 (n. 173).

Sic vero habeo in animo tabulam illam pertractare, ut non solum, quae ibi exstant, vocabula memorabilia accuratissime exponam lacunasque, quoad licet, compleam, sed etiam explanem, quae fuerint classis veteranorum in patriam civitate data reversorum officia ibi commemorata.

Sed ut a verbis tabulae explicandis emendandisque initium capiamus, in primo versu ἐπικρισις est 'probatio', 'confirmatio', id quod intellegitur e locis duobus rhetorum Graecorum et ex anonymi περὶ τοῦ λόγου σχημάτων verbis (Sp. Rhet. Gr. III p. 122 v. 2 seq.) ἐπικρισις ἐστὶ τοῦ λέγοντος περὶ τῶν προρηθέντων et e scholiorum Hermogenis explicatione ἐπικρισις ἐστὶ λόγου ῥηθέντος ἐπικρίσις καὶ βεβαίωσις. Aliter explicanda videtur Mommseno¹⁾ vox illa ἐπίκρισις, quae legitur ceteroquin et in papyro Vindobonensi ('Griech. Papyri Erzherzog Rainer' 1886 p. 66) et in duabus aliis papyris Berolinensibus ('Sylloge papyr.' fasc. 5 n. 142 et 143). Putat enim ἐπίκρισιν esse militum dilectum. At mentio fit veteranorum, quos denuo lectos esse vix est credibile. Immo inest in ἐπικρίσεως vocabulo notio veteranorum privilegia recensendi.

Ἡγεμῶν vocabulo, quod in eodem primo versu legitur, Graeco sermone Aegypti praefectum significari exemplis comprobavit Marquardtus ('Staatsverw.' I² p. 442 adn. 7). Laudatur vero in hac tabula C. Avidius Heliodorus Aegypti praefectus, quem quidem iam et e titulo Graeco a. d. III. Id. Aug.²⁾ anni centesimi quadragesimi, ubi ἑπαρχὸς Αἰγύπτου appellatur (cf. CIGr. III 4955), et e nonnullis scriptorum testimoniis cognoveramus.³⁾ Ut eius vitae cursum brevi exponam, versatus adolescens in arte dicendi (D. Cass. l. 71. 22, 2) ab

1) cf. CIL III f. 3 p. 2007^b adn. 1.

2) Indicatur XIII. dies mensis Mesori. Itaque cum I. dies Mesori mensis respondeat diei VIII. a. Kal. Aug. fastorum Romanorum (cf. Ideler, 'Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie' II p. 144), XIII. dies mensis Mesori non est dies prid. Id. Aug., ut legitur in annotatione ad CIGr. III 4955, sed a. Id. Aug. tertius.

3) D. Cass. l. 69. 3, 5 atque 71. 22, 2; Aristides or. XXVI p. 339 Iebb; Spart. V. Hadr. c. XV 5, XVI 10.

Hadriano primum muneri, quod ab epistulis vocatur, tum praefecturae Aegypti praepositus est.¹⁾ Ceterum non est silentio praetereundum eum fuisse patrem Avidii illius Cassii Syriae procuratoris, qui postea rerum potiri conatus est (D. Cass. l. 71. 22, 2). Hac vero ex tabula id novum comperimus Avidium Heliodorum et Gai praenomine distinctum fuisse et a. d. XVII. Kal. Iun. anni centesimi quadragesimi tertii administrare Aegypti praefecturam perseverasse.

Προγραφή notio, quae exstat in eodem versu, explicanda est Latinis vocabulis seu promulgationis seu edicti, id quod e Dionis verbis dilucide apparet (l. 56. 25, 5) *καίτοι οὕτως οὐδὲν τῷ Ἀγούστῳ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἔμελεν ὥστε ἐκ προγραφῆς πᾶσι τῆν τῶν ἀστέρων διάταξιν, ὑφ' ἣν ἐγγένητο, φανερωῶσαι* atque (ibid. l. 63. 9, 3) *τίς γὰρ ἂν προγραφὴ ταύτης χαλεπώτερα γένοιτο, ἐν ἧ Σύλλας μὲν ἄλλοις, Νέρων δὲ ἑαυτὸν προέγραψεν;*

In altero versu in primis, qui apud praefectum Aegypti probationis causa nomina sunt professi, Misenatium classis veterani enumerantur. Nimirum illi ex Aegypto ad classariam militiam conscripti, postquam stipendiis emeritis honeste missi privilegiisque, quae in tertio et quarto tabulae versu afferuntur, donati sunt, tum demum in patriam redierant. Plurimos autem Misenates cum ex Alexandria urbe tum ex reliquis Aegypti regionibus lectos esse iis illustratur indicis, quae in classis illius titulis saepissime leguntur, ut 'natione Aegyptius', 'natione Alexandrinus'. Reperiuntur autem verba illa 'n. Aegyptius' in triginta his inscriptionibus Misenensibus²⁾: CIL VI 3110, 3117, 3127, 3133, X 3381*, 3383*, 3396*, 3403*, 3460*, 3464**, 3469, 3470*, 3481*, 3482*, 3489*, 3514*, 3516, 3520*, 3532*, 3534, 3566, 3568*, 3579, 3583*, 3589*, 3614, X 2 8374, XI 3534, XIV 239, Eph. epigr. VIII f. 1 383,

1) D. Cass. l. 1.; Aristides l. 1.; CIGr. III 4955, ibid. p. 312.

2) In Aegyptiorum classiariorum Misenensium numero habendus est etiam illius classis veteranus C. Longinius Castor, cuius testamentum Mommsenium nuperrime ('Sitzungsberichte der Berliner Academie' 1894 III) summa cum diligentia pertractasse Cichorius benigne me monuit.

verba 'n. Alexandrinus' in hisce septendecim: CIL VI 3093*, 3096, 3112, X 3452*, 3500*, 3504, 3512*, 3535*, 3567*, 3615*, 3617*, X 2 7535, 8208*, XI 1840*, 3524, 3737, Eph. epigr. VIII f. 1 425*. At sex tantum Ravennates profitentur se esse Aegyptios (cf. VI 3159, 3162, XI 29*, 94*, 116*, 3528), unus Alexandrinum (cf. CIL XI 37*), cum quattuor tituli, quorum tres exhibent verba: 'n. Alexandrinus' (cf. CIL X 3564, 3574, 3608), unus: 'natione Aegyptius' (cf. CIL X 3515) nec Misnensi nec Ravennati classi quadam cum probabilitate possint assignari. Quodsi quis accuratius quaeret, e quibus provinciis classium Italicarum milites conscripti sint, et perlegenda ea sunt, quae exposuit Mommsenus (cf. Herm. vol. XVI p. 464—467 et XIX p. 31—39, 46), et tabulae inspiciendae in V. volumine (p. 159—249) Ephemeridis epigraphicae editae, quibus ille conscribendi rationes accuratissime illustravit. Eadem de re Hermannus quoque Ferrero nonnulla protulit cf. 'L'ordin.' p. 42—45 atque 'Mem. di Tor.' XXXVI p. 12—14.

Verbis, quae in tertio quartoque tabulae versu leguntur *ἐπιτιχόντες σὺν τέκνοις καὶ ἐγγόνοις τῆς Ῥωμαίων πολειτίας καὶ ἐπιγαμίαν πρὸς γυναῖκας, ἃς τότε εἶχον, ὅτε αὐτοῖς ἢ πολειτία ἐδόθη, ἢ εἴ τινας ἄγαμοὶ εἶεν, πρὸς ἃς ἐὰν μεταξὺ ἀγάγῃσι* paene ad verbum formula illa Latina exprimitur, quae permultis in veteranorum privilegiis, ut CIL III 2 p. 878, reperitur: 'ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut, si qui caelibes essent, cum iis, quas postea duxissent.'¹⁾

Quinti versus initium mutilatum est. Quae tamen ibi scripta fuerint, perspicue apparet, si rationem habemus formulae item in omnibus fere veteranorum privilegiis repetitae: 'dumtaxat singuli singulas', qua formula ius conubii ita definitur, ut singuli milites non plus una muliere in matrimonium ducant.

Attamen Wilckenus lacunam, quae exstat quinto versu

1) Confer quoque CIL III f. 3 p. 2013*.

ineunte, haud feliciter ita explere conatus est, ut participium verbi inserendum esse censeat, ad quod referendus sit genitivus ille *μιᾶς*. Neque enim facile tale participium investigabitur. Immo pro certo affirmans Latinum illud 'dumtaxat', quod in tabula Graeca nequaquam licuit omittere Graeco vocabulo *μόνον* esse redditum, sic quinti versus initium restituendum esse puto: *τύχοι μόνον μιᾶς ἑκαστος*. Comprobatur autem illud *τύχοι* eo, quod a Wilckeno post trium vel quattuor litterarum spatium littera *ι* certe est lecta. Quod sequitur *μόνον* vocabulum, item totidem litteras exhibet, quot Wilckenii illud *μενοι*, qua in voce ipse litteram *ε* coniectando assecutus est.¹⁾

Verba: *ἕτεροι οὐετρανοὶ οἱ χωρὶς χαλκῶν* eiusdem quinti versus quid significant, plane apparebit, si consideraverimus publica illa ab imperatoribus comprobata veteranorum privilegia insculpta esse in tabula aenea²⁾, Romae aut in Capitolio (cf. CIL III 2 p. 844 seq.) collocata aut cuiuslibet templi muris praefixa (cf. CIL III 2 p. 875—878). At *οὐετρανοὶ οἱ χωρὶς χαλκῶν* ii putandi sunt veterani, qui in provincia honeste sunt missi. Illos autem non plane iisdem privilegiis esse donatos atque ceteros veteranos inde elucet, quod, ut legimus in sexto tabulae versu *καὶ αὐτοὶ ἐπιτυχόντες μόνοι*³⁾ *τῆς Ῥωμαίων πολιτείας*, civitatem non impetrabant nisi sibi solis⁴⁾.

1) Quod nuper Krebsius litteris certiore me fecit versu illo quinto ineunte fortasse verba legenda esse *καὶ μέχρι μιᾶς ἑκαστος*, quoniam in nono versu tituli 265 sylloges (fasc. 9) verba exstarent *πρὸς ἃς ἔαν μεταξὺ ἀγάγων* (sic) *τοῦ μέχρι*], equidem assentiri non possum. Namque in iis, quae profert vir ille doctissimus, *καὶ* particula ferri nequit.

2) In veteranorum privilegiis extremo loco semper verba afferuntur: 'descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae est Romae'.

3) Perverse legitur illud *μόνοι* in alius papyri verbis *σὺν τέκνοις καὶ ἐγγόνοις ἑτέροις μόνοι* (cf. syll. fasc. 9 n. 265 v. 6). Neque tamen in papyro aliud quidquam exstare Krebsius denuo litteris examinatis affirmavit. Est igitur hoc loco statuendum oculos scribae ad undecimi versus verba *τυχόντες μόνοι τῆς Ῥωμαίων πολιτείας* aberravisse. Pariter in quinto versu tituli 113 sylloges (fasc. 5) verba *καὶ ἕτεροι οὐετρανοὶ* male esse repetita Mommsenus adnotavit (cf. CIL III f. 3 p. 2006^a et 2016^a).

4) cf. de his Mommsen, CIL III f. 3 p. 2006^b 2007^a, 2016^a.

Sed alii quoque: *Ῥωμαῖοι καὶ ἀπελ καὶ δοῦλοι* apud praefectum Aegypti nomina dederunt, nec potest dubitari quin, cum primo loco liberi, tertio servi enumerentur, medium locum libertini tenuerint. Quod contra Wilckenus adnotat illud *ἀπε* fortasse commutandum esse in *ἀγε*, equidem non intellego. Cum vero *ἀπελεύθεροι* vocabulo, quo liberti a Graecis significari solebant, lacuna, quae indicatur a Wilckeno, octo sive novem litterarum minime compleatur, haud scio an *ἀπελευθερικοὶ* notio, quae, quamvis sit rarior, apud Plutarchum et in Sullae ¹⁾ et in Ciceronis ²⁾ vita legitur atque spatium illud octo sive novem litterarum optime explet, septimi versus initio inserenda sit.

Qui indicantur in tabula dies, perscripti et secundum Romanos et Aegyptios fastos (v. 8 et 9), intra quos homines, in priore tabulae parte commemorati, apud praefectum Aegypti nomina sunt professi, recte computati sunt a Wilckeno. Restat, ut signum[†], in versu octavo post *Μεχελρ* nomen a Wilckeno indicatum, paucis absolvam. Videtur autem illud optime ad articulum *ῆ* esse supplendum.

Quo anno tabula sit conscripta, sic indicatur, ut Antonini Pii imperatoris annus vertens commemoretur (cf. v. 9 et 10). Plerumque tamen in papyris notio illa *τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους*³⁾ omittitur. Neque enim legitur praeter hunc locum nisi in papyro 79 v. 15 (fasc. 3) atque 121 v. 5 (fasc. 5).

Notione illa *δικαιώματα*, quae est in decimo versu, iura significari, quae aliquis exercet e Thucydidis (l. I 41, 1) verbis *δικαιώματα μὲν οὖν τάδε πρὸς ἑμᾶς ἔχομεν* elucet. Nimirum Graeci posterioris aetatis *δικαιώματα* notione idem

1) c. I 6: ὕστερον δὲ ἤδη κρατοῦντος αὐτοῦ καὶ πολλοὺς ἀποκτινύντος ἀπελευθερικὸς ἄνθρωπος . . . ἀνείδισε τὸν Σύλλαν.

2) c. VII 3: ὡς οὖν ἀπελευθερικὸς ἄνθρωπος ἔνοχος τῷ ἰουδαΐζειν ὄνομα Κεκλίος ἐβούλετο . . . κατηγορεῖν τοῦ Βέρρου.

3) Compendio *Ϛ*, quod in papyris saepissime legitur (cf. syll. fasc. 5 pap. 114 v. 5 et 15) *ἔτους* vocabulum significari adnotat Wilckenus (cf. syll. p. 132).

significare solebant, quod Romani privilegiorum sive diplomatum voce.¹⁾

Cum ex undecimo versu fragmenta tantum tabulae exstent, nihil iam reliquum est, nisi ut suspicemur, quaenam ibi perscripta fuerint. Est autem praeter cetera memoratu dignum, quod in illa tabulae parte legio II Traiana Fortis nominatur. Quam legionem a Traiano institutam in Aegypto fuisse collocatam discimus e Dionis verbis (l. 55. 24, 4) *Τραιανὸς τὸ δεύτερον τὸ Αἰγύπτιον*. Nec minus comperimus e titulo 3456 sylloges Orellianae (vol. II) eam Pio quoque imperatore versatam esse Alexandriae.²⁾ Sed cum memoriae traditum sit Aegyptiacas legiones sub praefecto fuisse Aegypti³⁾, si undecimi versus exeuntis verba *ἐκάστῳ ὀνόματι παραγενομένῳ* respicimus, in quibus praefecto aliquis commemoratur, qui adfuit nominum *ἐπικρίσει*, licet opinari praefectum Aegypti in difficillimo *ἐπικρίσεων* negotio a quovis duce legionis II Traianae esse adiutum. Quae sententia confirmatur potissimum eo, quod in alia papyro (cf. syll. fasc. 9 n. 265 v. 12 seq.) apertis verbis⁴⁾ scriptum legimus Sabinum legionis II Traianae tribunum Marci Petronii Aegyptiaci praefecti iussu *ἐπικρίσεις* administravisse.

Quaenam in tabulae fine promulgata sunt, per se non apparent, quoniam praeter litterarum quaedam vestigia admodum tenuia omnia evanuerunt. Id tamen, si tituli 265 (fasc. 9 syll.) finem respexerimus, in quo eadem fere commemorari videntur, licet coniectare ibi indicatum fuisse, qua de causa *ἐπικρίσις* sit instituta.

Omnibus igitur rebus notabilioribus singulatim pertractatis ea, quae exstant in tabula illa, hunc fere in modum complecti

1) cf. Du Cange in graecitatis glossario (I p. 309): 'δικαιώματα recentioribus Graecis et in Basilicis appellantur privilegia, chartae, diplomata et instrumenta, quibus iura in res asseruntur'.

2) cf. Marquardt, 'Staatsverw.' I² p. 442 adn. 5; Onom. Forc. IV p. 75^b; Pauly, 'Realencyklopädie' IV p. 874.

3) cf. Marquardt, l. l. I² p. 442.

4) *Ἐξ ἐγκελεύσεως Μάρκου Πετρωνίου [Ὁ]νωράτου ἐπάρχου Αἰγύπτου δ(ι)ὰ Μάλσου Σαβέλνου χειλιάρ(χο)υ λεγεώνος β] Τραιανῆς Ἴσχυρᾶς.*

licet: haud ignorabamus, ut hoc non taceam, unumquemque veteranorum civitate aliisque privilegiis donatum tabulae illius publicae, qua privilegia illa decreta erant, exemplar accepisse a compluribus testibus confirmatum, quoniam in omnibus, quae exstant, veteranorum privilegiis et verba: 'descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae est Romae' leguntur, et complures diploma illud genuinum esse nominibus suis testantur. Neque aliter potest explicari et Ravennatis veterani tabulam, qui in classe sub Numerio Albano praefecto meruerat, in vico 'Ilbono' in interiore terra Sardiniae orientalis sito repertam esse (cf. CIL III 2 p. 874) et Misensis veterani tabulam sub Vespasiano anno septuagesimo primo conscriptam in vico 'Grabarje', qui est in Pannonia inferiore, esse effossam (cf. CIL III 2 p. 851). Hac vero, quam interpretamur, tabula discimus legem fuisse, ut peregrini veterani, ubi in patriam reverterent civitate conubioque donati (cf. v. 3 ἐπιτιχόντες), apud provinciae procuratorem et nomina profiterentur et privilegia proferrent. Id quoque comperimus provincialium procuratoribus munus delatum fuisse eorum, qui in provincialium numerum sunt asciti, civitatis examinandae.

Quorum vero privilegia comprobata erant, illorum nomina relata sunt in volumen, quod vocatur τόμος ἐπικρίσεων (cf. v. 1) procuratoris. Sed ut veteranis illis, quorum privilegia a provinciae procuratore probata erant, certum adesset testimonium, quo confirmarent sibi posterisque re vera civitatem Romanam esse decretam, unicuique eorum procuratoris ἐπικρίσεως exemplum videtur esse exscriptum. Neque enim aliter licet mea quidem sententia verba, quae exstant initio, explanare ἀντίγραφον ἐπικρίσεως οὐτρανοῦ καὶ . . . θυγατρὸς αὐτοῦ (cf. syll. fasc. 5 p. 129).

n. 11.

CIL II 1083.

Alcalae.

M. Calpur[nio M. f. Gal.] Senecae Fa[bio Turpioni]
Senti[natiano]

n. 12.

CIL III 2 p. 880 = CIL III f. 3 dipl. LVI.

Tariani.

. iis qui militaverunt in classe praeteria] Misen-
nensi quae est sub Valerio Paeto]

n. 13.

CIL V 2 8659.

Concordiae.

P. Cominio P. f.] Cl. Clementi] praef. classium praet.]
Misenens. et Ravenn.] praeposito a cens. proc.] Aug. XX.
her. proc. Aug. provinc. Lusitan. proc. Aug.] prov. Daciae
Apolensis] subpraef. ann. proc. Aug.] ad famil. glad. Transpa.
] proc. Aug. XX. her. per Hisp.] citer. omnib. equestrib.]
milit. funct. pontif. patron. coloniar. Conc.] Aquil. Parmens.
Venafr.] ordo Conc.

n. 14.

L'année épigraphique 1890 n. 151.

Concordiae.

P. Comi[nio P. f.]] Cl. Cle[menti]] honorat. e
[praef.]] coh. V. Ling[onum trib. mil. leg. I.]] Adiutr. P. F.
. [in]] expedition[e Germanica corona]] mu-
rali has[tis puris don. ab impera]torib. Caes. An[tonino et Vero]]
Armeniac. Me[dic. Parthic.]] praef. alae I. Si[ngularium c. R.
proc.]] ad XX. hered. pe[r Hispaniam citerio]rem proc. ad
f[amil. glad. Transpad.]] per Italiam p. [praef.]]
classis pr. Mis[en. et Ravenn.]] proc. Daciae [Apolensis].

n. 15.

L'année épigraphique 1888 n. 66.

Romae.

L. Iulio Veh[il]lo Gr[ato]] Iuliano pra[ef.] pr. praef.] ann.
a rationib'. praef. c[lassis p]raet. Misenat. pra[ef.]] classis praet.
Raven[nat. proc.] Aug. et praep. vexil[la]tion. tempore belli
[Britannici pr]oc. Aug. provinc.] Lusit[aniae] et Vett[oniae] proc.
A]ug. et praeposit.] vexillationis per proc. Aug.]
et praef. classis Po[ntic]a[e] proc. Augg. e]t pra[ep.]] vexilla-

tionis per Achaiam et Macedoniam || et in Hispanias adversus Castobocas et || Mauros rebelles praeposito vexillatio[nibus] tempore belli Germanici et Sarmat. || praef. alae Tampianae praef. alae Her[culanae] trib. cohort. primae Ulpiae Pan[oniorum] praef. cohort. tertiae August. || Thracum donis militaribus donato ab impe[rato]ribus Antonino et Vero ob victoriam || [belli Parthi]ci item ab Antonino et || [Commodo ob vic]tor. belli Germ[an]ic. || [et] S[armatici]

n. 16.

L'année épigraphique 1888 n. 14.

Romae.

L. Iulio Ve[hillo . . .] || Iuliano pr. || ann. á r[ati]onib'. praef. e[lassis] Misenen. prae.] || classis praet. Raven[natis . . .] . . . || tion. tempore belli || Lusit[aniae] et Vett

n. 17.

CIL IX 1582.

Beneventi.

Cn. Marcio Cn. fil[i]o Rustio [Rufino praef. co]||hortium vigilum p[r]aeposito an[nonae] imp. L. Septimi] || Severi Pii Pertinac. e[t] M. Aurelii Anton[ini] Augg. praef.] || classium praetoria[rum] Misena[tium] [et Ravennat. trib. co]||hortium primae praet[or]iae XI. urban. [VI. vigil. prim. || pil. legi]onum III. Cyrenaicae III. Gall[icae] || [Salinato]riae P. fil. Augustinae ei[us].

n. 18.

CIL X 1127.

Mercogliani prope Abellinum.

Cn. Ma[rcio] || Cn. f. Stel. Rust[io] Rufino] || praef. class. pr[aet. Misena.] || praef. class. Rav[enn. proc.] || Aug. prov. Syria[e trib.] || coh. I. praet. tri[b. coh. XI. ur]||ban. trib. coh. VI. [vig. proc.] || Transpadan. p[ro]c. Au[gust. ordinib]us ex] || equite Roman[o exercitato]||ri equit[um] praetorian.] || > coh. I. [pr. leg. III. Cyr. III. Gall.] || XV. Ap[oll.]

n. 19.

CIL VI 1056.

Romae.

imp. Caes. M. Aurelio || Antonino Aug. Severi || Aug. n. filio Parth. Max. || trib. pot. VIII cos. II || coh. I. vig. An-

toniana || Cn. Rustius Rufinus praef. vig. || Ti. Claudius Marcellinus || trib. |

n. 20.

CIL IX 1583.

Beneventi.

D. M. || [R]ustiae Sa[[bi]nae quae || [vi]xit ann. VII || m[e]n-
sibus XI || dieb. II || Cn. Marci[us] || Rustius Rufin. || pater
tr. e[oh.] || VI. vig. e[t] || Salinatoria || Augustina || mater filiae
dulcissimae.

n. 21.

Eph. epigr. VII 1204.

Ostiae.

imp. Caesari || L. Septimio Severo || Pio Pertinaci Aug. ||
Arabico Adiabenco Parthico Maximo || Felici pontifici max.
trib. pot. XV imp. XII || cos. III p. p. divi Marci Antonini
Pii || Germanici Sarmat. fil. divi Commodi || fratri divi Anto-
nini Pii nepoti || divi Hadriani pronepoti divi || Traiani Par-
thici abnepoti || divi Nervae adnepoti || restitutori castrorum ||
Ostiensium || sub Cn. M. Rustio Rufino pr. vig. e. v. || curan-
tibus || C. Laecanio Novatilliano sub. pr. et || M. Fl. Raesiano
trib. coh. II. vig. || praeposito vexillationis.

n. 22.

Eph. epigr. VII 1205.

Ostiae.

imp. Caesari || M. Aurelio Antonino || Pio Aug. Felici ||
design. III || trib. potest. X cos. II imp. Caesar. || L. Septimi
Severi Pii Pertinacis || Aug. Arabici Adiabenci Parthici || Ma-
ximi p. p. filio divi Antonini || Pii Germanici Sarmatici nepot. ||
divi Antonini Pii pronepoti || divi Hadriani abnepoti || divi
Traiani Parthici et divi || Nervae adnepoti restitutori || castro-
rum Ostiensium || sub Gn. M. Rustio Rufino pr. vig. e. v. ||
curantibus || C. Laecanio Novatilliano sub. pr. || et M. Fl. Rae-
siano trib. coh. II. vig. praeposito vexillationis.

n. 23.

Eph. epigr. VII 1206.

Ostiae.

Juliae || Aug. || matri August. || et kastrorum || sub Cn. M.
Rustio Rufino pr. vig. e. v. || curantibus || C. Laecanio Nova-

tilliano sub. pr. et || M. Fl. Raesiano trib. coh. II. vig. || praeposito vexillationis.

n. 24.

CIL X 3336 = Kaibel, inscr. Graec. Sic. et Ital. n. 873. Cumis.

Deo || magno || et Fato || bono || Val. Valens || v. p. praefect. || classis Mis. || P. V. Gordianae || votum solvit || Θεῶ μεγίστω καὶ καλῇ Μοίρᾳ || Οὐάλης. ἀρχὴν λαχὼν ἔπαρ|χον Μεισηνῶν στόλου ἔστη|σα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν || ἐμίην.

n. 25.

Eph. epigr. VII 1211.

Ostiae.

Furiae Sabiniae || Tranquillinae || sanctissimae Aug. || coniugi domini n̄. || Gordiani Aug. || curantibus || Valerio Valente v. p. || praef. vigil. v. a. praef. || praet. e. e. m. m. v. v. et || Valerio Alexandro v. e. || subpraef. vigil. item || Iulio Magno v. e. subpraef. || annonae v. a. subpraef. vigil. || cohortes septem vigilum Gordianae.

n. 26.

CIL X 3335 (cf. CIL III 2 p. 896) = CIL III f. 3 dipl.

XCI.

Miseni.

. iis qui militantes sunt in classe praetor. Philippiani seu Misenense que est sub Aelio Aemiliano pr. |

n. 27.

CIL VIII Suppl. 12296.

Bisicae.

M. Cornelio Octaviano v. p. praef. || classis praet. Miseni. || duci per Africam & || Numidiam Mauretania[m]que splendidi|simus ordo & || municipi Bisicensis || patrono incompara|bili ob merita &.

n. 28.

CIL VIII 2 8435.

Setif.

. . . . o et Diis || fratris et hospiti|tibus Diis Mauri|cis et Genio loci || M. Cornel. Octavi.

n. 29.

CIL X 3343.

Puteolis.

[Sarmatico Max Persico Max || Ger-

man]ico Max. VII B[ritann]ico | [Max. Ca]rpico Max. Armeniaco Max. | [Medic]o Max. Adiabenco Max. | [tr.] p. XVIII cons. VII p. p. | . . . O///ius. v. p. praef. class. praet. | [Nu]mini maiestatiq. eius dicatissimus.

n. 30.

CIL X 3344.

Miniscalae.

Schola armatur. | Fl. Mariano v. p. praef. | classis et curatori ≡ | reip. Misenatium cuius | nobis argumentis & | ponte ligneum qui per | multo tempore vetustate | conlapsus adque destitu[tus fuerat per quo nullus | hominum iter facere | potuerat providit fecit | dedicavitque ob meritis eius | honestissimus ordo digno | patrono.

n. 31.

CIL X 4867.

Venafri.

. o. T. f. Ter. Rufo | [trib.] mil. praef. clas. | [II] viro q.

n. 32.

CIL V 533.

Tergeste.

P. Palpellius P. f. Maec. Clodius | Quirinalis p. p. leg. XX. trib. milit. leg. VII. | C. P. F. proc. Aug. praef. classis dedit.

n. 33.

Boissieu, inscr. ant. de Lyon p. 16 = Ferrero 'L'ordin.'

n. 364.

Lugduni.

Minervae | L. Aemilius | Sullectinus | praefectus | classis Ra[ven]natium | dicavit.

n. 34.

CIL VI 3150.

Romae.

D. M. | Aurel. Paulinae | castissime et | obsequentissimae | coniugi quae vixit | annis XLVII mensib. X | M. Aurelius Rigulus | praef. class. Ravenn. | maritus.

n. 35.

Ferr. 'L'ordin.' n. 360.

Pisauri.

P. Cornelio P. f. | Sab. Cicatriculae | prim. pil. bis prae-

fect. ¶ equit. praef. clas. ¶ praef. cohortium ¶ civium Romanor. ¶
 quatuor in Hispan. ¶ trib. mil. II viro et ¶ II vir. quinq. pont. ¶
 d. d. ¶ public.

n. 36.

CIL VI 221.

Romae.

C. Clodio Crispino cos. ¶ Q. Rammio Martiale pr. C. Maesio
 Tertio s. pr. ¶ L. Numerio Albano tr. ¶

n. 37.

CIL X 2 7854 (cf. CIL III 2 p. 874) = CIL III f. 3 dipl.

XLIV.

In vico Ilbone (Sardinia).

. . . . iis qui militant in classe praetoria Ra|vennate quae
 est sub Numerio Albano

n. 38.

'Mitteil. des Arch. Inst. (Röm. Abteil.)' 1891 VI p. 335

= CIL III f. 3 dipl. LXII.

Prope ad Sirmium.

. . . iis qui militaverunt in classe prae|toria Ravennate
 quae est sub Tuti|canio Capitone praef. sex et viginti ¶ sti-
 pendis emeritis ¶

n. 39.

CIL X 6657.

Nettuni.

M. Aquilio M. f. ¶ Fabia Felici ¶ acensus equit. Roman. ¶
 praef. cl. pr. Ravennat. ¶ proc. patrim. bis proc. hered. ¶ pa-
 trim. privat. ¶ proc. oper. pub. ¶ praep. vexillat. p. p. leg.
 XI. Cl. ¶ > fr. patron. col. ob mer. eius ¶ Antiat. publ. ¶

n. 40.

Willmanns II 2840.

Romae.

. Aelius Achilles Cl. Perpetuus Flavianus Eu-
 tychus Aquilio Fellici Hadrasto Aug. lib. ad aedificium quod
 custodiae causa ¶ columnae centenariae pecunia sua exstruc-
 turus est tignorum ¶ vehes decem quanti fisco constiterunt cum
 pontem necesse ¶ fuit compingi petimus dare iubeas litterae
 datae XIII. Kal. ¶ Sept. Romae Falcone et Claro cos. ¶

- n. 41.
 CIL X 2 8325 (cf. Eph. epigr. V p. 100) = CIL III f. 3 dipl.
 LXXXII. Prope Fonni (Sardinia).
 . . . [iis qui militaverunt] in classe praetor. Antoniniana [Ravennate [quae est sub] Gongio Nestoriano]
- n. 42.
 CIL III 4024. Pettaviae.
 I. O. M. [pro salute Gon]gi Nestoriani [procuratoris [Auggg. nnn. [Ianuarius [eorundem [[s]er. c. sc. [v. s. l. m.
- n. 43.
 CIL III 2 p. 899 = CIL III f. 3 dipl. XCIVA.B.
 Prope Ariminum.
 iis qui militaverunt in classe prae. [Deciana P. V. Ravennate que est sub I . . .]ciano praef.
- n. 44.
 CIL VI 3166. Romae.
 C. Claudius C. f. C. n. [Sardus [praefectus cla.
- n. 45.
 CIL X 6320. Terracinae.
 [C]n. Octavio A [praef. classis [aed. pr. II vir [Caudina C. f. avonculo.
- n. 46.
 CIL XI 711. Bononiae.
 nius L. f. Le[m . . . trib.] mil. IIII [III praef. c[astr. imp. Caes]aris Augu[sti [praef. c]lassis II v[ir quin- quenn]alis pont[ifex] [m. cryptam [a sol]o peq. sua d. [d.].
- n. 47.
 CIL XIV 2266. In Agro Albano.
 [Praefe]cti classis [[qu]i vixit annis XXXV.

II. Tituli subpraefectorum classium Italicarum.

n. 48.

CIL X 3334.

Puteolis.

[In his] aedificis et locis & || [adi]acentibus aedificis sive is locus ager est || [P.] Aeli Rufini militis || [omni]bus se possessorem esse ex causa emptionis P. || Aeli Abascanti patris sui Alfenio Senecioni subpraef. || class. pr. Mis. probavit et meruit sententiam quam ius||su eiusdem Senecionis subpraef. huic titulo proscripsit || Senecio c. c. c. dixit || necessariam fuisse inspectionem aedificiorum et || loci de quibus apu[t] me actum est re ipsa manifestatur. || Cum igitur aedificia solo puro posita deprehende||rim neque ullo sepulchro superposita vel coniuncta ap||paret venditionem eorum iure factam ideoque ad Aelium || Rufinum militem ex causa emptionis pertinere videntur. || Loci vero sive agri quem adiacentem aedificis Aelius Abas||cantus pater Rufini ab heredibus Patulci Diocletis aequè || mercatus est. Cum habeat plurima et dispersis locis sepul||chra ius per venditionem transferri ad emptorem || non potuit. Set cum pater Rufini et postea Rufinus quam||quam non iure facta emptione semper in possessionem || fuerint nullo iure eum locum vindicare sibi Patulci pos||sunt. Plane cum in re praesenti inspexerim || erasum Patulci dicunt remanere || experimentia haec verb[a]

n. 49.

Ferrero 'Mem. di Tor.' XXXVI p. 33 n. 583. Thimgad.

C. Annio Flavia||no equo public. || procur. trac||tus Karthagi||niensis procur. || Alpium Atrec||tinarum sub||praefec. classis || praet. Misenens. || praef. alae I Fl. Sa||bastenorum trib. || leg. III. Italic. prae||fec. cohortis IIII. || Raetorum donis || militarib. dona||tus bello Ger||. nico II

n. 50.

CIL V 328.

Parentii.

Neptuno Deisq. Aug. || T. Abudius Verus || Post. subpraefect. || classis Ravenn. || templo restituto || molibus extract. || domo exulta || in area d. d. || concessa sibi dicavit.

n. 51.

CIL IX 5357.

Firmi.

T. Appalio T. f. Vel. | Alfino Secundo | proc. August. XX. hered. | proc. Alpi. Atrectianar. | praef. vehicul. subpraef. | class. praet. Ravenn. pr. | alae I. Aug. Thrac. trib. coh. | I. Aeliae Britton. praef. | coh. IIII. Gallor. patron. | colon. flamini Divor. | omnium augur | II vir quinq. bis | ob merita eius | d. d.

n. 52.

CIL IX 5439.

Falerione.

T. Cornasidio | T. f. Fab. Sabino e. m. v. | proc. Aug. Daciae Apulensis proc. | Alpium Atrectianar. et Poeninar. | iur. glad. subpraef. class. pr. Raven. | praef. alae veter. Gallor. trib. leg. II. | Aug. praef. coh. I. Mont. P. C. auguri Laur. | Lavin. aed. II vir q. q. q. p. p. & | collegia fabrum centon. dendrophor. | in honorem | T. Cornasidi | Vesenni Clementis | filii eius equo publ. Laur. & | Lavin. patroni plebis et collegior. qui ab ipsis oblatum | sibi honorem statuariae in | patris sui nomen memoriamque transmisit &

n. 53.

CIL VI 1643.

Romae.

..... | praef. class. Brit. et [Germanic. et] | Moesic. et Pannonic. ... | proc. et praesidi Alpium | subpraef. class. praet. | trib. leg. XVI. Fl. et praep[os]s. a[lae]

n. 54.

CIL VI 1644.

Romae.

..... ae e. m. v. | [f]uncto & | [p]raef. cl. | [proc. prov. Gal]atiae. | . . . [per] Numidiam | [proc.] prov.

n. 55.

CIL VIII Suppl. 14729.

Ghardimau.

..... | [praef. c]lassis praetori[ae] | [Mise]natium e. v. patron[o] | d. d. p. p. | curatore C. Iulio Optato.

III. Tituli praepositorum classium Italicarum.

n. 56.

CIL III 1919.

Epetii.

D. [M.] | L. Artori[us Iu]stus > [l]e[g.] | III. Gallicae item
 [> le]g. VI. Ferra[tae] item > leg. II. Adi . . . | [i]tem [⊃] leg.
 V. M[a]||c. item p. p. eiusdem . . . praeposito | classis Misenatium . . . [pr]a[e]f. leg. VI. | Victricis duci leg. c[ohort. alarum] Britannici[arum] adversus Arm[orican]s proc. cente[nario] provinciae Li [iure] gladi v[il]vus ipse sibi et suis [ex te]st.

IV. Tituli praepositorum reliquationi classium Italicarum.

n. 57.

CIL VIII Suppl. 14854 (cf. CIL VIII 1322). In Tukâbra.

C. Sulgio L. f. Pap. Caeciliano praef. leg. III. Cyrenai[cae] p. p. leg. XX. Valeriae Victricis praeposito reliquationi classis praetoriae Misenatium Piae || Vindicis et thensauris domini[cis] e]t bastagis copia[rum] devehendar. > leg. III. Aug. et septimae Geminae || et primae Parthicae et XVI. Fl. F. et XIII. G. in provincia Dacia nauarch. classis praetoriae Misenatium Piae || Vindicis optioni peregrinorum et exercitatori mil[i]tum frumentarior. et Sulgiae ||| ae et Sulgio || Apro ||| ||| ||| cii [S]ulgio ||| ||| io ||| ||| irsi || pici ||| fs ||| la ||| l ||| ||| ||| patri et coiu[gi].

n. 58.

CIL X 3342.

Miseni.

[D]ivi Magni Pii A[ntonini] f. || Invic[tus] Pius Felix et supe[r] omnes principes || co[n]lapsam a solo restit[uit] || cur[ante] Sulgio Ca[eciliano].

n. 59.

CIL X 3345.

Miseni.

D. M. || Aureliae Verecundinae || Verae Agrippinae || M. Verecundini Veri p. p. filiae || praepositi reliquationis || class. p[raet.] Misenat. || C. Valeriu[s] ||| Picensinus con[i]ugi in tes[t. amoris].

V. Tituli nauarchorum classium Italicarum.

n. 60.

CIL X 3351.

Miseni.

Q. Augustio | Varo | nauarcho || class. praet. Misen.

n. 61.

CIL X 3349.

Neapoli.

D. M. | Aurelio Candido nauarcho archigy|berni cl. pr. Misen. et Aureliae De|metriae coniugi eius et liber|tis libertabusque posterisque | aeorum se vivi fecerunt.

n. 62.

CIL X 2 8215.

Ad Castellum Volturni.

C. Iulio C. f. | Fal. Magno | nauarc. princ. | clas. pr. Misen. | adlec. in ord. decur. | et inter II virale || decret. decur. p. p. . . . | munic. revere | cuius dedi || decurion . . . | hs XX

dedic & pr & Idus & Au[g.] . . . | Saturnino & et & [Gallo cos.] . . | curant & Q. Servili[o] . . || Ti & Cl. Phile[to II viris].

n. 63.

CIL X 3352.

Baulis.

D. M. s. | Memorio Eilio dulcissimo || Saturninius Isidorus | nauarchus et Vibia Serena | parentes.

n. 64.

Eph. epigr. IV 922.

Romae.

D. Thiasus M. | Valerius Verus | bis nauarcus cl[as]is praetorio Mese|natium vixit | annis XXIII Valerius || Evok. pater et Iulia || mater filio fecerunt.

n. 65.

CIL X 3350.

Neapoli.

. . . . Felix . // . || . . . P. Ael. Iunianus || . . . bis . nauarchus || . . . cum Titia . . || Sperata || sua.

n. 65^a.

CIL X 2 7593.

Carali.

D. M. || C. Fabricio || Ianuario archig. || Fabricia Primi- ginia || patrono b. m. f. ||

n. 66.

CIL X 3348.

Neapoli.

D. M. || T. Fl. Antonino || p. p. leg. I. Adintri. || ex. n.
 princ. cl. || qui vix. ann. LXX || fili patri b. m.

n. 67.

CIL VI 2 8927.

Incert. orig.

Ti. Iulio Aug. l. Hilario || nauarcho Tiberiano || Claudia
 Basilea || viro suo.

VI. Tituli trierarchorum classium Italicarum.

n. 68.

CIL X 3353.

Puteolis.

D. M. || C. Arrii || Aponiani || trierarchi || class. praet. ||
 Misensens.

n. 69.

CIL III 168.

Beryti.

D. M. || M. Aurelio Domitio trierarcho cl. pr. Antoninian.
 Ravennat. || P. V. || Vettia Vetilla Hepes marito bene || merenti
 posuit || [s. q.] h. a. aperuerit aliutve corpus || induxerit dabit
 fisco Caesaris || III d. nummum.

n. 70.

CIL X 3363.

Baulis.

Valeriae Crescentis tr. f. || Severae vix. || an. III m. V.

n. 71.

CIL X 3360.

Puteolis.

Dis Manib. || C. Iulio Postumo || militi ex class. pr. Mi-
 seniens. || testamento fieri iussit de hs II m. || arbit. T. Flavi
 Terentiani tr. || h. m. s. s. e. h. n. s.

n. 72.

CIL X 3357.

Miseni.

C. Iulio Caesaris || l. Automato trierar. || Iulia C. l. Plusia
 soror || fecit et sibi et suis.

n. 73.

CIL X 3358.

Neapoli.

Ti. Iulius Aug. et || August. I. Diogenes tr. || sibi et Nigidiae Eutythiae || coniugi et suis Nigidia Eutythia || S[ta]beriae C. I. Margaritae amicae || suae h. m. h. n. s.

n. 74.

CIL X 3359.

Incert. orig.

D. M. | C. Iulio Her[a]clidae tr. cl. || pr. Misensis || Artemidorus || et Iulius et Heraclida heredes || de hs VI n. ex testamento eius || fecerun.

n. 75.

CIGr. II 3692.

Cyzici.

Ἀγαθῇ [T]ύχη || ὑπόμ[νη]μα Ἰου[λ. Ἀ]ρίας || Ἰουλ. Ἀρίαν γένο[ς] Ἀ[λ]γυπτιαν ἀπὸ κώμης || Θμενταμύρ[ε]ως τοῦ Θεϊνίτου νομοῦ || ἐτῶν νβ συμβιώσασάν μοι ἔτη λ[η] Ἰού[λ] Σε[ρ]ῆνος τριήραρχος κ[λ]άσ. [π]ρα[ε]ωρ. Μεισηνῶν || τὴν [γ]λυκυτάτην σύμβιον εἰ δέ τις τολμήσει || τῷ ταύτης τάφῳ προσ[ε]λθὼν κεινῆσαι [ῆ] || ὀρύ[ξ]αι οὐκ ἀ[πώ]σει τὸν ἐπιρρημένον αὐτῷ || κίν[δ]υν[ον] ἐκλήθ[η]σε[τ]αι γ[α]ρ [τ]υμβ[ω]ρυχ[ί]ας οὐ μόνον ἀ[λλ]ὰ καὶ κατασχεθήσεται || τῷ ὠρισμένῳ π[ρ]οστειμῶ τοῦ ταμείου * B ἔ[τ]ι τ[ε] καὶ τῷ τῆς πόλεως ὁμοίως * A.

n. 76.

CIL XIV 110.

Ostiae.

. . . . e imp. Caes. Com[modo Antonino] Pio Felice sacr. qu || a Dulic. milit. cl. || sent Ostia sub || ti Iusti tr. VII. Id. || [Com]modo Aug. V cos. || . . . Ter. Prisco S.

n. 77.

CIL X 2 8131.

Stabiis.

. C. Longinius Priscus pater || trierarc. cl. pr. Mis. et || Licinia Procilla mater filio || dulcissimo.

n. 78.

Ferr. 'Mem. di Tor.' XXXVI n. 592.

Ferrariae.

D. M. || Iuliae Statiliae || Dativillae || sanctissimae feminae ||

coniugi incomparabil. || P. Manilius Sabinianus || $\overline{\text{tr. cl. pr.}}$
 $\overline{\text{Mis.}}$ fecit.

n. 79.

CIL X 2 7291.

Panormi.

. . . dius Prim[us] triarchus.

n. 80.

CIL X 3364.

Puteolis.

[Sera]pis sibi et || [P]risco $\overline{\text{tr.}}$ || . . decur || . . . imo || [et
 libertis liber]tibus || [posterisque eor]um.

n. 81.

CIL X 2 7823.

Pauli Piri prope Caralim.

D. M. || Cn. Scri. C. l. / || Boni // Puti // || vix. ann. NTI vix ||
 LXIV Cl. ann. LX || [P]udens c. || tr.

n. 82.

CIL X 3479.

Neapoli.

D. M. || C. Terentius Longi||nus optio factionis || artificum
 vixit an||nis XXX militavit an||nis XI Tullius Titia||nus $\overline{\text{tr.}}$ clas.
 praet. Misen. || here. b. m. f.

n. 83.

CIL X 3354.

Neapoli.

D. M. || Felicionis || iubenis reveren||tissimi qui vix. an.
 XXI || men. IIII dies XXVIII || C. Valerius Macrinus || [tr.]
 Augg. bernaes suo || b. m. f.

n. 84.

CIL X 3355.

Neapoli.

D. M. || Fortunati pueri rebe||rentissimi qui bixit annis ||
 XV mes. VII die XII C. Vale||rius Macrinus tr. || alumno suo ||
 mer. ben. fec.

n. 85.

CIL X 3342^a.

Miseni.

[pro] reditu et vict[oria] || ae Aug. m. c. totius[que]
 domus divinae || . . . decur. Misensis et Te[ani] || L. Vit. Trierarc.
 Pris . . . || [pra]ef. leg. III. Gallie. pra[ef.] || Cl. Severo
 et

- n. 86.
 CIL XI 25. Ravennae.
 Aeliae || Maximae fil. || dulcissim. || q. v. a. IIII m. VIII
 d. XX || P. Aelius Maximus || tr. et || Flavia Detelia || parentes
 || infelicissimi.
- n. 87.
 CIL XI 71. Ravennae.
 D & M. || L. Licini Maximi || tr. class. pr. || Ravenn. || na-
 tione Dalmat. || vix. ann. XXXV || milit. ann. XXV || P. Aelius
 Quintus || fratri piissimo || faciendum cur.
- n. 88.
 CIL IX 41. Brundisii.
 Iulia Cleo||patra quae et || Lezbia C. Iuli Men||oetis Anti-
 ochensis || Syriae ad Daphnem || uxor Malchionis || Caesaris
 trierarchi de || triere Triptolemo.
- n. 89.
 CIL XI 86. Ravennae.
 D. M. || P. Petroni Afrodisi . . || ex trierarc[h]. nauarc. . et
 principe cl. pr. Raven . . || et Gaviae Gorgoniae eius || Aelius
 Carpophorus || parentibus.
- n. 90.
 CIL V 1048. Aquileiae.
 Sestia||lini tr. || [e]t lib. Aug.
- n. 91.
 CIL X 3362. Neapoli.
 & D & M & || Stoniciae Ansi||ae & Heliane & Ono-
 maste || coniugi sine & quae||rella & || C & Antonius & Ati-
 nianus & fr &
- n. 92.
 Eph. epigr. IV 925. Romae.
 D. M. || Eudemon vixit || ann. XXXX et || Posis qui vix.
 ann. XI Aurelius Diogenes trier. || libertis suis bene mer. fec.
- n. 93.
 CIL VI 2 8929. Romae.
 Helios Caesaris trierarchus.

- n. 94.
CIL XI 3719. Alsii.
D. M. || Ti. Claudi Maximi || triarchi classis || ////////////////
- n. 95.
CIL X 3356. Neapoli.
D. M. || Aeliae Chry||seidi Aeli || filiae cas||tissimae ♂ || fe-
minae || M. Cocceius || Stephanus || tr. Aug. c. || coniugi || b. m. f.
- n. 96.
CIL VI 2 8928. Romae.
Caspus || trierarchus || Ti. Caesaris hic || situs est.
- n. 97.
CIL V 1813. Gemonae.
Ti. Magio Caeciniano || trierarcho et || Alsiae Postumae
uxori || nf. ns. nc.
- n. 98.
CIL X 3361. Neapoli.
C. Marcius Volson || f. Serg. Maximus tr. || de lib. Aquila
sibi et || Siliae Eutychie uxori || et libertis libertab. posterisq. ||
eorum omnib. t. f. i. ex hs ω adiecit eo || Silia Eutychia con-
iunx hs ω ∞ ∞ ∞ CCC.
- n. 99.
CIGr. III 6182^b. Romae.
*Mv[ρ]σίλλ[ο]ς τριήραρχος || Δημήτριος Δημητρίου || Μόσχος
Μενεράτου || Ζήνων Ζήνωνος || Ἀπολλώνιος Διονυσίου.*
- n. 100.
CIL XI 555. Caesenae.
Silvano || Aug. sacr. || C. Petronius || Longus trierarchus.
- n. 101.
CIL VI 3621. Romae.
D. M. || M. Ploti Pauli qui et || Zosimus tr. Aug. mil. ||
ann. XXIX et Plotiae || Isochrysi patron. || b. m. Plotia Ale-
xandria || lib. fec. et Plotiae || Alexandriae fil. pien. || b. m.
vix. ann. XIII || mens. VII dieb. XVII || et posteris meorum ||
in agr. p. VI in fr. p. VI.

n. 102.
CIL VI 3911. Romae.
C. Poppaeus Aprilis || trierare. v. a. XXX | Eppia Prima
coniugi | suo benemerenti || fecit.

n. 103.
CIL X 3337. Miseni.
Iovi || Strigano || L. Varenius Rufus || tr.

n. 104.
Notizie degli Scavi 1890 p. 152. Romae.
. aedist . . . || . . . ni . Ang. tr. || . . . demi . .

VII. Tituli centurionum classium Italicarum.

n. 105.
CIL III f. 1 7290. In Piraeo.
M. Valeri || Capito naup[h.] || class. pr. Mis. ⊃ Aelian[i] ||
mil. ann. XXII vix. ann. XL //

n. 106.
CIL X 3379. Miseni.
D. M. || M. Antonio Prisco || vix. ann. VIII m. VIII d.
XV || M. Antonius Gemellus || ⊃ III Neptuno pater et || Antonia
Prisca mater filio || piissimo.

n. 107.
CIL XIV 232. Ostiae.
. . . . [vix. ann.] || XXXII mil. a[nnis] || h. b. m. f. An-
tonius Lon|gus VI Ope.

n. 108.
CIL III 2 6109. Athenis.
D. M. || M. Iulius Sabinianus miles || ex clas. praetoriae
Misensis || ⊃ Antoni Prisci vixit annis XXX || militavit annis
VIII natio Besus.

n. 109.
CIL VI 3100. Romae.
D. M. || M. Antonio || Statio || centurioni || class. pr. Misen. ||
qui vix. ann. L || Antonia Statio || patri || pientissimo || fecit.

n. 110.

CIL X 3533.

Miseni.

D. M. || C. Arris Apol||linaris O III Pa||ce Domiti||o filio
suo || b. m. fec.

n. 111.

CIL X 3365.

Neapoli.

D. M. || Cn. Arrius Myro || n. Formianus vet. || ex O cl. pr.
Misen. IIII Ve||sta vix. annis L m||ensibus VIII diebus || XII
Valeria Crispi||na coniunx || b. m. f.

n. 112.

CIL X 3366.

Baulis.

D. M. || Aurelia Iulia || vix. ann. VI men. V || Aureliu. Ma-
cedo O || filiae dulcissi. m. f.

n. 113.

CIL X 3370.

Neapoli.

D. M. || L. Salvio Pudenti militi || ex classe praet. Mis.
de III || Concordia nat. Besso vixit || ann. XXXV milit. ann.
XVI || Barbius Crescens veter. ex || centurionib. eiusd. classis ||
heres b. m. fecit.

n. 114.

Eph. epigr. VIII f. 1 709.

Carali.

D. M. || C. Iulius Candidus || n. Bessus mil. ex clas. || pr.
Mis. v || Bati || Rufi mil. an. XVIII || m. X vix. an. || XXXIIX.

n. 115.

CIL X 2 7595.

Extra Caralim.

D. M. || L. Metteni Mer||catoris mil. cla||ssis pr. Misenen. ||
> Caesili Hispani || nat. Bessus mil. an. || XVIII vix. an. XL ||
L. Mettenius f. et L. || Mettenius Mercu||rius lib. patri et pa||-
trono b. m. f.

n. 116.

CIL X 6800.

Ischiae.

D. M. || Ti. Cl. Pison cen||[t.] III Venere n. Asianus || stip.
XXVI q. v. a. XLIII m. X d. XX || Cl. Marcellina uxor || et
Ti. Cl. Pison filius || b. m. f.

n. 117.

CIL III 556^a.

Athenis.

Q. Staius Rufinus m. classis pr. || Mis. > Claudi Inge. vi.
an. XXXVIII m. an. XVIII.

n. 118.

CIL X 3387.

Incert. orig.

Dis. Manib. || L. Pomponio Varo || mil. ex class. pr. || Mis.
> C. Tarulii || Vitalis vixit an[no]is XXXV milit. || ann. VIII ;
C. Aeternius Rufus L. Staius || Valens > eadem || M. Musidius
Pe[tr]a > Clementis || hered. b. m.

n. 119.

CIL X 3367.

Pollenae.

. || [C]oelio Dorg. || [c]ent. cl. pr. || [vix]sit annis
LX || eius Severinu || rotis lib. || ono.

n. 120.

CIL XIV 234.

Ostiae.

L. Carisi Val[enti] || m. c. p. M. > Dan[ai] || nat. Vessus ||
milit. an. XXI || vix. an. XXXX || Marius Hospitalis || h. b.
[m.] f.

n. 121.

CIL X 3572.

Baulis.

D. M. || T. Dinni Celeris || ☉ III Vesta nat. || Corso stip.
XXII Antonia Nereis coniug. || b. m. f.

n. 122.

CIL X 3389.

Miseni.

☿ D ☿ M ☿ || L. Urbinio Quar[tino] mil. ex clas. || pr.
Misen. > Faeni || Iusti nat. Afer vix. || ann. LX militavit || annis
XXV fecit || L. Valerius Saturn. h. b. m.

n. 123.

CIL X 3381.

Miniscalae.

D. M. || C. Hammonius || Fortis > III Spe. na[tione] Aeg.
vix. || annis XXXVIII in his || mil. an. XVIII C. Pe[tr]onius
Clemens opt. || III Diana amico bene me[r]enti fecit.

n. 124.

CIL X 3373.

Baais.

D. M. || Terentiae Se|cundillae vix. an. || XVIII m̄. VI Iu-
lius || Athenodorus eme|rit. ex c. coniugi dul|cisimae b. m. f.

n. 125.

CIL III 225.

Selinunte in Cilicia.

C. Iulius Celer veter. ex centur. || class. pr. Mis. vibus
sibi et Iuliae || Primillae coiugi b. m. fecit pos||terisque suis
tantum.

n. 126.

CIL III 558.

In Piraeo.

D. M. || Sex. Valeri Pudes S Iul. || Quintini militavit || anos
VIII vixit || anos XXX natio || Besus S. heres || Iul. Apolinaris ||
posuit ex cla || pr. Misenses.

n. 127.

CIL X 3386.

Puteolis.

D. M. || T. Atti Nepotis qui Zecaep. || miles clas. pr.
Misen. > Iulii Quinti || vixit annis L milit. ann. XXVII mens.
VI || Domitius Draco heres b. m. f.

n. 128.

CIL VI 3118.

Romae.

D. M. || M. Iul. Satulli veter. || et > ex cl. pr. Mis. vixit ||
annis XLV hered. He|dia lib. et coniu|x] || fecit sibi et suis ||
post. eorum.

n. 129.

CIL XI 3533.

Centum Cellis.

D. M. || P. Memmio Valenti || mil. cl. pr. Mis. || natione
Bessus centu||ria Iuli Sereni || vix. an. XXX mil. || an. VIII
fecit Q. Iulius || Dolis mil. cl. eiusdem || heres b. m.

n. 130.

CIL X 3384.

Miseni.

D. M. || Ulpiae Primigeniae || sanctissima femina || vixit
annis XXX || Iulius Severus > III Lu|cifero coniugi ka|rissimae
et sui || amantissimae || b. m. f.

n. 131.

CIL X 3368.

Baulis.

D. M. || M. Marii || Pudentis ⊃ || nat. Misenensis || vix. an. XXII mil. a. III || Scentia Marcia || mater filio pientiss. || b. m. f.

n. 132.

CIL VI 3135.

Romae.

D. M. || C. Valerio || Apollonio mil. || class. pr. Misenat. ||
 √ Messi Proculi || M. Turranius Rufus || amico b. m. fecit.

n. 133.

CIL X 3369.

Miseni.

D. M. || T. Minucius Satur||ninus √ veteran. || Helpidi ver-
 nae || suae et sibi et lib. || libertab. posterisq. || eorum.

n. 134.

Eph. epigr. VIII f. 1 711.

Carali.

D. M. || L. Turranius || Celer mil. ex || cl. pr. Mis. nat. ||
 Dalm. vix. an. || XXXX milit. an. || XXIII curavit || Q. Nae-
 vius || Aquila √. ||

n. 135.

CIL X 3388.

Neapoli.

Dis Manib. || C. Valerio Ma||ximo mil. cl. pr. M. || cent.
 Nigrini n. Graec. || vix. an. XLVI mil. an. XXV || Valerius
 Maximus n||om. Albani et Lucrio filio eius facien. || cura.

n. 136.

CIL VI 3096.

Romae.

D. M. || C. Antestio Longo || mil. clae. prae. Mis. || √ Paci
 Victoris nat. || Alexandrinus vix. a. XL || mil. an XXIII Mu-
 natia || Pannyehis coniugi b. m. f.

n. 137.

CIL VI 3130.

Romae.

D. M. || . . . ⊃ Quintiano militi || [classi]s praet. Misenatis ||
 [⊃ .] . . i Paeti militavit || [an.] . . . vix. ann. XXXII || ns.

n. 138.

CIL VI 3125.

Romae.

D. M. || Plarentius || Gratus vixit || an. III mes. V || d. XVIII
 D. || Plarent. Grat. || √ cl. pr. Mis. || p. f. fec.

n. 139.

CIL VI 3099.

Romae.

D. M. || M. Antonio || Athenodoro || vix. ann. XX || mil. ann. III || > Precili || Salutaris || class. praet. Misen. || M. Flavius Martialis || ben. mer. fec.

n. 140.

CIL VI 3141.

Romae.

D. M. || M. Valeri || Procul. || mil. ex [c]lasse p[r]. || Misen. > Senti Maxim[i] [na]t. Bessus || vix. a[n]nis || . . . ||| XX . . us.

n. 141.

CIL X 3371.

Prope Neapolim.

D. M. || C. Sestio Pudenti || > vet. ex clas. pr. Mis|enensi mil. ann. || XXII vixit ann. XL||VIII lib. A[g]athop|us et Bassus patrono || benemer. poster[q].

n. 142.

Eph. epigr. VIII f. 1 710.

Carali.

D. M. || L. Scentio Valenti || mil. ex clas. praet. || Mis. > Socelli || Chilonis mil. || an. XXVII Vi. an. || XXXXVII nat. || Bessus Scientia || Eutycha patr. || optimo et || b. m. f. || L. Calpurnius || Fyrmus cura || egi[t].

n. 143.

CIL X 3372.

Incert. orig.

D. M. || M. Suttis Valens || natione Cilix cen|tur. ex IIII Vesta vixit || annis XXXV milita. || annis XIII At . . i.

n. 144.

CIL X 3374.

Miseni.

D. M. || D. Tullius Aelianus || III Iunone > natio. || Bessus vixit anis || XXXXV militavit || annis XXV || Clodia Fadiana || coingi || b. m. f.

n. 145.

CIL X 3375.

Neapoli.

L. Valerio Dazantis || f. Hispano > ex III Neptun. || militavit annis XXXVII || vixit annis LV Pannon. || domo Flavia Sirmi Iunia Hygi[a] [con]iugi bene merito de se.

n. 146.

CIL X 2 7592.

Carali.

M. Epidi|us Qua|dratus || miles || ex classe || Misenens. || √
 Cn. Valeri || Prisci || milit. an. III || vix. an. XXVI || hic si-
 tus est.

n. 147.

CIL X 3383.

Neapoli.

D. M. || M. Valeri Prisci ○ || III Apolline natione || Aegypt.
 mil. ann. XXII || [vi]xit annis XXXXIII || . . . ritus lib. et h.
 b. m. f.

n. 148.

CIL X 3376.

Neapoli.

D. M. || C. Velonius Macer > vetera|nus ex class. praet.
 Misen. || militavit ann. XXVI vixit || annis LXI natione Bessus ||
 C. Velonius Macer miles ex eadem || classe et Valeria Velonia
 fili || patri piissimo fecerunt.

n. 149.

CIL X 3665.

Neapoli.

D. M. || L. Vibio Ro|mulo √ bete|rano beneme|renti heredes |
 fecerunt.

n. 150.

CIL XI 340.

In agro Ravennati.

D. M. || C. Aemilio Severo || √ n̄. Pan. vix. an. XLII || mil.
 an. XXII III Her. || Valeria Flavina || con. p. c. || Et Pinnius
 Probus h.

n. 151.

CIL XI 183.

Ravennae.

D. M. || Herenniae || Secundinae || con. opt. || Aurelius || Sa-
 binus √ || p. c.

n. 152.

CIL XI 40.

Ravennae.

M. Aurelius || [Z]enodotus || [ve]t. ex √ sibi et || [A]eliae
 Aquileiae || [e]oniug. dulciss. || vivus posuit || h. a. p. e. s. s. a.
 v. d. f. hs.

n. 153.

CIL XI 671.

Fori Corneli.

M. Aur. Monta|ni sacerdotis || Liberi et Ecate || Aur. Agathe
fil. || et Hirtia Capria || coniux curagente || Calpurnio . . . ||
Faustino R . . . || [c]l. pr. . . . || [c]ent.

n. 154.

L'année épigr. 1892 n. 22.

In Corsica.

D. M. || C. Caninius Germanus || veteranus Aug. ex cent.
cl. || pr. vixit an. LXXXX fecit || C. Caninius Carpus || patro.
b. m. || et sibi libertis liber|tabusque posterisqu. || eorum.

n. 155.

CIL XI 49.

Ravennae.

C. Cassio || Senecae vet. ex γ || L. Aemilius || Kapito h.
et || Licinia Pros|dexis coni[u]. || b. m. p. c.

n. 156.

CIL III 322.

Calchedone.

D. M. || C. Iulio || Valenti || cent. class. || pr. Ravenn. || vixit
ann. || XL mil. ann. XXII || C. Iulius Flavian. || amico m. p.

n. 157.

CIL V 2834.

Patavii.

L. Memmio Iden. Hebreni || mil. class. γ Sabini qui vixit
ann. XXX || militavit ann. XII hered. eius fecer. || Iarsa frater
suus Paulus Q. Cusfilia per || L. Coranum Ursu[1]um fiduc. her.

n. 158.

CIL IX 3891.

Luci ad ripam Fucini lacus.

C. Iulio Ce|leri mil. cla. || prae. Raven. || γ Seleni Sev[e]ri ||
mil. an. XXIX || vix. an. L || her. posuit || L. Valerius Ve|recun-
dus || b. m. de se.

n. 159.

CIL IX 42.

Brundisii.

Scaeva Liccai || mil. de lib. Triton || ⊙ M. Vetti vixi. an. ||
XXXV mil. an. /// || h. s.

n. 160.

Eph. epigr. IV 923.

Romae.

. . . tivo ex protectoribu[s] || . . . ⊙ classis Rabennatium ||

[annis] . . mensibus VII diebus || [benem]erenti coniugi du[icis-
simo] || . . depositus IIII Non . . || . . ro puero qui vixit . . .

n. 161.

CIL X 3385.

Incert. orig.

D. M. || M. Antoni Apol . . || gubernato . . || centur. Ar.

n. 162.

CIL X 3380.

Incert. orig.

D. M. || Cattio Sabino Sossio filio in[com]parabili qui vixit
annis XI || mensibus IIII diebus VIII horas VI || Cattius Sossius
Felix Scriba pater √ III Pace et Fannia Sabina ma[ter] filio
bono et innocentissi[mo] b. m. f. EYΨY XI.

n. 163.

CIL X 3390.

Incert. orig.

M||. . . o Cice . . || . . . escupo || ae. E. ex || 7
Caesi || nation. || . . . i. XXXX.

n. 164.

CIL X 3600.

Incert. orig.

D. M. || M. Maecius Rufus || manipularis ex III || Salvia
natio. Vessus || vixit annis XXX mil[itar]avit annis XI heredes
S Ced[ici]us Memor et Taru[ll]ius Rufus f. b. m.

n. 165.

CIL VI 3165.

Incert. orig.

Dis. Man. || C. Caecilio Va[lent]i qui Chilo. Biti || f. ∘
Valeri Rufi III Nept. || vix. ann. XXXII milit. || ann. XVII sibi
et suis T. || Annius Dexter et Ven[er]ia liberta eius heredes
bene merenti.

n. 166.

CIL X 2 7288.

Panormi.

D. M. || [A]ur. Rustico mil. || ann. VIII tr. √ Zeno[is] Mar.
Germanic[us] mil. ann. X || Valer. Victorinus || her. b. m. f.

n. 167.

CIL X 3333.

Neapoli.

. . . || √ III Merc. || ex vot . . . Recon[ep]to || v.

VIII. Tituli ceteroquin memorabiles.

n. 168.

CIL III f. 1 7327.

Thessalonicae.

D. M. s. || T. F. Srbestiano mil. || cl. pr. Mis. P. V. Philip. |
S III Vic. M. Aur. Salvi|anus fra. et con.

n. 169.

CIL X 2 7456.

Cephaloedii.

Oppius. Valen[tin.] || Aug. III et || . . . ndine Optata |
. . . pinio Atimeto || et Vi . . .

n. 170.

CIL XII 2412.

Augusti.

Claud. Albinae || Tib. Cl. Albini || nauarc. clas. || Germ.
filiae || I. Pompeius || Pr || | | iu | || coing. optim.

n. 171.

Eph. epigr. VIII f. 1 734 = L'année épigr. 1889 n. 158.

Olbiae.

Aurelio || ex l. Sal. || Augusta || an. LX st. || XXX hes. ||

n. 172.

L'année épigr. 1892 n. 140.

Neapoli.

D. M. || C. Lysio Tertullo || militi classis pr. || Misenatium
Pie || Vindicis centur. || triere Minerva || natione Dalmat. || stip.
III || b. m.

n. 173.

Syll. papyr. mus. Berol. fasc. 5 n. 113.

Ἀντίγραφον ἐπικρίσεως . . . [.]
οὐτερανοῦ καὶ . . [. . . .] . . . [. . .] αἰ

Ἐπιγράμματα αὐτοῦ

1. Ἐκ τόμου ἐπικρίσεων Γαίου Ἀουιδίου Ἡλιοδώρου γενομένου ἡγεμόνος, οὗ προγραφή. Οἱ ὑπογεγραμμένοι
2. οὐτερανοὶ στρατευσάμενοι ἐν εἰλαι[ς] καὶ ἐν σ[π]είραις καὶ ἐν κλάσσαις διὰ Μεισηνάτη καὶ Συριακῆ.
3. ἐπιτυχόντες σὺν τέκνοις καὶ ἐγγόνοις τῆς Ῥωμαίων πολιτείας καὶ ἐπιγάμιαν (sic) πρὸς γυναῖκας
4. ἃς τότε εἶχον, ὅτε αὐτοῖς ἡ πολει[τ]ία ἐδόθη, ἧ εἴ τινας ἄγαμοι εἶεν, πρὸς ἃς ἐὰν(sic) μεταξὺ ἀγάγωσι,

5. [τύχο]ι μ[ό]νο[γ] μιᾶς ἑκα[στο]ς, ἔτι δε κ[αί] ἔτ[ε]ροι οἱ ε-
[τρ]ανοὶ οἱ χωρὶς χαλκῶν καὶ ἕτεροι οὐτρανοὶ
6. καὶ αὐτοῖσι ἐπιτυχόν[τ]ες μόνοι τῆς Ῥωμαίων[γ] πολιτείας
ὁμοίως δὲ καὶ Ῥωμαῖοι καὶ ἄπε
7. λ[ευ]θερικοὶ] καὶ δοῦλ[ο]ι καὶ ἕτεροι παρεγένον[γ]το πρὸς
ἐπίκρισ[ιν] Γαίου Ἀουιδίου Ἡλιοδώρου
8. ἐ[πά]ρχον Αἰγύπτ[ο]υ ἀπὸ τῆς περὶ τῆ καλανδῶν Μ[αρ]-
τίων ἦτις ἐστὶ τ[ο]ῦ Μεχίρ [ἦ] κα ἄ[χ]ρι [τ]ῆς περὶ τῆς
9. [καλανδῶν Ἰουνίων ἦτις ἐστὶν μ[η]νὸς Παχῶν] κα τοῦ ἐνε-
στῶτος εἰς Ἄντοκράτορος
10. [Καίσαρος Τίτου Αἰλίου Ἀδριανοῦ Ἀν]τιωνε[ιν]ου Σεβα-
στοῦ Εὐσεβοῦς. Ἄ δὲ παρέθεντο δικαίωματα)
11. [.]ιωνατ[. . . .]ω [λ]εγει[ῶν]ος β Τραιανῆς Ἰσχυ-
ρῶς ἐκάστῳ ὀνόματι παραγ[ε]νομένῳ)
12. μ[.]ων ἢ [. . . .] [. . .] βουλόμενος παρεπιδημεῖν πρὸς
καιρὸν
13. [. . . . πολ]εῖτη [.] ^ϑ [.] X [. . .]

n. 174.

CIA III 2 1447.

In Piraeo.

Ματῶρ Φιλίππι στρατειῶτης ληκτὸς κλάσσης Συριακῆς
γένει Ἀράδιος ἐτῶν τρεῖς ἄκοντα δύο.

TITULI ACCURATIUS EXPLANATI SIVE EMENDATI.

		pagina			pagina
CIL II 1178 (n. 8) . . .		303		CIL X 4868 (n. 1) . . .	292 adn. 7
CIL III 556* (n. 117) . . .		338 adn. 2			397 adn. 1
557		338 adn. 3		7268 (n. 166) . . .	332 adn. 1
1919 (n. 56) . . .		304 seq.		7456 (n. 169) . . .	332 c. adn. 2
1980		337 adn. 2		8215 (n. 62) . . .	375 adn. 5
6980		375 seq.		CIL XI 343	363
7290 (n. 105) . . .		392 adn. 4		CIL XII 2412 (n. 170) . . .	366 c. adn. 3
7327 (n. 168) . . .		390 c. adn. 1		CIL XIV 2105	291 adn. 3
p. 850 (n. 5) . . .		400 adn. 1		Eph. epigr. II p. 457	
CIL V 328 (n. 50) . . .		410 adn. 3		(n. 4)	400 adn. 1
CIL VI 1063		306 c. adn. 1		Eph. epigr. IV 922	
		387 seq.		(n. 64)	368—370
1644 (n. 54) . . .		359		Eph. epigr. VIII f. 1 734 (n. 171)	
3165 (n. 165) . . .		388			331 adn. 9
CIL VIII 8934		352 adn. 2		CIRh 684	383 c. adn. 2—4
14729 (n. 55) . . .		359		L'année épigr. 1892	
14854 (n. 57) . . .		362		n. 140 (n. 172) . . .	389 seq.
CIL IX 41 (n. 68) . . .		385 seq.		CIA III 21447 (n. 174) . . .	338 c. adn. 5. 6
42 (n. 159)		388 seq.			339 c. adn. 1. 2
CIL X 3340		371—377		Bull. de l'Inst. Égypt.	
3342* (n. 85) . . .		376 adn. 4. 5		XIII 175 seq.	
3346		385			377—380
3350 (n. 65)		368—370		Syll. pap. mus. Berol.	
3364 (n. 80)		376 adn. 3		f. 5 n. 113 (n. 173) . . .	422—429
3380 (n. 162) . . .		393		f. 9 n. 265	426 adn. 1. 3

TABULA ARGUMENTI.

	pagina
Praefatio	277—279
Caput I. De classium Italicarum origine	279—297
Caput II. De nominibus classium Italicarum	298—307
Caput III. De bellis, quibus Italicae classes interfuerunt . .	308—317
Caput IV. De classium Italicarum	
1. regionibus	318—319
2. stationibus	319—345
Caput V. De classium Italicarum ducibus	346—395
1. De classium praefectis	346—357
2. De classium subpraefectis	357—359
3. De classis praepositis	359—361
4. De praepositis reliquationi	361—362
5. De nauarchis sive decanis	363—381
6. De trierarchis	381—397
7. De centurionibus classicis	387—395
Caput VI. Indices nominum ducum classium Italicarum . .	396—416
1. praefectorum	396—410
2. subpraefectorum	410—411
3. praepositorum	411
4. praepositorum reliquationi	412
5. nauarchorum	412—413
6. trierarchorum	413—414
7. centurionum	414—416
Appendix I. De quattuor classiariorum Romanorum monu- mentis	417—422
Appendix II. De tabula Graeca ad Misenatem classem per- tinente	422—429

	pagina
Tituli ducum classium Italicarum	430—458
Tituli accuratius explanati sive emendati . . .	459

- Accedunt septem tabulae: 1. Ravennae
2. Miseni
3. classium Italicarum stationum
4. M. Iulii Sabiniani sepulcri
5. T. Taronii Celeris sepulcri
6. M. Valerii Capitonis sepulcri
7. T. F. Sabestiani sepulcri
-

ADDENDA.

Titulis, quos subiunximus disputationi de legionibus Romanorum I. Minervia et XXX. Ulpia supra p. 1 sq. institutae, nonnullos nunc liceat addere. Ritterlingii enim liberalitate interim factum est, ut eorum titulorum, qui in dissertatione conscribenda nos fugerunt, notitia pararetur copiaque.

Sunt autem tituli hi:

A. Legionis I. Minerviae.

I. „Westd. Zeitsch.“ 1892 p. 279. „Nymvegen“.

In h. d. [d.] || || || || || leg. leg. I. M. S[e]||veri. Alexsan|[d]rianae v. s. l. m. || Fusc[o] II et Dextro c[os].

Legatus igitur fuit ignotus ille vir legionis I. Minerviae anno 225, ut post Aufidium Coresnium Marcellum, ante Cn. Cornelium Aquilium Nigrum munere videatur esse functus (cf. supra p. 77).

In hoc uno, si quid video, titulo, „Severiana Alexandriana“ appellata est haec legio.

II. „Recueil de la sociét. archéol. Announae.

de Constantine“ 1893 p. 261 = (Afric.).

„Revue archéol.“ 1893 I. p. 396 n. 88.

[Q. Antistio Advento] || Q. f. Quir. Postumio Aq[ui]lino cos. sacerdoti Fetia||li leg. Aug. pr. pr. provinc. Germaniae Inferioris leg. Aug. || at praetenturam Italiae et || Alpium expeditione Germa||nica cura operum locorumq. || publicorum leg. Aug. pr. pr. || provinc. Arabiae leg. Aug. leg. || VI. Ferratae et se-

cundae Ad|intricis translato in eam ex|peditione Parthica qua do|natus est donis militaribus || corona murali vallari au||rea hastis puris tribus ve||xillis duobus praetori leg. || pr. pr. provinc. Africae tr. pl. se||viro eq. R. q. pr. pr. provinc. || Macedoniae tribuno mil. || leg. I. Minerviae P. F. IIII vir. || viarum curandarum || Sex. Marcus Maximus ob in||signem eius in se benivolentiam s. p. p. d. d.

Circiter annum 152 trib. mil. leg. I. Min. — De hoc titulo nuperrime egit Ritterlingius in „Westd. Zeitschr.“ 1894.

III. „Bulleth. della commiss. Romae.
archeol. commun. di Roma“
1886 p. 141 n. 1067.

P. Aelius Longinus || 7 leg. I. Minerviae || tabula posui ex | hostensum deo||rum positum || V idus Octobres.

Ritterlingius coniecit Longinum fuisse 7 exercitorem equitum singularium imperatoris.

IV. „Allmer et Dissard: Lugduni.
Musée de Lyon. Inscriptions
antiques“ I. 221 sqq.

[D.] M. [et m]emor[iae] || [aeter]nae || ni Quar ||
[qui] probatus || [annorum] XX [m]ilita||vit an|nis XVIII || . .
[h]astatus in le[g.] || I. M. [fa]ctus ex[a]ct[i]s || [procuratoris]
pro||[vinciar]um dua||rum Lu|gud. et Aquit|tanicae || inia
Festa c[o]n||iugi incomparabi||i p. c. et s. a. d.

V. „Revue épigr. du midi Lugduni.
de la France“ I. p. 111 n. 128.

Attio Alcimo || v. e. proc. ferrari||arum Cogitatinus In||venis bf. leg. leg. || I. M. [Alexandrianae] || patrono ||

De cognomine eraso (v. 5) nihil certi, credo, statui potest. Allmerus quidem coniecit „Alexandrianae“ esse suppleendum; eodem autem iure scripserimus „Antoninianae“. Nam quod Allmerus l. l. contendit cognomen „Antoninianae“ non nisi ab ea legione esse usurpatum, quae in Africa tetendit, prorsus erravit. Tribus in lapidibus legio I. Min. cognominatur „Antoniniana“ (cf. supra titulos n. 63, 72, 110), et te-

gulae permultae in Germania Inferiore effossae eiusdem rei testes sunt (cf. supra p. 108 n. 117 c).

VI. „Allmer et Dissard“ l. l. I. 208 sqq. Lugduni.

D. M. || et memoriae aeternae || Pontiae Martinae natione || provincialis quae vixit annis || XXXX mens. II dieb. V M. Pontius || Gemellus veteranus leg. I. M. P. F. || [m.] h. m. ex bf. proc. Pontiae Martinae libertae et coniugi || karissimae || feminae sanctissimae || et incomparabili quae vixit cum eo annis XXII || mens. II dieb. V || sine ulla animi laesione || M. Pontius Gemellus vius || sibi posterisque suis faciundum curavit et sub || ascia dedicavit || have dulciti Gaudentius || te salutat || bonis bene.

Circiter annum 200 titulus videtur esse positus.

VII. „Allmer et Dissard“ l. l. I. 217 sqq. Lugduni.

D. M. || T. Flavio Floro|domo Philippopoli || ex prov. Thracia || veter. leg. I. Min. P. F. || ex bf. proc. qui septies denos animam || sine crimine pertulit annos Threptius || Val. Primus Viperius || et T. Fl. Protus her. || et sibi f. c. et s. a. d.

Titulum infra invenies legionis XXX·V·V·P·F (p. 467 n. VII) huic simillimum. Uterque enim miles, quorum memoria his monumentis servata est, et Philippopoli natus est et „septies (sexies) denos animam sine crimine pertulit annos“. Allmerus l. l. recte animadvertit heredes, qui titulum posuerunt, imitando exprimere voluisse talem fere hexametrum: ‘bis denos animam sine crimine pertulit annos’; sed non ita rei metricae fuisse peritos, ut intellexerent „septies“ vel „sexies“ pro „bis“posito hexametri rhythmum prorsus deleri. — Elucet autem eodem fere tempore hos titulos esse exaratos, quod tempus cognomine P·F legionis XXX·V·V· paullo accuratius definitur (cf. supra p. 42 sqq.). — Quod titulis T. Flavii Flori et L. Septimii Muciani probatur circiter annum 200 in legionibus I. Min. et XXX. Ulpia milites ex provincia Thracia oriundos stipendia meruisse, non est, quod miror, cum iam ex titulo Bramb. 475 (n. 52) militem natione Thracem in legione I. Min. Severiana militasse didicerimus (cf. supra p. 30). Fortasse idem C. Iulius Castinus, qui vexillarios legionum IIII. Ger-

manicarum VIII. Aug., XXII. Prim., I. Min., XXX·V·V. „adversus defectores et rebelles“ i. e. contra Pescennium Nigrum eiusque socios, Parthos, in Asiam duxit (cf. p. 64 sqq.), in Thracia dilectum instituit, quo detrimenta bello accepta sarciret.

VIII. „Allmer et Dissard“ l. l. I. 280 sqq. Lugduni.

D. M. || et memoriae ae|ternae Claudiae || Felicitatis con-
iu||gis sanctissimae || et incomparabili[s] || quae vixit cum eo ||
annis VI mensibus V || diebus XV Messori||us Florus vetera||nus
leg. I. M. P. F. || hunc titulum || quem feci coi||gi carae et
mibi || vivus oro florbus || Florum hilares condecoretis amici
p. c. et sub ascia || dedicavit.

IX. „Allmer et Dissard“ l. l. I. p. 266 sqq. Lugduni.

D. M. Iul. Aventini vet. leg. || prim. Minervae || qui vixit
annis LXI || Iulia Frigia posuit || coniux qantum ad la||borem
nutricio qan||tum ad pietatem patri || qantum ad benevolen||tiam
patrono et Iulia || Lucia infas laboriosis|sima qui non licuit
ma||nibus suis patris oculos || tegere cuivis spiritus || ab homi-
nibus mali inter||emtus est Frigia coniux || et Lucia filia p.
curaver. || qui mecum vixit anis XX || et sub ascia dedicaver.

B. Tituli legionis XXX. Ulp.

I. C. I. Gr. 4029.

Ancyrae.

Γ. Ιούλιον Γ. ὑε|ὸν Φαβία Σεοι||ήρον γε|νόμε|νον πρώτον
μὲν || πεντεκαίδεκά||δρων τῶν ἐκδικα||ζόντων τὰ πράγματα ||
ἵππων δημοσίῳ τι||μηθέντα χιλιαρχον || λεγιῶνος δ' Σκυ||θικῆς,
ταμίαν κα||ιδιδάτον δήμαρχο[ν] || κανδιδάτον ἱερε||ε' καὶ τ' ἀν-
δρῶν ἐπὶ τὸ || ἱεροποιῶν στρα||τηγὸν οὐρβανὸν πρε||σβευτήν λε-
γιῶνος || λ' Οὐλπίας Νικεφό||ρον ἐπιμελητὴν ὀ||δοῦ Ἀππίας
ὑπατον || πρεσβ. ἀντιστρατη||γὸν Συρίας Παλα||στεινῆς Τρέ-
βιος || Κοκκήιος Ἀλέξαν||δρος τὸν ἑαυτοῦ εἰ||εργέτην.

Anno 155 consul; circiter annum 150 legatus legionis
I. Minerviae videtur fuisse.

II.

„Xanten“.

D. I. M. M. Iul. || Martius || ⊖ leg. XXX·V·V. || leg. XXII.
Pr. P. F. || Silanis duobus || cos.

Tituli adhuc inediti Ritterlingius fecit ectypum benigneque mecum communicavit.

III. C. I. L. VI. 3636.

Romae.

L. Val. Fronto milit. in leg. XXX. emit hoc praedium et in hac area fecit sibi ubi poneretur et reliquit || liberto Basso et Trophme custodibus fu||turis sive quid ex eis natum fue||rit ne cui liceat hoc praedium || venundare posterisque eorum.

Errore factum est, ut hic titulus legioni Antonii tribueretur (cf. p. 41 adn. 1).

IV. „Allmer et Dissard“ l. l. I. 379 sqq.

Lugduni.

D. M. || et memoriae || aeternae || Avitiae Restitute || feminae sanctis||simae T. Fl. Ulfus || sig. leg. XXX·V·V·S·A· || coniugi carissim. | quae vixit ann. XXV || et sibi vivus fecit || et sub ascia dedika||vit.

Cuius supra p. 120 n. 174 non nisi nomen munusque praebuimus, T. Fl. Ulf, hic habes titulum accurate descriptum.

V. „Allmer et Dissard“ l. l. I. 393 sqq.

Lugduni.

D. M. | et memoriae aeter||nae M. Aureli Ianuari || veterani ex legion. || XXX·V·V· || Aurelia Pervinca || lib. eius et heres patro||no ponendum cura||vit et sub ascia dedi||cavit.

VI. „Allmer et Dissard“ l. l. I. 395 sqq.

Lugduni.

D. M. || et memoriae ae||ternae T. Flavi Vi||thanni vete||ra||ni leg. XXX·V·V· Ul||pius Verus vete||ranus leg. s. s. et || Vi||thannia Ni||ce liberta et con||iunx et Verecun||dinia Donata heredes || faciendum cu||raverunt et sub || ascia dedicaver.

VII. „Allmer et Dissard“ l. l. I. 391 sqq.

Lugduni.

D. M. || L. Sept. Muciani m. h. m. || ex leg. XXX·V·V· P. F. domo || Philippopoli qui sexsies || denos animam sine crimine pertulit ann[o]s || L. Sept. Peregrinus fil. et || Secun||dinia Iusta uxor || her. f. c. et s. a. d.

cf. supra p. 465 n. VII.

VIII. „Allmer et Dissard“ l. l. I. 383 sqq.

Lugduni.

M. Pompei Quin||ti vet. ex bf. || trib. leg. XXX·V·V· || Magnia Flo||rentina uxor et heres coniugi || carissimo f. c. || [et sub a]scia || [dedicavit].